




COLLE
ELVCIDARIUM
ANATOMICUM
ET
CHIRURGICUM









5 i. operationes a 30 ag.to incomincio la febre —

H VI COT

1536

℞ specie pro [illegible] gall. gr. j mercurij dulcis gr. viij ocul. cancr.
et specier diarrhod. gr. viij salis prunell. ʒ ß. syr. de cortic. cit.
f. pill. —

℞ acc. tart. ℥ij acetum dest. flor. sulph. a ʒiij magis. mart. ʒiij
sach. alb. ʒviij aq. cinam. ℥ij ol. succ. croc. a ℈ß. sal. [illegible]
ʒß. aq. cor. et aquam q. s. f. [illegible] d. [illegible] —

℞ chrystall. tart. ʒj salis citr. ʒiij [illegible] sensim instill. spirit.
salis dulcis ʒij ℞ [illegible] elect. et [illegible] 3x [illegible] et sed. [illegible]
a ʒj [illegible] spiri sensim instill. spir. vini rect. ʒj sicca. [illegible]
et [illegible] [illegible] spir. vin. et [illegible] omnia simul
misceant. addendo croci martis aperit. [illegible] [illegible] dist. mineral. a ʒj
salis tamarisci et fraxini a ʒj [illegible] salis amm. ℈j de quo cap. ℈j
[illegible] decoct. ex [illegible] melliss. et [illegible] ʒiij [illegible] syr. de [illegible]

℞ spir. vitriol. in quo sit [illegible] nitri ʒiij [illegible] [illegible] et
ol. tart. et [illegible] = ℞ extract. [illegible] [illegible] et [illegible] a ℈j [illegible]
gummi amm. ℈j f. pill. [illegible]

℞ [illegible] tart. [illegible] a ʒiij [illegible] in libr. xij aq. cinam.
[illegible] deinde bull. ad consumpt. medietat. [illegible] chalyb. ʒj cinam.
[illegible] a ʒj deinde [illegible] bull. ad [illegible] foll. sen. ʒiij bull.
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de quo [illegible]
in [illegible] noue dies continuando —

℞ pulv. spec. [illegible] [illegible] salis gemm. [illegible] [illegible] cina
et [illegible] a ʒj [illegible] in [illegible] —

Per la podagra da prenderse ogni 8 giorni [illegible] di ʒij
℞ foll. sen. elect. pulv. [illegible] a ℥j ß pulv. sem. [illegible]
hermodact. pulv. ʒiij salis [illegible] elect. pulv. ʒj [illegible]
[illegible] m. j misce f. pulv. [illegible] ʒij in [illegible]

℞ pulv. [illegible] [illegible] a ʒj cinam. ℈j fact.
inf. in ℥ij vini alb. [illegible] hor. iij ante cibum —

Elettuario di [illegible] antihipocondriaco —
Centaurea minore antihipocondriaco —

℞ Balsam alb. gr. xx [illegible] gr. xx [illegible] ʒj
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
f. pill. [illegible] — ℞ pill. de [illegible] gr. viij balsam alb. [illegible]
[illegible] gr. [illegible]
f. [illegible]

ELVCIDARIVM ANATOMICVM, ET CHIRVRGICVM

Ex Græcis, Arabibus, & Latinis selectum:


VNA' CVM COMMENTARIIS
in quartum Lib. Auicennæ Fen tertiam.

INSERTI SVNT TRACTATVS

DE { *Vulneribus.* *Vlceribus.* } { *Tumoribus.* *Fracturis.* } { *Lue Gallica.* *Luxationibus.* }

Clarissimi Viri IOANNIS COLLE Bellonensis è nobilibus Sancti Bartholomei de Colle Sereniss. VRBINI DVCIS Archiatri.

AD ILL.MVM FRANCISCVM MARIAM Mammianum de Ruuere Comitem Sancti Angeli.



VENETIIS, Apud Euangelistam Deuch. MDCXXI.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



ILLVSTRISSIMO FRANCISCO MARIÆ MAMMIANO DE RVVERE COMITI SANCTI ANGELI, ET DOMINO MEO COL.MO

Joannes Colle Bellonensis, &c. fœlicitatem precatur.



RS Chirurgica, Chirurgiciq; viri (Illustrissime Comes) nomine medicinæ, & nomine medici solummodo iure merito cohonestari debent: Nam hi ab antiquis Caldęis, Gręcis, Arabibus, & Latinis medici absolute vocabantur; & Reges, militares principes, pacis, belliq; temporibus semper eos laudibus, & præmijs sustulerunt, & apud se receperunt; artem Chirurgicam mirum in modum commendantes; Sanè vetustis illis temporibus, Belloq; Troiano, Machaon, Podalyrius, & alij ab Herodoto, & Homero medici appellabantur, quia luxationes, vulnera, vlcera, fracturas, Tumores curabant: & soli hi proprie, & immediate medentur, absque alio naturæ auxilio, reliqui vero potius naturæ ministri, dum proprie, & immediate febribus, vitijs capitis, Thoracis, Hepatis, renum, vesicæ, stomachi affectibus, & aliorum opem ferunt: deinde in sacris paginis habetur, honora medicum, propter necessitatem enim creauit illum Deus: in Historijs Romanis, & vita Catonis Vticensis Chirurgus nominatur medicus; sola Chirurgia simpliciter necessaria spectatur: & solus Chirurgus iure vocandus est medicus, & solus simpliciter pro hominum salute necessarius extat: porrò qui valet ossa luxata reponere? qui labia vulnerum coniungere; nisi Chirurgus? quis fracturas configurare, & naturali figuratione resarcire? quis tumores purulentos aperire, lapides extrahere, mortuos fætus euellere, suffusiones deponere, & alia infinita munera obire? nisi Chirurgus? natura sola hęc adhibere, hæc sanare nequit: equidem Chirurgus Græcè manu operans dicitur, & is profectò necessarius æstimatur.

De Anatome quid dicendum? cum de ea Arist. & omnes philosophi accurate locuti sint? cum ea philosophia sensata totius hominis inspiciatur? quis corpora secat exacte, nisi Chirurgus? quis scit compositionem, conformationem, numerum, magnitudi-

nem, figuram, connexionem, colorem, temperiem, & omnia accidentia membrorum similarium, dissimilarium, & organicorum, eorum vsus, & actiones, nisi Chirurgus? quis intimas causas, & latebras corporis humani speculatur? quis eius generationis principia materialia, formalia, efficientia, & finalia oculate animaduertit, nisi Chirurgus? is quidem, cuius gratia cerebrum à natura tali conformatione, & temperie elaboratū; in altiori loco positum, album, molle, quatuor anfractibus, tot particulis constructum, dicatumque sensitiuæ, motiuæ, & rationali facultatibus gratia vitæ, & melioris, & beatitudinis: præterea cur Thorace ossibus spinæ, & costis, sternoque consæpitur cor, quod perenni motu naturali citatur, pulsum edit, spiritus vitales, & sanguinem arteriosum gignit, irascibilis sedes, caloris influentis, vitæque communis vniuersalis origo, & arteriarum radicatiuum principium, agnoscit. Cur epar sanguificatricis, & sanguinis sit officina, concupiscibilis, & spiritus naturalis auctor, cur rubicundum, propagator venarum sit, is solus rimatur. Cur ventriculus vegetatiuæ animæ, chylificatricis hospes, & chyli productor, & albus cernatur, inuestigat. Cur testes ad bene esse, & procreationem semen fœcundum gignant, & dealbent, animaduertit: cur nerui sentiant, musculi moueant, arteriæ micent, venæ sanguinem deferant, aures audiant, oculi videant, lingua gustet, nares odorent, cutis sentiat, recte intelligit: sed quid oportet singula connumerare? Tibi igitur viro præstantissimo, Tibi aulicis negocijs à cubiculo Serenissimi Vrbini Ducis præfecto prudentissimo, Tibi singularibus animi dotibus prædito in cunctis scientijs, artibus, & aulicis prouincijs, & grauibus consultationibus, politicisq; gubernationibus gerendis, in rebus naturalibus perscrutandis acutissimo, & cuncta semper propter finem & optimum agenti iure merito hęc mea Elucidaria debentur; quia solummodo lucidissimus lucida omnia vtilia, honesta, vetusta, & necessaria læto vultu amplecteris, reliqua vero ac superuacanea negligis, à natura edoctus nihil frustra agente. Experientia enim, naturalis propensio, & habilitas, atque librorum lectura perennis Te Virum Illustrissimum & lucidissimum his omnibus ornauit. In Elucidarium ergo meum Anatomicum, & Chirurgicum selectum à Græcis, Arabibus, & Latinis vnà cum Commentarijs in quartum librum Auicennæ, & tertiam fen, cum Tractatibus de Vulneribus, Vlceribus, Fracturis, Tumoribus, Gallica lue, & Luxationibus, vti summe necessarium, & humano generi vtile, & honestum in lucem edendum pluribus studijs, & laboribus sudaui, atque vt sub tuo Illustrissimo nomine (Comes nobilissime) protectum refulgeret; benigno visu illud inspice, perinde ac speculum, quia tuum esse, cum meum sit, manifeste cernes: Interim tuorum omnium amicorum, addictorum, & familiarium tranquillitati diutissime, & felicissime Viuas.

Pisauri Mensis Nouembris 1620.

DISTICHON
BERNARDINI BALDI
ABBATIS GVASTALLÆ

Inuentum in quadam eius Epiſtola anno 1606.
Die 19. Auguſti ſcripta.

AVrea quòd longùm potiatur ſæcla Metaurus,
Euenit arte tua Belluni gloria Colle.

INCERTI AVCTORIS.

O Fortunati nimium, ſua ſi bona norint,
Mortales, norint ſi ſua quæque mala.
Summum nempe malum morbus, qui membra fatigat;
Summum nempe bonum corporis ipſa ſalus.
Hoc docti præclara docent monumenta Ioannis,
Vt mala depellas, ſic bona lector ames.

EIVSDEM.

LVmen habet, lucemque ſuam formoſus Apollo,
Qua videt, atque alij cernere cuncta queunt.
Lumen habet, lucemque ſuam virtute Joannes
Clarus, qua fulget tum ſibi, tum reliquis.
Pandit enim ſcriptis parui miracula mundi,
Quaque hominis molem ſtruxerit arte Deus.
Cetera ne miretur homo mirabilis ipſe,
Artificemque ſuum, ſe bene noſcat, amet.

INNOMINATI AD AVCTOREM.

ÆTernos, quòd ſcripta paris manſura per annos,
Quodque affecta tua membra leuantur ope.
Hoc commune tibi & Phoebo eſt mirande Ioannes
Cuius ſic gemina pollet in arte decus.
Auratam tractare chelim, tractare potentes
Herbas, hoc Phoebi munere vtrumque tuum eſt.
Vtque ſalutiferis vitam producere ſuccis,
Sic vitam chartis ſcis dare Colle tuis.

LAVS AVCTORIS
ab Anonymo.

VIderat ad lucem reuocari à faucibus orci
  Mors plures, minui quippe trophæa sibi;
Sustulit ad cœlos, atra caligine densos
  Tunc oculos, vocem cum gemituq; dedit.
Ergo ne Naturæ leges mutantur ab Arte?
  Ob Collis vires vis mea tota ruet?
Tuquè libens cernis, paterisq; hæc Iuppiter alme?
  Cui dixit ridens optimus ille Sator.
Cur? caue si sapias, succos, quos ora biberunt
  Ægrùm, ne libes o Libitina ferox:
Illis forte tibi vitam sic tradere posset:
  Te viuente quotus deinde perire queat?



NOMENCLATOR AVCTORVM.

A

Etius
Albucasis
Alexander Benedictus
Aphrodiseus
Aristoteles
Auerroes
Auicenna
Auenzoar
Aquapendens
Amatus Lusitanus

B

Bahuinus

C

Cardanus
Columbus
Celsus
Collegium Conimbricense

E

Erasistratus

F

Falopius
Fernelius
Fracastorius
Federicus Bonauentura

G

Galenus

H

Hippocrates

I

Ioubertus

L

Laurentius
Libauius

N

Nicander

O

Oribasius

P

Plinius
Plato
Politianus
Paulus Ægineta

R

Rasis
Rudius
Rossetus

S

Scaliger
Speronus

T

Thomas à Vega
Taliacotius
Tagauultius
Turrisanus

V

Valesius
Valeriola
Vesalius
Vlmus

Z

Zabarella

INDEX CAPITVM
ELVCIDARII ANATOMICI.



INDEX CAPITVM.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM.

a. significat columnam primam, b. vero secundam.

Arteria.

Auris.

Auditus.

Sonus.

Vox.

Bilis.

Cadauer.

Calidum innatum.

Calor.

Capiuacceus.

Caro.

INDEX.

Fibrarum

INDEX.

Locus

INDEX.

Locus.

Mammæ.

Manus.

Mas.

Medicinę.

Medicus.

Melancoliæ.

Membrana.

Mola.

Mollities.

Morbus.

Mors.

Motus.

Mulieres.

Musculus.

Natura.

Natur

INDEX.

Cutis

INDEX.

INDEX.

Sanguis

Sanguis menstruus.

Sanitas.

Sapor.

Semen.

Sensus.

Tactus.

Sermo.

Causa

INDEX.

FINIS.

Errata in Elucidario Anatomico grauiora.

Pag. 1.a versu 9. qui, quæ 2. a santitatis sanitatis. 5. a. v. vlt. substituta substantia. 6. a. versus med. plerisque plerique, 7. b. in marg. distantia operatum manifestatum. distincta operationum manifestarum. 8. a in margine aliquas aliquę. 8, a, v. fi. familiarum familiarium. 8. b, v. 13. generationes generationis. in m. mitis mistis. 9. b, in marg. facit facie. 10. a, 14. v. fi. interam asper inter asperam. 10. b, portentendunt portendunt. 10. b. 13. a, in margine de materia de memoria b, in margine temperatæ temperaturæ. quatuor quadruplex. prima forma prima à forma. seu substantia subiecto. 15. a, ornatum innatum. 16. a, tactilies tactilis. b. pituosi pituitosi. in marg. seruum seuum. b, v. penult. ne nec. 17. a, margine obesse obesa. 17. a, siuis siccis. 17. b, superfici superficiem. 19. b, tantam tantum. 20. a, in marg. rubeo ruber. 20. b, v. 22. l. 7 vel 7. 21. a, marg. secunda duplex. 21. a, arte ficum arterificum. b, o. os. b, margine rationes qui quod. idq; idem. ductatis diastolis 22. a, v. 14. gratias gratia. 17, in situ insitum. 21. appellatum cor appellatum b. in marg. lædit læditur. 23. a, margine pro neruo per neruos. 24. a, dicens dices. abiens ambiens. 26. a, sin curo sis sineurosis. 26. b, vehementum vehementem. 27. a, in margine licet ratio ratio. pars pori. 27. b, in margine cerui carni. b, agens vt quo vt quod. 29. b, reliquas reliquæ. a, 30. in marg. realis oculis. 30. a, Peripatetico Peripatetici. animalia animal. 31. a, pro per. b. esse ossa. medulla medullam. 32 b, sicuti forme scutiforme. in margine guturis suturis. 33. a, in marg. principio quæstio. hinc, sint. b, diafragmę diafragma, 33. decem os quatuor, decem & quatuor. 34. a, in margine cerebro cerebri. 35. a, spiritus iste, ventriculus iste. vltima vltimum. b, dissensu descensu. 36. a, in margine secut cerebrum situs cerebri. b, ex est. 37. a, in marg. sed, animæ sede animæ. diuersas diuersus. 39. b, in marg. cedant cernant. in medio contaret constaret. 40. a. vittis vitri facilitate facilitat. b, & distinguatur vt distinguatur. 41. a, in margine visibile visibilem. 45. a, non organum ad organum. b, in margine odorantes odoramus. 46. a, olfactiue olfactui. defertur definitur. 50. a, libros lobos. 49. b, construendo sermoni construendo. 50. b. in margine aeri deleatur. 51. a, explere expellere. 53. b, in margine nouetur nomina. diaphragmento diaphragmate. 56. b. in margine de finitio duplex secunda. ibid. Appetitus duplex quadruplex. 56 b. resistentiam resistentiæ. in marg. dilucida dilucidatio. 56. b, fluxatio fluxæ. 58. b, facibus fœcibus. 59. b, fundum ventriculum ventriculi. 61. a, in fi. alteratnr alteretur. 62. b, in marg. vsus Bonum Renum. vrinum vrinam. 52. 64. 64. b, in marg. operatio opinio, 65. a, differentiam diffinitionem. 65. a. in marg. bis ligamentum ligamentorum. pares partes 65. a, adiuata adiuta. in marg. per excretæ pro excretione vrinæ 65. b, in marg. maribus mulierum. 67. b, flexibus flexoribus. 68. a, v. 7. arte aiunt aquam ante animam vegetatiuam, b, in marg. ui vide. es &, 70. b, in marg. menstris octomestris.

SYLLABVS AVCTORVM QVI IN HOC OPERE CITANTVR.

A
Avicenna
Aristoteles
Aetius
Albucasis
Andromacus
Asclepiades
Alzarauius
Antyllus
Aliabhas
Andron
Aquapendens
Alexander

B
Bahuinus
Branca

C
Celsus
Costæus

F
Fernelius
Faloppius

G
Galenus
Guido
Gentilis

H
Hippocrates

I
Ioannes de Vico

M
Mercurialis
Musa

O
Oribasius

P
Paulus
Pareus
Plinius
Pasion
Polyida

R
Rasis
Ronseus
Rudius
Tagauultius
Taliacotius
Theodorus Priscianus

V
Vuecherus

INDEX CAPITVM, IN ELVCIDARIO CHIRVRGICO.

In Commentarijs super Auicennam &c.

TRACTATVS DE VVLNERIBVS.

TRACTATVS DE VLCERIBVS.

Expositiones super Tractatu tertio libri quarti. Fen quartæ ipsius Auicennæ.

De

TRATACTVS DE VLCERIBVS.

EXPOSITIONES SVPER LIBRI quarti Fen tertiæ Tractatum primum.

INDEX CAPITVM.

FINIS.

INDEX NOTABILIVM IN ELVCIDARIO CHIRVRGICO.

a. significat columnam primam b. verò secundam.

Diæta,

INDEX.

Essere

Vbi

INDEX.

Glan-

Inflatio, & vesicæ.

Infrigidantia.

Intercipientia seu defensiua.

Intestina.

Lac.

INDEX.

Pharma-

Medicamentum.

Medicina.

Mel.

Melancolia.

Membrum.

Mollificatio.

Morbus.

Motus, & quies.

Narcotica.

Natæ.

Neruus.

San-

Topica

Cur

INDEX.

FINIS.

Errata grauiora in Elucidario Chirurgico.

Pag. 3.b, nequimur nequimus. reddit redditur. 4.a. quidam quidem 5.a, fato quinto. 5 b, decliuet decliue. 6.a, materia materias. 8.b, ea febrem, & febrem. 9.a, in hoc vulnus vulnere. 10.a. si vel si vulnus. fatura futura. 11.b. variæ varia. partis partes. 12.a, naturas naturæ. 13.a, natura naturæ. 16.b, medium remedium. potest etiam patet esse. conueniunt conueniat. nu. 16.18. 18.b. numa mutatur non numero. 18. 19. 19. a, necessario necessarium. 19.b, ne venuca & spinalis neue nuca, & spinalis. 21. b, cum mellio cum medio. inciso incisio. 22. b, senectutis senes. 23. a, initia inter initia. 24 b. Galeno Galenus. 25. b. vitellius vitelli. 26.a, margine albuman albumen. 26.a, cicatricia cicatricem. 28.b, in marg. artorium arteriarum. 29.a, sanguinis sanguis. 30.a, prima primo. 31.b, vulnetus vulnus. nu 30. 32. 34. a, astinentia attinentia. prædictum prædicti. 36.a. in margine vulnus vulneris. syr. quæ syr. quę. 37.b. in marg. vulnus vulneris. 39. a per eum pareum 39 b, magnetes magnes. 41. a, cuto cute. a, remaneat remaneant. b, excellenti excellentia 42.b, quid quod. in margine Nox Not. b. ante autem ante autem. ante autem. 43.a, facta soluta. pharmaca pharmacia. 43.b, ordinatione ordine 44.a, colligantur colligentur. b, in marg. fractura fracturæ. 45.a, itertio & tertio. vtlimo vltimo. b, hæc hæ. arictiua arietina. 47. b. exiteur excitetur. 48.b, tithimalus tithymalus, in marg. per pro. 48 in titulo vulneribus vlcerib. 48.a, etiam fen. 49.a, ablutione oblatione. in marg. substantia subiectū. 48.a, os theologica osseologica. 49.a, defectus definitionē. 49.a, in marg. uius virus 50.b, in præter vnde præter. in marg. strictura stricturæ 51.a, speciā speciē. nasis vasis, 52.a, repercusit repercutit. decocto decoctio. ad Auic. ab 53 b, tam decoctis tum decoctis. quam sunt quę sua 54.a, alio alia. 55.a, quo qua, esso esse. 56.a, solitę salitæ potissimum possit 57.a, picca picea. aquæ aqua. b, earum eorum. 58.a. alfeali alKali b. admodum hæ admouendum hæc 59.a, dextera detersa. 60 a, in marg. substitutum subiectum. animal vel tumor humor sed si sed hi. necessaria necessariæ. penes penis 60 b. læditur lædit 62.a iii 3 iii. 64. a. impediunt impedit. cicatrice cicatricem. b, euodat euadat. 65.b, progenica prognostica. in marg per humidi melancolio pro humore melancolico. 66.a pistulæ pilulæ. in marg. 66.a lib. i. 3. i. in margine alterato alterantia. 67 b, humida humana nidum lenti nidorulenti. 68.a, fiat fiant. in marg. purganda purgantia. 69.a in marg. calidæ frigidæ. b, farina frigida. 70.a, paruum prauum. mediæ media. b, chinas chinæ. in marg. un in. concoctorio concoctoria 71 a in marg. emporio empiricus b. symptomata symptomá. in marg. nonmulas nonnullos 72.b, bezaarticam bezaarticū 73.a, plurium plurimum 74.b, vlceros vlcere 75.a dicuntur dicitur. qui quia b, in margine propria præsagia. in margine respicit deleatur 76 a. ceteræ ceterac 77 a, alia aliæ b, podiceme podicem 78. b, citiusquam utriusque, 78.b roremaritimo marino. parantur paratur 79 a, effecta affecta b, dicunt dicuntur. imminute immediate 80.b, post apostemata postea apostemata in marg. tumoris 81.a, in marg Carbonis Carbones 81. a in margine conciliantior concilian- tur 81.a, in marg propter natura præter naturā 81 a, naturæ natiuæ b, uitro intro in marg. caloridis calidis 82.b, at ait, in marg. 8. d. octo dictorū 83.a. inflāmatione inflāmationi b ores res, afficiunt afficiuntur, crisis & crisis est. 84.a, semilini semina lini erisipelā erisipelæ, & etiā b, in marg immutata immediata 85.a. immota immediata. in marg. sectæ sectione, tum cū in marg. vacua uacuātia b. ipiam ipsa 87.b, pituitosa in marg. pituita calidæ calida 89, a, affectos affectus, in marg. sectæ sectione 90.a inflāmationē inflationē inf ammatio inflatio, inflammationis inflationis. in marg. Definitio inflammationis Differentiæ inflationis 90. b, in marg. signa inflammationis inflationis. 91. a, particulari particularia 94. a. addita abdita 98.a. dessoluere dissoluere tur b. eruptio eruptionem 99. a. naturalem vniuersalem 103. a. in marg. generanti generantia. b. structura strictura 104. a. corticū corticum in marg. modi nodi 106 b. vitisque uini visci quercini. 108. b, affectis affecti 111. a triticem triticeā b, in marg. olei olea 114.b, symptomata symptoma 115.a, in marg. Differenties Differentiæ. grumosa grumoso. b, crassam crassum. 116.a, tumoris humoris 118.b, minori maiori 119.b, pituita pituitæ 120.b existentem existente 122.a, necessarie necesse 124.b. in marg. affecto affectio 126.a, in marg Nos. Not. b. in marg. lenimenta lenientia. prognost. purgantia 127 a, netat vetat marg. obrictio obiectio. animlis animalis 128.a. frigida frigidam 129.a, tamen tantum b, pertinat pertinet, considerantur consideratur. pura plura 130.a, medium mediam b, intemperie frigidas intemperies frigida. & vt. pro per. tumor humor 131.a, puncto punctio b, forma frigida 132.a. ægri ægrè, frigiditatis frigidus. totius potius 133.a, calæ calce b, artem arte. valent valet. 135.a. forma frigida. ipsum ipsam 137.a. marg. Definitio Distinctio, vin vix. b, opposi opposita. hieme hienæ. spinea pinea 138.a, tumore tumores 139. a, adestent adest. conseruatur conseruetur b, margine diuertentia Diuretica 140 a, tamen tum 142. a. uno vsu. incisionum incisionem 143.b, efficientes efficiens 144. a. Actio sectio b, viglandis iuglandis. seu limi seu limo 146 a, ea ex 147.b, vim cum. causa eā 148.a, substantia subiecta proponunt: proponuntur. substantiam subiectam. calor color. 151.b. cisis cistis. monus, tamen minus tamen. in quibus inguinibus. calore colore 153. b, augmentum vnguentum 154.b, perfusione profusione. læsa læta 156.b, illinc illine 157.b marg. generica differentiarum. 158.b. luxatam luxatum 159. a. es os. articulus articulum. recollocanda ac recollocanda b. tunc nunc, 160.a, procumbabat procumbat.



ELVCIDARIVM ANATOMICVM EX GRÆCIS, ARABIBVS, ET LATINIS SELECTVM

Clarissimi Viri Ioan. Colle Bellonensis è nobilibus Sancti Bartolomæi de Colle, Serenissimi Vrbini Ducis Archiatri.

De definitione Medicinæ, & eius partibus. Cap. I.



3. moral. Habitus intellectus principal.

OMNES disciplinæ præcipuæ, seù habitus mentis principales, tum speculatiui, tum actiui, tum effectiui, ex Aristotile quinque sunt, nempe intellectus, qui est cognitio primorum principiorum sensu, & inductione comparata ex Arist. 2. post, sapientia, quæ est diuinarum, & humanarum rerum cognitio principiorum, & conclusionum; scientia, quæ est certa notitia conclusionis per causam necessariam; prudentia, quæ est recta ratio actiuorum circa agibile; vltimo est ars, quæ est recta ratio effectiuorum circa effectibile; dantur alij habitus, qui sunt instrumentales, vt Logica, quæ est instrumentum philosophiæ, & docet formare, & construere instrumenta cognoscendi verum a falso, & ea instrumenta fabricat, & philosophus ijs vtitur, & Grãmaticaq; recte loquendi, & scribendi regulas, & normas tradit, pariter Poetica carmina pangendi cum ornatu locutionis; Rethorica, & Poetica sunt partes Logicæ, & instrumenta inseruientia politicæ ciuili, & ad alios ciues optime instruẽdos. Omnis habitus habet primam materiam, seu subiectum circa quod versatur, exẽpli gratia faber lignarius versatur circa lignum, & rudi mineruа debet illud cognoscere, vt valeat in ligno effingere varias figuras, pariter faber ferrarius circa ferrum versatur, tanquam circa propriam materiam, & illud imperfecta, & crassa cognitione intelligit: tres primi habitus intellectus versantur circa materiam necessariam, quæ aliter esse nõ potest, duo postremi habitus circa materiam contingentem, quæ esse non potest, & dependet à voluntate, arbitratuq; nostro: ex his facilius colligitur Medicinam seu disciplinam medicam, esse artem, qua congruis, vel accommodatis instrumentis humani corporis sanitas præsens seruatur, vel amissa recuperatur: largo modo a Galeno dicitur scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum videlicet corporum, causarum, & signorum, quoniam per hæc non solum cognitionem, sed effectionem, operationem ostendit: nam salubre, insalubre quadam potentia includunt modum conseruandi salubritatem, & depellendi insalubritatem. Cum sit ars excluduntur ceteri habitus intellectus, & materia necessaria seu subiectum, sed erit disciplina operatrix, & habitus intellectus practici, qui opus, nõ cognitionem precipue intendit efficere circa humanũ corpus: quod opus, vt finis vniuersalis totius medicinæ est sanitas conseruanda, vel reparanda; verum cum animalia bruta, etiam sana, & ægrotantia sint, dictum fuit, (humani corporis) vt medicina, quæ ad ingenuos animos pertinet, fit de sanitate hominum non brutorum animalium: Quinque sunt partes totius artis medicę, prima appellatur Physiologia, cuius finis est cognitio totius hominis sanãdi, nã absolute pertinet ad philosophum naturalem gratia exquisitæ cognitionis, nempè solidarum partium, humorum, spirituũ atque animarum, & eorum, quæ ab his dependent; constat enim homo ex anima, & corpore: tractat etiam physiologia de facultatibus alimentorum, simplicium medicamentorum non simpliciter, sed quatenus conseruant, vel reparant sanitatem: secunda pars est Pathologia, cuius finis est cognoscere causas, symptomata, & morbos tanquam affectiones humani corporis ab re mouibiles: tertia est Simiotica, quæ tractat de signis dignosticis. i. rerum præsentium, prognosticis. i. rerum futurarum, tertio rememoratiuis. i. rerum præteritarum, omnium causarum, & corporum salubrium, insalubrium, & neutrorũ: signum dignosticum, est illud quod manifestat rem pręsentem, prognosticum quod manifestat futurum; rememoratiuum quod præteritum manifestat; & hæ tres partes appellantur theoricæ, quãuis practicæ sint, & ad opus nempe sanitatis conseruandæ, vel reparandæ dirigantur, sed hoc nomine theoricæ cohonestantur, quoniam magis in cognitione, & notitia rerum versantur, quam in operatione actuali externa; Quarta pars appellatur Præseruatiua, & practica, & ab Hipp. dicitur detractio, & additio: quoniam addit illud quod deficit, vel detrahit, quod superuacaneum est, licet etiam in physiologia medica semper vel fit additio, vel detractio. etiam dicitur

Instrumẽtales.

Mat. habitus.

Def. med.

Def. Gal. In arte medicin. cap. 2.

Opus medicina.

Subiectum

Partes medicinæ. Phisiolog.

Pathologia.

Simiotica.

Theoricę dicũtur 3 prima partes, et cur.

Præseruatiua.

lib. de flatibus.

de tuenda valetudine hominis sani, seu non extra limitẽ sanitatis delapsi, vel neutri potius; quam sanitatem præsentem, seu parum declinantem à statu naturali simulib. vel parum contrarijs tueri, l. corrigere debet tribus potissimis instrumentis medicis, chirurgicis, pharmaceuticis, & diæteticis, & eorum instrumentorum recto vsu, qui in his quinque viget; quod instrumentum sit eligendum, in qua quantitate, & mensura, quomodo sit administrandum, quo in loco, & in qua parte corporis sit adhibendum, & quinto quo tempore. vltima pars ipsius medicinæ dicitur Curatiua; quæ docet modum, ac viam, & methodum curandi sanitatem deperditam propter causas morbificas, vel propter simptomata, vel per morbos: & hæc potissimum practica appellatur, & vtitur prædictis instrumentis, seu materijs medicis, & earum vsu prædicto.

Curatiua.

Prædicta dicuntur præseruatiua, & curatiua.

De subiecto Medicinæ. Cap. II.

SIcuti philosophia naturalis, mathematica, & diuina seu metaphisica habent proprium subiectum; cuius principia partes, & passiones tractantur in illa scientia, & passiones propriæ probãtur per principia, ita omnes artes habent subiectum, sed illud non est cognitionis, vt in scientia, & philosophia, sed operationis, vt pote medicina habet pro subiecto humanum corpus sanandum seu hominem vita humana conseruabili præditũ: non perpendit humanum corpus absolutè, vt philosophus qui exacte principia cognoscit, partes, & passiones humani corporis; sed animaduertit cum hac conditione videlicet sanandum; quia medicus non intendit noscere humanum corpus absolute, sed quatenus erit sanandum, debet citò, tuto, & iucunde gratia santitatis cognoscere aliquo pacto principia, partes, & passiones ipsius corporis, quatenus sufficiunt sanitati conseruandæ, vel recuperandæ.

Subiectũ medicinæ.

Partes subiecti.

Humanum itaque corpus animatum constat intrinsecè, & formaliter ex anima, & corpore; corpus verò prædictum integraliter constat ex quatuor humoribus, & ex spiritibus vitalibus, & animalibus, & naturalibus, & partibus: spiritus appellantur ab Hipoc. impetum facientia, humores contenta, partes continentia tertio, denuo solidæ partes aliæ sunt similares, vt arteria, vena, neruus, caro, medulla, cartilago, membrana; & huiusmodi, aliæ verò dissimilares, quæ componuntur ex similaribus, vt musculus, oculus, cerebrum, cor hepar, testes; aliæ adhuc organicæ appellantur magis dissimilares compositæ ex dissimilaribus, vt tota manus, totum caput, totum pectus, seu thorax, & totus venter inferior; anima vero triplex est vegetatiua, vt in plantis, sensitiua, vt in animalibus brutis, rationalis, vt in homine, & ex his animabus prodeunt actiones medico contemplandæ.

De fine Medicinæ. Cap. III.

Finis medicinæ.

Ordo medicinæ Docentis, & Vtentis.

FInis vero ipsius medicinæ quem accurate animaduertere debet medicus semper, dum docet ordine resolutiuo à notione finis in mente proposito tractando: vel ordine cõpositiuo vtendo, dum operari vult, finis inquam ipsius medicinæ est sanitas cõseruanda, vel reparanda, quæ formaliter, est affectus, seu constitutio partium humani corporis, qua actiones naturales ipsarũ molitur: dicitur etiam materialiter, & effectiue sanitas symmetria partium similarium frigiditatis, caliditatis, humiditatis, & sicitatis, & conuenientia partium instrumentalium, seu dissimilarium (quod idem est) in magnitudine, figura, situ, positione, superficie: patet corpus sanum appellari, cum valet obire actiones naturales, & munera propria exercere: corpus ægrum est contra: neutrum in medio stat inter sanitatem, & morbum: verum nunquam inuenitur in humanis corporibus exquisitissima, & inculpata sanitas, sed potius hæc mente contemplatur, & inseruit tanquam regula, & norma, ad quam medicus dirigit totum studium: habet enim sanitas latitudinem multam, vt alia sit maior, alia minor, alia validior, & alia minus valida, sicut dãtur corpora salubria, & neutra, & quęlibet pars corporis, sicuti diuersa est ab alia, ita etiam propriam sanitatem obtinet, nã oculus habet aliam symmetriam qualitatum, & conuenientiam magnitudinis, figuræ, situs, superficiei, quam habet lingua; pariter aliam possidet cor sanitatem, & aliam iecur; & quod dictum est de his, ita dicendum erit de reliquis partibus humani corporis: nam ipsa sanitas est affectio partium solidarum non humorum, atque spirituum: inseruiunt quidem spiritus, & humores potius tanquam causæ, aut signa ad producendam sanitatem vt vel plures ratione plurium partium sint sanitates, omnes tamen conspirant ad vnam vniuersam producendam maxima vnione, & armonia, vt actio vna communis humani corporis prodeat: quemadmodum ad formandum vnum corpus nempe humanum, tot partes diuersæ inter se requiruntur, quæ tamen vnum corpus viuens constituunt, & debet dici vnum ratione vnius actionis.

Definitio formalis sanitatis.

Materialis.

Corpus sanum.

Aegrum.

Neutrum.

Sanitatis latitudo.

Cuius affectio sanitas.

De principijs corporis humani. Cap. IIII.

QVi vult corpus humanum, vel sanum conseruare, vel ægrum curare, vel neutrum corrigere, oportet, quid sit corpus humanum intelligere, atque ex quibus partibus constat, & partes ipsas noscere, ex quibus componitur: principia igitur remotissima ipsius corporis sunt materia, & forma, minus remota sunt quatuor elementa, aqua, aer, ignis, & terra; adhuc minus remota, sunt mista corpora, quæ ex illis quatuor elementis simul mistis, & confractis, atq; simul perfecte vnitis cõponuntur: denuo ex mistis corporibus dissimilaribus viuens corpus euadit, quod triplex est, primũ viuens anima vegetali; vt plantæ, vel anima sensitiua, vt animalia bruta, vel tribus simul animabus, vegetatiua, sensitiua, & rationali, vt homo.

Principia corporis humani.

De principijs igitur humani corporis breuissime erit agendum, & primo de elementis. Elementum est primum, & simplicissimum corpus, ex quo aliquid constituitur: si est primum, ante illud aliud non inuenitur corpus: si est simplicissimum, non potest diuidi in aliam speciem corporis, sed immediate constat ex prima materia, forma substantiali, & duabus qualitatibus primis: vt manifeste appareat, si dissoluatur elementũ, nõ in aliud corpus posse diuidi, sed totum in principia prima ipsum componentia, nempe materiam, formam, & duas qualitates resolui: ex illa particula dicta in definitione videlicet (ex quo aliquid constituitur) patet elementum differre à Cœlo, quod licet sit corpus primum, & simplicissimum atque compositum ex materia, forma, & qualitatibus, attamen non habet eandem materiam, corruptibilem, neque formam, neque qualitates, sicut elementum, sed est primum, & simplicissimum tanquam principium mouens, neq; ex ipso Cœlo tanquam ex materia aliquid componitur; neque alterabile, atque transmutabile corpus est, vt quatuor elementa, sed est sempiternum, & perpetuum non obnoxium alterationi, sed tantum motui locali, & circulari; præterea elementa dupliciter considerantur, vel vt partes vniuersi mundi, vel vt miscibilia; & quatuor sunt elementa omissa opinione Cardani (qui negauit ignem elementalem,) Terra, quę est centrum mundi, & in medio posita, crassa, atque dura moles, obscura, & opaca, frigida & sicca, simpliciter absolute grauis, terminatũr termino proprio, & tribuit corporibus, quę ex ipsa componuntur consistentiam, opacitatem, grauitatem absolutam: Terrã ambit,

De elemẽtis.

Elementi definitio.

Cœlum.

Consideratio elemẽtorum.

Numerus Terra.

Aqua.

ambit, vel circundat aqua fluida, ſubſtantia diaphana, trāſparens, abluitiua non ſimpliciter grauis, ſed ſecundum quid, quæ termino alieno terminatur, & ſicco per iſto facit gluten, & terminationem, frigida eſt, & humida.

Aer.

Super aquam adeſt aer leuis ſecundum quid, non ſimpliciter, faci è ſuſceptibilis, & alterabilis, diaphanus, calidus, & humidus, qui diuiditur in tres partes,

Aeris regiones.

primam regionem, quæ nos tangit, & vſq; ad altitudinem montium pertingit, ad quam etiam reflexio radiorum ſolis peruenit. Secunda regio aeris eſt media potius frigida, non ſui ratione, ſed vaporum frigidorū, qui in ipſa abundant; tertia regio, & vltima eſt illa, quæ vicina eſt igni, & ideo magis calida eſt, non ſolum propter vicinitatem elementi ignis, ſed propter copiam exhalationum, calidarum, & ſiccarum, quæ à terra

Ignis.

mediante ſolis calore eleuantur, poſtremum elementum ſuper aerem eſt ignis puriſſimum elementum, maxime actiuum, calidum, & ſiccum, ſimpliciter leue, & ſupremum locum tenet, quod perfectionem mixtis tribuit, adeo vt Hip. auſus fuerit, ignem in humano corpore

2. de anima 41.

animam appellare, & Ariſtoteles dixit animam ſine igne non operari, nam eſt præcipuum inſtrumentum, quo anima vtitur ad actiones obeundas.

De Humoribus. Cap. V.

Humorū materia ex qua.

EX his quatuor elementis componuntur alimenta, videlicet cibus, & potus, quibus humanū corpus nutritur, nempe ex his generantur humores, qui appellantur ab Hip. contenta, quia continen-

Materia in qua.

tur, ſicut vinum in dolio, in arterijs, venis corde, epate, veſica fellea, & vrinaria, ventriculo, cerebro, glandulis, & alijs cauitatibus, & porroſitatibus carnis: deſcribitur humor genericè, corpus actu fluidum ex nutrien-

Definitio humoris, Diu.

te genitum ab alteratrice humani corporis: hæc generica deſcriptio amplectitur omnes humores tam vtiles, & alimentales, quam extrementitios, & inutiles: debet eſſe actu fluidum, vt aqua, & fieri ex nutriente, nempe ex alimento cibo, vel potu, à facultate, ſeu ex virtute alteratrice humani corporis, vt diſtinguatur ab humoribus, & ſuccis, qui extra humanum corpus fiunt, & reperiuntur, & ſuccus herbarum, vinum, aqua, oleum, & huiuſmodi: alius humor, qui alit humanum cor-

Sanguinis def.

pus perfectè, vt exquiſite eſt ſanguis, & dicitur humor generatus à virtute ſanguifica hepatis grata nutritio-

Materia forma.

nis vniuerſi corporis: nam is ſit ex chylo genito, & cibis hauſtis à facultate chilifica ventriculi, & attracto ab ipſo hepate, & de nouo conuerſo tranſmutatoquè in ſanguineum ſuccum; ſed ſanguis mixtus eſt, & com-

Principia componentia ſanguinem.

poſitus ex quatuor portionibus, vt docet Gal. 2. d. fac. nat. c. vlt. ex portione biliosi ſangninis, ex portione melancolici, pituitoſi, & ſanguinei: ſegregantur tan-

Excremētitij humores.

quam inutiles ad alendum alij excrementitij humores, bilis depellitur, & attrahitur a veſica fellea, in qua conſeruatur pro expurgandis inteſtinis, & irritandis ad

Bilis.

aluum excernendam: alia portio bilis cum vrina permota ad veſicam vrinariam demandatur, & habet plu-

Melancolia pituita.

res ſpecies; melancolia, quæ eſt excrementum terreum, attractum à liene: pituita excrementum aquoſum, & alia, quæ infra dicuntur.

Sanguinis qualitates.

Sanguis igitur eſt humor calidus, & humidus, rubeus ex quatuor illis portionibus enarratis præditus tanquam commune alimentū omniū partium genitus à iecore, & per venas diſtribuitur per vniuerſum corpus.

Sāguis duplex arterialis, & venalis, arterialis quid.

Datur etiam alius ſanguis, qui dicitur arterioſus, & magis calidus eſt, atq; tenuis in arterijs perſiſtens genitus à facultate ſiniſtri ventriculi cordis ex portione tenuioris ſanguinis dextri ventriculi, & ex portione aeris attracti per pulmonem, qui ſanguis arterioſus eſt tan-

Cōciliatio Gal. cum Ariſt.

quam forma tribuens eſſe ſanguini materiali, & naturali genito ab hepate, qua propter fortaſſe conciliatur. Gal. cum Ariſt. nam Gal. putauit iecur eſſe fontem ſanguinis alentis, Ariſtoteles verò arbitratus eſt cor eſſe. Sed ſicuti denominatio fit à nobiliori, & à forma, ideo Ariſtoteles rectè opinatus fuit, ſanguinem arterioſum

Nutritio fit à ſanguine arterioſo.

eſſe formā ſanguinis venoſi, & ideo cor appellandū eſſe fontem ſanguinis, probaturq; ſententia Ariſt. nā ſi prohibeatur defluxus ſanguinis arterioſi ad aliquā partem, licet ea pars abundet ſanguine venoſo, non nutrietur.

Concoctio triplex.

Præterea noſcere oportet in qualibet concoctione celebrata in humano corpore (quæ triplex eſt) vna prima in ventriculo, qua ex cibo, & potu fit chylus, & dicitur chilificatio, ſecunda in hepate, qua ex chylo attracto per venas meſſaraicas fit ſanguis, dicitur ſanguificatio. Tertia, quæ fit ex ſanguine attracto per vniuerſum corpus dicitur nutritio omnium partium, generari duo excre-

In omnī concoctione generātur duo excrementa.

menta inutilia nutritioni partium corporis vnū tenue, & alterum craſſum, ſed vtilia pro alijs vſibus neceſſarijs inutilia, autē ad nutritionē, quia ijs non nutritur corpus.

In prima coctione craſſum excrementum eſt ſtercus, quod excernitur per aluum, tenue eſt pituita, (alij dicūt

Excremēta primæ concoctionis.

eſſe vrinā) q̄ eſt humida, craſſa, ſubdulcis, in ſecūda coctione tenue excrementum eſt bilis, calida, & ſicca, amara, quæ demādatur ad veſicam felleam, & ibi coaceruatur; ſed vna portio ipſius bilis ad inteſtinum ieiunū defertur

Secunda bilis.

pro concitanda aluo; altera portio per vrinam, & minima pars cū ſanguine; inſeruit, & facultati iraſcibili; ex-

Melancolia.

crementum vero craſſum, eſt excrementum melancolicum, frigidum, & ſiccum, acidum, & ægre mobile, quod appellatur fęx ſanguinis, & expurgatur à iecore ad lienē, quod reſidens in ipſo liene propter maximam copiā arteriarū magis attenuatur, & elaboratur pro nutritione ipſius lienis: Altera portio defertur ad fundū ventriculi ad excitandam famem, & appetitum, ſunt vtilitates, & vſus horum duorum excrementorū naturalium: generātur duo alia excrementa in gibba parte hepatis, dum vl-

Duo excrementa in gibba hepatis. Vrina.

timā perfectionē tribuit ſanguini, tenue excrementū eſt vrina, quæ attrahitur à renibus per vreteres ad veſicam demandata excernitur per penē alia portio humoris ſeroſi permeat p venas cū ſanguine, & cū eo mixta vehitur per vniuerſū corpus, & facit magis penetrare ſanguinē,

Icor 4.

dicitur Icor, & quadruplex eſt ſicuti quadruplex eſt portio ſanguinis bilioſa, melācolica, pituitoſa, & ſanguinea, alterū excrementum craſſum eſt ſedimentum, quod etiā

Sedimentū vrine.

appellatur hipoſtaſis in fundo vrinæ reſidens album æquale, & leue; excrementum tertiæ coctionis tenue, eſt

Excremēta tertiæ concoctionis.

ſudor, halitus, craſſū uero eſt ſordities, quæ reperitur in poris cutis; dantur etiam aliæ coctiones, ſed magis particulares, & ſunt ſpecies tertiæ, & habent eadē excremēta, dum in ſingulis particulis celebrantur, ut in teſtibus

Species tertię concoctionis. Semen.

fit concoctio ipſius ſeminis, quod eſt excrementum utile ultimi alimenti, ideſt ſanguinis (is. n. ultimo nutrit, & alit corpus) genitum à uirtute propria ſeminali ipſorum

Lac.

teſtium gratia conſeruationis ſpeciei; fit alia concoctio in mammis in quibus generatur lac gratia nutritionis in-

Spiritus vitalis.

diuidui. Tertia particularis fit in ſiniſtro uentriculo cor-

Spiritus animalis numerus coctionuū particularium.

dis, in quo ſpiritus uitalis gignitur. Quarta fit in medio uentriculo cerebri circa rete mirabile, & ibi fabricatur ſpiritus animalis: præterea quot ſunt partes, tot ſunt coctiones particulares, quę dicuntur nutritiones particulares, ſecundum naturam propriam ipſarum partium, ſed hę narratæ ſunt magis præcipuæ: hæ ſunt omnes coctiones vniuerſales, & particulares in homine ſano: ſed in

Cauſę morbificæ ex parte humorum pr. nat.

neutro, vel ægro, fiunt humores alimentalis ſanguis, & excrementa etiam præter naturam, & inutilia inſalubria, & neutra, quando vel excedunt ſubſtantia craſſa, vel tenui, vel corrumpuntur, & fiunt forma contraria corpori naturali, vel quando quantitate excedunt, vel deficiunt, & euadunt maiora, vel minora, quam par ſit, vel quando qualitate intenduntur, vel remittuntur, vt ſicca, calida, vel frigida, vel humida, vel putrida, vel acria, vel ſalſa, vel inſipida, vel cruda nimis, & à ſtatu naturali recedunt, vltimo quando loco proprio, & ſede immoderate, vel mouentur, vel quie-

Bilis p. n. quot.

ſcunt: excrementum bilioſum præter naturam eſt, vel

bilis porracea, quæ viridis eſt, & porrorum viriditatem imitatur, vel æruginoſa ad ſimilitudinem æris, vel vitellina ad ſimilitudinem vitelli ouorum, & hæ tres ſpeties bilis ſolent, vt plurimum produci in ventriculo; quarta ſpecies eſt bilis flaua, quę copia, quantitate, qualitate, motu, & ſubſtantia fit aliquando pręter naturam, quinta ſpecies dicitur ſubpallida bilis, ex miſcella, vel pituitę, vel humoris aquoſi, vel melancolici, vel à frigiditate hepatis ortum ducit:

Melancolia p. n. quatruplex.

excrementum melancolicum, pariter his de cauſis, & hoc pacto fit pręter naturam, & inutile, & ex Auicenna fit primo ex pituita ſuperaſsata, & aduſta, vel ſecundo ex bile craſſa combuſta, vel tertio ex ſanguine feruefacto, & dicitur atrabilaris, vel quarto ex excremento melancolico naturalis nimis feruefacto, dum partes tenuiores diſſipantur, & remanent craſſiores: tertium excrementum vniuerſale

Pituita fit p. n. 5.

pręter naturam eſt pituita, quę à ſtatu naturali recedit, vt dictum eſt ſupra, ſubſtantia, aut quantitate, aut qualitate, aut motu, ſeu quiete pręter naturam, vnde

Triplex Species pituita.

oriuntur varię ſpecies ipſius pituitæ, alia eſt acida, alia eſt ſalſa, alia inſipida; præterea ſemen, ſerum, ſeu vrina, lac, ſpiritus vitalis, ſpiritus animalis, ſtercus, ſudor halitus, ſordities, fuliginoſa excrementa, & plura alia, quæ ſolent eſſe præter naturam, & euadere inutilia, vel inſalubria, & neutra in corpore humano erunt talia, quia excedunt, vel deficiunt à naturali ſuo ſtatu, aut

5. modis euadunt res p. n.

per ſubſtantiam, aut per quantitatem, nimiam uel paucam, aut per qualitatem primam, uel ſecundā intenſam, uel remiſſam, fiunt intenſiora, uel remiſsiora, aut per quietem, uel motum impediunt aliquam partem, excedunt in illa parte, uel deficiunt, uti cum aliquis humor fluit ad unum partem præter naturam, uel non fluit, cum deberet fluere.

Humor alimentalis, & excrementi⁹

Colligitur itaq; ex his ſuperius enarratis humoribus alios eſſe alimentales, ut ſanguis, alios excrementitios, ſed utiles propter indiuiduum, vt bilis naturalis, melācolia, pituita dulcis, ſtercus, ſerum, ſudor, ſordities, lac, ſpiritus uitalis, animalis, alia eſſe utilia propter ſpeciem, ut ſemen, & ſanguis menſtruus; inutilia uero inſalubria, neutraq; & præter naturam fiunt omnes humores tum alimentarii, tū excrementij, ut ſuperius narratum fuit, qui excedunt aliquo horum modorum.

Et hæc tractatio de humoribus poteſt etiam collocari in tractatu de cauſis morbificis, & in parte pathologiæ medicinæ, nam quæ ſunt cauſæ ſanitatis, eædem dum recedūt à naturali ſtatu, euadūt cauſę etiā inſalubritatis, & neutralitatis; contrariorum eadem eſt diſciplina; nam

Sanitas ex quibus pendeat.

cū ſanitas dependeat ex ſymmetria, calidi, frigidi, humidi, & ſicci, partium ſimilarium, & ex conuenientia magnitudinis, numeri, figuræ, ſuperficiei, meatuum, pororum partium inſtrumentalium, atq; ex debita unitate partium ſimilarium, & diſſimilarium: ex defectu l. exceſſu ſymmetriæ ſimilarium partium, & conuenientiæ inſtrumentalium, vel vnitatis ſimilarium, & diſſimilarium, ſimul orientur inſalubritas vel neutralitas: &

Inſalubritas & neutralitas ex quibus oriantur. Actio 3. læditur.

pariter actiones naturales partium corporis, erunt vel deprauatæ, vel imminutæ, vel ablatæ, quoniam his tribus modis tantum læditur actio deprauatè, ſeu corruptè ſecundo imminutè, tertio ablatè.

De ſpiritibus, & eorum ſpeciebus.

Cap. VI.

Spiritus quid.

SPiritus à Medicis appellatur, impetum faciens, & deſcribitur ab Hipp. & Gal. ſubſtantia per ſe mobilis genita ex vapore ſāguineo à facultate formatrice propter cuſtodiā facultatis humanæ: omnis diffinitio ſubſtantiæ conſtat ex quatuor cauſis, genere, mate-

definitio ſubſtātiæ ex 4. cauſis.

ria ex qua, forma ſeu differentia, & fine, genus ſpiritus eſt ſubſtantia, & dicitur ſubſtantia ad differentiā caloris, ſeu caliditatis, & complexionis, quæ ſunt accidentia, & qualitates. Sed cum multiplex ſit ſubſtantia, alia immobilis per ſe, ſed mobilis ab alio, vt ſi terra moueatur, vel lapis proijciatur, alia eſt mobilis per ſe, & hæc ſubſtātia mobilis per ſe multiplex eſt, alię ſunt ſimpliciſſimæ, & appellantur formę ſubſtantiales & animæ, vt anima ſenſitiua, anima rationalis, aliæ ſunt adhuc ſimpliciſſimæ formæ, vt formæ abſtractę à materia, velut Angeli boni,

Spiritus in genere quid.

& mali, ſed ſpiritus eſt ſubſtantia p ſe mobilis quatenus mouetur à proprio principio intrinſeco, & natura ppria, & eſt ſubſtantia non ſimplex, ſed mixta ex quatuor ele-

Materia ex qua generetur ſpiritus.

mentis remote, & proxime ex ſubſtantia ſanguinis puriſſima, & tenuiori tanquam ex materia, & ex iſta ſubſtantia componitur, & habet formam mixti quæ accedit ad formam aeris, & ignis; ideo habet etiam temperamentū potius calidum, & habet motum ſurſum & deorſum, de loco, ad locum, foras, & intro, ante, & poſt. Paſſiones quæ

Paſſiones ſpiritus. Efficiens.

ſequuntur temperamentum eius ſunt tenuitas, ſubtilitas mobilitas, caliditas. cauſa efficiens, ſeu principium ipſius ſpiritus eſt formatrix humana, finis propter quē à natura

Finis.

generatur in corpore humano, eſt vt cuſtodiat facultatē humanam, ſeu omnes ſpecies animæ, & formas mixtionis humanæ: nam eſt organum, ſeu inſtrumentum, quo vtitur facultas humana, & ad ſui cuſtodiam, & ad ope-

Cur appellatur æthera ſubſtātia.

randum: quoniam habet naturam mediā inter corpus, quod eſt craſſum, & terreuum, & animas, quę ſunt formę ſimplices: appellatur aliquando hac de cauſa ętherea ſubſtantia, immo Plato putauit ob diuerſitatem horum ſpi-

Hominū diuerſi mores, & ingenia.

rituum diuerſos eſſe mores, & ingenia hominū, vt homines qui ſunt craſſi, hebetisq; ingenij, obtinuerunt ſpiritum craſſum, & turbidum, qui acuti ſunt ingenij, & ſolertes; ſubtiles, & viuidos habuerunt ſpiritus; hac de cauſa etiam animalia bruta, alia ſunt ſolertia, & ſagacia, vt formica, apes, & ſerpentes, alia timida, impudentia, & rudiſſima, vt aſini, lepores, cuniculi, & plura alia: his expoſitis circa naturā ſpiritus in genere, cum omne genus habeat plures ſpecies ſub ſe differentes, ita genus ſpiri-

Species ſpiritus. Vitalis.

tus tres ſpecies ſub ſe continet nempe animalem, vitalē, & naturalem: de his dicendum, & primo de vitali, qui eſt ſubſtantia per ſe mobilis genita ex aere elaborato a pulmone, & tenuiori ſanguine, ſeu ſpiritu naturali à dextro ventriculo cordis ad ſiniſtrum trāſmiſſo, ibiq; ex miſcela aeris, & ſanguinis generatur à facultate vitali gratia ſuæ conſeruationis: facultas iſta appellatur alteratrix concoctrix, generatrix, ſeu anima vegetalis nobilior, quā in plantis, cum ſubſeruiat ſenſitiuæ, & habeat influentē calorem annexū: quæ duo deſiderantur in plantis: inſeruit etiā huic animæ forma mixtionis cordis humani, mediante calore inſito, & influente, atq; cōplexione ipſius

Finis.

cordis propter conſeruationem facultatis cordis, & omnium aliarum partiū, dum per arterias trāſmittitur per vniuerſum corpus; diciturque tunc ſpiritus influens,

Spiritus influens quis & quid.

quia influit, & currit per arterias ad omnes partes, ad differentiam ſpiritus inſiti, quòd eſt calidum innatum ſeminale, aut menſtruale, radicale etiam appellatur quod

Calidum innatum.

viget in qualibet parte: generatum eſt ex puriori parte, & oleoſa ſeminis, & ſanguinis menſtrui, dum formatur fœtus in utero matris, deſcribiturquè ſubſtantia mixta

Calidi innati deſcriptio.

prædita calore æthereo genita ex puriori parte ſeminis, & ſanguinis menſtrui gratia conſeruationis facultatis humanæ à formatrice fœtus, ſeu generatrice in vtero:

Paſsiones calidi innati.

ſed habet inſitus hic ſpiritus, ſeu calidum implantatum, radicale motum tantum ſurſum, & deorſum, & extra, ſed non deſerit proprium locum; neq; huc, & illuc

Officia ſpiritu. vitalis.

mouetur, ſed manet in ea parte, & membro, in quo à principio natiuitatis fœtus conſtitutum fuit. Spiritus vitalis officia, & munera ſunt calores vniuerſi corporis

Spiritus animalis definitur ſubſtātia per ſe mobilis genita ex aere & ſpiritu vitali

conſeruare, reſtaurare, & ad actum reducere, facultates cuſtodire, & ad operationem deducere; eſt calidus potius, & ſiccus, aereus, & igneus, ſubtilis, colore rutilante: ex ipſo delato ad cerebrum in arterijs vocatis retiforme, atq; ex aere attracto per nares, formatur ſpiritus animalis à propria facultate alteratrice cerebri, quæ non ſolum eſt forma mixti cerebri, ſed anima vegetatiua, quo ad potentiam alteratricem me-

fac. altera trici cerebri propter custodiã, & operationem facultatis animalis.

diante calore complexione, & calido insito propter custodiam, & operationem facultatis animalis; ita appellatæ à Medicis generice, quæ animalis facultas amplectitur animam sensitiuam, quæ sensit obiecta sensibilia, & diuiditur in quinque sensus externos, visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum, & in tres internos, sensum communem, qui est centrum quinq; sensuum externorum, & iudicat obiecta illorum, & differentias, phantasiam, & memoriam; amplectitur etiam motiuam facultatem, quæ non est, species distincta, nec distinctum genus a sensitiua; imò ex Aristotile sensus, & intellectus est principium motus, nam obiecto cognito vel à sensitiua virtute seu anima, vt in brutis animalibus, vel à ratione, seu anima rationali, vt in homine, insurgit appetitus motiuus ad prosequendum illud obiectum tanquam bonum, vel fugiendum tanquam malum; & est causa motus localis omnium partium humani corporis; amplectitur, & in homine, intellectum seu animam rationalem, quæ habet duas particulas, licet anima sit simplicissima substantia, & à munere, officio quo fungitur, vna dicitur intellectus possibilis, quia potest omnia intelligibilia obiecta recipere, & est tanquam tabula rasa, in qua nihil pictum est, sed omnes picturas potest recipere: altera particula appellatur intellectus agens, quæ deducit ad actum intelligibilia, quæ erant in potentia, sicuti lumen deducit colores, qui erant in obscuro loco, vt sint visibiles, deduciq; intellectum possibilem ad actũ intelligendi, sed vnus, & idem est intellectus, & eadem substantia, licet vario nomine appelletur, nam dicitur etiam intellectus ratione obiecti intelligibilis contemplatiuus, quando philosophus, obiecta contemplatiua, & scientias contemplatur naturales, metaphisicas, & mathematicas: actiuus quando contemplatur moralem philosophiam, & obiecta agibilia: effectiuus quando artes considerat, & obiecta artificialia, & opera; ipse quidem animalis spiritus habet nouam formam distinctam à spirituali gratia conseruandæ facultatis animalis, & celebrandæ eius actionis, tum sensitiuæ, tum motiuæ, tum cognoscitiuæ: non enim fit sensus, non fit motus, atq, non fit cognitio sine spiritu animali tanquam instrumento ad obeundas actiones huiusmodi; sed diuersus: modo magis perfectus, & imperfectus est pro officio, quo fungitur, nam dum sensibus inseruiunt, imperfectus est, minusq; purus, dum cognitioni ratiionatiuæ, seu intellectui, purissimus est. ęthereus, atq; lucidus, & in actiuis qualitatibus maximè temperatus, qui motui inseruit, validus, atq; fortis est, sed non ita tenuis, atq; lucidus eget. n. receptio phantasmatum, specierum, & simulacrorum rerum cognoscendarum puriori spiritu, tenuiori, lucidiori, quam motus: qui valent ingenio molles sunt carne à natiuitate, & contra qui duri sunt carne, ingenio rudi sunt, sed potius memoria præstant; vnde dicitur, qui carent iuditio, valent memoria, & è contra, quod, vt plurimum, non semper verum est. Est itaq; animalis spiritus, quo ad temperiem, frigidus, & humidus, sed modicè; nam inter passiuas qualitates videlicet humidas, & siccas, quæ passiuæ appellantur, moderatus est, est lucidus, æthereus, tenuis, & copiosus ob continuatã actionem facultatis animalis, quæ solummodo in somno fere quiescit: contingit enim aliquando in somno homini ambulare, & somniare, & eo tempore operatur spiritus animalis inseruiens phantasiæ, & facultati motrici.

Finis spiritus anim.

Sensitiua aĩæ quid ex quot.

Sensus externi 5. & 3. interni.

Motiua facultas.

Intellect⁹ possibilis.

Agens.

Triplex itellectus speculatiuus, actiuus, & factiuus.

Finis spiritus animalis.

Actio animalis triplex sensitiua, motiua, & cognoscitiua.

A diuersitate actionis spiritus animalis diuisus secundum puritates.

Temperies spiritus animalis.

Tertius spiritus est naturalis licet Galeno 11. meth. med. & pluribus alijs dubius videatur, sed cum quęlibet facultas proprium organum medium inter corpus, & animam desideret, atque cum facilitet magis operationem, & custodiam, non est negandum dari huiusmodi spiritum; est itaq; spiritus naturalis mixta substituta genita ex sanguineo vapore per se mobilis à sanguificatrice hepatis propter tutelam, & operationem animæ vegetatiuæ; quæ à Medicis appellatur naturalis, & animalis, & nutriens, seu plantalis, quoniam reperitur in plantis. Verum licet hæc facultas naturalis sit insita cuilibet parti viuenti, & huc, & illuc mediante spiritu naturali per vniuersum corpus, per venas impartiat vires suas, eget tamen spiritu naturali ob rationes allatas, vitalis verò facultas, quæ vegetatiua licet sit, animosa anima vocatur, & nobilioris gradus diffundit vires suas mediante spiritu vitali: pariter, & animalis facultas; nam hæ duæ non sunt insitæ cuilibet parti, sed tantum principaliter cordi, & cerebro, & per hæc neruis, & arterijs: non credendum licet diffundantur non esse materiales corruptibiles insitas, & ex potentia materiæ eductas, sed dicuntur influentes, quia magis manifeste ad operandum egent spiritu influente, vel radiali virtute spiritus, vt putauit Galenus, & hac ratione illæ dicuntur virtutes influentes, & hæc naturalis facultas, seu anima vegetatiua appellatur insita implantata, non ita manifeste eget spiritu naturali: idcirco quælibet arteria, neruus, pariter cor, & cerebrum eget spiritu vitali, & hoc animali, dum in hepate generatur naturalis spiritus præsertim in gibba hepatis parte conficitur tanquam in nobiliori parte puriori, atq; continente puriorem sanguinem, & tunc inseruit ipse spiritus facultati hepatis, & distribuitur per venas ad tutelam, & actionem facultatis naturalis, quæ in singulo membro insita, & implantata reperitur, & magis fixa organo, quam animalis tanquam magis impura; quæ non cognoscit, vt patet in plantis, quæ cognitione carent: sensitiua verò cognoscit species, & sine materia recipit eas, vt forma lapidis, vel huiusmodi libri est in anima, sed non ipse lapis, vel liber, & in speculo videtur species Francisci, sed non ipse Franciscus, vel Antonius, forma intellectiua siue intellectus intelligit omnia intelligibilia. Ideo omne quod intelligit abstractum est à materia, & è conuerso omne quod est abstractum à materia intelligit; conuertuntur enim duæ propositiones inter se, vt docet Aristoteles in 3. de anima, & tunc accedens hic spiritus ad singulam partem facultatem singulæ partis adiuuat, atq; calorem, temperiem, insitum calidum, proportionatum instrumentum animæ vegetatiuæ. Ad hæc sequitur habere temperiem, calidam, & humidam, pro vt attestantur eius principium materiale, nempe sanguis, efficiens nempe facultas naturalis, cum temperie hepatis calida, & humida, cum calore natiuo, & humido radicali: est crassior cœteris spiritibus, rubeus, ægre mobilis, quia à crassiori substantia rubra, & ægre mobili conficitur: præterea censendum est, cum inquit Galenus, Hippocrates, & Plato vitalem spiritum fieri ex puriori portione sanguinis, intellexisse per illam portionem spiritum naturalem, vt sicuti ipse spiritus naturalis, per quandam analogiam, proportionem, & similitudinem oritur ex tenuiori vaporosa sanguinis substantia, ita vitalis ex ipso naturali, & aere tanquam magis perfectus: animalis verò tanquam perfectissimus omnium, & perfectissimis facultatibus inseruiens oritur ex spiritu vitali adhuc elaborato, & concocto perfectius in cerebro, atq; ex aere attracto: natura enim ab imperfecto ad perfectum tendit, at sensim, atq; sensim ad perfectissimum per media, non autem per extrema accedit: hanc normam in omnibus alijs operibus nos docet natura, crassissimam, & ignobilissimam coctionem esse in ventriculo, dum non solum alterat secundum qualitates frigidas, humidas, calidas, & siccas cibos, sed eos transmutat ad nouam formam, & nouam substantiam, vnde appellatur chylificatio; qua ex cibis sumptis, alteratis, & transmutatis oritur: differt alteratio à transmutatione: nam ipsa est mutatio secundum qualitates manente eodem subiecto;

Spiritus naturalis quid.

Facultas naturalis

Naturalis spiritus generatur in gibba hepatis.

De spiritu naturali, & eius vsus vide etiam in tractatu de lue gallica.

38 *Tertij de anima.*

Text. 16

Spiritus naturalis temperies

Qualitates secũdę

Natura ab imperfecto ad pfectum tendit, & per media.

Chylificatio qua.

Alteratio à trãsmutatione differt.

transmutatio vero est mutatio secundum formam, & materiam non remanente eodem subiecto: Eodem pacto conficitur sanguificatio in hepate transmutato chylo à sanguine, & pariter nutritio in singulis partibus vniuersi corporis transmutato sanguine in substantiam partis, vel sanguineæ, vel seminalis, eodem modo ex sanguine generatur semen, & lac, & spiritus, & plura alia, & dicuntur generationes, & differunt ab alterationibus, quæ alterant tantum, & faciunt alterum, & non aliud, vt si alteretur pars secundum calorem, secundum caliditatem, humiditatem, non autem secundum substantiam, & formam nempe, & materiam; nam quando trasmutatur forma, & materia fit generatio, & corruptio, alteratio ad qualitates, auctio, & diminutio ad quantitatem, quando vel aliquod membrum, vel corpus augetur, vel minuitur, accrescit, & decrescit, est terminus quantitatis, quando alteratur secundum qualitates calidas, frigidas, calores, odores, & sapores crassitiem, & tenuitatem, & scientias, & disciplinas dicitur alteratum.

De parte, & eius differentijs.

Cap. VII.

Sanitas ppria passio partiũ similariũ.

CVm sanitas vt præsens conseruanda, aut amissa recuperanda proprie sit passio partium similarium, & dissimilarium, & partes sint integrantes corpus humanum, de his præcipue agendum est à Medico, & primo loco, vt fecit Auerroes in libro colliget, & Gal. 1. libro de const artis medicæ, & Auicenna, & plerisq; alij, qui tractarunt artem medicam ordine resolutiuo, qui conuenit omnibus artibus, nam primum subiectiuum cognoscere oportet: atq; sanitatem, & tandem deuenire ad ea remedia, seu principia rerum, aut causas, quę valent sanitatem iam cognitam tueri, vel recuperare.

Ordo resolutiuus conuenit omnibus artibus.

Pars quotuplex. Primo. Secundò.

Quapropter cum pars multipliciter accipiatur ab autoribus primo pro parte integrante corpus humanum, & hoc pacto, tres sunt, humor, spiritus, & solidum corpus: aliquando appellatur pars, vt distinguitur à spiritibus, & ab humoribus: primo modo diffinitur, quod sit, quidquid totum complet, & integrat; sed humor, spiritus & solidum corpus integrant, & complent humanum corpus: ergo appellanda sunt partes integrantes; accepta particula secundo modo describitur à Gal. primo de vsu partium esse corpus, quod nec vndequaq; circumscriptionem habet propriam, nec vndequaq; coniunctum est alijs: nam quod habet circumscriptionem propriam, & ambit in se omnia alia, dicitur totum: & cum pars debeat componere totum, necesse est, vt cohęreat aliquo modo: finis partis est vt inseruiat actione, & vsu toti corpori: partes, quę etiam appellantur membra, loci particulę sedes; alię sunt similares, homogeneę, quę in partes sibi similes eiusdem speciei diuiduntur, seu dicuntur, quę habent eamdem substantiam naturam, actionem, & vsum, vt neruus si diuidatur diuiditur in partẽ sibi similem, vt quælibet pars nerui sit neruus, & quælibet pars aquæ est aqua; deinde similarium partium aliæ sunt spermaticæ, quæ generantur ex semine, aliæ sanguineæ, vt carnosę, quæ generantur ex sanguine, dissimilares, seu heterogeneæ, seu compositæ diffiniuntur, quæ in partes dissimilis naturæ, & diuersæ speciei diuiduntur, nam si diuidatur manus, diuersæ erunt partes, vt ex figura, magnitudine, numero, & situ apparebit; dissimilarium partium adhuc extant quatuor genera; primum genus ex solis similaribus, vt musculus, qui constat ex neruis,
1. arterijs, venis, & carne. Secundum genus est, quod
2. componitur ex primo genere, vt digiti: Tertium genus
3. fabricatur ex secundis simul constructis, vt manus quæ
4. constat ex musculis, & ex digitis: Quartum genus fit
ex tertijs, vt brachium; deinde aliæ sunt partes nobiles, & principes, & harum aliæ sunt principes ad conseruandum indiuiduum, vt cor, cerebrum, & hepar; aliæ sunt principes pro generatione, & conseruatione speciei, vt testes; ignobiles vero sunt, quæ inseruiunt principalibus partibus, vt arteriæ inseruiunt cordi, venæ inseruiunt hepati, nerui inseruiunt cerebro, vasa spermatica inseruiunt testibus; pluresq; sunt aliæ ignobiles partes, & in qualibet dissimilari parte reperitur, etiam vna pars principalis, cui attribuitur actio; reliquæ partes inseruiunt principali, vel ad custodiam, vel tanquam causa, sine qua actio fieri non potest, vel tanquam pars adiuuans, vel ad esse, vel ad melius esse, vel ad perfectius, vel nobilius. Si perfecte cognoscere quis voluerit naturam partis, & inde sanitatem tueri, vel resarcire, oportet, vt anatomen harum partium perfecte cognoscat. Anatome verò, seu facultas anatomica, seu methodus anatomica (quod idem est) dicitur peritia naturæ membrorum hominis sectione artificiosa simul, & exquisita scientia operationum, & vsuum comparata gratia sanitatis tuendæ: & hæc descriptio traditur à Gal. 2. ad glauc. & in arte medicinali primo constat hæc definitio ex quatuor causis, vt perfecta ex forma, quæ est peritia, ex materia, quæ est membrum, vel totus homo: ex causa efficiente, quæ est sectio vsus, & operatio, ex fine, qui est sanitas tuenda: ex his quatuor causis cognitis constat anatome; dicitur peritia, facultas, quę valet recte, & perspicienter iudicare ea, quæ facta sunt à natura in humano corpore; & ille Medicus appellabitur peritus anatomicus, qui obtinuerit hanc peritiam, quæ acquiritur sectione artificiosa, non autem fortuita: scientia verò exquisita actionum, & vsuum comparabitur à Medico si diligenter prospiciet atq; à priori scilicet per causas suas proprias, & principia actionum, & vsuum cognoscet substantiam partis; quæ duplex est materia, seu principium materiale terreum, aquosum, aereum, igneum à prædominio; altera substantia est forma substantialis, quæ dicitur actus primus; & describitur, dans esse rei, perficiens rem, & actus dicitur specificus: præterea debet cognoscere quantitatem partis, magnam, vel paucam, breuem, vel longam, vnam, vel plures, æqualitatem, vel inæqualitatem, debet etiam cognoscere qualitatem illius partis caliditatẽ, humiditatem, & siccitatem, duritiem, mollitiem, lenitatem, asperitatem, friabilitatem, visciditatem, extensibilitatem, & intensibilitatem, crassitatem, tenuitatem, sapores, odores, & alia plura; tandem debet cognoscere situm, & connexionem partium, actiones, & vsus, qui notiores nobis inseruiunt ad cognitionem materiæ mẽbrorum; vnde dicit Galenus ad glauc. anatomem esse peritiam naturæ membrorum comparatam actionum exquisita scientia, & vsuum; primo oportet cognoscere actiones, & vsus, vt mediantibus his substantia, quantitas, qualitas, membrorum cognoscatur. Vnus est processus ab effectu, seu à posteriori, & à notiori nobis ad causam, dum progredimur ad cognitionem naturæ mẽbrorum per actiones, & vsus, qui sunt effectus membrorum: alter est processus à causis, ad effectus dicitur à priori ad posterius, dum cognoscimus principia, substãtiam, quantitatem, & qualitates partium, quæ omnia inseruiunt, tanquam causæ, & principia actioni, & vsui efficiendo: si quis igitur circa quamlibet particulã, seu membrum considerauerit, hæc omnia, substantiam, quantitatem, qualitatem, sitũ, & connexum, actionem, & vsum, perfecte cognoscet naturam partis, & dicitur tenere optimam methodum anatomicam de illa parte: subiectũ methodi anatomicæ est corpus humanũ viuẽs sanabile, & artificiose secabile, qui modus considerandi distinguit hoc subiectũ à cęteris medicinæ partibus habetque principia passiones, & partes: per hunc modũ considerandi distinctas ab alijs gratia primo, & principaliter sanitatis tuendæ, secundario vero resarciendæ: cum hac ratione consideratur corpus humanum ab anatomico

Partis definitio in primo modo.
Gal. 1. met. c. 5.
Partis definitio in secundo modo.
Cap. 1.
Finis partis.
Partis diuisio in similarẽ, & dissimilarem, similaris qd.
Similariũ diuisio.
Dissimilares quid.
Dissimilarium quatuor gen.
Partes aliæ nobiles, aliæ ignobiles.
Partes quomodo ad principalem cõcurrant.
Anatomica facultas quid.
Quatuor causa tradita diffinitionis.
Ari. 1. d. par. ani.
Peritia quid.
Cognoscẽda circa partẽ. substantia materialis.
Forma.
Quãtitas
Qualitas
situs, cõnexio, actio, & vsus.
Processus duplex in cognitione vnus à posteriori p effectus.
A priori per causas
Consideranda circa quamlibet partẽ.
Anatomica subiectum.

tomico

anatomiæ consideratio duplex vel medici vel Philosophi.

tomico medico: non enim considerat cadauer, vt cadauer est; sed quia impium esset hominem viuum secare, accipimus cadauer humanum, & in eo considerantur omnia, tanquam viuens esset: neq; considerat hominē, & eius anatomen, vt philosophus gratia cognitionis tantum; sed gratia operationis, nempe tuendæ eius sanitatis; non poterit autem tueri sanitatem, quæ viget in cōplexione similarium partium compositione dissimilarium, & vnitate vtrarumq; si non nouerit complexionē, compositionem, & vnitatem illam; cognoscet vero cum per anatomen fuerit peritus, substantiam, quantitatem, qualitatem, actiones, & vsus, earum partium noscens; nam si pars est calida, & humida, substantiæ igneæ, vel aereæ, erit conseruanda sanitas illius partis remedijs calidis, & humidis, & aereis: pariter si erit frigida, vel sicca, frigidis, & siccis auxilijs custodietur; ex accidenti vero, & secundario, hæc peritia anatomica erit vtilis gratia recuperandæ sanitatis deperditæ: nam rectum est iudex sui, & obliqui, est etiam vtilis cognitio anatomica, vt deprehendamus locum affectum, affectionem, & qualitatem, & remedia, quæ qualia, & quanta administrare debemus. Nam si erit imminuta sanguificatio cognoscitur læsum esse iecur, & affectionem esse frigidam; quare remedia esse calida administranda in gradu secundo caliditatis; quoniam complexio hæpatis naturalis est calida in secundo, & similiter dicitur de alijs partibus, quarum naturam oportet rectè, & à priori, & à posteriori cognoscere mediante anatomica methodo, vt sanitas auxilijs proportiona is earum præsens conseruetur, vel amissa recuperetur, & locus affectus cognoscatur affectio, gradus, & temperamentū medicamēti, & auxilij administrandi. in primo, secūdo, vel tertio gradu, caliditatis, vel frigiditatis. l. humiditatis, vel siccitatis. Sed denuo non nulla expendere oportet, circa subiectū, & artem anatomicam, atq; totum hominem vniuersaliter, & ideo.

Vtilitas prima a natomiæ.

85. i. de anima.

De anatomicæ subiecto definit. I. Cap. VIII.

QVoniā à notioribus, & confusis magis nobis notis est inchoandū: homo vero, vt totū cōpositū confusum nobis offertur tali figura, magnitudine, superficie, qualitatibus, actionibns, manifestius, exploratius videtur totum hoc, quam suæ partes: applicemus modo methodum hanc in confuso toti homini semper supponendo cadauer humanum hoc esse viuens, & viuens secabile propter vsus, & actiones seruabiles tanquam vltimos fines hominis geniti, qui ad Medicum pertinet considerandus: homo itaq; vt pertinet ad anatomicū, est animal rationale spiritibus, humoribus, & partib. manibus scilicet, & pedibus propriaq; substātia cōstās à propria generatrice gratia humanæ vitæ conseruabilis: hæc est actio comunis, principalis, & vnica in quam ceteræ actiones, & vsus humani corporis diriguntur tanquam inseruientes: vnius compositi vna est actio principalis, vnusq; est finis. At hæc vita ad medicum pertinet non ad philosophum; quare ij, qui de vsu humani corporis egerunt non distinguentes, an homo ab ipsis consideratur, vt philosophiæ pars, vel medicinæ, omnia in confuso tractarunt, neq; potuerunt vnicam actionem inuenire, & vnicum finem. nam tantum abest, vt in hoc modo considerandi enarrato omnia dirigantur in vitam meliorem, in intellectum, vt vel qualitates, compositio, vnio ipsius corporis inseruiant vitæ intellectiuæ; sed potius è contra vita intellectiua inseruiat corpori: data nobis est ratio, & intellectus, vt cognoscamus, quę vtilia, quæ nocua ad sanitatem tuendam, & reparandam; philosophus, & Theologi corporis passiones, & vitam sensitiuam, & vegetatiuam ordinant intellectiuæ tanquam Duci, & nobiliori Reginæ; medici vero de bonis vtilibus corpori non de bonis vtilibus animo decernunt; quare vbi desinit philosophus, ibi incipit

Homo, vt anatom⁹.

Actio cōmunis, & principalis hominis.

Reprehensio quorundam.

Philosophi Theologi, & Medici discrimen in cōsiderādis int. & bonis corpor.

elegans Medicus: à corporis enim bonis ad animi bona desinit, è contra Medicus à bonis animi incipiens, progreditur ad bona corporis; præterea Medicus humanum corpus per se primum eius principia, partes vt sanabiles speculatur, secundario animæ quatenus inseruiunt corpori, & bonis vtilibus eius, philosophus è contra principia, partes, passiones animæ primo, & per se speculatur, corpus vero quatenus organum animæ eius inseruiens. Omnia quidem ex Hippocrate in vnum conspirant, pariter omnia in vnam vitam ad bonum vtile corpori: omnia vero apud philosophum in vnum animi bonum: Vita hæc producitur à sanitate corporis viuentis: sanitas communis est passio, & affectio huic corpori medico, sicuti motus corpori naturali; an somnus vigilia, nutritio, vita, sint communes etiam passiones huius corporis medici dubitandum: subiectiue sanitas est in corporea symmetria qualitatum, & substantia, quātitate pendens. i, à temperie compositione, & vnitate partium; effictiue ab humoribus, & spiritibus, à generatrice; deinde ab externis sex rebus non naturalibus, vt duplex sit sanitas partium similarium, & partium dissimilarium. actiones reliquæ, & vsus erunt custodientes ad bene esse, & necessariæ ad hanc vltimam actionem solam, & principalem: pars principalis huius actionis in confuso est cor, in medio positum tanquam rex mittit, arterias, & calorem ex Aristotele ad omnia membra, Ergo princeps, in ipso etiam tota animæ essentia viget: distincta sunt tria principia ex Galeno, & Hippocrate, & Platone cor, cerebrum, & hæpar, sed omnes recte sentiunt: quia adest vnum primum principale principium in confuso, & communi, & est cor, adsunt etiam plura distincta principia, quæ distinctas operationes, & manifestas faciunt; eadem ratio, quæ in membro dissimilari reperitur, eadem est in toto: sed inuenitur in parte dissimilari pars princeps, ergo in toto; & hæc adæquata est tota caro hominis, quæ omnino distincta est à brutorum carne. Nam caro hominis non est caro leonis; reliquæ partes concurrunt coadiuuantes, vt ventriculus, sine quibus non vt hæpar, manus, pedes, sensiteria præter tactum, qui necessarius est ad vitam conseruabilem, ad bene esse, ad tutelam cuticula, & cutis, & reliqua: nam cum vita hominis sit quoddam conflatum ex tribus rationali, animali, & vegetatiua; quælibet harum habet organa, & particulas inseruientes, rationalis habet sensus, animalis motus, & cerebrum; vegetatiua hæpar, & ea quæ calorem innatum conferunt ad spiritus vitales, & naturales: vita hominis perfecta ex his tribus constat, & à propria generatrice, quæ est composita, vt inquit Galenus ex alteratrice, & formatrice, non quia in se sit composita, (est enim forma simplex naturalis in vtero, & semine residens, & illud alterat, & format;) sed homo per eam est vtilis, & facit hanc actionem, cum conseruatur hæc vita, vel per alterationem, vel per compositionem, vel per vnionem: per temperiem calidam, & humidam, nam vita est permansio animæ in igne, & illa temperies est caussa principalis istius vitæ hominis, vt quo, compositio, & vnio causa secundaria, adęquata principia, & causa vitæ absolutæ, & perfectæ est totus homo: actio enim suppositorum est: mollities etiam vitam respicit, & conseruat. Nam nimis mollis, & sicca non ita humana vita conseruaretur: at dicet aliquis, sunt animalia longioris vitæ, quæ sicciora, & duriora, aut molliora sunt homine: ergo ad vitā hominis non pertinet. Aliud est de vita agere, aliud de vita hominis, quæ debet conseruari, vt vita hominis perfecta, & norma cœterorum animalium, vt Plato in Thimeo dixit: melius est hominem habere vitam meliorem, vndequaque perfectam, quam durabiliorem, & deteriorem: quare licet prius sit supponenda actio totius hominis, vel partis tanquam notissima ante quam ad cognitionē naturæ totius & partis & vtilitates

Arist. in libro de sanitate.

Vita producitur à sanitate.

Sanitas cōmunis passio corporis medici.

Vbi sit subiectiua.

Efficiens.

Duplex sanitas.

Actiones reliquæ ad vitam quomodo cōcurrāt.

Cor est pars principalis vitæ actionum.

Vbi sit cor

Cor quid contineat alijs; tribuat.

Principiū īcōfuso, et communi est cor.

Principia distantia opera tum manifesta tum cerebrum, & hepar.

Caro tota hominis est pars princeps] adequata actionis prædicta.

Reliquæ partes quomodo concurrāt

Vita hominis ex tribus cōflata.

Organa animarū.

Mollities

Dub.

Sol.

litates eius perueniamus; quoniam propter actiones tales creatæ sunt, attamen & à priori arguere licet, cum habeat talem temperiem, magnitudinem, compositionem, vnionem, taliaque principia; quæ sint maxime accommodata ad talem actionem, vel vsum, ergo producet talem actionem, vel vsum. mollities non ad motum facit, quia plura animalia ficciora, durioraque sunt, & tamen velocissima, & ad omnes motus accommodata, vt simiæ, sed potius ad sensationem: molles carne valent ingenio: primo sentient exquisite, deinde mollities est signum puritatis & subtilitatis spirituum, temperiei corporis cerebri subtilitatis, & humorum, sed hoc esset agere de homine ad philosophum pertinente, neque mollities est causa sine qua non, & adiuuans erectionem, quoniam mulieres debent esse erectiores: Agni, & anseres calidiores quia cruda cibaria concoquant, & humidiores hominibus. ergo deberent habere figuram rectam, arbores, pini, larices, quercus, fagi altissimi, & erecti, attamen durissimi sunt, non molles: totum concurrit per actionem totius, quæ inseruit actioni principali vitæ: huiusmodi est actio totius hominis. an sit, vero nutritio an generatio spiritus vitalis in confuso organum animæ distincte vero generatio an spiritus etiam animalis & naturalis consideretur.

94. secundi de anima.

De numero & quantitate discreta.
Cap. IX.

Duo sunt homines ratione speciei.
Vnus ratione indiuidui.
tex 9.

QVo ad quātitatem discretā & numerum ratione speciei duo sunt mas, & fœmina, ratione speciei, quo plures homines eò perfectior species, & Deo gratior, ideo inquit crescite, & multiplicamini, ratione indiuidui vnitas ipsius, vt facilius conseruetur: deinde quia vnica anima, vnicum principium, ergo vnica vnitas, vnum numero: vnius quidem simplicis corporis, inquit Aristotiles in primo Cœli: vnus est motus, at vnus est motus simplex a simplici corpore, quare vna est actio hominis & motus, vnicuiq. debet esse corpus: numerus autem partium indiuidui multiplex, & varius, sed duplex ex Auerroe alius necessarius, alius causa melioramenti, qui duplex in quatuor diuiditur, nam alius est principalis, vt diximus, alius causa sine qua non, alius ad tutelam, alius ad melius; & partes inseruientes licet habeant actionem, dicuntur habere vsum, non quia priuatæ anima; sed quia illa actio habet rationem materiæ, & vsus; & refertur in vlteriorem actionem, tandem licet deuenire ad vnam vltimam, quæ habebit tantum actionem. Incipit Galenus a manibus & pedibus, quia sunt propria organa homini soli, & vitæ hominis maxime inseruiunt primo, & propriè ad conseruationem sui, fugā nocuorum, apprehensionem familiarum, deinde ad munia naturalis vitę, postea ad vitalia, deinde ad sensus externos; postremo ad speciei conseruationem, alij dicunt respexisse meliorem vitam, ergo vitam hominis conseruabilem propter vsus & actiones: sed aliud est gratia indiuidui, aliud gratia speciei loqui, & iure de hac vltimo loco sermonem habuit: gratia vero indiuidui vitæ humanæ conseruabilis hic est finis, in quem ordinari debent partes principales, sine quibus non, ad tutelam, & ad melius, ideo ordine compositiuo tandem deuenit ad cor membrum vnum principale in confuso & communi vniuersalissimum; distincte vero ad cor & cerebrum, vltimò ad speciei organa, quia vt vita hominis sit perfecta, debet etiam sibi simile generare. quare de organis destinatis generationi vltimo distincte egit, & hoc ordine composuit sectione secabilem hominem, conseruabilem, & reparabilem ad vitam humanam, & organum adæquatum: at si vitam tantum respexisset (nam viuere viuentibus est esse:) Anatome philosophica esset vel meliorem vitam, idest intellectiuam pariter philosophicam, non medicam peritiam explicaret. Sed dicet quis, calor ex Arist. congregat homogenea, & ea quæ sunt similium partium, & facit vnum; frigiditas etherogenea, at homo constat ex etherogeneis & dissimilaribus primo elementis, deinde humoribus, postremò partibus, osse, venis, arterijs, manibus pedibus capite thorace, abdomine, attamen dicitur calorem esse primum instrumentum formatricis, generatricis; dicendum Aristotilem diffinire calorem per operationes secundas in respectu generationis mixti, & sanè opus secundum caliditatis, (quod tamen est primum, & principale ipsius, caliditatis in respectu generationes mixti) est terminare, copulare, trāsmutare, homogenea, sicuti frigiditatis est congregare ea quæ dissimilium sunt partium. sed diffinit in ordine ad mista similium partium vt mista, non autem vt viuentia, & elementa varia homogenea redigit ad vnam conformem naturam: in viuentibus requiritur formatrix causa principalis, quæ diuersa etherogenea organa unit, & fit vnus homo per animam, calor tunc est organum; vnit & distinguit, quia caro separata est a neruo, neruus ab arteria, hoc est opus caloris; colligantur per ligamenta & animam principalem, quæ est corporis actus phisici organici: nulla alia forma valet dissimilia vnire, & in vnum colligare, sed omnia fiunt per animam copulam, & nexum: quæ si abijt, remanet cadauer, non amplius vnum per colligantiam, sed ex multiplex ex diuersis mitis, æquiuoca est caro & manus: & tot sunt mista, quot partes, & succedit forma misti, non de nouo, sed quæ erat ante, & habebat actum inferiorem & instrumentarium, deperdita anima, vltimum actum & formam mixti possidet, & cum sit vnum & siccum facile terminatur termino proprio, & eget alieno, s.l. terminetur ab aere extrinsece tamen habet proprium terminum, verum quatenus homo, est etiam tenuium partium & tenuitas competit humido, quod facile recipit terminos alienos, & crassum competit sicco.

Numerus partiū duplex necessarius, & vtilis.
Diuiditur in quatuor hic numerus.
Vsum cur aliquas partes dicantur habere.
Gal incipit a manibus & pedibus.

2: de anima t. 36. & 37.

Dubitat. t. 8. secundi de gen. & corrup.
Solutio.
Opus caliditatis.
Frigiditatis.
6, Secundi de anima.
Cadauer.
t. 9 secundi de generatione & corrutione.

De magnitudine corporis humani.
Cap. X.

MAgnitudo corporis humani est secundum longitudinem oualis, & secundum latitudinem magnitudo est ad melius, tum conseruandam, reparandam actionem illam hominis, & est causa, vt melius possit conseruari & reparari, & est causa ad melius, cur vita sit conseruabilis, & reparabilis practice, nam quodlibet naturale corpus sub minimo & maximo contineri debet. sed quæ sit hæc magnitudo in homine, & cur talis, ac tanta videndum: optima ergo magnitudo secundum longitudinem erit pedum sex, & secundum latitudinem pedum duorum: profunditas erit pedis vnius & semis: vnde caput debet esse tali magnitudine, figura oculus, nares, collū, brachia, manus, thorax, abdomen, crura, coxa, pedes, de quibus magnitudinibus particularibus & symmetris inter se correspondentibus multi ad picturā tractarunt: ex his omnibus resultat magnitudo hominis perfecta, quæ ad vitam conseruabilem, & reparabilem, reparandam, & conseruandam maxime conducit; & ad nutritionem, vegetationem, intellectionem, sensationem, & motum. nam si nimis vasta foret, impediret speculationem, motum, alimenta, multa expeteret. verum, cur homo cerebrum maximum & copiosius ceteris animātibus habeat, proprio loco dicendum erit; nunc vero aliter contra nonnullos sciendum, tali magnitudine, figura, temperie, formatum esse cerebrum, non quia deberet esse vtile tantum cognitioni & speculationi, (cerebellum quidem paruum, quia minus motui destinatus

Cerebellum cur paruum.

7. phys. t. 20.

tinatus sit, homo quiescendo fit prudens, non mouendo) sed factum est vt æquaret, & contemperaret; tum ponde re; tum qualitatibus ceteras actiones, & vsus. nam homo debebat vita frui, quæ foret regula ceterorum, at hæc de pendet ex moderato calore cordis. idcirco habuit cerebrum in magna mole frigidum, quod sui magnitudine, & frigiditate cor cōtemperaret, neq; est absurdum vt dicunt nonnulli cerebrum ex Arist. refrigerare cor, nam etiam Gal. dicit, vterum frigefacere cor, & totius temperiem sequi cordis & hepatis temperamentum: quare non poterit frigiditas p neruos, & arterias, ac venas calorem, & spiritus cordis contemperare & remittere. Et pariter æquat sensitiuam externam, & internam: nam non debet exquisitius cernere audire, sentire, semper vigilare, vel dormire; sed mediocriter omnia agere, perfectius omnibus iudicium rationale conficere: nam licet particulariter sensus iudicet, & cognoscat sensibilia; vniuersaliter vero iudicat ratio & intellectus: pondere cerebrum præditum tali existit, vt erectus maneat homo & vitam conseruet: nam si velimus rectum manere, pondus maximum super ponitur; quod est in causa, vt non decidat, deinde confert ad hanc vitam hominis conseruabilem conseruandam, reparabilem reparandam, custodiens ratione & ad melius: qui vero capite paruo aut monstruoso, maximoque sunt formati, aut imminutam, aut deprauatam vitam possident, & male cerebrum huiusmodi conseruat eam, & reparat. sed dicet aliquis si vastum corpus, & magnitudinem magnam conditor tribuisset, etiam formam proportionatam, & maximæ efficaciæ & cetera organa, qualitates temperiem largitus fuisset, & in maiori quanto maior virtus excelleret: sanè potuisset hoc facere, & actiones omnes æque perfecte responderent: velox quidem, prudens, sensibus, & ratione ornatus æque proportionate fuisset, ac in magnitudine hodierna; sed hoc nō esset neq; pulchrum, neque decorum, & nimia mole cibariorum copiam deuorasset, nimis loca, & vestes occupasset, & alia incommoda tulisset adeo vt terræ fructus & ceteræ artes ad vsum corporis inuentæ non accomodatè sufficerent.

Cur homo habet cerebrū magnū.

Cerebrū ex Arist. vterus ex Gale. refrigerant cor.

Tēperies totius sequtur cordis et hepatis tēperamētum.

Cur cerebrum ponderosum.

Dubiū de magnitudine hominis.

Sol.

De situ hominis. Cap. XI.

QVo ad situm, & locum, in quo commoratur homo: in terra quidem locatur, ab aere circunductus, nam cum grauis sit & mobilis, egebat aliquo sustentaculo, & firmo, cui innixus firmaretur, & posset deinde se mouere; terra igitur est basis, in aere enim & aqua manere non poterat, cum plumas aut alas & branchia non habeat, neque eius vita reparari, conseruari aqueis alimentis posset, nec ab excrementis se liberare, & graue corpus ex quatuor elementis formatum resarcire. In aere ambulat, tum quia necessario aer cōcurrit ad vitam hominis spirituum vitalium & animalium gratia, tum caussa caloris innati reparandi cordis, & omnium partium, tum etiam loquelæ, tum excretionis fuliginum & excrementorum, quæ emanant ab hominis corpore, si ambiēs crassum, terreum, aut aqueum extitisset, quomodo fuligines, & excrementa à corpore defluxissent? quomodo ambientia huiuscemodi apta forent ad eorum exceptionem? præterea est vtilis sensationi auditus, visioni, spiritibus, transpirationi, calori, & similibus; quare ad omnem hominis vitam necessarius erat huiusmodi locus: particulariter vero ad motionem, vt melius fiat, (minor enim est resistentia in aere) sed manibus & pedibus, quomodo vteretur, si in aere non maneret propinquo terræ? & in terræ superficiè facile omnia cibaria, fructusque carpit sui nutritione, facile noxas propellit; deinde situs est in medio orbis & Dei opifitio, nam ad sydera se erigere, & ad infera se declinare facile valet & medius inter Angelos, & bruta; non naturam, neque mentem, sed animam rationalem, quæ mediat inter has, exacte possidet.

Aristot de motu animal. c. 1.

Cur aer ambiat hominem.

Cur homo in superficie terræ.

De figura. Cap. XII.

FIgura, & morpha hominis recta & ouata vtilis est actioni, & vitæ hominis a medico considerata: causæ precipuæ, & vtilitates, & finis huius rectæ figuræ plures & maximæ sunt: nam licet erecta figura hominis maxime ad vitam absolute consideratam à Philosopho & ad meliorem vitam conducere videatur: quoniam se se erigit ad factorem cœli, & tærræ, & caput extollens in sublimiori erectus omnia puriora, & & aerea maxime conducibilia intellectioni possideat, atque ad sensationes, & motiones, melius edendas conducat; attamen a Medico consideratur vt conseruari, & reparari debet, quatenus est hæc vtilis vitæ hominis conseruabilis, & reparabilis. Quomodo est vtilis huic vitæ an ad melius, an necessario, an ad tutelam? non necessario, quia homo viuere potest omni figura, & perpetuo pronus stare, & manibus, & pedibus ambulare, & cubare sic, sicut Leo, sic perpetuò & simiæ erectæ viuere possent, possentque quidem perpetuari: quare ad melius, & ad tutelam vsus rationis, & actiones vitæ, quam tutatur hac figura & cōseruatur facilius, & reparatur, quoniam externa nocua facile fugit, interna facile difflantur hac recta tereti figura: nam in vasta quadrata & rotunda excrementa intima difficilius transponerentur, & dissiparentur, vnde cætera uiscera, quorum calorem & spiritus restaurationem & refrigerationem præsentirent facilius inæqualitatem & anguli noxas reciperent, conseruat enim ne vacuū detur, ceteræ quidem figuræ vacuum facile admittunt, vt arguunt iecur, cœlum rotundum. quare propter nobilitatem, figuræ capacitatem in parua mole, æqualitatem, continuationem, & ne vacuum detur, fuit configurata figura ad similitudinem Cœli non omnino, sed ceu, & quasi: quoniam Cælum rotundum est; homo vero teres, & oblongus sferice se erigit: figura hæc vitæ conducit quia media quæ applicamus vel pro conseruanda sanitate & vita, vel pro deperdita reparanda, facilius commodiusque operantur nam facilius penetrant ad ima corpora, & altiora uiscera: si vero quadrata, vel alia figura conditus esset homo; remedia non ita permeare possent, quæ commodius ambiunt, vt aer et, aqua, si vasta corpora, quomodo penetrarent, si figura quadrangulari, orbiculari octogona, quomodo pertingerent; quomodo æqualiter omni parte excederent? confert igitur ad vitam hominis conseruabilem, & reparabilem hæc figura, tanquam commodior & melior atque custodiens, potest deinde vndequaque moueri retro ante in girum & vndique iniurias vitare. deinde est causa vt æque calor & virtus per vniuersum participetur, & sic prodest vitæ conseruabili, & ad motum, & ad apprehensionem, quæ deinde adiuuat vitam. at qui rectam figurā obtinet, necessario & bipeditate fruitur ad angulos rectos crura connexa spinæ dorsi possidet, & facit ad copulam maris cum femina facie ad faciē, qua amor conciliatur: cur itaq; formata est figura teres homini finalis causa principalis vna est, secundariæ plures iam dictæ: materia est mollis, idest sanguis & semen. etenim corpus molle extensioni accommodatur, licet figura vt accidens materiam ex qua non habeat, sed in qua: efficiens instrumentarium est calor, at hic nō sufficit, sed est propria formatrix hominis vterique humani, quæ hac proprietate specifica ornatur. qui vero aliter

Amor facit cōciliatur.

sen-

ſentiunt longa oratione omnia confundunt, nam materia & efficiens, & finis & calor etiam alijs animalib. adeſt, ſed determinatum efficiens & ſingularis formatrix minime, multa enim animalia calidiora & humidiora reperiuntur quę recta figura & bipeditate priuantur, ſed calor regulatus à tali formatrice hominis eſt efficiens cauſa. neque recta figura eſt cauſa finalis bipeditatis, adhuc minus materialis, & efficiens; at cauſa bipeditatis finalis, eſt recta figura hominem formare, bipeditas quidem vtilis eſt, & ad omnia ambulatoria genera quibus non frueretur ſi quadrupes aut tripes eſſet: ſed duo organa organorum habuit homo manus, & pedes, manus ad omnia apprehendēda, pedes ad omnia ambulatoria exercitia. Alij aſſerunt finalem cauſam rectitudinis eſſe bipeditatem, at falſo: namque nobilior eſt finis tanquam magis bonus, & perfectus ijs, quæ ordinantur ad finem, at quomodo bipeditas nobilior recta ſtatura? quomodo melior, & perfectior? ergo è contra ſtatura recta videtur finis bipeditatis adeo, vt bipeditas propter rectam ſtaturam, ſtatura recta propter vitam conſeruabilis hominis, hæc tandem apud Philoſophos propter beatitudinem humanam, & apud Theologos propter æternam felicitatem.

Efficiens cauſa. *Opinio aliorum.* *Cōſutatio. 2. phy. 31. Epilogus.*

De meatibus, cauitatibusque totius humani corporis. Cap. XIII.

MEatus, & pori ſunt neceſſarij ad expellendas fuligines, & ſudorem atque ad aerem attrahendum, ſine quibus hominis vita conſeruari neque deperdita reparari poteſt, ſine quibus extra medicamenta applicare & interne ſudorifica, vrinam cientia & menſes nullam opem afferrent; ſunt præterea neceſſaria ad vitam intellectiuam ſenſitiuam animalem, & motum, vt bucca, os, mamillæ, anus, penis, vterus ſunt neceſſarij ad ſuſcipienda cibaria, ad bene eſſe loquelæ, ad externendas feces, vrinam, lac, ſanguinem menſtruū, & ſemen gratia generationis ſpeciei, & indiuidui, nares neceſſariæ ad reſpirationem & inſpirationem apparent gratia cordis & cerebri; aures ſunt cauatæ non cauitates: pori per vniuerſum cutis ambitum ſunt diſſeminati, aditum præbent fuliginibus ſudori, & aeri, atque etiam viribus medicamentorum.

De ſuperficie humani corporis. Cap. XIV.

SVperficies eſt latitudo ſine profunditate, plana, vel rotunda, vel trilatera, vel quadrilatera, æqualis vel inæqualis, lenis, vel aſpera glabra vel hiſpida: ambit figurā teretem hominis, ſed quomodo humana ſuperficies mollis, mediocris, interā aſper, & lenem, inter hiſpidam, & glabram eſt vtilis vitæ hominis cōſeruabili conſeruandæ reparabili reparandæ, quatenus conſeruandæ aut reparandæ? hæc quidem cuſtodit, & melius conducit quia omnia medicamenta applicanda ob eius qualitates poſſunt recte applicari, ſuſtinet omnia extrema, nam ſi omnino aſpera, medicamentū leniſſimū petijſſet, ſi omnino lenis aſperrimū vel leniſſimum, ſed media cum ſit, omnia æqualiter extrema ſuſtinet, cuſtodit, quia noxas mediocriter per ſentit, & iniurias expellit, ſi nimis, aut minus aſpera, nimis facile pateretur, aut nimis aegrè, cuſtodit etiam amorem, & Venereos vſus, ad meliusque facit quia exquiſitius obiecta ſenſibilia ſentit, in ſenili ætate, vbi rugę aſperitas hiſpiditas vndique apparent, illa tamen inutilis eſt ad vitam hominis, minime eam conſeruare, vel reparare valens: ad ſuperficiem non pertinent pili, ſed extra ſuperficiem ſunt adnata corpuſcula de quibus dicendum Pili alij ad cuſtodiam ſunt, vt liberent interna a fuliginoſis, alij ad tutelam pudendorum, & oculorum, alij ad melius, & ornamentum, vt cilia, ſupercilia, barba: proinde cuſtodiunt vitam conſeruabilem, reparant deperditam, & ad bene eſſe ei conducunt, & iniurias externas propellunt ſignificant habitum & temperiem corporis, actionesque, & mores naturales, nam capilli nigri atram bilem demonſtrant, temperiem calidam, & ſiccam, & mores ferinos; ruffi vero bilem, calidum, & ſiccum temperamentum, promptitudinem ad iram, albi pituitam, & frigidum temperamentum, & ſegnitiem corporis, & animi; medii colores extremis participant: aſperitas, & criſpitudo, & durities craſſitiem humoris, & ſpiſſitudinē cutis, robur corporis, at tarditatē ingenii: ſignificat mollities lenitatem ſuccorum, & cutis, placidos mores, ingenii acumen, non virium robur portentendunt.

Pilorū vſus. *Capilli nigri quid ſignificant.* In arte medicinali. *Ruffi.* *Albi.* *Aſperi, criſpi duri.* *Mollis.*

De vſu partium humani corporis, & eius ſpeciebus. Cap. XV.

PLuribus modis in libris anatomicis legitur partem eſſe vtilem, habere vtilitatem, & pariter pluribus modis vſurpatur nomen vſus, ſeu vtilitatis: primo dicitur vſus, ſeu vtilitas, aptitudo quædam partis; ſed hæc aptitudo duplex eſt, vna paſſiua, quæ dicitur aptitudo vel ineptitudo, ad recipiendum, & patiendum vt ſubſtantia dura veluti os dicitur habere aptitudinem ad reſiſtēdum obiecto duro, & non facile pati a re dura: ita dicitur habere ineptitudinem, ſeu inhabilitatem ad patiendum: chylus, & ſanguis habent aptitudinem paſſiuam, quatenus facile alterantur, tranſmutantur a ventriculo, & iecore: cauſæ huius vſus, ſeu vtilitatis paſſiuæ eſt materia, ſeu proprietas materiæ terreſtris, ſeu aqueæ, ſeu aereæ, ſeu igneæ. Altera aptitudo actiua, eſt habilitas quædā partis inſeruiens actioni, cauſæ huius vtilitatis ſeu aptitudinis, vel ineptitudinis ſunt qualitates, veluti complexio, temperatura, temperamentum (quod idem eſt) calida, frigida, humida, vel ſicca, qualitas tenuis, vel craſſa, dura vel mollis, aſpera, vel lenis, colorata, l. tali odore, l. ſapore prædita, l. tali figura, & forma, l. tali connexione, & ſitu, numero; hæ cauſæ exiſtentes in tali parte, l partes ornatæ talibus cauſis erunt aptæ vel ineptæ ad agendum, & vtiles, l. tanquam cuſtodientes & tuentes partem principalem actionis, l. tanquam cauſæ ſine quibus non pars princeps agere poteſt, l. tanquam adiuuans partē principalem, l. ad eſſe ſimpliciter, vel ad melius eſſe, l. ad perfectius eſſe; vñ triplex eſt eſſe ſimpliciter abſolute ſecūdo melius, tertio perfectius, vnde triplex vita prima abſoluta ſecūda bona tertia melior, triplex actio prima abſoluta ſecūda melior tertia perfectior: in membro quolibet agente cerebro corde hepate, teſtibus tres reperiuntur vitæ, & quatruplices partes videlicet principalis tres inſeruientes principali, & datur quadruplex actio quadruplex vſus quadruplex finis & quadruplex pars, i. principalis cuſtodiens, & adiuuans, & ſine qua non, & horum omnium, l. ad eſſe ſimpliciter, l. ad bene eſſe, vel ad melius. Homo ſimpliciter abſolute poteſt eſſe ſine oculis, ad melius tamen & perfectius eſſe ipſius hominis fabricati ſunt oculi: in corde adeſt propria caro, & ſubſtantia ipſius cordis, quæ vna cū facultate, & anima eſt principalis pars cui tribuitur actio ipſius cordis adeſſe ſimpliciter, nēpe generatio caloris influentis, huic particulæ principi ceteræ partes ipſius cordis inſeruiunt, venæ deferunt ſanguinē, tanquā cauſæ ſine quib. non poteſt generari calor influens: arteriæ ſuo motu expellunt fuliginoſa excrementa, tanquam cuſtodientes, & attrahunt aerem pro generando calore influente, & ipſo attemperando; membrana, quæ inueſtit ſubſtātiam

Vſus quid. *Vſus ſeu aptitudo quotuplex.* *Cauſas vſus paſſiui.* *Aptitudo actiua, & eius cauſa qualitute 1. & 2.* *1. Pars principalis.* *Generatio caloris influētis ē actio cordis ad eſſe ſimpliciter.*

cordis,

cordis, est pars ad tutelam, & custodiam: pariter fibræ internæ; ipsa vero particula princeps nempe caro cordis dicitur habere vsum seu aptitudinem inseruientẽ actio. ni per temperaturam, quæ est calida, & sicca, & est organum, seu instrumentum principale inseruiens animæ seu facultati producenti generationem caloris influentis: calidum insitum, & spiritus vitalis sunt organa custodientia principaliter facultatem, vt maneat in ipso corde, & det ei esse; secundario vero sunt organa ipsius facultatis, pro vt agit: substantia dura ipsius carnis inseruit actioni, vt valeat diu agere, & ne dissipetur calor influens: ipsius carnis sapor, & odor, figura, connexus numerus, & situs omnia hæc sunt vtilia huic actioni. Sed sunt pertractanda nunc generice, speciatim vero in proprijs capitibus de corde, de iecore, & alijs partibus.

Caro precipua pars cordis. *Calidum insitũ, & spiritus vitalis organa facultatis.* *Substãtia dura carnis.*

Hi sunt igitur duo vsus, vnus actiuus, & alter passiuus, qui præcedũt actionem; datur etiam alius vsus, qui subsequitur actionẽ, & dicitur finis actionis vel cuius gratia actio fiat: verbi caussa hepar facit hanc actionem, nempe sanguificationem. Finis sanguificationis est, vt nutriatur vniuersum corpus: oculus producit visionem; vsus, seu finis ipsius visionis est, vt possimus nos tueri à rebus nobis nociuis, vel res iucundas, & lætas inspicere, hisque frui: Manus producit apprehensionem: Finis apprehensionis, & cuius gratia hæc apprehẽsio à natura facta est, vt valeamus apprehẽdere ea, quæ vtilia sunt prò conseruãda vita simpliciter, vel melius, vel pfectius, vel valeamus repellere ea, quæ nos offendere, ac molestare solẽt: dicitur.n. manus organum corporeum organorum, & ratio, seu intellectus dicitur organum incorporeum organorum; nam est præcipuum organorum manus ad corporea omnia apprehẽdenda, & intellectus ad apprehendenda omnia intelligibilia, & incorporea.

Duo vsus actionem præcedẽtes. *Vsus subsequẽs actionem quid.* *Finis sanguificationis.* *Visionis finis.* *Apprehensionis fin.* *Manus, et itellectus organa organorum.* *3. de aĩa 38.*

De actionibus humani corporis.

Cap. XVI.

OMnes partes viuentes proprie dicuntur habere actionem, functionem, & operationem (quod idem est) partes vero, quæ non sunt viuentes, & animatæ, dicuntur potius habere vsum, vt vngues, vel pili; licet aliquo modo, vt mixtæ sunt, possunt dici habere actionem: actio igitur apud Medicos diffinitur motus hominis à virtute hominis gratia voluptatis medicæ: actio est accidens, quare eius diffinitio debet cõstare ex genere, & differẽtia, causa efficiente, & finali; diffinitio vero substantiæ, quo ad esse internum ex genere, & differentia nempe ex materia, & forma tanquã causis intrinsecis fit: actio igitur est motus, qui motus in humano corpore quadruplex est; alius est motus localis de loco ad locum factus à musculis; Alius est augmentationis, vt quando crescit homo secundum quantitatẽ; alius est motus alterationis, vt calefactio, coloratio, & huiusmodi, sensatio, intellectio, & de alteratione transeunte, & de immanente, vt sensatio, intellectio, vt calefactio, dicitur; transiens appellatur quando actio extra partem agentem in aliud imprimitur obiectum alterabile, vt si ignis calefacit lignum; actio immanens. i. quando actio remanet in agente, vt in sensu, & intellectu. Datur etiã motus generationis, sed potius appellatur generatio mutatio secundum substantiam, quàm motus, vt nutritio chylificatio, sanguificatio, generatio spiritus vitalis, animalis, naturalis; generatio seminis: nam semper generatio supponit in subiecto generali præuiam alterationem. prius.n. subiectum disponitur alteratione, quam de nouo secundum substantiã totaliter transmutetur: virtus agẽs in homine quæ est causa efficiens ipsius motus, seu actionis, quadruplex est: alia est anima vegetatiua appellata ab Aristotele, at à medicis dicitur facultas naturalis, & hac ratione actio, quæ producitur ab hac facultate naturali dicitur actio naturæ, vel actio naturalis, q̃ triplex est ad esse simpliciter absolute, alia appellatur nutritio, alia

Partes q̃ habẽt actionẽ. *Partes inanimatæ nõ habent actionem.* *Actio qd.* *Differẽtia definitionis accidẽtis a defi. subst.* *Motꝰ ĩ humano corpore quadruplex.* *1.* *2.* *3.* *Motus alterationis duplex.* *Actio duplex transiens & immanens.* *Efficiens actionis.* *Quadruplex Vegetatiua.* *Actiones ipsius tres ad esse.*

secunda augumentatio, tertia procreatio, seu generatio: quarta actio ipsius facultatis naturalis, sed ad melius esse ipsius hominis est cõcupiscentia materialiter cibi, vel rei iucundæ, vel venereæ, quę residet potissimũ in hepate; sed pro vt habet triplex obiectum, triplex etiam dicitur concupiscentia: nam est in hepate tanquam in fonte communissimo; sed dum impartitur ventriculo gratia cibi, & potus naturalis, dicitur fames, vel sitis, dũ impartitur testibus gratia voluptatis venereæ, dicitur appetitus carnalis seu venereus, dum comunicatur cordi, & ibi residens appellatur irascibilis circa obiectum arduũ, & difficile, quod videt aliquo pacto eius desiderio oppugnare, & aduersari: formaliter vero, quatenus hæ concupiscentiæ sunt appetitus sensitiuæ, & supponunt cognitionẽ obiecti, quod mouet appetitum, vel facultatem appetentem, & ipsa cognitio obiecti fit in cerebro, dicendum est has concupiscentias, & facultates formaliter in quam ratione obiecti cogniti esse in cerebro & esse actiones animæ sensitiuæ cognoscentis obiecta illa tria, vt iucunda, vel molesta, & esse appetitus sensitiuos, qui duo sunt, appetitus irascibilis, & appetitus concupiscibilis, & hic duplex, vel concupiscibilis cibi & potus, & dicitur fames, vel sitis, vel concupiscibilis rei pulchræ, & dr appetitus venereus; sed materialiter pro vt hæc obiecta sic cognita ab anima sensitiua, alterant spiritus, & tenuiorẽ partem sanguinis, faciunt quandam materialem passionem, & effectum, vt ira in corde, Amor, gaudium, lætitia, tristitia, mæror, calefaciunt, refrigerant, & diuersimode alterant ipsum cor; ita vt causa efficiens ipsarum passionũ sit anima sensitiua, vel appetitus sensitiuus, vnde ira vt accensio sanguinis in corde propter appetitum vindictæ, accensio est passio materialis ipsius cordis idest forma & materia, efficiens est appetitus vindictæ, & cognitio obiecti molesti sensitiua; & hæc cognitio fit ab anima sensitiua, seu imaginatiua, quæ ex Hipocr. & Galeno residet in cerebro, ex Arist. residet in corde: putauit Arist. omnem animam esse in corde, & producere operationes suas: pariter fames, & sitis stomachum alterant. nam fames est cum deperditione substantię crassæ ipsius ventriculi, sitis cum deperditione substantiæ roridæ, vnde fames dicitur appetitus substantiæ alimentalis calidæ, & siccæ in ventriculo ob restaurationem deperditæ. nam appetitus oritur ex priuatione rei appetibilis: sitis est appetitus substantiæ frigidæ, & humidæ alimentalis ob restaurationem deperditæ in ipso ore ventriculi: oritur erectio, titillatio, gesticulatio membrorum genitaliũ, & testium, & hoc pacto hæ partes alterantur materialiter, dũ cognoscitur ab anima sensitiua obiectũ pulchrũ, & delectabile. Secũda virtus est anima sensitiua, quæ producit has actiones, seu functiones, seu operationes; & sũt primo quinque externę, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus; deinde motus localis, vt apprehensio in manibus, ambulatio in pedibus flexio, & extensio in omnibus alijs musculis, & articulis: Internæ actiones ipsius animæ sensitiuæ sunt tres, sensus cõmunis, secũdo phantasiæ, tertio facultatis memoratricis: Tertia facultas est intellectus, quæ producit intellectionem, vel speculationem, vt in scientijs speculatiuis, quæ tres sunt, Metaphisica, Philosophia naturalis, Mathematica, vel actiuã, vt in morali philosophia, vel effectiuã, vt in artibus omnib. Quarta facultas, & virtus actiua est accidẽtalis, seu qualitatiua appellãda, vt sunt qualitates actiuę; primę, vt calidum, frigidum, humidum, & siccũ, secundæ vt odor, sapor, color, sonus, figura; & plures aliæ qualitates, quæ habent vim agendi, seu producendi actionem aliquam: hæ sunt igitur quatuor virtutes, quę producunt actiones omnes in humano corpore; & hæ sunt omnes actiones, q̃ celebrantur in corpore humano sanitate prædito; nam aliquando fiunt hæ actiones præter naturam, aut quia imminuũtur, aut quia deprauantur, aut quia auferũtur à causis præter naturam. Vltima causa est finis propter quem natura producit actionem, & est gratia voluptatis medicæ: voluptas, quæ nunc describitur, & intelligitur à

Concupiscentia ad melius eẽ. *Concupiscentia triplex prout triplex est obiectum.* *Concupiscentia est in hepate, corde, vẽtriculo, testib. materialiter.* *Cõcupiscẽtia formaliter est in cerebro & anima sensitiua, & voluntate.* *Triplex Appetitus sensitiuus formaliter irascibilis, Venereus, cibalis.* *Ira quid.* *Fames, & sitis quid.* *Act. animę sensitiuæ externę sunt quinque.* *Motu localis.* *Internæ actiones ani. sensitiuę.* *Actiones intellectus sunt tres, speculatiua, actiua & effectiua.* *Act. qualitatum.* *Virtutes producẽtes actiones in humano corpore sunt quatuor.* *Acti triplices p̃ter natu.* *Finis actionis.*

Voluptas. Duplex à medico, & a Philosopho cõsiderata.

Medico alia est ab illa quæ a Philosopho cõsideratur: nã hic gratia cognitionis eam contemplatur; Medicus vero gratia operationis; nempe vt sanus possit obire omnes functiones naturaliter quatenus ipsa voluptas conseruabilis est medicis instrumentis, si est præsens, aut recuperabilis, si est deperdita; quotuplices sunt facultates producentes actiones, totidem sunt voluptates; ideo quadruplex est voluptas, alia insequens actiones naturæ seu animæ vegetatiuæ; alia est insequens actiones sensitiuas; tertia insequens actiones intellectiuas; quarta insequens actiones accidentales, quæ producuntur a virtute accidentali. Præter allatas differentias, & species actionũ a quatuor facultatibus quatuor voluptatibus. Datur etiã tertia differentia a partibus; nam partes, quæ agunt, aliæ sunt similares, & producunt actionem, quæ vocatur primaria, & principalis; alia est dissimilaris, quæ facit actionem, quæ vocatur actio instrumentalis; & dissimilaris; preterea alia est actio propria tantum vni parti; vt chylificatio est propria actio ventriculi, sanguificatio est actio tantum ipsius iecoris, generatio seminis est actio ipsorum testium tantum: alia est actio communis, quæ pluribus partibus viuentibus eadem est, vt nutritio: nutriuntur enim omnes partes viuentes quo vsque viuunt. Colligantur igitur hęc omnia concurrere ad actionem obeundam. Primo est ipsa facultas, seu virtus, quę dicitur agens principium, vt quo; Secundo adiuuant hanc facultatem organa instrumentalia, & accidentalia; vt est calidũ innatũ, spiritus seu animalis, seu vitalis, seu naturalis, & temperies ipsius partis; quæ est refractio, & vnio quatuor qualitatum elementorum simul, & quadruplex est simplex, calida, frigida, humida, & sicca in p̃dominio, & quadruplex composita, calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, & frigida, & sicca; cõcurrunt etiam ad actionem moliendam omnes aptitudines & vsus tum passiui, tum actiui. His omnibus naturaliter cõstitutis in lucem prodit etiam naturalis actio, quæ si producitur in parte similari potissimum temperies tãquam organum principale a medicis consideratum concurrit; si producitur in parte dissimilari, reperitur in ipsa vna pars, vel particula similaris, a qua principaliter prodit actio, mediantibus tamen semper facultate & organis ipsius facultatis, veluti in toto oculo pars pręcipua & similaris est humor chrystallinus, a qua prodit uisio principaliter; cetere vero partes ipsius oculi concurrunt ad moliendã hanc visionem. vel vt custodientes facultatem, & partem principem, seu chrystallinum. vel vt adiuuantes, vel vt causę sine quibus non potest produci visio, demum hę partes in oculo. vel sunt ad ipsam visionẽ simpliciter producendã. vel ad melius p̄ducendam, vel ad perfectius producendam, & cum actio producitur a toto oculo, dicitur actio perfecta, sicuti oculus totus dicitur perfectum agens, & adęquatum ipsius visionis, visio vero pro vt producitur a chrystallino humore tãquã à parte principe dicitur actio principalis initiatiua, vt quo, non autem perfecta & adęquata, vt quod, sicuti quando fit à toto oculo. nempe ab omnibus partibus ipsius oculi simul naturaliter conspirantibus. At quę dicta sunt exempli gratia de oculo, eadem sunt intelligenda de omnibus aliis partibus dissimilaribus totius humani corporis, Videlicet de cerebro, & eius actione, de corde, de ventriculo, de hepate, de testibus & quàm plurimis aliis dissimilaribus partibus, quæ eodem modo procedunt in gignenda functione propria, & eadem requirunt, quæ in visione, & actione celebranda dicta sunt de oculo, & de visione.

Actionũ tertia differentia.

Actio similaris.

Dissimilari.

Propria, & cõis.

Quot concurrãt ad actionẽ obeundam. 2. de aĩa 47. & 1. de gen. & corru pt. 41.

Tẽperies quid.

In parte dissimilari agẽte 4. requiruntur 1. pars prĩcipalis, 2. partes adiuuãtes, 3. custodientes, 4 partes sine quibus nõ: & semper vel ad esse actionis simpliciter, uel ad melius l. ad p̄fectius.

Exẽplũ de oculo.

Actio p̄fecta est quæ producitur à toto mẽbro,

Actio principalis producitur a principali parte.

De facultatibus humani corporis. Cap. XVII.

Facultas, et actio sũt relatiua.

VT adhuc lucidius cognoscantur facultates, & actiones humani corporis, breuiter non nulla de his expendenda sunt: facultas enim alicuius actionis facultas est, & actio alicuius facultatis actio est; sed quoniam Medici, & Philosophi sæpe ignorant substantiam, & essentiam, naturamque formarum substantualium, quæ dant esse composito, eas appellant manifestiori nomine facultatis, virtutis, seu potentiæ (quod idem est:) non distinguitur facultas realiter ab essentia formarum, sed tantum intellectu, & ratione, & dicitur facultas vis quædam operandi; quinque sunt facultates seu virtutes, seu potentiæ, quæ operationes pariunt in humano corpore, Primo sunt formæ substantiales quatuor elementorum terræ, aquæ, aëris, & ignis; secundo sunt formæ mistorũ corporum ex quatuor elementis compositorum, vt formæ sanguinis, seminis, lactis, & omnium inanimatorum, vnguium, pilorũ capillorum, & cuticulæ, seu epidermidis: hæc omnia appellantur mixta inanimata, & habent proprias formas substantiales, & actiones, vt mixta sunt: in respectu vero reliquarum partium humani corporis, dicitur potius habere vsum, non autem actionem: Tertiæ formæ seu facultates, sunt animæ vegetatiuæ, Sed anima, licet sit forma substantialis, distinguitur tamen à formis mixtorum: Quia nobilior est, & potest omnes positiones corporis, sursum, & deorsum, ante, & retro, ad dextram, & ad sinistram exercere operationes suas; formæ vero inanimatæ, ad vnam tantum positionem se mouent; Anima (relictis male Philosophantium sententijs) vt inquit Arist. libro primo de anima non est accidens. & per consequens neque est calor, neque temperatura, neque armonia, neque numerus accidentalis; sed est substantia, quæ dicitur actus, & diffinitur ab Aristo. 2. de an. textu 6. actus primus corporis naturalis ĩstrumentalis potentia vitam habentis. quoniam ille actus primus est perfectio, & dans esse intrinsece, & formaliter corpori, non simplici, vt elementum, non mixto, vt lapides, metalla, semen, sanguis, lac: sed dat etiam corpori naturali instrumentali; instrumentale corpus seu dissimilare sunt, vt antea dictum est, plantæ: nam rami, & trũcus sunt organa dissimilaria, nõ autem similaria, adhuc magis dissimilare est corpus brutorum, & hominis: idcirco plantæ, animalia, & homo sunt tantum animata corpora, & habent in se animam Vegetatiuam, quæ est prima origine, & tempore cęteris animantibus: sed imperfectissima omnium, quæ primo elucet in plantis, & dicitur actus primus plantarum, seu principium vegetãdi: in homine vero a Medicis appellatur facultas naturalis, & residet potissimum ac spetiatim ex Gal. & Plat. in hepate: habet tres facultates. Prima dicitur facultas nutritiua, qua alimentum transmutatur in substantiam partis viuentis, & fit nutritio totius humani corporis, vsque quo viuit animal: & hæc versatur circa substantiã alimentalem, quatenus apta est nutrire. Secũda facultas vegetatiua dicitur augumentatiua, & facit crescere animal vsque quo augetur, versaturq; circa alimentum, sed vt quantum. Tertia facultas dicitur generatiua, & præsertim residet in testibus, & producit semen fęcundum; hęc generatiua residet etiam in semine, pro vt est generatum à testibus, & dum eiaculatur in matricem, si vterus mulieris retinet, & amplectitur ipsum semen fecundum tum dicitur conceptio, adeo vt conceptrix facultas sit, ipsius vteri alterans, & retinens semen fęcundum eiaculatum a mare, & fœmina: ex semine vero sic retento, & alterato generatiua virtus, quæ (vt dictum est) erat in semine, ad actum, & operationem in lucem prodit, quæ tunc appellatur formatrix fœtus, & embrionis in vtero: diuinissima est facultas, & ab Arabibus appellatur calcodea (& vt sentio) est facultas, seu forma mixti Videlicet seminis fœcundi, vt semen est: quare non est appellanda anima, neque semen animatum, sed tantum in potentia proxima ad recipiendam animam, hæc generatrix in semine fecundo vigens in vtero habet duas alias facultates sibi inseruientes; vna appellatur formatrix, quę format omnia membra humani corporis, & eis tribuit magnitudinem, figuram, superficiem, meatus, ductus, cauitates, situs, numerum, & vnitatem: Altera facultas ipsius

Facultas quid quotuplex.

Anima à formis mixtorum distiguitur.

Animæ diffinitio.

Vegetatiua.

Vegetatiuæ tertię Facultates.

Prima nutritiua.

2. Augumẽtatiua.

3. Generatiua.

Cõceptrix.

Formatrix fœtus diffinitur. formatrix nõ est aĩa, nec semen est aĩatũ.

Generatrix in utero duplex. Formatrix, &c.

gene-

Alteratrix. generatricis dicit̃ alteratrix, alterat.n.& concoquit semẽ
& mẽbra formata, & formãdo, qualificat tribuens eis tẽ
peramentũ, tenuitatem, crassitiẽ asperitatem, mollitiem,
duritiẽ, colores, sapores, & hmõi alia; postremo vnitatẽ,
seu continuitatẽ partibus: nã hæc continuitas seu vnitas
est effectus in mẽbris similaribus productus ab alteratri-
ce: in dissimilaribus vero ab alteratrice, & formatrice si-
mul. Subseruiunt, & appellantur seruę & ministræ vege
Ministrãtes facultatis vegetatiuæ quatuor. tatiuæ quatuor aliæ facultates. prima dr̃ attractrix, q̃ at-
trahit alimentũ, seu obiectũ propriũ vel per fibras rectas
vel absq; fibris, vt ossa propria & innata similitudine, se-
cunda appellatur retentrix, q̃ retinet, qđ attractum est p
fibras obliquas, vel absque fibris proprietate, & similitu
1. Attractrix. dine. tertia dr̃ alteratrix seu cõcoctrix q̃ alterat cõcoquit,
& trãsmutat mediantib. organis, nẽpe temperatura, calo
2. Retentrix. re, & alijs, quod attractũ, & retentũ est. Vltima dicit̃ ex-
3. Alteratrix. pultrix, q̃ expellit, qđ residuũ, & inutile est per fibras trãs
uersas vel absq; fibris sola vi occulta. Dantur duæ aliæ
4. Expultrix. facultates ipsius animæ vegetatiuæ. sed sicuti enarratæ
sunt partim ad cõseruationẽ indiuidui absolute, partim
Cõcupiscibilis, & irascibilis. ad conseruationẽ speciei; hæ duæ sunt adbene esse, vt cõ
cupiscibilis, & irascibilis: Datur ẽt facultas vitalis, quę re
sidet in corde, & non distinguitur realiter ab anima vege
Vitalis seu pulsifica. tatiua, licet in plantis non reperiatur, sed in animalibus
ob influentẽ calorẽ, q̃ eget manifestiori motu, & pulsu,
vnde orit̃ facultas pulsifica, in corde, & arterijs, producit
motũ illũ arteriarũ, & cordis cõpositum, ex diastole, seu
dilatatione, & cõstrictione seu systole (quod idem est.)

Hæ sunt oẽs species principales, & subseruientes ad
esse simpliciter ipsius viuẽtis, & ad bene esse ipsius facul-
tatis naturalis seu animę vegetatiuæ, & alentis appellatę
a Philosopho; subsequitur facultas animæ sensitiuæ, quæ
sub se habet primò quinq. facultates externas, sensitiuã
nempe; visiuam, gustatiuã, olfactiuã, auditiuam, & tacti-
uã, sed tactiua semp necessaria est: habet tres internas, sen
Sensitiua extra. sum cõmunem, q̃ iudicat, & ponit differentiã inter obie-
cta sensuum externorũ; fantasiam, & memoratricẽ; vlti-
mo obtinet facultatẽ motiuam, q̃ diuiditur in progressi-
uã, & dilatatiuã, & cõstrictiuã; subsequitur hanc animũ
Infra. sensitiuã: anima rationalis, seu intellectus, q immortalis
est, atq; diuinus à Deo creatus, atq. infusus in fœtum in
Motiua et eius diuisio. vtero. valet intelligere omnia intelligibilia, & quiddita-
tes materiales, abstrahitq. eas a materia; vnde dicit Philo
sophus semp intelligentẽ phantasmata speculari; diuidit̃
Ratio seu intellectus. hic intellectus in duas particulas allegorice ratione mu-
neris quo fungitur, nẽpe in intellectũ possibilẽ, qui dici-
3. de anima 39. 31 & cap. 1. Libri de materia, & reminiscentia. tex. 18. 3. de anima. tur potẽtia ad omnia recipienda intelligibilia: altera di-
citur intellectus agens, qui valet intelligibilia potẽtia ad
actũ redigere, & in lucẽ promere; qua propter ab Arist.
dicitur ẽt lumen; nã sicuti lumẽ, colores, qui erant in te-
nebris, & inuisibiles, reddit visibiles; ita intellectus agẽs;
qui illuminat intelligilia. Vt de parte, ac sede in qua resi
dent animæ disseramus, Aris. putat omnes animas homi
nis residere tantum in corde. Plato, & Gal. Hipo. sensere
animã sensitiuã, & intellectũ domicilium obtinere in ce-
rebro, vitalem, pulsificam, irascibilem in corde, vegeta-
De sede animæ opinio Arist. Hip. Gal. & Plato. tiuam, concupiscibilem in hepate, generatiuam in testi-
bus: sed possunt hi Autores conciliari inter se dicendo
cum Arist. in omni genere nos debere deuenire ad vnũ
primum, quod sit regula, & norma ceterorum, sic inter
membra vnum debet reperiri principale; deinde, cum
homo sit vnus, debet esse vnus ab vnitate membri, &
Conciliantur. vnitate communi animæ, quæ in vno principali mem-
bro generetur, generice resideat; speciatim vero, & ma-
10. Metaphy. c. 2. gis determinate diuisa in plures partes decumbet, &
efficietur magis particularis; vt in cerebro propter apti-
Cor est mẽbrum principale & sedes totius animæ. tudinem substantiæ cerebri apparet sensitiua, & intelle-
ctiua, ibique exercet propria munera; in corde, præstat
irascibilis, & vitalis ob maximũ calorẽ, & spiritus vitales
vegetatiua vt concupiscibilis in iecore propter calidã, &
humidam iecoris substantiam spiritum naturalem, &
In iecore. calorem elucet, simul ad testes exporrecta resi det gene-
ratrix tanquam conflata, & vigorata ex tribus illis prin-
cipijs, hepate, corde, & cerebro, mediantibus vena, arte- *Numerus actionum.*
ria & neruo: & hæc per epilogum dicta sint de faculta- *Alia ratio*
tibus, quæ excellunt in humano corpore a medico con- *cur cor sit*
siderabiles, & quot sunt facultates. tot sunt etiam actio- *membrum*
nes, vt facile patet; est etiam cor membrum commune, *commune*
& sedes totius animæ ob spiritum vitalem, & calorem *& sedes to*
influentem tanquam organa communia inseruientia *tius aĩæ.*
omnibus alijs partibus, nam læso corde læduntur cete-
ræ partes: ceteris autem partibus lęsis non necessario
offenditur cor; hinc apparet esse principem sedẽ animę.

De constitutione humani corporis.

Cap. XVIII.

Constitutio appellatur quoddam accidens, seu
qualitas seu dispositio, & affectus communis
humani corporis, quo mediante humanũ cor- *Nomen cõ*
pus exercet naturales operationes, genitus a facultate *stitutio-*
generatrice: sed hæc constitutio, est qualitas generica, *nis.*
quæ prædicatur de tribus alijs speciebus inter se differẽ
tibus, nempe temperie, compositione, vnitate, seu conti- *Constitu-*
nuitate partium humani corporis, primo dicẽdum erit *tionis spe-*
de constitutione in genere; deinde de illis tribus specie- *cies. 3.*
bus: Est igitur constitutio dispositio naturalis generice
humani corporis gratia actionum naturalium; hæc est
diffinitio, quæ constat ex quatuor causis, duabus inter-
nis, nempe forma, & materia, & duabus externis effe- *Constitu-*
ctrice, & fine, & conuenit diffinitionibus accidentis, *tionis di-*
est igitur dispositio quia etiam remoueri potest, non au- *finitio.*
tem habitus, qui difficile remouetur: nam à contrarijs
causis tollitur: dicitur naturalis ad differentiam constitu- *Est disposi*
tionis præter naturam in corpore morboso: (humani cor *tio non ha*
poris) subiectum est hæc particula; nam loquimur de *bitus.*
constitutione humani corporis, non autem brutorum; *Natura-*
seu plantarum, & hæc particula humani corporis habet *lis.*
rationem formæ seu differentiæ, sicuti dispositio natu- *Subiectum*
ralis habet rationem generis & materiæ: causa efficiens *constitutio*
huius constitutionis est facultas generatrix, quę in semi- *nis.*
ne iaculato in vterum, & reducta ad actum operandi à *Forma, seu*
virtute conceptrice ipsius vteri format, & alterat partes *differẽtia,*
ipsius fœtus, & ab alteratione, & formatione producit *& Genus*
constitutionem in ipsis partibus temperiem scilicet, cõ- *seu mate-*
positionem, & vnitatem: finis cuius gratia a natura con- *ria consti-*
stituta, est hæc constitutio, dicitur esse gratia actionum *tutionis.*
naturalium, quoniam ipsa constitutio inseruit facultati- *Efficiẽs cõ-*
bus humani corporis, tanquam instrumentum inseruiẽs *stitutionis*
ad producendas actiones, & est potissimum instrumen- *Finis con-*
tum, quod consideratur a Medicis, & si lædetur hoc in- *stitutiõis.*
strumentum propria ratione, oritur morbus, qui est læ-
sio actionis, & cum triplex sit ipsa constitutio, oritur tri-
plex morbus in intemperie, mala compositione, & solu- *Morbus*
ta vnitate. Prima species ipsius constitutionis est tem- *vnde.*
peries, quæ est constitutio naturalis primarum qualita- *Temperies*
tum elementorum inuicem agentium, & patientium re- *quid.*
fractarum ab alteratrice generatricis facultatis gratia o- *Finis tem-*
perationum naturalium similarium partium; est itaque *perata.*
temperies seu temperamentum, seu temperatura (quod *Differẽtia*
idem est) dispositio, & symmetria caliditatis frigiditatis, *temperatu*
humiditatis, & siccitatis simul refractæ & producitur *ra quatu-*
ab alteratrice generatricis, quæ habet vim alterandi, se- *or.*
cundum hanc vel illam symmetriam, prout à natura *Prima for*
cuilibet parti tributum est; finis ipsius temperaturæ po- *ma.*
tissimus est inseruire tanquam organũ principale facul- *Secunda a*
tati, vt valeat recte operari; quadruplex est differẽtia tẽ- *materia*
peraturæ, vna oritur à forma, nempe à dispositione natu *seu subie-*
rali, & hæc diuiditur in nouẽ species; prima dicitur tem- *cto.*
peratissima complexio, seu temperatura, quæ est tãquam *Tertia ab*
regula, & norma exquisitissima, quæ potius intellectu, *efficienti.*
& ratione contẽplatur, quam realiter inueniatur in cor- *Quarta a*
pore sanissimo; reliquę octo sunt, vel calida vel frigida, *fine.*
vel humida, vel sicca, vel cõposita, calida & humida, cali *Secunda à*
da & sicca, frigida & humida, vel frigida & sicca à ma- *materia*
teria seu subiecto tot sunt differentiæ quot sunt partes *seu substã*
paritet a causa efficiente, & fine quot sunt facultates ef- *tia 2. ab*
efficiente. 4. à fine.

ficientes, & quot sunt actiones tot erunt temperaturæ:
nam vt supra dictum est innumeræ sunt facultates, &
actiones & quælibet requirit determinatam tẽperaturã.

Cõpositio quid. Cõpositio partiũ humani corporis dicitur constitutio
naturalis, seu naturalis conuenientia partiũ instrumenta
liũ a formatrice humani corporis, gratia actionis dissimi
laris: forma, & genus huius cõpositionis est cõuenientia,
quæ consistit in magnitudine, numero, figura, cauitate,
Compositionis forma, & genus. supficie, & situ, cõnexione partiũ dissimilarium: efficiẽs,
est formatrix, cuius munus est formare mẽbra dissimila-
tia cũ debita magnitudine, numero, figura cauitate sup-
Efficiens. ficie, situ, cõnexione, & finis est actio dissimilaris q̃ voca
Finis. tur instrumẽtalis; differentiæ huius cõpositionis, & spe-
Differẽtia. cies tot sunt, quot sunt mẽbra dissimilaria; nã quodlibet
membrũ habet determinatã compositionẽ, & figurã pari
ter, & determinatam facultatem, & actionem: Ventricu
lus enim habet diuersam cõpositionem ab hepate, hepar
diuersam à corde; cor diuersam a cerebro, & sic de alijs.

Morbi in compositione. Verum si compositio euadet vitiosa excessu vel defe-
ctu, vt magnitudo, si sit nimis aucta, vel nimis parca, si
numerus excedit vel deficit, si figura immutatur, si mea-
tus angustia afficiantur; si superficies fiet nimis aspera,
vel mollis, si situs euadet præter naturam nimis ante, vel
retro, sursum vel deorsum, vel ad latera, si connexio diui-
ditur, tunc oritur morbus in mala compositione, qui læ-
dit actionem instrumentalem membri instrumentalis.
Species ipsius constitutionis appellatur vnitas seu conti-
nuitas partium tam similarium, quam dissimilarium, &
Vnitas. Similarib. diffinitur constitutio naturalis cõmunis partibus, & dis-
similaribus a facultate genetratrice gratia actionis simi-
laris, & dissimilaris. Est vnitas communis effectus, qui
accidit partibus similaribus, & dissimilaribus: nam simi-
lares partes licet similares sint, & humogeneæ, habent
vnionem & continuitatem symmetriam qualitatum, &
conuenientem continuitatem substantiæ mixtæ ex qua-
tuor elementis, & hæc vnitas debet appellari vnitas mix
Vnitas mixti similaris. ti similaris: altera vnitas, & cõtinuitas est partis dissimi-
laris, quæ non respicit substantiã mixti similaris; sed con-
nexionem, & situm diuersarum partium similarium in-
ter se, quæ conuenit ad formandum vnũ dissimilare mẽ-
Vnitas dissimilaris. brum. v.g. iecur constat ex propria substantia, ex venis,
arterijs, neruis, ligamẽtis, tunicis, vesica fellea, hæ omnes
partes debent inter se esse ordinatæ, vnitæ, continuatæ,
vt faciant vnum membrum dissimilare, quod videatur,
vnum, licet sit compositũ ex diuersis partibus supra nar-
Morbi in vnitate. ratis. Quare cum vitiatur vnitas vel similaris vel dissimi-
laris prædicta, oritur morbus, qui appellatur soluta vni-
tas; & est vel vulnus ab aliqua causa externa inflictũ, ve-
luti ab ense, ligno, lapide, vel tormento bellico: vel erit
soluta vnitas, vlcus, quod fit aliqua causa erodente sub
stantiã partis, & hæc de constitutione, & tribus eius spe-
ciebus, pariter de tribus speciebus morbi conrespondẽ-
tibus, qui sunt videlicet morbi in intemperie, quãdo ex-
cedit vel deficit aliqua qualitas prima, vel morbus in
mala compositione, vel morbus in soluta vnitate.

Habitus corporis. Habitus corporis constat ex constitutione, nempe tẽ-
perie, vnitate, & cõpositione, sed potissimũ corporis habi
tus spectatur penes cõpositionẽ, s. figuram magnitudinẽ,
mollitiẽ, duritiẽ crassitiem, glabritiem, hispiditatẽ: datur
habitus corporis triplex salubris, neuter, & insalubris.

De calore, & caliditate. Cap. XIX.

QVAlitates primæ elementorum actiuæ, & passi-
uę, sensibiles sunt quatuor, caliditas, frigiditas,
humiditas, & siccitas, & hæ propriè cognoscũ
tur a sensu tactus, hic sensus principaliter cognoscit has
quatuor qualitates tactiles; deinde duritiem, mollitiem,
asperitatem, acutiem, & alia huiusmodi: cognoscit etiã
Caloris sũt 3. operationes. quæ vocantur communia obiecta seu sensibilia pluribus
sensib. nempe magnitudinẽ, figurã numerum, motũ, su-
perficiem; sed nunc agendum est de caliditate, & calore,
Prima. qui habet tres operationes, vna & prima vocatur vniuo
Secunda. ca, & est calefacere; secũda operatio caloris est cõcoque-
re, terminare, generare, icrassare, cõgregare homogenea,
disgregare, etherogenea. tertia operatio est carnẽ gene-
rare, lac, semen, fructus, plãtas, & alia; hac ratione defini
Tertia. tur calor primus quoad facultatẽ secũdũ primas opera-
Deffinitio caloris iuxta primã operationẽ. tiones prima qualitas sensibilis, actiua pducẽs speciẽ ca
loris in sensum tactus: describitur etiã primũ principiũ
calefaciendi; nã est prima inter ceteras qualitates, quę ha
beat vim mouendi sensum tactus, & imprimit sui simili
tudinẽ, & speciẽ, vnde dicitur, sensus est receptiuus spe-
cierũ, sine materia; describitur secundo modo ab Aristo.
Secũdo de aĩa 121. 138. Cap. 1. per secundã operationem 4. Meteo. caliditas est quod va
let congregare homogenea, & disgregare heterogenea;
veluti calor in vẽtriculo multa cibaria heterogenea dis
Iuxta secundam. gregat, & solũ ea congregat, quæ valent in vnam naturã
homogeneã cõgregari: & è cõtra frigiditas cõgregat ho
mogenea, etherogenea, vt in glacie congregatur lignum
paleę, & saxa: duplex est hic calor vnus dicitur calor ele-
Calor elementalis. mentalis, vt est calor elementi ignis, & aeris; & calor no-
ster in lignis accensis; alter calor dicitur cælestis produ-
ctus à motu cęli, & lumine solis, & astrorũ. sed propriè lo
Calestis. Calor cęlestis est eiusdem speciei cũ elementali. quendo, etiã hic calor, qui appellatur cælestis debet voca
ri elementalis: quoniã motus, & lumẽ atterũt aerẽ, & at-
tenuant, & hic aer sic attritus, & attenuatus fit calidus;
vnde oritur caliditas eiusdẽ speciei specialissime, tũ cali
ditate ignis, aut aeris; nã quilibet calor habet eandẽ ma-
teriã vniuocã, & speciẽ, licet Ferneliani putent adesse in
Cõtra Fernolium. corpore nostro calorẽ cęlestẽ diuersum specie a calore e-
lemẽtali, sed errãt: quoniã conseruatur elementalibus re
bus non lumine, & operatur eadem opera, quæ facit ele-
mentalis; reperiuntur in humano corpore duo calores,
vnus natiuus, alter adscititius, primus calor, dicit̃ implã
Calor natiuus 2. tatus, insitus, natiuus, primigenius, & radicalis, & hic du
plex est, sicuti duo sunt principia nostræ gñationis, semẽ,
& sãguis menstruus, quapp vnus dr̃ calor natiuus semina
lis, qui reperitur in partib. genitis ex semine, vt cerebro,
neruo, mẽbrana, arteria, vena, osse, et alijs 2. appellatur ca
Seminalis. lor implãtatus menstrualis, qui reperitur in partib. geni
tis ex sãguine mẽstruo, vt ĩ carne musculorũ hepatis, cor
de: nã oẽs partes fętus in vtero generant̃ vel ex semine vi
ri, & mulieris vel ex sanguine mẽstruo, uel mixte ex his,
Menstrualis. & hæ partes, & calor si depdunt̃ nõ valẽt amplius restau
rari, & regenerari; sed semp à primo ortus initio incipiũt
dissolui, atq; depdi vsq; ad mortẽ, & interitũ naturalẽ; li
cet quotidie edamus, & bibamus: nõ põt tñ conseruari,
Calor natiuus non restauratur. quin tandẽ corrũpatur, sicuti apparet in candela accensa
corrumpitur ẽt papyrus, licet adsit semper seuum. Alter
Adfrititius seu acquisititius. calor in humano corpore appellat̃ adscititius, acqsititius
& alimentalis, qui nõ orit̃ ex semine vel sanguine men-
struo; sed post pfectã formationẽ fætus, statim orit̃, ex
sanguine, qui nutrit ipsum fętũ in vtero, & post ortũ fæ-
tus, & partũ orit̃ ex alimentis, lacte, & alijs, ex quolibet
cibo, & potu, quo nutrit̃ fætus, & homo iã natus: hic ca-
lor acquisitus diuidit̃ in duas species, & primo dr̃, calor
influẽs, & generatur a corde ex materia sãguinea, & resi
1. Influẽs det in spiritu vitali, qui huc, & illuc fluit: residet ẽt ĩ spi
2. Insitus seu stabilis. ritu naturali in hepate, & p vniuersum corpus per venas
diffũdit̃: reperitur ẽt in spiritu animali, et a cerebro p ner
uos vniuersos corpori impartit̃. Secunda species caloris
acquisititij, & alimẽtalis dr̃ stabilis, & insita, qui calor hu
ius Secundę speciei reperitur in parte, quæ continuo rege
neratur pro restauratione deperditæ in partib. nempe,
quæ continuo nutriuntur noui alimenti appositione.

Verũ notandũ hos calores diuersa operari, & diuersos
gradus habere. tũ pro ratione materiæ crassæ, tũ pro ra-
tione agentis, & formæ à qua diriguntur tanquã instr̃m,
& sunt tanquã serra, quę varia facit, prout artifex dirigit
eã; ita calor humani corporis pro vt est instr̃m animę ve
getatiuæ opera eius conficit, pro vt est instr̃m animę sen
sitiuæ, & motiuæ, motũ & sensationẽ producit, pro vt est
instr̃m animæ intellectiuæ, intellectionẽ parit, & custo-
dit has tres animas, & omnes actiones instrumentaliter
efficit: nam corrupto calore corrũpitur facultas & eius
actiones: qui calor vel a contrario extinguitur nempe a
frigo.

frigore. l. à se ipso marcescit defectu alimenti: requirit autem pro sui conseruatione alimentum tenue calidū, & refrigerationem aeris: est in continuo motu sursum, tanquam leuis, & deorsum ratione pabuli, & alimenti: sicuti apparet in lumine candelæ accensæ, quod lumen semper sursum, & deorsum mouetur.

Conseruatio. Motus.

De calido innato. Cap. X X.

CAlidum innatum appellatur etiam calidum implantatum, calidum radicale, natiuum, & insitus spiritus, quod nihil aliud est, quam substantia seminalis, aut menstrualis purissima, & oleosa prædita calore in formatione fœtus in vtero genita, gratia custodiæ vitæ humanæ: differt calidum innatum à calore tanquam concretū ab abstracto, quia hic est simplex qualitas, calidum vero innatum est substantia mixta, & prædita forma substantiali, quantitate, temperie, & calore: nam eius materia est purissima, & oleosa portio seminis, aut menstrui sanguinis, quæ remanet in quolibet membro genita in vtero, & si membra sunt seminalia, vt ossa, neruus, cerebrum, & alia, habent seminale calidum ornatum, & quo maius, & perfectius, ac purius existit ipsum calidum innatum, membra sunt validiora, & viuaciora: pariter membra menstrualia, & sanguinea continent in se calidū innatū menstruale, vt caro musculorum, caro hepatis, & caro ipsius cordis; si membra sunt mixta ex semine, & sanguine, obtinēt calidū innatū pariter mixtū; præterea sciendū hoc calidū innatū post ortū ipsius fętus semper deperdi, & non posse restaurari alimentis: conseruat vitā hominis & pariter facultates oēs, & animas, vnde alij obtinēt vitā longā, alij breuem, alij validam, & alij imbecillem pro robore, magnitudine, puritate ipsius caliditatis & è contra: inquit Hipp, qui crescunt plurimum habent calidi innati, & ideo plurimum egent alimento: qui verò decrescunt, & senes minimum obtinent calidi innati; & ideo pauco alimento egēt, vnde Hipp. ait, senes facile ieiunium ferunt: datur etiam aliud calidum innatum, quod rectius vocari debet acquisititiū, & alimentale, & generatur ex nutrimento; quod sumit fętus in vtero post sui completā formationem, & extra vterum cibo, & potu quibus partes crescūt, & nutriūtur: & hoc calidum innatū reperitur in partibus, quæ de nouo sunt auctæ, & nutritę; quare sicut ipsæ partes possunt dissolui, & restaurari, ita etiam hoc calidū innatū deperditū potest resarciri ex nouo alimento, quo partes de nouo, aut augētur, aut nutriuntur: custodit, & hoc calidum alimentale facultates, & actiones, & est tanquā pabulum reficiens eo modo, quo potest calidum innatū seminale, & menstruale, veluti si ponatur oleum in lucerna prohibet, ne ita cito absumatur calidū innatum papyri à flamma; licet illud oleum non possit omnino prohibere, ne absumatur, & hoc pacto, hoc absumpto prouenit mors naturalis. Si vero extinguitur violentia, fit mors præter naturam, & ante debitum tempus Acui.

Definitio. Discrimē calidi innati, & caloris. Calidum innatum triplex. 1. seminale. Vnde mēbrorum, validitas & viuacitas. 2. menstruale. 3. mixtū. Non restauratur. Finis. Vita breuis, longa, valida, vel imbecillis vnde. Calidum innatum alimentale. Vbi inest. Resarcitur. Finis calidi alimētalis. Exemplū de oleo, et lucerna. Mors naturalis. Violenta.

De cuticula, epidermide græcè. Cap. XXI.

PRima pars quæ humanum corpus ambit vniuersum, & sensui tactus, & visus obijcitur, est epidermis græcè, latinè verò cuticula, & efflorescētia cutis appellata, & describitur pars similaris humani corporis nō viuens, genita ex crassiori, & impuriori parte seminis, à facultate propria generatrice, gratia custodiæ ipsius cutis: Hæc diffinitio, & descriptio cuticulę tradita est per omnia quatuor genera causarum, nēpe materiam formam. efficiens, & finem, vt elucescant, non solum principia ipsius generationis, sed principia iam genitæ; ideo dicitur pars similaris, vt excludatur à partib. dissimilaribus, dicitur non uiuens: quia non habet, neq; vitam vegetatiuam, neq; sensitiuam; non augetur, neq; nutritur, sed generatur, & conseruatur per additamentū vt vngues, pili, & cum non sit viuens pars, non afficitur morbo qui est læsiò actionis partis viuentis; materia ex qua generatur ipsa cuticula quoniam vilissima est pars, & vilissimo etiam impuro, & crasso semine fit, tanquam ex portione excrementitia, & inutili ad generanda cętera membra: causa efficiens, est particularis generatrix, q̄ habet vim generandi cuticulam; & non alia membra: finis quo à natura genita est cuticula, est vt custodiat, & tueatur cutem; sed hic vsus triplex est l. ad tutelam, & esse absolutè ipsius cutis, l. ad melius esse, l. ad perfectius esse: quare primo vtilis est, quia tuetur cutim ab aere, & ab externis iniuriis, fouet calorem, & temperiem ipsius; secundo ad bene esse, est vtilis, quia est in causa, vt cutis temperate, & naturaliter sentiat. Nam excoriata cuticula, cutis, quæ subiacet, vi molestiaq; sentit; ad perfectius esse est etiam vtilis, quia tactus in cute exquisitissimus est; & exquisitissimè defert species tactiles intellectui; hinc cognoscendum est hominem, cetera animalia excellere in exquisitè, & exactè dignoscendis obiectis, & præsertim quo ad perfectius esse; nā licet multa animalia l. acutius videant. l. audiant, l. odorentur: attamen imperfecte species dignoscuntur; sed cū vtilis sit cuticula, præsertim per crassitiem substantiæ tuetur cutim; & per mollitiem, & per foramina sinit ingredi aerem, & egredi fuliginosa excrementa, & sudorem retinetq; in se quandam sorditiem: secundum quantitatem, tanta est, quanta est hominis figura: habet foramina circa os, circa nares, circa oculos, aures, anum, & virile mēbrum: sequitur colorem cutis; sed potius subalbida ratione spermatis debet appellari: Connectitur etiam cuti, quæ subiecta est: præterea sciendum non solum cutim; sed etiā cuticulam, & alias partes habere tres vsus, alius est vsus qui soli omni, & semper conuenit ei, alius est, qui soli, sed non semper; tertius qui semper, sed non soli: semper & sola, & oīs cutim tegit: sola, & semper cutim adiuuat per intromissionem aeris, etiam per extramissionem exhalationum, & fuliginum: omnis cuticula, & semper calorem cutis tuetur: sed non sola, quia etiam pinguedo custodit calorem cutis: cognita natura cuticulæ, & eius principiis facilius erit Medico conseruare eam similibus remediis, & cognoscere, quæ medicamenta quanta, qualia, & quomodo sunt ei applicanda.

Nomina. Definitio. Pars est similaris. Quomodo generatur & conseruatur cuticula. Morbus quid. Materia ex qua cuticula. Efficiens. Finis, seu vsus. Triplex. 1. 2. 3. Homo sentit obiecta perfectius, quā bruta. Quātitas cuticulæ. Foramina. Color. Connexio. Vsus triplex omnium partium.

De cute, seu dermide græcè. Cap. XXII.

SVb cuticula residet cutis, quæ dermis græcè appellatur, sed hæc consideratur duobus modis ab anatomico; primo perpēditur, vt est pars dissimilaris etherogenea composita ex neruis, arterijs, & venis, & propria substantia ipsius cutis; immo hac ratione putarunt nonnulli, cutim esse filamenta, & extremitatem neruorum, arteriarū, & venarū, & nihil aliud; nam ad ipsam cutim nerui copiosissimi, arteriæ, & venæ desinunt, vt sæpe à Galeno appelletur cutis receptaculū omnium excrementorum, totius corporis, & si perpenditur, vt dissimilaris ratione neruorum habet actionē sentiendi, pro vt participat neruis. Secundo consideratur cutis, vt pars similaris, & homogenea, non composita ex aliis similaribus partibus; sed tamen ex quatuor humoribus: verum adhuc si consideratur, vt similaris vel sibi soli inseruit, et dicitur habere actionem, quatenus est pars viuens, vt possit se nutrire, quæ actio licet communis sit omnibus partibus viuentibus, non autem peculiaris, aut determinata, & officialis, seu instrumentalis, quæ conuenit vni tantum parti, et non alteri, (vt chylificatio conuenit tantum ventriculo, sanguificatio tantum hæpati;) attamen est actio similaris, et hac ratione cutis potest affici omni morbo, et præsertim in intemperie, quæ est proprie morbus partis similaris, etiam quando Galenus dicit, cutim non habere actionem, intelligit de actione instrumentali, et officiali, non autem de actione similari, & communi partibus viuentibus: secundo accipitur cutis, vt inseruit al-

Cutis consideratio. Prima vt pars dissimilaris. Cutis receptaculū omnium excrementorum. Secunda consideratio, vt similaris. Vt sibi inseruit. Cutis habet actionem quis se nutrit. Nō habet actionem instrumētalem.

Aristo. & medi. discerdāt de organo tactus. 1. de histo. an c. 3. & 4. & 2. de par an. c. 1 2. de anima 109. 116. 2. de part. an. c. 10. Cōcilian. Os ventriculi.

teri, & est vtilis alijs partibus. in hac ratione habet plures vsus conseruat ad esse simpliciter partes subiacentes, & ad bene esse, est medium ad sensum tactus; Aristot. modo inquit carnem esse organum tactus, modo dicit esse cutim; tertio in libris de anima inquit organum tactus esse quid intimum & terreum; Medici Galenus Hipocrates putarunt cutem esse organum tactus, aliquando in libro de organo odoratus asserit Galenus organum tactus esse os stomachi. sed facile possunt hi autores, qui videntur sibi contrarij conciliari: nam os ventriculi inter internas partes potest appellari præcipua sedes facultatis tactiuæ, quia sentit famem, & sitim, cutis inter externas partes omnes tactiles qualitates ratione nerui, prima iudicat. sed veritas hæc est, vt principale organum materiale ipsius tactus sit substantia illa medullaris nerui, & hæc est intima, & terrea pars, quæ appellatur ab Aristot. in qua residet facultas tactiua, & spiritus animalis; caro vero, & cutis non sunt organa tactus propria, sed potius medium, per quod transit species tactiles vt perfectè postea recipiatur hæc species in substantia medullari nerui, & iudicetur a facultate tactiua ibi existente: sensibile positum supra sensum non facit sensationem; quare cutis, & caro non possunt esse organa tactus; secundo si auferatur. cutis, & caro & tangatur neruus, adhuc sentit, licet cum violentia; ergo in ipso neruo adest organum & facultas: nam si cutis & caro essent organa, remotis organis non fieret amplius sensatio, vt si remoueatur cristallinus ab oculo, non fit amplius visio: in sensatione facienda sensuum externorum Requiruntur hæc omnia ex Aristot. libro de anima, & libro de sensu & sensili; primo requiritur facultas sensitiua; secundo spiritus animalis; tertio requiritur organum proprium, & determinatum animatum similare, in quo residet facultas, & spiritus, cum temperie, calore innato, & alijs qualitatibus inseruientibus facultati; quarto requiritur medium internum, aliquando etiam externum vt aer est medium externum in visione, auditu & odoratu, quinto requiritur obiectum proprium, vt visui obiectum visibile, auditui obiectum audibile olfactui obiectum odorabile, gustui gustabile, & tactui tactile. his animaduersis facilè erit autores, vt diximus sibi inuicem conciliare: loquemur igitur de cute, vt est pars similaris inseruiens sibi, & alteri, & diffinietur.

Cutis. Principale organū materiale tactus. Intima, et terreapars Arist. Caro, & cutis potius mediū tactus non organa. 2. de anima 116. 75. 98. 73. In sensatione extra quinque requiruntur.

Cutis deffinitio.

cutis est pars similaris viuens genita ex semine a propria generatrice gratia custodiæ & vnionis subiectarum partium vniuersi corporis: prout est similaris distinguitur a dissimilaribus partibus, & pro vt est viuens a non viuentibus: generatur a semine, & spermatica pars est, quæ deperdita non potest amplius restaurari, sicuti apparet in vulneribus, & vlcerib. in quibus vice cutis generatur callosa substantia, in qua non nascuntur amplius pili: in brutis vero animalibus nascuntur pili, quia vt inquit Aristot. cutis animalium brutorum est admodum distincta a subiectis partibus. causa efficiens ipsius cutis est propria generatrix, quæ potest appellari forma cuticularis: determinata materia requirit determinatam formam, & econtra, vt dicit Aristotil. in 2. Phisicorum materia, & forma sunt ad aliquid, & relatiua: finis per quem principaliter fabricata est a materia, est, vt custodiat partes subiectas, nempe arterias, venas, neruos, & musculos, ab externis iniurijs; deinde, vt vniat diuersas partes humani corporis in vnum, vt videatur (licet sit compositum ex diuersis partibus) vnum: hi sunt fines, & vsus principales ad esse simpliciter, ad bene esse inseruit tanquam medium organo facultatis tactiuæ sed gaudet his vsibus, per ea quæ a facultate generatrice ei tributa sunt, habet substantiam terream, & aqueam extensibilem; habet quantitatem tam magnam quanta sunt subiecta corpora: numero vna est. sed per qualitates videtur diuersa: nam in aliquibus partibus est admodum crassa, vt in capite, & fronte; & pedibus, in aliquibus est admodum tenuis, ut in labiis, & pene in aliquibus mediocris est, & temperata, & inuola manus, & circa digitos, vt valeat exquisite persentire tactiles qualitates; habet temperiem moderatam in calido, & frigido, & humido, licet nutriatur ex pituioso sanguine: nam si excederet qualitatibus, non posset recte recipere omnes qualitates: intus existens; inquit Aristot. 3 de anima prohibet extraneum, & recipiens debet esse denudatum a forma recepti, quare cum a natura valeat recipere omnes qualitates, tanquam medium organi tactus debuit esse temperata: foraminibus & poris prædita est, vt intus intromittat aerem ad arterias, & extra fuliginosa excrementa, permeare concedat: deinde vt medicamenta, quæ a medicis extra apponuntur, possint vim suam impartire internis partibus: superficies eius potius mollis est, est, quam dura, & aspera; sed modo æqualis, modo inæqualis, pro situ partium, modo lineata rugis, & plicis, vnde Chyromantici ex lineis in vola manus formatis a natura vt inquit Aristot. 1. de hist. animalium cap. 15. & libro phisiogn. construunt artem chyromāticam, & physiomomicam, & audent prædicere, admiranda; sed quatenus lineæ ipsæ ostendunt tanquam effectus temperiem, & habitum vniuersi corporis, & ex consequenti actiones mores & facultates, quæ dependent organicè, & instrumentaliter a temperie, habitu, & compositione corporis humani, possunt aliquid veri prædicere; sed vt plurimum de actionibus voluntariis, & non subiectis corpori audent vana affirmare, idcircò damnandi sunt: color cutis, vt spermaticæ deberet esse albus; sed ratione humorum & partium subiectarum variegatus apparet, qualis humor in corpore, inquit Hippoc. talis color etiam effloescit in cute, biliosi pallent, melancolici subnigricāt; sanguinei rubent, pituosi candescunt, animaduertendum colorem cutis, asperitatem, duritiem fieri aliquando non a natura: sed. l. ab exercitio. l. a labore. l. à radiis solis. l. aliis externis causis: habet tot magna foramina, quot habebat cuticula circa os, nares, oculos, anum, & penem.

Callosa substātia vice cutis in vulneribus vlceribus in qua non nascū lur pili. Cicatrix. Sect. 10. p blem. 29. Cur ī brutis nascuntur pili post noxas cutis? 2. de anima 26. 2. phy 26. 57. 1. phys. 43. 2. phy 45. Vsus adesse simpliciter cutis. Ad bene esse.

Substātia. Quātitas. Numerus. Qualitates. Meatus. 71. 2. de anima. superficies. Chyromantia. Color cutis. Libro de humorib. in initio. Colores cōplexionū. No. de caussis coloris, & qualitatū aliarū cutis. foramina.

De pinguedine. Cap. XXIII.

PInguedo axungia, adeps, laridum, seuum, corpus pingue, & oleosum dicitur ab Aristo. & Medicis aliquo discrimine, sed aliquando etiam confuse vsurpatur: verum adeps, & seuum habet substantiā magis calidam, & siccam, terrestrem, & crassam, & potissimum in animalibus cornutis, & circa partes calidas, cor, & renes, innascūtur pinguedo verò seu corpus pingue, & oleosum substantiā magis aeream, tenuemq. obtinuit a natura, & generatur in animalibus potius calidis, & humidis, vt in homine Anate, Ansere: laridum & axungia in suibus reperitur, & maxime accedit ad naturam pinguedinis, calidæ, & humidæ & aereæ. Describitur igitur pinguedo seu corpus pingue, quod sit pars similaris viuens humani corporis genita ex oleosa, & halituosa portione sanguinis menstrui, & seminis à vi propria pinguifica gratia restaurationis calidi vtriusque. dictum est esse partem similarem viuentem: quoniam non solum est pars, vt complet vniuersum corpus, quemadmodum etiam sunt humores, & spiritus; sed debet enumerari inter partes solidas, quæ viuunt vita vegetali, & nutriuntur gubernanturque per insitas facultates, nempe cōcoctricem atractricem, expultricem, & retentricem, vt docet Galenus in libro primo artis paruæ cap. 9. & libro de inæquali intemperie cap. 2. & libro de differentiis mor. cap. 8. & libro de plac Hipocr. & Plato. cap. 8. inquit adipem habere actionem; sed actio non potest fieri nisi a parte viuente; ergo est pars viuens: ne obstant rationes in contrarium, videlicet primo quod adeps non habeat circumscriptiones, & figu-

Nomina. Adeps & seruum. Pinguedo. Laridum, & axungia. Descriptio pinguedinis. Est pars viuens, & calida. Cōtra Andreā laur. li. 6. Ana. q. 6. Argumentum cōtrarium. Adeps imitatur figurā partiū subiectarum.

Solutio. figuram propriam : quoniam respondetur imitari
Obiectio. figuram partium subiectarum. secundo cum dicunt
Solutio. aduersarij nullam partem alteram nutrire , dici-
An adeps nutriat aliam partem. mus adipem nullam partem nutrire , sed potius re-
staurare , & regenerare , secundum partem super-
ficialem , & adhuc non conuersam in perfectam natu-
ram adipis : præterea dicimus reperiri etiam in vtero, &
Adeps est pars spermatica & sãguinea. infantibus ; quare esse partem spermaticam , & san-
guineam, licet sit alba : quoniam sanguis, licet tuber sit
per vlteriorem elaborationem fit albus , & præsertim a
natura partis albæ vt apparet in mammis, in testibus ,
Partes viuẽtes aliæ simpliciter necessariæ aliæ ad bene esse. in glandulis, & membranis . Vltimo dicendum partes
viuentes alias esse simpliciter . necessarias ad consti.
tuendum humanum corpus naturale & secundum natu-
rales operationes, nõ imminutas, & deprauatas, alias esse
ad bene esse, quæ possunt adesse & abesse præter subiecti
Triplex portio pinguedinis. corruptionem, & absolutam armoniam, & præter læsio-
nem actionum naturalium hominis : adeps verò seu pin
guedo est pars hominis vt homo est ad vnam naturalem
actionem producendam, ad quam omnes partes concur-
runt, l. principales. l. adiuuantes, l. sine quibus non, viuens
ad bene esse, nam licet possimus imaginari , difficillime
Membrana circunuoluit pinguedinẽ. tamen reperitur corpus. l. à natura ita gracile, l. morbo
consumptum , vt pinguedo nulla reperiatur: non tamen
dicendum pinguedinem non esse partem viuentẽ: immo
Adeps concrescit, & dealbatur à frigore membranarum. corpus pingue, constat vt ceteræ partes similares ex tri.
plici portione substantia videlicet, fibrosa, mẽbranosa, &
carnea, quæ tres partes constituunt similarem naturã pin
guedinis, quæ si oculis conspiciantur, exacte videbũtur
pars fibrea , quæ terrestris est , membranosa, quæ adhuc
Reprehensio quorundam. terrea & viscida est ; carnea verò quæ magis tenuis , &
mollis est, & dum igne dissoluitur pinguedo à pharmaco
Materia. polis lucidius hæ tres partes apparent : imo circunuol-
uitur pinguedo à membrana externa, propter quam par
ticipat sensu magis : dealbatur & concrescit à frigore
membranarum ; qua propter male nonnulli vt concilia-
rent Autores dixerunt pinguedinem cum membrana ,
eam inuoluente esse partem viuentem ; sed si accipi-
Cur obesse steriliora ? tur cum hac membrana, erit pars dissimilaris non autem
similaris , de qua in præsentia trac[illegible]ur: materia ex qua
fit pars oleosa , etiam halituosa portio sanguinis , aut
menstrualis, dum generatur in formatione fœtus, aut ali
mentalis, dum crescit l. generatur post formationem fę-
tus, aut est portio similaris oleosa, dum semen pingue, &
oleosum est atque validum , potens non tantum partes
An pinguedo generetur frigore l. calore. necessarias ad esse, sed ad bene esse producere : hinc fit ,
vt animalia pinguia semine aut sanguine nõ abundẽt, &
minus fęcunda sint ex Arist. 2. de partibus animalium ,
cap. 5. nam semen , & sanguis per halituosam illam
Veritas. portionem absumitur halituosa debebat esse materia
Efficiens principale instrumẽtarium. pinguedinis , ut facilius posset penetrare per habitum
corporis, & ad membranas: debebat esse oleosa , & pin-
guis, vt facilius posset adhærere: nam partibus si uis etiã
Secundariũ & externum. adhæret. cordi , renibus, articulis, membranis, cartilagi-
nibus, vt humida hæc corpora conseruentur : dubitatur
quomodo generetur pinguedo , frigore. l. calore ; nam
Frigus q̃ño concurrat in mixtorũ generat. Arist. 4. Meteor. summa 2. c. 2. & 3. quæ concrescunt, &
indurantur a frigido exprimente calidũ, a calido soluun
tur vt glacies, plumbum , ęs; sed pinguedo concrescit à fri
gido, & dissoluitur a calido; ergo frigidum concurrit ad
Vide Zabarelã 1. de mist gen. & inter. c. 4. & 5. generationem ipsius, quæ verò concrescunt, & induran-
tur a calido exiccante humidum, omnia humido soluũ-
tur vt nitrium , sal terra ex luto, quæ sunt aquea a calido
soluuntur , quæ terrea ab humido , quæ vero aut nimis
feruentia sunt, aut nimis terrea aut nimis aerea, vt oleũ,
Vis pinguifica etiam est efficiẽs. & argentum viuum, & pix non concrescunt & induran
tur. Materia adipis cum calida sit, & a calido eleuata, cũ
habeat temperiem calidam, & humidam, videtur a calo
Finis , & vsus pinguedinis. re fieri, sed breuiter sciendum materiã pinguedinis cali-
dam esse, & humidam, & oleosam, efficiens principale in
Calidũ innatum quibus egeat. strumentarium esse calorem. qui tribuit concoctionem,
& perfectionem pinguedini, secundarium vero efficiẽs,
& externum tribuens pinguedini consistentiam , & ex-
ternam perfectionem esse frigus, quod in operibus natu
ræ, & mixtis corporibus generandis, vt inquit Aristot. 4.
Meteor. per accidens concurrit ad temperandum calorẽ *Summa. 2. c 2.*
l. externam perfectionem introducendam; plumbum li-
q̃factũ, & calidũ sua vi desinẽte calore externè cõcrescit
absque frigiditate aeris actuali ; idcirco præter hæc duo
agentia instrumentalia ad formandam pinguedinem re-
quiritur propria pinguifica vis , seu facultas , seu anima
vegetatiua , seu forma substantialis mixti , quæ habeat
hanc vim determinatam generandi pinguedinem, non
autem carnem, sicuti in uite. l. pomo. l. piro adest deter-
minata forma , & efficiens ad generandum pomum pi-
rum, & vuam; finis pinguedinis, & vsus præter actionẽ
quam habet se nutriendi , & hac ratione patiendi quem
ilbet morbũ , vt est pars similaris, valet restaurare vtrũq.
calidum nempe innatum, & ad scitiũ; eget enim calidũ
substantia oleosa, vt restauretur quam recipit elaboratã
in superficie corporis pinguis; eget calore, quem obtinet
a pinguedine, quæ calida est, & quia continuo mouetur
adextra, prohibet ne omnino dessipetur sui mole, est tan-
quam oleum in lucerna. l. seuum in candela accensa, ha
bet etiam pinguedo alios vsus minus principales nempe
inhibere, ne partes nimis exiccentur; vt sensus tactus mo
deratus euadat. Declarata natura & principijs, & modo *Vsus alij.*
generationis ipsius pinguedinis, passiones seu affectiones
seu accidentia, quæ accidunt ipsi pinguedini à formatri
ce producta. l consequuntur ipsam pinguedinem ab al-
teratrice facultate manantia expendenda sunt: verũ hæc
accidentia. l. sunt communia etiam alijs membris. & ad- *Accidentium , & vsuum diuisio.*
esse, & abesse possunt a pinguedine, l. sunt ei propria , &
hęc triplicia, prima propria omni pinguedini, soli & sem
per. l. propria omni & soli, sed non semper. l. propria om-
ni , & soli sed non semper. l. semper sed non omni ne-
que soli: & pariter vsus correspondent his accidentibus:
quoniam hæc accidentia sunt causæ vsus pinguedinis : *Accidẽtia sunt causæ vsus.*
quot igitur sunt causæ, tot sunt vsus pinguedinis: inquit
Arist. agens seu efficiens , seu facultas, quæ dat, formam *Ex 8. physic. 32. ... cæli 22. 25.*
dat etiam consequentia formam ; consequuntur verò
formam tum accidentia enarrata , tum communia , sed
præsertim propria ; primum accidens seu affectio ipsius
pinguedinis, est quantitas: non habet determinatã quan
titatem, & magnitudinem ; sed modo maior, modo mi-
nor est, pro vt materia ex qua generatur, est maior. l. mi- *Quãtitas pinguedinis.*
nor, inepta. l, apta, & causa efficiens valida. l. imbecillis.
secundum numerum, l. est in pluribus locis l. in paucis , *Numerus.*
prout loca ipsa necessario egent pinguedine. l. pro resar-
ciendo calido. l. pro humectatione ipsorum locorum: qua *Qualitates primæ & secũda.*
litates primæ quæ consequuntur alteratricem facultatẽ,
sunt caliditas & humiditas ipsius pinguedinis : vnde ob *Pori.*
tinet temperiem calidam, & humidam, tenuitatem, rari *Supfities.*
tatem mollitiem, colorem album , superficiem mollem , *Figura, cõnexio , situs.*
poros per quos excernit excremẽta tenuia , & crassa post
sui nutritionem, figurã non habet determinatam, conne
xionem habet cum membrana circunuoluente eam , si-
tum obtinuit varium pro varietate partium, modo secun
dum superfici corporis , sub cuti exposita , modo circa
renes, & hepar, modo circa musculos, & tendines, modo
circa vasa, arterias, venas & neruos, eis inseruiens tanquã
puluinar ne ipsa vasa rumpantur , neue tangant duriora
corpora : ex his medici remedia pro conseruanda *Remedia pro conseruanda pinguedine. 11. Meth. c. 12.*
pinguedine. l. pro amissa recuperanda perpen-
dere possent; nam similia similibus con-
seruantur, contraria contrariis cu-
rantur : calida igitur , & hu-
mida halituosa , & oleo-
sa præsidia tuebun-
tur pinguedi-
nem.

De Membrana. Cap. XXIIII.

MEmbrana est membrum similare viuens tenuissimum ad imaginem telæ araneæ;& circumuoluit omnia viscera, & separat viscus a viscere: aliquando dicitur tunica, sed impropriè: quoniam tunica habet proptiam substãtiã præter membranam externam, vt tunicæ ventriculi, intestinorum, vteri, vesicæ vrinariæ, vesicæ felleæ; aliquando etiam ligamentum appellatur membranosa substantia; sed non est propria membrana, quia illud non sentit, hæc verò sentit; propterea notandum partem similarem duplicẽ esse,alia est similaris secũdũ sensum & secũdũ rationem, vt membrana absque neruis,cerebri,substantia caro simplex,alia est similaris secũdũ sensum, sed non secũdũ rõnẽ vt mẽbrana cũ neruis,l.cutis,nerui, arteriç, & venæ; secũdò notandũ mẽbranã cũ neruis acceptã semper sentire; imaginatã vero secũdũ rationem absq. neruis orbatam esse sensu tactus. tertio notandum membranam varia sortiri nomina pro varietate, & situ partis.pro varia figura; pro connexione cum aliis membris; & tandem pro vario munere ei a natura dicato: appellatur peritonæum illa membrana,quæ sub musculis abdominis posita est & continet intestina,& coarctat,ne labãtur, & fiat hernia intestinalis,l. omentalis & peritonęum duplicatum est: appellatur aliquando membrana omentum, seu epiploum græcè,arabicè Zirbum, Galenice, & Hippocratice adiposa,& seuosa membrana,seu reticulum,& est membrana adipe,atteriis, venis, & neruis, composita tangens ventriculum intestina & lienem, vsque ad vmbilicum in uiris,in fęminis verò porrigitur vsque ad vterum. Adiuuat concoctionem calorem,& humidum radicale illarum partium,duplicatum est,leue, & album; inseruit etiam tanquam fulcimentum, ramo venæ portę in lienem, & duodenum intestinum; illa verò membrana, quæ ambit os,dicitur periostium; quæ vero ambit costas & totum thoracem interne dicitur pleura;vnde Inflammatio illius mẽbranæ dicitur pleuritis,quãdo ambit os cerebri,craneũ appellatũ,dicitur pericraneum, quãdo ambit cerebrũ;& neruos oẽs atq. spinalẽ medullã appellatur primo tenuis membrana,seu pia mater,seu tenuis meninx,altera versus craneum dura mater dicitur, seu panniculus durus; His præmissis sermo erit de membrana,vt est membrũ similare secũdũ sensum,& secũdũ rõnẽ, & genericè prout amplectitur supradictas species enarratas,quare describitur membrana;membrum similare viuens spermaticum productum à generatrice mẽbranifica, gratia conseruationis superficiei partium subiectarum, hæc est perfecta diffinitio ipsius membranæ constans ex omnibus quatuor generibus causarum,materiali,formali,effectiua,& finali: dicitur membrum ad differentiã humorum, & spirituum qui non sunt membra:similareq. s.secũdũ sensum,& rationem,quoniam licet constet ex portione fibrosa,membranosa, & carnea, non tamen hæ tres portiones, sunt veræ fibræ, veræ membranæ,& verè carneæ, quia si hoc esset componeretur, ex tribus partibus similaribus, essetque dissimilare membrum, sed quadam similitudine, dicitur fibream portionem, membranosam portionem, & carneam habere, quia ex his tribus vnica similaris ipsius natura formatur:est viuens absque neruis vita plantæ,cum neruis, vita sensitiua; vnde propter tenuem frigidam & siccam substantiã eius, est exquisitissimi sensus & doloris acerbissimi particeps est, generatur in prima formatione fætus immediate ex semine, licet alij, sed falso putent produci ex nerueis filamentis extensis, atque simul iunctis, vt aranea per fila texit suam telam: nutritur igitur vt conseruetur ex semine, seu ex sanguine admodum elaborato, & in semen transmutato, vt inquit Galenus & Hippocrates & si deperditur non potest amplius restaurari, etenim ex quibus constamus, ex eisdem nutrimur.efficiens causa dicta fuit generatrix membranifica: quoniam determinatum mixtum, & compositũ requirit determinatam formam; & producit eam tum per formatricem tribuens ei magnitudinem,numerum, figurã superficiem,poros cauitates,situm,connexionem, per alteratricem tribuens ei,temperiem frigidam, & siccam, leuitatem, mollitiem,duritiem, extensibilitatem, colorem,odorem,atque saporem,quæ omnia sunt causæ variorum vsuum quos præstat: qui alij sunt principales,vt est conseruare superficiem omnium viscerũ:nam omnia viscera ambit. alij sunt minus principales, vt est separare musculum a musculo; & alii sunt vsus determinati, vt peritonei iam dicti,& epiploi,& aliarũ membranarum: continet etiam viscera, nè laxiora fiant, nè à suis sedibus delabantur, tuetur ab aere, & ab externis iniuriis, adiuuat expultricem partium: solent Medici nunc quærere; quomodo in hydropicis formetur sectio peritonei, vt egrediatur aqua sensim, & sensim; nam dicit Hippocrat. 6. aphorismorum 27. quicunque empii ci aut hydropici, dum vruntur aut secantur si pus, aut aqua vniuersim fluat,moriuntur:plurimum enim & repentè vacuare periculosum est 2. Aphorismorum 51. quoniam omne nimium naturæ inimicum; fit hæc sectio, quæ a grecis paracentesis appellatur, paulo infra vmbilicum, & ad latera ob musculorum aponeuroses idq. ex opposita parte affecti visceris nempe lienis, aut hæpatis; Andreas Laur. libro de anat. recenset multa exempla, & experimenta virorum doctissimorum, qui salutẽ præstiterunt in foramine facto media in regione vmbillici; tota vmbilici circumferentia filo traiicienda est, vt arctari possit foramen, si maiori impetu erumperent aquæ; deinde acuto, & pungentè ferro, cutis secatur qua parte vasa dehiscunt, mox ænea,aut argentea, fistula in vulnus immitti debet, vt affluere possit aqua confirmat hunc nouum modum apertionis experimentis, & spontaneis naturæ motibus.

Tunica differt à mẽbrana propriè. *Ligamentum nõ est proprie mẽbrana.* *Diuisio not. partis similaris.* *Membrana absque neruis non sentit.* *Nomina varia mẽbranæ vnde.* *Peritonaũ* *Omentusu eius nomina, & vsus.* *Periostiũ.* *Pleura.* *Pia mater* *Dura mater.* *Consideratio membrana.* *Definitio pfecta mẽbranę.* *Portiones non verę mẽbranę tres.* *Cur exquisita sentit & dolet.* *Materia generat.* Nutrimẽtum mẽbranæ. Secundo de gene. & corru. t.50. 1. Phy t. cõ.43. 8. phys. cõ. 46. *Accid mẽbrana.* *Vsus mẽbrane* *De Paracentesi in hydropicis.* *Locus apertionis.* 6. quę. 9. *Modus apertionis.*

De fibris, seu villis. Cap. XXV.

NOmen fibræ,seu villi æquiuocũ est,& secundũ nomẽ conuenit multis, at ratio, & substantia eorum diuersa est; primo dicitur illa, quæ reperitur in sanguine animalium, qui sanguis concrescit, & inspissatur,excipitur sanguis ceruorum,& leporũ, qui admodum aquosus,& saniosus caret fibris,& non inspissatur: fibra sanguinis est terrestris pars, & viscidior, & est inanimata, & propriè non debet appellari pars, sed terrena portio sanguinis; datur secundo alia fibrosa substantia, quæ pariter non est propria fibra; sed adsumit hoc nomen propter similitudinem, & vsum, quẽ habet cum fibra propria; reperitur in qualibet parte sarcologica similari,& præbet vsum fulcimenti, tertium genus fibrarum est illud, quod oritur ex neruis, qui diuiduntur in filamenta, & propagines,veluti filum,& præbent sensum partibus in quas disperguntur. Quartum genus fibrarum oritur immediate, ex neruis, minutim diuisis, ex ligamento, simul iunctis, quæ fibræ disseminantur per carnem musculorum, & desinunt in tendines,tũcq; valent producere motum voluntarium dum contrahuntur. Quintum genus fibrarum generatur ex semine immediate, & est firmamentum carnosæ substantiæ, & propriè est pars similaris viuens distincta à quatuor superioribus generibus enarratis; nam neq; sentit, neque mouet, & est propriè pars viuens; sed viuit vita naturali ab anima vegetatiua, & si motum producit l.non euidentem,vt in arterijs, venis, intestinis, vtero, ventriculo, vel euidentem, vt in corde, ipseq; motus dicitur motus naturæ productus ab attractrice, & expultrice facultate per ipsas fibras contractas, non autem ab anima sensitiua, & motiua, vt est ille musculorum, qui producitur ab anima mediantibus fibris neruosis,& ligamentosis; putarunt nonnulli male distinguentes,hæc quinq;

Fibra sanguinis. Fibræ acceptio. 1. 4. Mete. Sum. 2. c. 3. t. 29. Vi. Gal. 2. de elementis in princip. Ari 2 de part. an. c. 4. 2. 3. 4. 5. *Motus cordis.* *Motus musculorum.* *De motu cordis, ventriculi, & cet.* *Opinio quorũdã.*

genera

genera fibrarum, motum cordis, ventriculi inteſtinorũ, vteri, venarum, & arteriarum, fieri à fibris, neruis, & eſſe motum animæ ſenſitiuæ, & voluntariæ, non autem penitus naturalem, & ab anima vegetatiua productum; *Aliorum opinio.* alij arbitrati ſunt, hunc motum eſſe mixtum ex natura, & anima ſenſitiua; ſed longe aberrarunt à veritate, nam *Confutatio.* motus voluntarius non poteſt fieri abſq; muſculis, & ille motus mixtus eſt purum figmentum à natura alienũ, *2. phyſ. t. com. 65.* quæ nunquam vtitur duobus principijs immediate, & genere diſtinctis ad producendum vnum effectũ: vnius *Natura nunquam vtitur duob. principijs immediate, & genere diſtinctis ad vnum effectum.* enim effectus vnica eſt immediata cauſa: requiritur etiã ſpiritus animalis, & ſpiritus naturalis in eadem ſibra, quod impoſſibile eſt, vnde impoſſibilis eſt iſte motus mixtus; dicendum igitur his præmiſsis de vltimo genere fibrarum: & ſic diffinietur fibra, ſeu villus, eſt membrũ *Fibrę vltimo acceptę definitio.* ſimilare ſpermaticum fibricale cuſtodiens carnoſam ſubſtantiam; in hac diffinitione elucebunt conſueto more quatuor genera cauſarum: vt eſt membrum ſimilare, & viuens diſtinguitur à non viuentibus, & diſſimilaribus, vt docet Galenus primo de elem. cap. 8. ſpermaticũ eſt, & ſeminale, quia generatur ex ſemine immediate, non autem cetera genera fibrarum; quæ ex alijs principijs materialibus ortum ducunt, nutriturq; & augetur ex sãguine, ſed elaborato, & tranſmutato in ſemen, dictum fuit fibricale, vt oſtenderetur propria forma intrinſeca, quæ dat eſſe fibris, & oſtenderetur cauſa efficiens, & generatrix ipſius fibrę: nam in deſcribendis mẽbris non *Principia geniti mẽbri, & generationis ſunt expẽdenda.* ſolum interna principia iam geniti membri expendũtur, ſed etiam principia ipſius generationis: generatrix fibrifica per formatricem tribuit fibræ ſubſtantiam terream craſſam, & viſcidam, magnitudinem exiguam, & exilẽ *Subſtantia fibrę. Magnitudo. Numerus Motus. Figura. Tẽperies. Situs.* numerum motum triplicem rectum per quem fibra attrahit, obliquum per quem retinet, tranſuerſum, ſeu circularem, per quem expellit: tribuit figuram longam temperiem frigidam, & ſiccam, craſſam, & viſcidũ habitum tribuit alteratrix forma, & potius teretem, ſitum obtinuit modo in tunicis externis, vt circulares, et trãſuerſæ, vt valeant expellere, quod intus eſt; aliquando in vna tantum tunica tres fibræ reperiuntur, recta, obliqua, & tranſuerſa, & reperiuntur tantum hę fibræ in membris, quę faciunt motum localem per tractionem. l. expulſionem naturalem, ſic cor trahit per rectos villos ſanguinẽ *Officia fibrarum in corde.* per venam cauam in dextrum ſinum, & aerem per arteriam venoſam in ſiniſtrum haurit, expellit per trãſuerſos, ſpiritum ſanguinem fumidoſq; vapores, retinetq; per obliquos ſanguinem, & ſpiritum: ſic vterus per rectos *In vtero.* viri ſemen prolectat, per obliquos retinet, per tranſuerſos excludit fœtum: pariter de ventriculo inteſtinisque dicendum; multæ ſunt partes, quæ licet attrahant, & *Attractio expulſio, & retẽtio non per fibras, ſed occulta proprietate fit in quibuſdam partibus.* expellant, & retineant alimenta, & excrementa, ita agunt nõ per fibras; ſed occulta proprietate, quapropter fibræ ijs tantum membris conueniunt, quæ motum localem perficiunt, tractione, & expulſione: in fine dictũ fuit, eſſe cuſtodiens carnoſam ſubſtantiam: nam ex Gal. 3. de facult. nat. vlt. & 3. de artic. 8 t. fibræ firmiorem reddunt carnoſam ſubſtantiam, tanquam magis firmæ, & carnoſa ſubſtaantia adhęret fibris tanquam ad firmiorem partem, & fundamentum: dictum fuit carnoſã *Vſus.* ſubſtantiam, quia in venis, arterijs, neruis, ventriculo, *In quibus non reperitur caro propria.* inteſtinis, vtero non reperitur caro propria, ſed portio carnoſa, quę habet ſimilitudinem carnis, & eget fulcimento firmiori, quod eſt fibra, in corde, vtero, & carne reperitur propria caro, quę pariter exoptat firmum robur fibrę: dubitatur de carne hepatis, & propria ſubſtãtia cerebri, nec non de propria carne penis, an fibras *Dub. de carne hepatis, cerebri penis Sol.* habeant, ego huius ſententię ſum, vt potius hę omnes partes gaudeant fibris, vt caro firmior ſit, licet nõ egeãt motu locali; nam hi ſunt duo principales vſus fibrarum, *Duo principales vſus fibrarum.* mouere, & firmare: & hęc ſatis.

De venis. Cap. XXVI.

ARiſtoteles, & Hippocrates appellabant venas, etiam arterias, ſeu pulſatiles venas; ſed Gal. & reliqui Medici melius diſtinxerunt, appellantes arterias, illas venas, quæ pulſant, quę vero non pulſant, & continent ſanguinem alentem, & diſtribuunt illum per vniuerſum corpus, uenas tantum: de ipſis uenis igitur agendum eſt, & tripliciter poteſt accipi uena, primo pro ut eſt pars ſimilaris ſecũdũ ſenſum, & non ſecũdũ rationẽ, & hęc cõponitur ex ꝓpria tunica, ex fibris, *Acceptiones venę 1.* & ex membrana inueſtiente; unde ratione ipſius membranæ neruo participantis ſentit, ratione fibrarũ retinet, attrahit, & expellit ſanguinẽ, & ſpiritũ naturalẽ. Secũdo accipitur uena pro ut componitur tantum ex tunica *2.* propria, & fibris, hac ratione non ſentit; ſed tantam uita gaudet uegetali, & diſtribuit, attrahit, & retinet ſanguinem alentem. Tertio accipitur uena pro ut eſt pars omnino ſimilaris ſecundũ ſenſum, & ſecũdũ rationẽ, ſed in *3.* præſentia de uena agemus, ſecundo, & tertio modo, ſubmittemus tamẽ nõ nulla de uena primo modo accepta: deſcribitur, igitur (uena eſt membrum ſimilare, ſeminale, ueneficale diſtributiuum, & contentiuum ſanguinẽ *Definitio. Actio communis venarum.* alentem,) pro ut eſt membrum ſimilare uiuens, habet actionem communem, ſcilicet ſe nutriendi, & proinde gubernatur quatuor naturalibus facultatibus, quare attrahit ſanguinem, illum retinet. Tertio alterat pro ſui nutritione: quarto excrementa illa duo, quæ generantur ex illa cõcoctione, expellit, nam quodlibet membrum primo agit ſui gratia, deinde gratia alterius: ge- *quodlibet membrũ primo agit gratia ſui deinde alterius.* neratur ex ſanguine conuerſo in ſeminalem naturam: regenerari deperdita non poteſt. licet Gal. 14. met. dixerit in infantibus, & puerulis poſſed perditam reſarciri, ſed illa ætate cum calidum innatum plurimum ſit, & facultas formatrix & auctrix maxime vigeat, poterit *Generatio. An vena deperdita reparetur.* regenerari vena; ſed non omnino eiuſdem naturæ cum ſeminali, & Capiuacceus fortaſſe aberrat cenſens, venam ſecũdũ portionẽ carnosã gigni ex sãguine, ſecũdũ fibroſam, & membranoſam ex ſemine oriri. nam ſi hoc eſſet, *Error Capinacei.* quod ſenſus viſus falſiſſimũ cernit, rubra eſſet, & ſanguinem rubificaret. hoc loco oritur illa dubitatio de uenarum ortu, & principio; nam Ariſt. 2. de partibus 9. & 3. de partib. 4. & Veſalius Arg. & alii ſectatores Ariſt. puta- *quæſtio de princ. uen. an à corde oriantur.* runt venas oriri a corde, primo quia ibi ſecundum dextrum ſinũ cordis maxima videtur ampliſſimaq; eſſe vena tanquã truncus, à quo omnes rami originẽ ducunt; *ratio. 1.* ſecundo cor eſt officina ſanguinis, & caloris natiui, ergo etiam venarum, quæ diſtribuũt ſanguinem: tertio vena *2.* infixa eſt tantum cordi, non autem diſſeminatur per vniuerſum corpus ipſius; ergo à corde originem ducit; ex *3.* altera parte Hippocr. & Galenus & Medici omnes aſſerunt venas oriri ab hæpate; confirmant variis rationibus hanc ſententiam, & primo generatur in hæpate *An ab hepate. Pri ratio.* ſanguis, ergo etiam venæ: ſecundo vbi ſunt radices, ab *2.* his originem ducit arbor. ſed in hæpate omnes radices ſunt venæ: ergo ab his radicibus oritur vena. præterea *3.* adeſt in dextro ventriculo cordis valuula, quæ claudit vt ſanguis in ventriculo exiſtens non poſſit permeare; deinde in animalibus, q̃ carẽt pulmone, deficit etiã dexter ventriculus cordis, & per conſequens vena ad illum pertingens; venas tamen hæc animalia obtinent; quare aliunde originẽ trahere debent venæ, quam à corde; dicendum tamen pro conciliatione Ariſtotelis cum Gal. *Conciliatio Ariſtotelis cum med.* & Hipp. cor eſſe principium venarũ: quatenus eſt principium communiſſimum caloris influentis, & ſanguinis arterioſi, qui conſeruat omnia viſcera; hepar verò eſt principium venarum non generationis tanquã materia ex qua, quia vena non generatur ex ſubſtantia hepatis; ſed eſt principium radicationis; quoniam radicantur plurimæ venæ ſimul contextæ in ſubſtantiam hepatis, & & principium diſtributionis, & officij; nam vena recipit ſanguinem, & ſpiritum naturalem ab hepate diſtribuendo vniuerſo corpori, recipit etiam vim quoquo pa-

cto

cto sanguificandi, & transmissa ab hepate, mediante spiritu naturali, & contactu parenchymatis colligitur primo principium generationis, secundo radicationis, *Quomodo hepar, & cor, principia sint venarum.* tertio distributionis, & officij, his duobus vltimis hepar dicitur esse principium venarum in respectu cordis, ipsũ verò cor dicitur esse principium conseruatiuum, & com munissimum venarum. *Quomodo nec hepar nec cor sint principia venarum.* Tertio neq; cor, neq; hepar est principium generationis, & originis, tanquam materia ex qua ipsarum venarum: Altera præcipua dubitatio est, an venæ sanguificent, & rubrum valeat sanguinem gignere, quia in vena portæ reperitur sanguis ruber, & chylus rubificatus, antequam ingrediatur substantiam hæpatis. *Dubitatio an vena sanguificent pro parte affirmatiua. 1. ratio.* Secundo dicit Gal. & Hipp. pituitam in venis posse in sanguinem transmutari; ergo venæ habent vim sanguificandi. *2.* Tertio dicit Galenus, & Hippocrates venas posse elaborare sanguinem. *3.* Quarto locus naturalis habet uim conseruandi locatum, sed similia similib. conseruantur, ergo vena similitudine cum sanguine prędita habebit vim rubificandi, & conseruandi sanguinẽ; *4.* præterea etiam in sinistro cordis sinu adest copia sanguinis; ergo non solum hepati tribuitur uis sanguificandi, *5.* sed veriorem censeo contrariam sententiam, venas propria ratione, & secũdũ propriã naturam nullo pacto posse, neq; rubificare, neq; sanguinem gignere, *Veritas. Sol.* quia alba est, & spermatica pars, & potius dealbat, sicuti omnes spermaticæ partes efficiunt, atq; sanguinem rubrum in albam substantiam similem suæ naturæ transmutant; ratione verò spiritus naturalis, qui cum sanguine fluit, dicitur conseruare locatum: ad aliam rationem aduersariorum de pituita respondetur, *Pituita vertitur in sanguinem, & quomodo.* non posse ipsam pituitam conuerti in sanguinem, nisi attrahatur ab hepate, & in ipso hepate elaboretur: Ad rationem de vena porta, & chylo rubro respondendum erit chylum fieri rubrum *Vnde chylus rubeo.* non à facultate venarum portæ, sed à permistione sanguinis, qui in venis portæ reperitur demandatus ab hepate pro nutritione: ad aliam rationem de ventriculo cordis dicendum est, sanguinem iam prius elaboratũ ab hepate ibi residere, & à corde non recipere neq; rubedinem, neq; aliam proprietatem, sed solum mediante sanguine arterioso per coniunctionem orificiorum arteriarum cum orificiis venarum perfectiorem formam, & pro nutritione, & pro sui conseruatione recipere; nam si vena priuetur arteria coniũgente, sanguis in illa via difficilius nutritur, & difficilius conseruatur.

Forma, et efficiens venę. Dictum fuit in diffinitione venificali, quod verbum significat & formam, seu quod quid erat esse ipsius venæ iam genitæ; nec non etiam principium effectiuum quod generauit ipsam venam: nã principium vniuocum eiusdem effectum similem parit: *Vtilitas. 1.* vtilitas communis, & principalis conueniens omni soli & semper venæ explicata fuit per verba illa distributiuum, & contentiuum sanguinem alentem; nam sola vena semper & omnis *Dub.* distribuit sanguinem; & continet alentem ad differentiam sanguinis arteriosi, qui absolutè non alit vniuersum corpus; sed dicet aliquis, non ne sanguis continetur *Sol.* etiam in dextro ventriculo cordis? respondendum, non solum in dextro ventriculo; sed etiam in substantia hepatis, & in cerebro contineri; sed non gratia distributio- *2.* nis, sed gratia nutritionis ipsarum partium, & generatio nis spirituum: vtilitas omni, sed nõ soli, est vt nutriat se *3.* ipsam, nam nutritio non solum conuenit venis; sed omnibus partibus viuentibus. Tertio vtilitas, quæ soli, sed non omnibus conuenit, est deferre vim naturalem, & spiritum, vt docet Gal. in arte medicinali cap. 9. hac ratione differt facultas animalis, quæ influit semper: natu *4.* ralis vero aliquando insita est, vt ossa habent facultatem insitam: vltima vtilitas venarum, est attrahere non solũ sanguinem; sed excrementa vtilia, & inutilia, atq; chilũ: venæ mesaraicę attrahunt chylum, venæ seminales attrahunt sanguinem elaboratum pro semine, venæ emul gentes attrahunt sanguinem & serosum excrementum, venæ mammillares sanguinem dealbatum, arteria vena lis attrahit aerem à pulmone, & expellit fuliginosa excrementa à corde: hi sunt vsus ferè omnes venarum omnium. *Accidẽtia.* Explicatis principijs generationis ipsarum venarum, & iam genitarum accidentia, & passiones expendẽtur, & primo alteratrix facultas, secũdũ qualitates pri- *Tẽperies.* mas, & secundas tribuit venis temperiem frigidam, & siccam propria ratione; per accidens vero, & ratione cõtentorum nempe sanguinis, & spiritus aliquando à Gal. & Hippocrate dicuntur habere temperiem calidam: est dura, & crassa vena, sed minus quam arteriæ, *Figura.* est rotunda, & concaua, & superficiem habet lenem, *Situs.* situm vt plu rimũ superiorem arterijs obtinuit, quia ignobilior, & *Connexio.* cum arteria inuenitur ferè semper; sola vena axigos est *Vena axiges.* sine pari arteria, quia prope cor est, & non eget ob vicinitatẽ vi vitali: *Magnit.* aliæ sunt minores, aliæ maiores: quo ad *Numerus.* numerũ prima genera tria sunt, est prima uena vmbilica *Vmbilicalis vena.* lis, qaæ formatur in vtero, & adhæret cottilidonibus vteri, & deinde inseritur in simam partem ipsius hepatis, deferens sanguinem à matre ad fœtum pro eius nutritione: & hæc vena prima est omnium origine; secunda appellatur vena portæ, & est omnium latissima, *Porta.* & radicata in concauo iecinoris, vt inquit Gal. 6. de pla. 5. et. 8. de pla. 1. habet 6. l. 7. ramos, vnus ad lienem tendit pro expurgando melancolico excremento, vnus ad fundum ventriculi, vt attrahat tenuiorem partem chyli, alter ad venas hæmorroidales ad anum: reliqui rami ad mesenterium, & intestina deueniunt, vt alliciant chylũ elaboratum in ventriculo, & deferant ad iecur, vt in san guinem conuertat, & licet chylum album contineant, *Chilus cur ruber appareat.* tamen non apparet albus ob permistionem sanguinis, & duo apparent motus contrarij in eadem vena; nam chylus defertur ad hepar sursum proprietate occulta, attra ctus, sanguis per eandem venam deorsum decurrit ad nutrienda intestina, & ipsam venam attractus à vi intestinorum, & venę portæ; nec mirum est, hoc pacto vnũ motum alterum non impedire; tertium genus venarum est vena caua appellata, quæ ex gibbis hepatis sursum, *Caua.* & deorsum procedit, & diuiditur in plures ramos, dum deorsum repit, primo in sinistram partem producit ad renes venam emulgentem, & sic ad dexteram: deinde à uena caua dextræ partis oritur, uena seminalis, & ductus urinæ à sinistra emulgente oritur uena seminalis, & ductus urinæ vreter dictus; hi ureteres extendũtur lon- *Vreteres.* gi, & concaui, atq; duri usq; ad uesicam urinę, in quã oblique inter tunicam, & tunicam inseruntur: uenæ seminales uarios capreolos faciunt, & tortuositates, postea in substantiam testium disseminantur, & ex his oriun tur aliæ uenæ, quæ appellãtur uasa eiaculatoria, quæ desinunt in parastates; uena caua postea porrigitur per spinalem medullam, & uarias uenas minores producit, ad lumbos, & ad interna uiscera nutrienda, uterum uesicam, intestina, mesereon; postea cum ad os pubis, & os sacrum deuenerit primo in duos diuiditur ramos, qui à dextra per epigastrium, seu abdomen deueniunt, & appellantur venæ umbilicales, & coeunt cũ uenis mamarum: duo alteri rami maiores procedunt ad utraq; crura, & coxas interne, & externe usq; ad pedes, & circa genu appellantur uenæ poplitis ab Hipp. tam interna, quam externa, & profundissima est, atq; à chirurgicis modernis ob inscitiam non secantur; circa talum appellantur saphena, & secatur in mulieribus præsertim, nec non etiam in uiris; altera pars uenæ cauæ, quæ *Caua ascendens.* sursum porrigitur usq; ad uerticem capitis, distribuitur in uarios ramos, primo plurimos porrigit in sæptũ transuersum, postea sursum ascendens maxima, & ampla in dextrum sinum cordis disseminatur, & parum infra à dextra parte deorsum uergens oritur uena axigos, quæ aliquando coit cum uena emulgente, per quam aliquã *Per venã axigos aliquando materia pleuritidis expurgetur.* do per urinam expurgatur materia pleuritidem faciens, producit circa cor uenam coronalem, & alios ramos circa pericardium, & duos potissimum ad pulmonẽ uenã arterialem, in dextra parte, & arteriam uenalem in sinistra duriorem, & crassiorem alijs ascendens, usq; ad furculam, diuiditur in duos ramos ad brachia expor-

rectos,

rectos, & uterq; ramus, in tres alios diuiditur, primus exterior appellatur uena cephalica, altera appellatur uena media, ſeu iecoraria. Tertia eſt interna, & poſtea ĩ manu appellatur uena ſaluatella: extra furculā vtrinq; ad collum iugulares duo rami extra ad mammas deſcendunt, & dicuntur venæ mammillares, & ad lac generandum concurrunt, coeunt cum uenis epigaſtricis; unde oritur conſenſio inter mammas, & uterum, uenæ quę

Vnde conſenſus mãmarum cũ vtero.

aſcendunt, uarios ramos externe, & interne, circa caput, cerebrum, & faciem producunt, & uaria nomina ſortiuntur, in fronte appellatur uena frontis, in oculis appellãtur uenæ oculorum, in naribus, & poſt aures, & in huiuſmodi locis uenæ ſecantur, ſed notandum eſt,

Cur venæ careãt sẽſu tactus.

uenas cum ingrediuntur hepar, cerebrum, & pulmonẽ, non habere tunicam externam inueſtientem, & pariter carere ſenſu tactus, internæ uero præſertim uenæ brachij, crurum, & dorſi obtinere ualuulas, ſeu ſacculos quoſdam, atq; uillos, ut retineant ſanguinem, ne ſuo pondere deorſum ruat, & hæc de uenis, quæ ſimilibus

Morbi venarum.

erunt conſeruandæ, & poſſunt affici triplici morbo, intemperie, & ſoluta unitate, & mala compoſitione.

De arterijs. Cap. XXVII.

Nomina.

ARteria uariis nominibus appellatur, nam dicitur uena pulſatilis, uena micans, uena audax, à orta ab Hipp. & eſt membrum ſimilare ſpermaticum rotundum, oblongum, fiſtulæ modo excauatum, duplici tunica, eaq; craſſiſſima conſtat, deducit per uniuerſum corpus uitalẽ ſpiritum, & calorẽ influen-

Definitio.

tem, atq; ſanguinem arterioſum; quare erit deſcribenda, quod ſit membrum ſimilare, arterificum diſtributiuum, & contentiuum ſanguinem arterioſum, & ſpiritũ uitalem: enumeratur arteria lib. de inæquali intem-

Secunda conſideratio arterię Vt ſimilaris. Vt organica.

perie, & in art. med. cap. 9. inter partes ſimilares: nam poteſt conſiderari, ut conſtat ex duplici tunica abſq; fibris, & membrana inuoluente, & erit tunc ſimilaris ſecũdũ ſenſũ, & ſecũdũ rationẽ, l. conſideratur cum tunica, & fibris, & ſic erit compoſita diſſimilaris, & ſentiet ſenſu tactus: eſt ſeminalis, quia generatur immediate ex ſemine in utero matris; Neq; ullo pacto originem

Generatio. Cor quomodo prĩcipium arteriarum.

ducit à corde, tanquam materia ex qua, ſed ipſum cor, eſt eius principium diſtributiuum, quatenus diſtribuit arteriæ uitalem facultatem, motum, ſpiritum uitalem, & ſanguinẽ arterioſum: eſt etiam principium radicatiuũ quatenus radicem mittit in ipſam. arteficum dictum fuit; quia iam genita arteria, habet in ſe formam ſubſtãtialem, quæ cum ignoretur appellabitur arterifica: pariter ipſius generatrix, quæ peculiaris, & determinata cũ formatrice, & alteratrice producit eam cum tali compoſitione, vnitate, & temperie, vt diſtinguatur à cœteris

Qualitates.

alijs membris, nam habet temperiem frigidam, & ſiccã, ſed calidiorem vena, propter ſanguinem arterioſum, & ſpiritum vitalem, habet craſſitiem, & duritiem; nam ſexuplo craſſior eſt ipſa vena, propter duas tunicas craſſiſſimas, hac ratione dealbat, & nutrit ſe ſanguine in ſemen conuerſo, color ratione propria eſt albus: poros obtinet, vt valeat attrahere aerem pro temperando calore, & ſpiritu vitali, & pro expellendis fuliginibus: figura eſt rotunda, & concaua, fiſtulæ modo vt facilè ducat ſanguinem, & ſpiritum. craſſiſſima eſt, ne diſſipetur ſpi-

Situs. Cõnexio.

ritus vitalis, & ſanguis arterioſus: ſituata eſt infra venas vt nobilior defendatur, cõnectiturquè per orificia venæ, vt conſeruetur ſanguis venoſus, & vt ſanguis arterioſus participet venoſo ſanguine, vt facilius nutriat; nam exhauſtis arterijs inaniuntur etiam venæ, & è contra: magna eſt arteria, & præſertim quæ deorſum vergit for-

Numerus. Cur magna arteria deorſum.

taſſe; quia hæ partes egent maiori copia ſpiritus vitalis, & ſanguinis arterioſi: longinquiores. n. ſunt à corde, & quia craſſiores, & terreſtriores ſunt partes deſtinatæ nutritioni, & generationi: pars verò, quæ ad cerebrum vergit, minor eſt, quoniam facultatibus ſenſitiuis, & in-

Cur minor arteria ſurſũ.

tellectiuis, inſeruire debet, quæ minus egent impetu, & ſanguinis, & ſpiritus vitalis: quoniam temperiem potius humidam, & frigidam, & ſpiritum animalem temperatum deſiderant: à ſiniſtro ventriculo cordis emergit ipſa arteria, & infra vſq; ad pedes deſcendens varios ramos, & ſurculos egerminat, primo vtrinq; ad ſingulas coſtas ramulos emittit. deinde etiam ad ſubſtantiam cor-

Coronalis arteria.

dis coronalem arteriã demãdat permeans ad diaphragma ad læuam, quæ paulo declinans riuulos emittit, & perforans diaphragma, ſeptem propagines diffundit, vna quæ vergit ad pylorum, & omentum, cœliaca dicitur, quæ ad lumbos lumbaris, quæ ad muſculos muſcula, quæ ad inteſtina inteſtinalis, quæ ad ilia, iliaca, quæ ad o ſacrum, ſacra, quæ ad epigaſtrium, epigaſtrica, quæ ad pudenda, pudenda, quæ ad coxas, & crura, femoralis, quæ ſurſum vero à corde ad cerebrum vertũtur,

Vnde apoplexia, caros, ſopor, vertigo. Carotides ſoporariæ apoplet. cę Rete mirabile, & plexus choroides.

& ab brachia, eædem ſunt cum venis enarratis, iugulares appellantur carotides, ſoporariæ, & apopleticæ, quia his oppletis, & clauſis apoplexia, caros, ſopor, & vertigo oritur in cerebro; oritur ex arterijs ſimul complicatis rete mirabile, & plexus choroides in quibus elaboratur ſpiritus animalis; dictum fuit in diffinitione vſum prin-

Vſus.

cipalem conuenientem omnibus arterijs ſolis & ſemper eſſe diſtribuere ſanguinem arterioſum, & ſpiritum vitalem vniuerſo corpori per fibras tranſuerſas, per obliquas retinere, & per rectas attrahere; mouent ſe ſe con-

An cor, et arteria moueant eodem tẽpore, & eodẽ motu ab eadem pulſifica attrahente, vel expellẽte, vt Hipp. Galen. & alij docẽt, vel alio modo.

tinuo arteriæ motu dilatationis, ſeu diaſtoles, & motu cõſtrictionis, ſeu ſyſtoles, vt cum dilatentur, repleantur & attrahant aerem, ſanguinem, & ſpiritum, & calor aeris refrigèrio temperetur, cum conſtriguntur, expellunt, ſeſe inaniunt, euacuando fuliginoſa excrementa, quæ generata ſunt in arterijs, & corde: eodem motu, & tempore, quo mouetur cor, mouẽtur etiam arteriæ: quoniã eadem facultas pulſifica, quæ naturalis eſt, & nullo pacto diſtinguitur ab anima vegetatiua, niſi ſecundum excellẽtiam, & euidentiam motus, mouet cor, & arterias; deinde impartitur facultas per contactum arteriis, licet etiã inſita ſit cordi; & arterijs: & quando Ariſt. & alii dixerunt pulſum nõ oriri à facultate pulſifica cordis, & ar-

Pulſus vſus.

teriarum; ſed à feruore ſanguinis, & ſpiritus vitalis ebullientis; intelligendi ſunt ſano modo nempe ſpiritum, & ſanguinem, eſſe organa adiuuantia pulſificam virtutem, & deducentia ipſam ad actum operandi; nam ſine his pulſifica cordis, & arteriarum neq; dilataret; neq; cõ-

Ari opin. de pulſu quomodo intelligenda. l. de reſpiratione. Error Colũbi, Fernelij, & aliorum.

ſtringeret: Falſa, præterea eſt ſententia Columbi, Fernelii, Scalig. Card. & Eraſti qui putarunt non eodem motu, & tempore moueri cor, & arterias: aſſerentes, dũ cor dilatatur arterias conſtringi, & dum conſtringitur, eas dilatari; nam experientia manu facta percipitur cor, & arterias eodem motu, & eodem tempore moue-

Rationes, qui arteria, & cor eodem tẽpore, & motu moueant.

ri; præterea, ſi duo membra habeant eandem cauſam efficientem, & finalem, habent etiam eandem operationem; cor, & arteria habent eandem vim pulſificam, &

Si duo mẽbra habẽt idẽ; efficiens, & eundem finem, habent etiã eandẽ operationem.

eundem finem; nempe attemperationem caloris, & ex purgationem fuliginum, tertio ſi eodem tempore non mouerentur, non refrigeraretur cor in ſua diaſtole; quia contractis arteriis, fuligines extruderentur in ſiniſtrum ſinum cordis. Dictum fuit in diffinitione, (diſtributiuũ, & contentiuum ſanguinem arterioſum, & ſpiritum,) qui

Finis ab

finis, & vtilitas diſtinguit arterias a venis; craſſities ar-

Vſus dilatatis.

teriæ eſt cauſa, vt contineat ſpiritum, & ſanguinem arterioſum, figura fiſtularis adiuuat diſtributionẽ, quæ potiſſimum perficitur à motu cordis, & arteriarum, per dilatationem attrahit aerem, tum vt generetur ſpiritus vitalis; tum vt temperetur calor influens: attrahit ſanguinem à dextro ventriculo cordis ad ſiniſtrum, vt elaboretur pro regeneratione ſpiritus vitalis, & ſanguinis arterioſi, attrahit ſanguinem venoſum per copulata orificia, vt facilius nutriatur: arteriæ attrahunt à renibus ſeroſum excrementum; repletæ enim vt plurimum ſe-

Vſus ſiſtoles.

roſo ſanguine ſunt arteriæ, ne à nimio motu, & calore ſpirituum, & ſanguinis, atq; naturali duritie, & craſſitie inareſcant: per alium motum ſyſtoles expellunt, &

diſtri-

diſtribuunt fuliginẽm, ſanguinem arterioſum,& ſpiritũ per vniuerſum corpus, vt omnia viſcera ad actum operandi redigantur,& calor natiuus etiam, qui calor pariter conſeruatur duplici motu, diaſtole, & ſyſtole: dum diſtribuitur ſanguis, & ſpiritus vitalis ad cerebrum, ex ipſis cum aere attracto fit ſpiritus animalis, dum ad teſtes diſtribuuntur, reddunt ſemen fœcundum, & ſpirituoſum, dum ad penem, adiuuant erectionem; & hæ ſunt omnes vtilitates, quas præbent arteriæ per ſuum motum, qui dicitur pulſus, & eſt motus compoſitus arteriarum,& cordis ex duplici motu diaſtole, & ſyſtole, & quiete à facultate pulſifica gratia conſeruationis ſpiritus vitalis; nam inter duos contrarios motus intermediat quies arteriarum, & cordi gratias cõſeruationis ſpiritus vitalis qui conſeruatur duplici illo motu, cum attractione aeris, & expulſione fuliginum, & is conſeruatus conſeruat calorem influentem, & calorem inſitu & tandem vitam ſimpliciter tuetur; facultas verò pulſifica, licet motum faciat manifeſtum, non eſt animalis, neq; voluntaria, neq; à muſculis perficitur, quia licet appellatum ſit muſculus ab aliquibus, non autem eſt muſculus, quia neq; tendines, neq; neruos habet, & fibræ, quæ ſunt in ipſo corde copioſiſſimæ, & craſſæ, atq; duræ non ſunt nerueæ, neq; ſentiunt; ſed ſunt fibræ ſimilares, ad firmamentum, & robur cordis ob perennẽ motum conſtitutæ à natura, ſed eſt facultatis naturalis animæ vegetatiuæ, compoſita ex attractrice per quam dilatat cor, & arterias; & expultrice per quam conſtringit.

Calor natiuus duplici motu cõſeruatur.
Spiritus animalis vnde.
Semen fecundum vnde.
Pulſus quid.
Spiritus vitalis cõſeruatur duplici motu.
Facultas pulſitiua eſt anima vegetatiua.
Cor nõ eſt muſculus
Fibrarum in corde vſus.

De neruis. Cap. XXVIII.

Nomen.

VT omnis ambliguitas tollatur; ſciendum nomen nerui pluribus modis vſurpari, & primo ab Hippocrate, & Galeno, p quãdã ſimilitudinem ex albedine, & extenſione ligamentum, quod eſt membrum ſimilare genitum ex oſſe, & non ſentit, appellatur neruus Secundo illud membrum compoſitum ex neruo, & ligamento nominatur neruus, tertio magis propriè appellatur neruus illud membrum, quod eſt cauſa ſenſus,& motus, & originem ducit ex cerebro, aut ſpinali medulla, ex vtraq; membrana dura, & tenui, quæ membranæ inueſtiunt cerebrum, & ſpinalem medullam: idcirco neruus tertio modo acceptus eſt pars diſſimilaris, quo ad rationem,& deſcribitur pars ſimilaris ſpermatica, à cerebrali ſubſtantia cum tunicis exorta, gratia ſenſus, & motus: eſt igitur pars viuens non ſolũ vita vegetali; ſed animali ſenſitiua, & motiua, oẽs enim nerui ſentiunt ſenſu tactus, & illi deſtinati ad organa, quatuor nempe viſus, auditus, guſtus, & olfactus, præter cognitionem tactilium qualitatum, ſentiunt propriũ obiectum; aliquando etiam nerui ſentiunt, & mouent, & ſunt ii qui inſeruntur in carnẽ muſculorum, & coniunguntur ligamentis efficiuntq; tendinem: (eſt pars ſpermatica neruus, quia ex ſemine generatur immediate, & deperdita non poteſt reparari, albaq; eſt, immediate oritur ex ſubſtantia cerebrali, nempe ex cerebro, à quo oriũtur ſeptem paria neruorũ, & à ſpinali medulla, à qua omnes nerui oriuntur, quæ prebent ſenſum, & motum brachiis, thoraci, muſculis abdominis, ani, veſicæ, crurum, & pedum: cerebrum,& ſpinalis medulla, quæ nihil aliud eſt, quam cerebrum oblungatum,& magis durum eſt principium neruorum, non ſolum diſtributiuum ſpiritus animalis, radiorumq; ipſius, & facultatis influentis per neruos; ſed eſt principium materiale, ex quo materialiter producuntur nerui; nam ſubſtantia nerui eſt eadem ſubſtantia, quæ cerebri, & ſpinalis medullæ,& conſtat neruus ex ſubſtantia medullari, quę eſt eadem alba cum cerebri ſubſtantia; differt tantum craſſitie, & duritie; nam egebat neruus his propter ſui tutelam, cum longus ſit exiguus, habet etiam eaſdem tunicas, quæ inueſtiunt cerebrum, & ſpinalem medullam; errauit Eraſ. vt docet Gal. 7. de pla. cap. 3. exiſtimans oriri ex meningibus cerebri; ſed ætate prouectus ſe ſe correxit inquiens naſci ex ſubſtantia cerebri: Et Peripatetici ad bonum ſenſum redigi poſſunt, cum aſſerũt cor eſſe principium neruorum; nam id eſt principium commune, & vniuerſale, vt eſt fons caloris, & ſpiritus communiſſimi inſtrumenti; ſed cerebrum eſt principiũ materiale, particulare, ex quo manifeſtè originem ducunt nerui, & ſpiritum, & facultatem habent animalem; cor vero deſtitutum eſt neruis, quia exiguum vnum tantum habet, & læſo corde non læditur facultas animalis ſenſus, & motus; ſed læſo cerebro, aut ſpinali medulla ſtatim ſenſus, aut motus aufertur l. imminuitur. l. deprauatur, adeo vt manifeſte pateat neruos nõ oriri à corde licet ligatis carotidibus, & in ſyncope lædatur ſenſus, et motus, quia id contingit non primo, et per ſe, ſed ex euentu, quia intercipitur vitalis ſpiritus, q̃ animali ſpiritui materiã generationis ſubminiſtrat. Sciẽdum etiam medullarem ſubſtantiam nerui conſtare ex triplici illa portione membranoſa fibroſa, et carnea, ſicuti ceteræ partes ſimilares, & per eãdem medullarem ſubſtantiam diffunditur ſpiritus, & animalis facultas, aut radij ſpirituum; vnde ſi occluduntur propter materiam impoſitam ipſi ſubſtãtiæ medullari, fit læſio ſenſus aut motus: ſi lęduntur membranæ fit potius conuulſio, ſeu ſpaſmus; finis, & vtilitas neruorum, eſt producere ſenſum, aut motum, hi ſunt fines vltimi,& principales, propter quos creauit natura neruos:& primo dicẽdum; cur aliquando læditur ſenſus, & non motus, & è contrà motus, ſenſu non vitiato, aliquando vterq; læditur: ſecundo inquirendum quando facultas influat per neruos, & an cum facultate ſpiritus. Tertio an nerui ſenſorij diſtinguantur à motorijs; quarto quis ſit conſenſus nerui cum arterijs, & venis, & de ſympatia colici doloris cum paralyſi.

Definitio.
Principiũ neruorum cerebrum, & ſpinalis medulla.
Error Eraſiſtratus.
Peripateticorum opinio ad bonum ſenſum ducitur.
Medulla nerui conſtat, ex triplici portione.
Vnde læſio ſenſus & motus
Vnde conuulſio.
Vtilitas.

Quo ad primum quæſitum.

SCiendum ex Gal. lib. de pla.& 6. de vſu partium primo de loc. affect. 12. omnes neruos tam molles, quam duros ſenſu tactus ſentire, & hanc ſententiã antea ſtatuit Ariſtoteles 3. de anima cap. vlt. nam medullaris ſubſtantia nerui continet in ſe animam ſenſitiuam, & deinde recipit ſpiritus, ſeu radios à cerebro, qui ſunt organa ipſius facultatis ſenſitiuæ: quare ſpecies ſenſibiles oblatas non ſolum recipit, ſed iudicat; aſſerit.n. Gal. neruos non ſolum recipere alterationem, ſed dignoſcere eam. Ariſt. 2. de anima inquit ſœpe, ſœpius ſenſoria non ſolũ recipere ſpecies particulares, ſed diſcernere, & iudicare eas, vt chryſtallinum colorem, neruum expanſum in aure ſpeciem ſoni; quare decipitur Capiuaceus, Rudius, & alij, qui putant quinque ſenſus externos recipere tanctum obiecta, & ea non iudicare, ſed imaginatricem facultatem, quid enim obſtat ſi in quinq; particularibus ſenſorijs, adeſt facultas ſenſitiua, quæ valeat iudicare? agens approximatum paſſo ſemper agit; dicendũ igitur erit primo lęditur ſenſus illæſo motu, aut quia nerui, qui producunt ſenſum non inſeruntur in muſcolos, & in tendine deſinunt; quando verò læditur motus alicuius partis non ſemper læditur, etiam ſenſus, qui prouenit ab illo neruo mouente, motus eget maiori robore, vi, atq; copia ſpirituum,& facultate; ſed dicet aliquis cur in epilepſia affecto cerebro communi neruorum principio pereunt omnino ſenſus, remanente motu; cur in caro, in phrenitide, in apoplexia lęditur ſenſus, & remanet motus illęſus? cur dormientes non ſentiunt, attamen ſurgunt, ſe mouent, & ambulant, reſpondendum in epilepſia cerebrum eſſe læſum: ſpinalẽ verò medullam à qua oriũtur plures nerui motorii liberam eſſe, in caro, appoplexia muſculi thoracis ob neceſſitatem reſpirandi vltimum conatum efficiunt, & fortaſſe ille motus thoracis non eſt animalis, & voluntarius

Cur aliquãdo lædetur ſenſus, & nõ motus, & econtra.
Error Capiuac. & Rudij.
9. Metaph. tex. co. 10
Cur lædit ſenſus illęſo motu.
Motus illæſo ſenſu
Cur in epilepſia perit ſenſus remanet motus.
Cur in carò & apoplexia.

in

in illis affectibus, sed naturalis ab expultrice, & attractrice factus ob necessitatem cordis: in elephantiasi, & phrenitide ob nimiam exiccationem hebetes quo ad sēsum fiunt nerui: *Cur noctambuli mouentur nō sentiūt* Noctambuli, seu dormientes mouentur in nocte, quia à forti imaginatione excitatur vis mouendi in musculis, sensus tamen communis, in quo fit somnus, ferè immobilis apparet; præterea in somno ventriculi anteriores cerebri humore, seu vapore sangui neo irrigati prohibent expansionem caloris influentis, & spirituum animalium ad extra, vt contingit in vigilia; sed spinalis medullæ nerui motorij omnino liberi valēt mouere brachia, & crura, & ambulationem producere; præterea cur circa superiores vetebras læsa spinali medulla aliquando aufertur motus fœmoris, & cruris illæso brachij, & thoracis motu: vt docet Gal. 3. d. loc. affect. an quia sicut in cauda equina pili ferè omnes à superiori parte orti alij in supremam partem, alij in extremam desinunt; ita neruorum omnium spinalis medullæ propagines ab eodem puncto natæ in ceruicē aliæ, aliæ in thoracem, aliæ in brachia, aliæ in crura feruntur, an quia adsit aliqua sympathia, & consensus per rectam lineam vsq; ad neruos crurum exortos ab vltima parte spinalis, medullæ: *Cur in extremis partibus vigēt sensus tactus.* præterea cur in extremis partibus, nempe manuum, pedum, penis, ita exquisite viget sensus tactus; an quia hæ partes exangues sunt, & siccæ, & minime impeditæ ab humoribus, qui obtundunt sensum, an quia virtus vnita in extremas illas partes, & quasi reflexa potentior est?

Quomodo facultas influat per neruo & cum facultate spiritus. Quo ad secundum quæsitum si facultas sensitiua philosophice accipitur, non est distincta ab anima sensitiua; neq; potest fluere per neruos sola, aut cum spiritibus, immo residet tamquam forma materialis, & inseparabilis à corpore, potissimum in cerebro, medulla spinali, & medullari substantia neruorum; si accipitur facultas pro quadam vi spiritali, emanans ab ipsa anima, sicuti à sole radii emanant, à magnete vis quædam ferum attrahendi, si accipitur hoc modo, potest dici fluere facultatem per neruos; tertio si medice accipitur facultas, erit dicendum spiritum animalem organum ipsius facultatis fluere per omnes neruos, & ipsam facultatē ad actum sentiendi, aut mouendi redigere; non solum enim spiritus animalis corporeus per neruos opticos fertur: nam medullaris substantia porosa est, & valet recipere substantiam spiritus; nec obstat neruos non habere cauitatem; spiritusq; animales (si omnes neruos sui præsentia, & materialiter replere deberent) copiosissimos requiri; nam spiritus vitales nobilissimi sunt, tamen copiosissimi à natura creantur, & per amplas arterias ad vniuersum corpus diffunduntur, die nocteq; dissipātur; magis quàm animales spiritus, qui tenuissimi, & elaboratissimi sunt à cerebri substantia frigidiori, & per poros neruorum permeant, & in quiete nocteq; in somno minus dissipantur: quapropter non est credendum aliter sensisse Gal. quamuis lib. de pla. sæpe dicat, & primo de loc. aff. cap. 7. sufficere irradiationem spirituum, & splendorem sicuti sol rebus omnibus quas illuminat, splendorem affert; sed voluit miram naturā spirituum per irradiationem, & splendorem manifestare, & ostendere velocem motum spirituum, & cœlestem eorum naturam, qui in neruis cito fluunt, & splendorem per illuminationem quādam emittunt, corporaliter tamē vbiq; permeant, at non in instanti, sed breui temporis spatio; & si pituita, & alii humores crassi possunt fluere per neruos, eo magis spiritus tenuissimi, præterea copiosissimi generantur continuo in cerebri ventriculis; at cur in tanta copia, & quomodo irradiatio, & illuminatio per tot angusta, & anfractuosa, & obliqua loca poterit fieri. Licet sol in magno mundo, lucem rectam, & obliquā, & reflexam pariat.

An nerui sensorij distinguantur à motorijs. Quo ad tertium quæsitum Galenus lib. 7. d. pla. cap. 5. & 7. de anat. administrationibus, inquit neruū facultatē sentiendi, & mouendi habere, & dum alibi asserit molles neruos ad sensum, duros verò ad motum pertinere, interpretandum est vt plurimum hoc verum esse: non autem semper: quoniam nerui sextæ coniugationis mouent, & sentiunt, & alii plurimi: verum tamen est duros neruos magis fore accommodatos ad motus; molles verò ad sensum, & præsertim ad auditum, visum, gustum, & olfactum; ad sensum verò tactus percurrunt duriores, sicuti ad motum; nec mirum, cum motus, & sensus tactus terrestriores sint, & terrestriore robore egeant; reliqui vero sēsus nobiliores, & puriores nobiliori spiritu, & instrumento molliori fruuntur, cum vnicus sit, specie animalis spiritus, qui sentit, & mouet, vnica facultas sensitiua, & motiua, vna & eadem origo, & structura neruorum: ab vno igitur, & eodem neruo poterit oriri sensus, & motus. *Idem neruus mouet, & sentit.*

Quis consensus neruis cum arteris, & sympatia colici doloris cum paralysi. Quo ad quartum quæsitum. Obseruat Paulus Aegi. lib. 3. cap. 18. Auic. cap. de paralysi, & Holerius in scholiis, colicum dolorem in paralysim transmutari, & paralysim in colicum sæpe conuerti; quia nerui intestinorū sæpe pariunt consensum cum cerebro, vel spinali medulla, & humores per neruos hinc, & illīc fluunt, & refluūt, & per alias etiam insensibiles vias; nam inquit Hipp. humanum corpus totum est transpirabile, & transfluxile, & omnes partes per quasdam vias nobis ignotas sibi consentiunt, & dissentiunt, porosum est vniuersum corpus. *De alim. nu. 4.*

Qualitatis. Ex alteratrice obtinuit neruus temperiem frigidam, & siccam, tum quia originem ducit à cerebro, aut spinali medulla, tum quia ex membranis componitur; quare inquit Hipp. neruis frigidum inimicum est: *5. aph. 18.* obtinuit duritiem, & præsertim motorius, ne rumperetur; *Cōnexio.* figuram rotundam, & teretem, vt facilius iniurias deuitet: connectitur cum venis, & arteriis, vt recipiat nutrimentum, vitam vegetatiuam: *Situs.* situm profundum habet post arterias; quia nobilior est, sicuti nobilior est sensus & motus nutritione, & auctione, quæ pertinent ad animam vegetatiuam: alii magni sunt, alii parui, & exigui, pro exigentia partis sensus, aut motus, maximi sunt circa os ventriculi propter sensum, & appetitum sitis, aut famis: *Numerus* numerus multiplex est primo à cerebri medulla *Primum par sunt nerui optici.* emergunt septem paria neruorum. primum mollissimū, & amplissimum oritur ab inferiori, & anteriori parte cerebri, & obliq; coit vsq; ad oculum, & circa cristallinum, ex quo nerui oriuntur, tunicæ oculi ad visum pertinentes, & præsertim arteria, quæ inuestit cristallinum, & producitur à medullari substantia nerui & est sensorium visus: hoc primum par appellatur nerui optici, seu visorii: *Secundū par.* secūdū vsu par tēdit ad musculos oculorum, & ad musculos palpebrarum, *Tertium.* tertium par oritur ferè à media basi cerebri, & porrigitur in tunicam linguę gratia gustus; sed ab hoc pari surculi prodeunt ad musculos frontis, faciei, ad radices dentium, & ad narium tunicas; *Quartū.* quartum par inseruit gustu, & in palatum, & linguam *Quintum* decurrit. quintum par ad aures defertur, & ibi tympanum, & tunicam expansam producit, ibiq; ramulos, quam plures emittit ad musculos laringis, & ossis hyoidis, vnde mira aurium, et linguæ, ac laryngis sympathia, et qui surdi à prima conformatione nati sunt, hi *Cur surdi nati muti. 4. de hist. an. cap. 9.* pariter obmutescunt, tum ob carentiam disciplinæ quia nihil in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, vox est signum passionis, quæ est in anima, et sermo significat internam nostram passionem alteri, sicuti per auditum aliquid nobis significatur, vt docet Arist. 3. de anima *3. de anima 39.* cap. vltimo: fiunt etiam surdi muti obstructo neruo, qui et ad aurem, et ad laryngem properat, et sympathiā vocis, et auditus producit, sextum par amplissimū excurrit *6. par.* per oīa viscera, et tres insigniores ramos format recurrētem, costalem, et stomacalem; *Septimū.* septimum par ferè ab occipitio, et spinali medulla exoritur, et in linguæ, ac laryngis musculos defertur, et linguam mouet. Recentiores anatomici addunt duo alia paria: hi sunt omnes nerui, qui à cerebro, secundum partem inferiorem originē ducunt: nerui postremo, qui ad olfactum pertingunt, *Neruis olfactus.* sunt appellandi nerui, et originem ducunt a cerebro anteriori,

7. ceruicis paria. *Duodecĩ paria thoracis* *Lumborũ 5. paria.* *Oſſis ſacri paria ſex.*

anteriori, quamuis non nulli inter neruos eos non reponant: à cerebello, quod eſt poſterius cerebrum, & quaſi videtur quoddam ſuperadditum ad cuſtodiam cerebri non oriuntur nerui; ſed reliqui omnes ortum trahunt à ſpinali medulla, & à ceruice ſeptem paria oriuntur hinc, & hinc à formatrice vertebrarum à primo pari, ſecundo, tertio, & quarto oriuntur nerui, qui inſeruiunt muſculis capitis, colli, occipitis, nec non brachij, & ſcapularum: à quinto, ſexto, & ſeptimo diaphragmatis, & brachiorũ: à vertebris thoracis duodecim paria emergunt in muſculos thoracis, brachiorũ: lũborũ quinq; ſunt coniungationes neruorum, qui inſeruiunt muſculis abdominis fœmoris, & teſtium: oſſi ſacro ſex ſunt paria neruorum, quę partim in fęmur, partim in muſculos, ani, veſicæ, & penis, & partim in collum vteri inſeruntur: hæ ſunt omnes coniugationes neruorum breuiſſime exaratæ, vt facilius pars affecta, ſecundum ſenſum, & motum dignoſcatur; nam ſi motus, & ſenſus brachiorum erit læſus, nerui ſpinalis medullæ quinti, ſexti, aut ſeptimi paris erunt læſi: ſi motus, aut ſenſus femoris, aut crurum, erunt imminuti, vel ablati, vel deprauati, erunt læſi nerui, qui oriuntur ab oſſe ſacro; & ita erit dicendum de læſione reliquarum partium, quæ recipiunt determinatos neruos à determinata origine, vel cerebri, vel ſpinalis medullę; quare cum ſummæ vtilitatis ad vitam hominis ſit neruus; Medicus debet diligenter inſpicere anatomen neruorũ: & ſummopere, cuſtodire, ne in curatione læſi ſenſus, aut motus aberret in applicatione medicamentorum; & indignoſcenda ſede affecta, vt aberrarunt antiqui Galeni teſtimonio 3. de locis affectis; & hæc ſatis.

Dubitatio an neruus vel membranæ, vel medullaris ſubſtãtia ſẽtiat. *Subſtantiam medullarem ſentire.* *Pro medulla primũ argumentum.*

Dubitatur an neruus, vel membranæ, vel medullaris ſubſtantia ſentiat, vt inquit Gal. 7. de plac. cap. 3. & vltimo; habet enim ſpinalis medulla ſimiliter, ac cerebrum membranas eiuſdem vſus gratia; quas ſi etiam ademeris ſingulorum neruorum nulla pars offenditur, in quã neruus inſinuatur, atteſtante hoc euidentia, quod membranæ tegmina ſint cerebri, & ſpinalis medullæ; ſenſus autem, & motus vis in ijs, quæ ab ipſis cõpræhęduntur, exiſtat. cum igitur nerui partem medullarem diſſecueris, ſtatim membrum, in quod neruus prouenit, ſenſus, motusq; omnino expers euadit:) quid apertius? non ne hæc luce meridiana clariora? dicens (quas ſi ademeris, ſingulorum procedentium neruorum, nulla pars offenditur, in quam neruus inſinuatur, ac ſi medullarẽ partẽ diſſecueris, ſtatim membrum ſenſus, motusq; expers euadit,) at ſi ab ipſis pendet ſenſus, illis ablatis, & abruptis, peribit, & ſenſus: præterea quo in loco Galenus hãc nouam literis tradidit ſententiam membranas illas ambientes cerebrum, & neruos ſentire, dicas quæſo, vt aliquid noui diſcami, ſi enim omnes libros de vſu part. & de anat. adminiſt. optime perleges, hoc non adinuenies. ſed poſtremo membranas illas tutelæ, ac conſeruationis gratia à natura fuiſſe conſtructas reperies, quo igitur in loco, nos docet Galenus membranas illas ſentire, & non medullas: pręcipue cum in lib. 8. de vſu part. demõſtret, medullam neruorum à cerebro initium trahere, quæ ſi mollis, ad ſenſum apta exiſtit, ſi dura, ad motum, ad ſẽſum autem apta, quod enim molle eſt, facile ſenſibiliũ ſpecies recipit, & inalteratur ab ipſis; at ſi abiens illa mẽbrana ſentiret, eſſet primo rei ſenſus, ac poſtea inalteratio, atq; ſuſceptio: quod eſt ridiculum. primo enim occurrit ſenſibile membranæ, & poſtea medullari ſubſtantiæ.

Reſponſio. *Mẽbranæ principales parti-*

His reſpondetur primo neruum conditum ex duabus membranis dura, ac tenui, & medullari ſubſtantia, ſeu cerebri ſubſtantia, aut propagatione, & progerminatione ſicciori, ac denſiori perfectè, ac adæquate ſentire, minime vero membranas per ſe ſolas, vt membranę ſunt. nam tegere, & colligare partes ſolent, vt toties docuit Gal. 8. de vſu partium 6. ſed quatenus ipſæ inueſtiunt ſubſtantiam illam, tunc euadere principales particulas, in ipſo neruo ſentientes, & alium vſum, & actionem acquirunt, quam implicite, & explicite narrat Gal. dum ait neruum ſentire: per neruum intelligit conflatum ex triplici ſubſtantia perfectum: medullaris enim nullo pacto ſenſu vigens eſt; ſed ſolum principium ſenſus, vt quo euadit; & eſt particula à qua membranæ circundantes ipſam ſubſtantiam, & vim impartitam recipiunt: nam cum ſit eiuſdem generis, & ſubſtantiæ cum cerebro, ſolum denſitate, ac ſiccitate diſſidens, quid mirum, ſi cerebrum ſenſu denudatum eſt tanquam organum omnis ſenſationis, dum negat Galen. ipſas ſentire, expendit eas in ſui natura per ſe; origo tamen ſenſus, & motus eſt cerebrum medullarisq; illa ſubſtantia, quæ non ſentit; ſed impartitam vim à cerebro ſentientem ſuſcipit, & membranis largitur, quæ doctrina nouitate minime fulget, ſed Galeni, & Ariſtotelis dogmata redolet; inquit: dicere autem iraſci animum, ſimile eſt, ac ſi quis dicat in eã texere, vel ædificare; melius enim fortaſſis eſt, non dicere animam miſereri, aut addiſcere, aut cogitare; ſed hominem anima: hoc autem, non tanquam motu in illa exiſtente: ſed aliquando quidem vſq; ad illam aliquando quidẽ ab illa, vt ſenſus quidẽ ab his: ideſt motibus, & cætera à pari dicere medullarem ſubſtantiam ſentire; ſed melius membranas medullari ſubſtantia: præterea quod eſt principium ſentiendi, non ſentit; quam plurima ſunt loca atteſtantia membranas cerebri ſentire, ipſũ verò cerebrum non. artifex, & ſerra, quæ ſcamnum producit, non eſt ſcamnum; medullaris ſubſtantia eſt principium ſentiendi vt quo, & debet eſſe denudata a ſenſatione, vt ſẽſationem deferat internis ſenſibus: auctoritates contra nos adductæ non demonſtrant, medullam ſentire; ſed eſſe tantum principium, vt quo ſentiendi, & eſſe domicilium, & ſedem, in qua inhabitat facultas ſenſitiua, & per quam influit ad omnia membra, & mẽbranas, quæ tunc fiunt ſenſificæ, & ſentientes, & per eas huiuſmodi exornatas cœtera membra: quouſq; pertingit neruus cum membranis, non autem abſq; his ſentiunt; nam ſi detrahantur omnes membranæ penitus vſq; ad vltimum finem, & terminum nerui, per quem tangitur membrũ, quomodo poterit experiri; ſi membrũ adhuc ſentiet; ſi omnino ad hoc operandum euellitur neruus, & vnio ſeu compoſitio eius cum membro, quod experimentum cum impoſsibile ſit, ratio ipſa ab experimento ſumpta ruit; deinde falſum experimentum eſt, & ratio ab ipſo adducta; neq; aliud Galeno argumentũ ſignificat, niſi ſi præcides medullam nerui, continuo membrum cui neruus inſeritur ſtupidum omnino, ac immobile reddes; nam amplius non demandatur facultas ſenſitiua, ac radij, ſeu ſpiritus, non tamen ſequitur ipſam ſubſtantiam ſentire; poteſt tamen alterari, & alteratione reali, materali, ſenſibilis, ſingularis, non ſpeciei ſenſibilis in eſſe cognito, & intentionali; præterea membrum ſentit per medullarem ſubſtantiam nerui pertingentem ad ipſum; negatur tamen medullarem ſentire; immo econtra ratiocinari oportet ex Gal. 1. de vſu par. 4 quia actu non ſentit, eſt organum ſenſus, eſtq; origo ſẽſus: manus, quia non eſt particulari vnitioni, & vni apprehenſioni accommodata tantum, ſed omnibus; ideo organum organorum dicitur; pariter cerebrum: quia non ſentit, eſt aptum intelligere omnes ſenſationes: ac producere, & demandare omnibus partibus.

Secundo mollis ſubſtantia medullaris nerui ſenſui magis concinna videtur, & dura motui, ſentire tamen eam non eſt dicendum; nam defert commodius facultatem ſentientem, & recipit alterationem iam illatam à membranis, vt interioribus ſenſibus; & facultatibus: cognoſcentibus obiiciat iudicandam alterationem.

Tertio facilius inalteratur, & ſuſcipitur ſpecies, ergo ipſa ſola abſq; mẽbranis ſẽſit: minime concedendum; ſuſcipit quidem, & inalterationem quoniam præcipuè facultas principalis ſẽſitiua ibi reſidet: ſed ſi non adeſſent membranæ, quæ alterationem, & ſpeciem primo ſẽſerunt, non reciperet alterationem factam in mẽbranis, quam recipit, & poſtea ſẽſui communi, & phantaſiæ offert: nam ex Galen. 8. de vſu part. 6. nihil ex ipſius

eulę ſ… tientes neruo. *Pr… de… ma…* *Princi… ſentien… non ſẽ…* *Medi… princip… vt quo… Sol. con… Ad … mum… gumen…* *2. de a… mac.*

„ ipsius alterationē assequimur nisi imaginatio, ratio, & „ memoria, quæ sunt principis animæ facultates eius al- „ terationem sentiat.

Quarto si membranæ sentirent in eis; itaq; primo vigeret sensus, atq; receptio speciei, quod ridiculum: huic rationi in tertio satisfactum fuit.

Quinto fiunt primum sensus in membranis, deinde alteratio, & receptio speciei in intima, seu medullari substantia nerui; sed obiectum sensibile primo membranas tangit ei oblatas, & postea cōmunicatur medullari substantiæ species, & fit tunc sensus: pariter supra responsū est huic rationi quomodo, & quo ordine fiat alteratio, & primo in qua parte, & deinde in altera, & qua de causa, & fine.

Sexto si adimantur membranæ 7. de plac. 3. & vltimo, membrum, ad quod pertingit neruus, non patitur losionem, quo ad sensum, & motum. ergo membranæ non conferunt ad sensum, & vis ipsa quo ad sensum, & motum est in internis, non externis tegumentis, ergo: primo negatur consequentia: dicit. n. membrum non lędi, quo ad sensū: quia facultas animalis valet influere p illam medullarē substantiam illesam vsq; ad membrum ad quod peruenit, non tamen colligere licet, ergo medullaris substantia sentit, immo quærimus, vel membranæ exemptæ, & detractæ sunt vsq; ad vltimum finem nerui, & tunc dicimus, licet daretur fluere, non tamen sentiret membrum vel non sunt, ita ad vltimum euulsę, & sic per eas vltimas sentit; demum dicit Gal. membrū sentire, non medullarem substantiam per se solam, absq; membranis, neq; naturaliter, neq; præter naturam, neq; imminute, neq; deprauate; quæso, quæ sunt loca, quę auctoritates ita luce meridiana clariores in libris anatomicis administrationibus de vsu part. de plac. Hippocr. vbi sunt; aliud est dicere vim inesse sentiendi in interiori substantia nerui; aliud ipsam sentire: inhabitat, quidem facultas in cerebro, non tamen ipsum sentit, vt quod; sed vt quo, & principium sentiendi.

Hæc Galeni argumenta, & auctoritates aduersus Erasistratum rationabiliter suadent; is enim putabat absolute membranas primo per se absq; cerebri substantia esse originem neruorum, & animæ sedes: ideo ait exemptis membranis tamen pars, ad quam percurrit neruus, sentit, non itaq; membranæ primo, & per se vigent sensu, neq; neruorum opifices, & animæ sedes sunt: præterea hæc sedes cerebrum texit, & non ipsas, quæ merebantur, si ita essent melius tutius, & nobilius tegi, & custodiri à natura, non ne Galenus de plac. Tertio, & vltimo loquens in plurali numero internis partibus, quę conteguntur vis inest, manifestat in neruo esse membranas. Secundo multi anatomici affirmant membranas cerebri sentire, quia intertextæ sunt neruis, & propaginibus neruorum à cerebro, & spinali medulla exortis; sed quæram ego de membranis primo eos neruos, & eorū propagines ambiētibus an sint neruis refertę nec ne, vt tandem sit deueniendum ad primum simplex, quæ membrana simplex, & impermixta circundet illā substantiam medullarem illorum neruorum; qui postea percurrentes disseminantur per membranas cerebri, & erit simplex destituta neruis; reliquę verò mēbranę dura, & pia, quæ reliquos neruos circundant, sunt donatæ illis propaginibus neruorum; quare etiam absq; medullari illa interiori substantia cum sint membranæ intertextæ neruulis poterunt sentire: videtur Gal. ratio falsa scilicet membrum sentire ad quod defertur neruus; nam 7. de plac. vltimo 3. & 8. de vsu partium inquit partes possunt recipere alterationem, & alterari; at solus neruus dignoscit alterationem, ergo solus neruus sentit; qui dignoscit alterationem sensibilium, sentit; solus neruus talis est: ergo solus neruus sentit, cœteræ partes sentiunt, vel per propinquitatem, vel coherentiā, concomitantiam cum neruo; id quod est receptiuum specierum sensibilium sine materia sentit, at solus ner-

2. de animae. 21.

uus talis est; vel membrum proportionale nerūo, vt spinalis medulla inuestita mēbranis, & cerebrū inuolucris ornatum potest dici neruus. ergo &c. possunt tamē partes circumiacentes alterari alteratione reali materiali sē sibili, videlicet calefieri, refrigerari, pungi, at alterationem dignoscere solus neruus conflatus ex triplici illa substantia potest: præterea illud sentit, quod habet in se facultatem sentiendi; at solus neruus habet. ergo, &c. facultas inest in parte determinata cerebri, vel simillima parte, at talis est substantia nerui, ergo, &c. ibiq; etiā inhabitat facultas sensitiua, vbi adsunt organa propria. ergo, &c. nam est facultas materialis corporea extensa per corpus & potissimum per substantiam nerui, medullæ spinalis, & cerebri, in ipsaque existit, residet, viget cum suis organis, reliquæ partes non habent substantiā accōmodatā pro illius domicilio, & organo: quare, &c. dicuntur tamen sentire concomitanter, sicuti totus homo sentit per principalem partem neruum; homo est animal rationale, ratio tamen viget in vna parte tantū, & est tota in toto, & tota in qualibet parte; sed intelligēda est hæc proposito, vt dixi vel primo, & per se, vt materialiter sit in vna, concomitanter, in omnibus participātibus illam particulam, in qua residet: vel concomitāter per consequentiam, eo modo vt dixi: non potest esse, vbi sunt organa determinata, & substantia determinata: talis enim forma talem materiam requirit; sed quis dicet. ergo sola ipsa pars in qua est neruus sentiet, at quælibet pars cutis intestinorum sentit, attamen non in singula parte est neruus: sufficit fortasse, vt sit vicinus, quia diffunditur vis tamquam à magnete, vel etiam, vt alij sentiunt, corporaliter; sed vtrunq; est falsum, quia determinatum organum non deserit anima, nec organa, neq; vicina sunt proportionata; postremo requiritur determinatum sensorium: dicerem ego partes illa non sentire; sed sentire cōcomitanter, quia singula pars vicina alteratur, et sic ad neruum alteratio pertingit, et ab ipso dignoscitur; sed quis dicet, acus punctura, vulnus, quomodo transit, quia non imprimitur nisi solutio vnitatis, nō autem alteratio qualitatis; dicendum spiritum, et sanguinem in illa patre dissoluta per motum illum improportionatum alterari, et moueri, et sic per illum motū acuties, et vulnus sentitur.

Obiectio.

Solutio secundum aliquos.

Solutio auctoris.

Quomodo acuties, & vulnus sentitur.

Vltimo aliud est loqui de organo facultatis, et de particula in qua residet facultas, quæ iudicat sensibile, tangibile; non tamen ipsa particula sentit; sed facultas: quæ est in ipsa parte, et aliud est loqui de organo, quod sentit, et de particula, quæ sentit: nam duplex est organum facultatis, et organum sentiens, et organum recipiens; ergo datur sensus agens, et idem patiens; agit facultas sensitiua dum species absq; materia sensibiles ei oblatas iudicat, recipit verò dum consideratur extensa, ad extensionem corporis; quia imago primo realis coloris, et speciei coloratæ in oculo recipitur, et in chrystallino, et reddit qualem oculum. i. coloratum, non recipitur, tamen in anima, vt forma iudicans; sed vt forma dans esse oculo: organum corporeum facultatis sensitiuæ est medulla nerui, minus corporeum est spiritus, et calor: hæc organa recipiunt, et ipsa anima tunc iudicat, organum verò sentiens perfectè est illud totum, quod est animatum anima sensitiua.

Organum facultatis duplex. Datur sēsus agens.

Organum sentiens perfectè.

De ligamento. Cap. XXIX.

Ligamentum appellatur etiam vinculum, & copula, & est membrum similare seminale ligamētificum, & coniunctiuum ossa; hæc diffinitio constat ex quatuor causis, materia, & forma, quæ sunt principia intrinseca substantiæ sufficiuntq; ad constituēdam substantiam in actu existentiæ: causæ verò externa efficiens, & finis adducuntur, vt facilius elucescat, & generatio ipsius membri, quæ per causam efficientem,

Definitio

& agentem in determinatam, diſpoſitamq; materiam producitur, & finis enumeratur, vt appareat ad quam vtilitatem, produxerit natura illam ſubſtantiam: ſciendum igitur ligamentum eſſe membrum viuens: quia ſe nutrit, & auget, at non ſentit, quia non eſt neruus, nec neruo participat, licet aliquando à Gale. improprie loquente appelletur neruus, eſt ſeminale, quia immediatè generatur ex ſemine; ſed exoritur tanquam ex principio generationis, aut diſtributionis, quia non habet naturam oſſeam, neq; ab oſſe recipit aliquam vim ſeu facultatem: dictum fuit ligamentificum vt oſtenderetur primo forma intrinſeca, quæ dat eſſe ipſi ligamento, & proprietas, quæ eſt ligandi, & copulandi oſſa cũ oſſibus, deinde vt oſtenderetur generatrix, & formatrix ipſius ligamenti, quæ eſt appellanda ligamentifica quaſi faciens ligamentum, quoniam dum formatur os ſemine craſſiori, & terreſtriori expellitur à ſubſtantia ipſius oſſis, ſemen viſcidum, & tenax, quod fit materia ipſius ligamenti, vltimo dictum fuit coniunctiuum oſſa cum oſſibus, quæ coniunctio appellatur ſincuroſis, coniungit enim oſſa cum oſſibus ne dilanientur, & ſeparentur oſſa, vt poſſit formari coarticulatio ad motum producendum eſt ligamentum ſine ſenſu: quia ſi ſentiret, ſummopere læderetur in continuo motu; cuſtodit igitur oſſa vnita, & adiuuat in fortioribus motibus, ne muſculi etiam dilanientur; alteratrix igitur dedit ligamento temperaturam frigidam, & ſiccam: duritiem mediocrem, ſed viſciditatem, & lentorem maximum, vt per hæc valeret coniungere oſſa ſimul, & ne diſrumperetur, nam ſi durius fuiſſet, facile frangibile poterat frangi, atq; rumpi; habuit colorem potius album à formatrice, & figuram potius rotundam: cauitatem verò non habent niſi illa ligamenta, quæ ad penem ſunt poſita, & dicuntur fiſtularia ligamenta, quia caua ſunt, & vacua, & replentur in erectione veretri: alia ligamenta ſunt magna, & alia parua pro magnitudine, & paruitate oſſium: Numerus vero totuplex eſt quotuplex eſt articulatio oſſium ſecundum ſymphiſim vſus eſt, propter cuſtodiam oſſium motum euidentem, & magnum producere: nam vbi coniunguntur oſſa, & ipſa non mouentur, non adeſt ibi indigentia ligamenti, vltimo adeſt alter vſus ipſius ligamenti, qui eſt ſeſe coniungere cum filamentis nerui, & tendinem conformare, qui eſt compoſitus ex ipſo ligamento, & neruo, propter motum manifeſtum, & magnum; nam non omnes muſculi ex Galeno habent tendinem, ſed ij tantum, qui inſeruiunt motui magno, vnde ex Galeno primo de motu muſ. cap. 3. omnes muſculi laryngis, linguæ, ani, veſicæ, mouent ſine tendine, cuſtodire igitur oportet ligamentum, vt poſſimus obire motum, & laborem, calore, vel alia re admodum exiccante, cauendum eſt ne nimis exiccetur, & retrahatur quoniam tunc difficilem motum producit, & hæc ſatis.

Ligamentum viuit at non ſentit.
Principiũ generationis materiale.
Forma.
Modus generationis
Ligamentum cur non ſentit
Qualitates.
Ligamẽta penis ſolũ caua.
Numerus
Vſus.
Quibus cuſtodiẽdum ligamentum.

De Tendine. Cap. XXX.

TEndo appellatur, etiam corda, & eſt membrũ ſimilare, ſeminale quod partim generatur ex filamentis neruorum, partim ex ligamento ſimul mixtis: vnde licet ſit pars compoſita, & diſſimilaris; videtur tamen, quo ad ſenſum ſimilaris, & ſentit ſenſu tactus, & adiuuat muſculos ad motum vehementem, nam vbi muſculi non mouent artus grauiores, & magnos, & non producunt motum vehementem nõ egent tendine, ſed carnoſa tantum ſubſtantia alligantur oſſibus, tendo verò compoſitus ex filamento, & nerueis filamentis egreditur à carne muſculoſa, & inſeritur in os: deſcribitur, quod tendo ſit pars ſimilaris ſpermatica tẽdificalis propter motum vehementem muſculorum: eſt pars vt dictum eſt ſimilaris, quo ad ſenſum non autem, quo ad rationem: quia componitur ex ligamento, & neruo, & viuit non ſolum vita vegetalis animæ; ſed etiam ſenſitiuæ: nutritur. n. ſentit, & mouet: dictũ eſt tendificale, quia eius forma ſubſtantialis hoc nomine cohoneſtãda eſt; deinde: quia cauſa efficiens, & producens tendinem in vtero matris tendifica appellatur, nam determinatum fit ex determinato, & non quodlibet, ex quolibet: Vltima particula, quæ eſt finis & vſus, per quem natura creauit tendinem eſt propter motum vehementem muſculorum, quoniam vbi natura eget motu vehemẽti format muſculum cum tendine, vbi verò non eget motu vehementi; ſed exiguo, & imbecilli, confingit muſculos abſq; tendine, vt ſunt muſculi labiorum, narium, & aliarum partium: habet tendo plures alios vſus; ſed minus principales, primo roborat carnem muſculorum, ducit ſenſum, & motum ad illas partes, & quatenus participat ligamento firmat articulos, & oſſa cum oſſibus, habuit à natura temperamentum frigidum, & ſiccum ſubſtantiam partim duram, partim tenacem, figura potius rotunda eſt: cõnectitur ſemper cum oſſe ab vna parte, ab altera cum carnoſa ſubſtantia muſculi, inueſtiturtendo à quadam membrana tenui circumuoluente ipſum: colorem obtinuit potius album, non habet cauitates; ſed potius poros: modo magni, modo parui ſunt prout membra mobilia magna, vel parua ſunt, tot ſunt numero quot ſunt muſculi, qui efficiunt motum validũ, & vehementum, & hæc ſatis.

Ex quib. generatur
Sentit, tẽdo, & mouet.
Definitio.
43 primi phyſ.
Finis vel vſus.
Vſus ſecundarij.
Tẽperies.
Subſtãtia
Figura.
Cõnexio.
Color.
Pori.
Quãtitas
Numerus

De carne. Cap. XXXI.

CAro quadrupliciter à Gal. & Hip vſurpatur: pri
ma ſpecies parenchyma appellat, vt eſt caro he-
patis, cordis, & renum, quæ caro complet pro-
priam ſubſtantiam cordis, aut hepatis, aut renis. Secũda
ſpecies carnis eſt illa muſculorum, quæ ab aliquibus ap-
pellatur principalis pars muſculi; & poteſt accipi, vel cũ 1.
fibris nerueis, vel abſq; fibris. Tertia ſpecies, eſt caro ſin- 2.
gularum partium ſimilarium tam ſpermaticarum, quã
ſanguinearum, vt ventriculus, inteſtina, vterus, veſica 3.
habet propriam carnem; ſed hæc caro potius appellatur
portio carnea; vltima ſpecies carnis, quæ appellatur à
Galeno lib. de arte med. cap. 9. pars ſimilaris ſangui-
nea, ſecundum ſenſum; & ſecundum rationẽ & produ- 4.
citur ex ſanguine menſtruo in formatione fœtus in vtero, & poſt formationem, nutritur, & augetur ex ſanguine: quę non ſentit nec mouet; ſed tantum inſeruit tanquam puluinar, & ſubſterniculum ad tutelam, & cuſtodiam partium, & ad bene eſſe gratia ſenſus exquiſiti, atq; tandem ad replendum vacuum, eſt caro illa, quæ eſt in ſummitate digitorum, & eſt in glande penis, atq; etiam in parte interna oſſis ilij, & ſacri, & in pinna aurium, et in gingiuis; hęc caro ſubſtrata, quæ mollis eſt, et mediocribus qualitatibus prædita, reddit ſenſum cutis admodum exquiſitum, et temperatum nec non etiã tuetur partes ſubiectas, et circumiacentes, quare de hac ſermo erit, et deſcribitur pars ſimilaris ſanguinea producta à ſanguifica vi gratia tutelæ ſubiectarum partiũ. Dicitur pars ſimilaris ex Galeni teſtimonio, quia omnino ſimplicem ſubſtantiam habet, non compoſitam ex alijs: viuit nutritione, et auctione ex ſanguine, quoniã etiam genita fuit à ſanguine menſtruo: ex quibus conſtamus ex eiſdem etiam nutrimur: verum licet ſœpe ſepius Gal. aſſerat partes ſpermaticas deperditas non poſſe reſtaurari, ſanguineas verò reſarciri poſſe: attamen ſano modo interprætandus eſt Galenus: nã partes ſanguineæ ſi deperdantur non poſſunt, nec ipſæ reſtaurari quo ad illam partem, quæ formata erat in vtero; quo ad portionẽ, quæ poſt formationẽ aucta eſt à ſanguine; poſſunt augeri, et reſtitui; ſed facilius reſtaurantur partes ſanguineæ loco deperditarum, quia, et maior copia adeſt ſanguinis, quam ſeminis, et validior vis ſanguifica, quæ

Acceptiones, & quatuor carnis.
Definitio quartæ ſpeciei.
2. de gen. & corret. 50.
An deperdita poſſit reſtaurari

valet

valet continuo deperditum restaurare: at si aliquando deperditur sanguinea pars, ferè eadem regeneratur: dictum fuit à sanguifica vi, quæ est efficiens carnem.

Vsus principalis.

Vsus ipsius carnis principalis, & proprius, qui conuenit omni soli, & semper, est tueri subiectas partes, quo ad esse simpliciter: gingiuæ tuentur ossa maxillarum, & dentes, caro summitatem digitorum tegit, & custodit ossa digitorum, adiuuat calorem ipsorum caro, glans custodit neruosa ligamenta penis, & tuetur ligamentorũ calorem; habet etiam alios vsus non principales, vt est reddere sensum tactus exquisitiorem, apprehensionem commodiorem efficere, intromissionem faciliorem construere, & tutiorem; aliquando etiam est vtilis ad ornatum, vt est caro pinnularum aurium: inseruit etiam tanquam substerniculum, & puluinar, ne partes rumpãtur, & frangantur, vacua loca replet, firmat fibras, & cutim, & alios vsus iam superius enarratos, habet:

Temperatura.

3. coli 61.

Pars spermatica frigidior sãnguinea. Aph. 18. l. 5.

Hipp auctoritas

Licet ratio.

temperaturam à formatrice obtinuit calidam, & humidam; nã orta attestantur suis principiis; caro enim generatur ex sanguine, qui calidus, & humidus est, & licet Ioubertus asserat partes spermaticas calidiores esse sanguineis; quia semen calidius est sanguine: aduersatur tamen hæc opinio Hippocr. & veritati, quia inquit Hippocr. neruis, ossibus, dentibus ligamentis, cerebro, & spermaticis partibus frigidum inimicum esse; deinde, quæ facile patiuntur à frigido, & alterantur frigidæ sunt partes: sed tales sunt spermaticæ: ergo frigidæ sunt: quo ad semen dicendum quatenus constat ex spiritu, & calore, calidius est sanguine; vt in parte spermatica iam genita euanuit spiritus ille seminalis, qua propter frigidæ sunt: partes vero sanguineæ retinẽt naturam sanguinis, & quia caro pars est laxa atq; mollis, facilius recipit spiritum influentem, & calorem, & continuo fouetur à

Qualitates secũdę

Materia generationis nutritionis.

Connexio

Numerus

Quãtitas pars.

copioso sanguine prædito spiritu naturali, & influente: obtinuit mollitiem, & colorem rubeum, quia ex sanguine rubro nutritur, & generatur non autem ex semine albo, vt spermaticæ partes, aut à sanguine diutius elaborato, & conuerso ferè in naturam seminis albam per vlteriorem, alterationem, & concoctionem: connectitur caro cum supradictis partibus, & totuplex est caro simplex quotuplex enumerata fuit superius, nec admodum magna, porosa est, non caua, adeo, vt per hæc omnia sit vtilis tum per temperiem calidam, & humidam; tum per mollitiem, & porositatem subiectis partibus; & sensui tactus: & hæc satis de carne.

De musculis. Cap. XXXII.

Quæ concurrũt ad formandũ musculũ.

QVoniam ligamentum neruus tendo, & caro simplex, nec non venæ, & arteriæ, atq; mẽbrana concurrunt ad conformandum musculum, de hoc agendum, cum superius enarratæ sint illæ partes constituentes musculum; sed musculus cum sit pars dissimilaris, & organica lucidioris doctrinæ gratia breuiter, primo sciendum musculum variis modis describi a

Definitio prima musculi à fine.

Voluntas duplex.

Galeno ratione finis describitur organum motus voluntarii: nam solus musculus motum voluntarium perficit: voluntas .n. duplex est alia est, cum sensu, & appetitu sensitiuo; & hæc etiã reperitur in animalibus brutis, quæ mota à sensu, & appetitu insurgunt, ad producẽdum motum voluntarium; altera voluntas est cũ ratione, & cum appetitu intellectiuo, seu rationali, & reperitur in homine, quæ imperat sensibus, & libera est, & hęc

Motus voluntarius duplex in homine.

Noctambuli.

etiam est causa, vt homo se moueat; prima etiam voluntas aliquando viget in homine; adeo vt motus voluntarius in homine dupliciter voluntarius intelligatur, vel voluntarius cum ratione, vel voluntarius sensu, & appetitu, quando dormientes sæpe sæpius insurgimus, & ambulamus, vel vigilantes etiam in die inspiramus, & respiramus, & sensu, & appetitu ducti, non autem ratione mouemus, aliquid membrum, Videlicet brachium vel crus: describitur etiam musculus à Galeno caro ex simplici carne, & fibris neruosis composita, seu neruosum corpus carne permixtum, hæc descriptio constat ex principali materia ex qua formatur musculus; sed perfecta descriptio, & adæquata, quæ omnes causas amplectitur formalem, materialem, efficientem, & finalem, musculi hæc erit: nempe musculus est membrum dissimilare ge-

Definitio adæquata & pfecta

gitum ex neruo ligamento tendinibus, venis, arterijs car ne, & tunica propria à vi musculifica, gratia motus voluntarii. sciendum est in parte dissimilari formanda cõcurrere plures partes; sed aliæ ad custodiam, aliæ adiuuãtes, aliæ tanquam causæ sine quibus non; sed vnicam esse partem principem, à qua prodit actio principalis ipsius partis dissimilaris, reliquæ vt dictum est, inseruiunt ipsi principali, vel custodientes, vel adiuuantes, vel causæ sine quibus non ipsam principem partem, tum ad esse simpliciter ipsius, & actionis; tum ad bene esse ipsius, & actionis; quapropter hæc eadem erunt consideranda in musculo, qui est membrum dissimilare; nam inueniẽda erit pars princeps primo deinde reliquæ inseruientes

De parte Principe musculi variæ sententiæ.

Com. in art par. c. 3. l. 1. de motu musculor. c. 5. l. de plenitudine.

ipsi: Galenus in constituenda parte principali ipsius musculi varius fuit, & hanc varietatem varii Auctores secuti sunt; vnde inquit 12. de vsu par. cap. 3. partem principem quæ motum voluntarium producit esse tendinem, & gratia huius formatum esse musculum: hanc sententiam secutus est Vega. sed decipitur: quia tendo non est formatus in omnibus musculis, quare non est pars princeps; Alibi dicit Galenus neruum esse organũ, & motus, & sensus in musculo; alibi dixit totum musculum esse organum motus, alibi vero carnem musculosã esse principem partem, vltimo asserit Gal. cerebrum esse organum omnis motus voluntarii; quoniam læso cerebro, & obstructis cauitatibus, & ventriculis cerebri, aut spinali medulla, deficit motus voluntarius in mu-

Conuulsio Cerebrũ quomodo organum motus.

sculis, sed hæc varietas sententiæ Galeni, & medicorum conciliari potest hoc pacto cerebrum dicitur organum motus, & sensus remotissimum, & facultatis influentis, & fluxuræ, quatenus à cerebro generatur spiritus animales, & ab ipso fluxus demandatur per neruos, qui sunt in causa motus, & sensus: nam cerebrum est principale sensorium, & organum organorum, & sensus, & motus ex Galeno, & Hipp. at ex Arist. & Peripateticis cor est

Neruus quid.

Tendio quid.

Caro quomodo est organum motus, & principalis pars musculi.

primum sensorium. Dicitur neruum esse organum motus quatenus defert spiritum animalem, & facultatem habet animalem insitam, & influxam. Tertio dicitur tendinem esse organum motus, quatenus compositus est ex neruo, & ligamento neruus defert spiritum, ligamentum, robur affert: vltimo dicitur carnẽ, esse partem principem musculi, & causam motus, vt inquit Gal. 3. de loc. aff. & in art. med. cap. 9. nam ipsa sola reperitur distincta à reliquis partibus, & potest contrahi, & retrahi, extendi, & recipere vim demandatam per neruos; ce-

Reliquæ partes quomodo cerui inseruiant.

teræ igitur partes inseruiunt huic carni: cerebrum quatenus demandat vt remotissimum organum, neruus quatenus defert spiritum animalem, & roborat ipsam carnem; tendo prout participat neruo; verum cum in actione aliqua seu motu producendo concurrant, alia agentia proxima, alia remota; deinde aliud agens principale vt quo, aliud adæquatum vt quod, dicendum carnẽ esse agens principale immediatum vt quo, & proximũ: ab ipsa enim inchoat motus principalis Secundo dicendum totũ musculum esse adæquatũ, & immediate agẽs, vt quo, quia motus perficitur à toto musculo, & ab omnibus eius partibus perfectiue, & complete: actiones.n. cõpletę suppositorũ sunt; vnde dicitur hominem sapere, & intelligere, amare, texere non autem animã, licet anima sit principium principale, vt quo harum omniũ ope-

Auer. contra Gal. argumẽta

rationũ: male carpit Auer. Gal. quia musculus est orgaũ partim naturale, partim animale, naturale est quatenus vena, & arteria participat; animale quatenus neruo: inquit Auer. musculũ nõ esse organũ motus volũtarii, vt asserebat Gal. nã serpentes, anguillæ, lacertæ se mouent absq; musculis; deinde cor mouetur, absq; musculo dorsi ac lũborũ; demũ ventriculus, & respiratio thoracisq; mo

tus nō fit à volūtate: ad hæc respōdendū primo animalia illa mouere se musculis, q exigui sūt, & carnosi, extēsiq; secundum cutim, quemadmodum apparet in dorso animalium brutorum, nam eorum cutis, carnosa est; præterea cor abusiue appellatur musculus, & non mouet se motū voluntario, sed naturali; pariter erectio penis; velimus.n. & nolimus ille erigitur, & cor mouetur, vertebræ spinæ sponte se flectūt; antrorsum introrsū propter sui configurationē, quia intro curuatæ sunt; ad extra vero, & foras musculi erigunt spinam, & erectā conseruāt: ventriculus verò mouet se per fibras seminales, pariter motu naturali non voluntario, nam absq; voluntate nostra retinet, attrahit, & expellit humores, & alimenta: respiratio omnino motus voluntarius est: nam voluntas, duplex est alia est cum electione, alia vero cum sensu, & instinctu naturæ, hæc secunda est dormientium, & respirantium in nocte, prima vero est vigilantium, cum vigilamus possumus prohibere respirationem, & eam intendere, atq; remittere: Dictum fuit dissimilare membrum; quia ex partibus dissimilaribus specie diuersis constat; datur etiam membrū magis dissimilare quod constat ex partibus dissimilaribus, & adhuc tertio membrū ma gis dissimilare, quod constat ex partib. magis dissimilaribus, vt dictum fuit supra cap. de partium essentia, & natura partiū, quæ conficiunt musculum, iam conspicua patet, quoniā declaratum fuit, quid sit vena, arteria, tendo, neruus, ligamentum, caro, mēbrana; ideo tantum modo dicendum musculū dupliciter cōsiderari posse, primo vt est organū naturale particeps nutritionis, & augumētionis, & hoc pacto vena, & arteria ad deferēdū sanguinem alimentalē, & spirituosum concurrūt tanquam partes necessariæ ad existentiam totius musculi; si verò consideretur secundo musculus, vt organū animale & destinatum motui voluntario, vena, & arteria concurrunt adhunc motum, & ad principem partē nēpe carnē, non tamen ad existentiā totius musculi, qm̄ absq; vena, & arteria posset mouere musculus; sed præsertim adiuuant calore, & spiritu partem principē, & motū: membrana, & ligamentū sunt partes ad custodiā: neruus, & caro sunt partes necessariç ad existentiā musculi absq; quibus non potest confici motus voluntarius; idcirco necessario semper requiritur caro, & neruus ad motum voluntariū, & è conuerso, vbi reperitur motus volūtarius, necessario ibi etiam præstat caro, & neruus; in organicis, & similaribus partibus actio, quæ prouenit ab ipsa, organica, & similaris appellatur, & ad hanc producendā cōplete, & perfecte atq; adęquate concurrit cōpositio, & vnitas partium simul: ad inchoationem vero ipsius actionis principalem concurrit temperies partis principalis. caro igitur musculi principalis pars est calida, & humida, totius musculi est potius calida, & sicca; figura musculorū varia est; nam alij sunt rotundi, alij lati, alij breues, & alij lōgi, alij parui, & alij magni, & secundum diuersitatē totius recti, & obliqui, rectas, aut obliquas fibras obtinēt, semper tamen dum mouent se se contrahunt ad suam originem, & abbreuiantur; vt plurimū tamen in medio sunt crassiores, in fine graciliores, alii tendinem habent qui debent magnos, & vehementes motus producere, qui verò debilem absq; tendine constituti fuere; sed desinunt vel in firmiorem carnem, vel in membranosam substantiam: Numerus musculorum plurimus est, qui ascendit ad tercentos. linguæ musculi decem sursum, deorsum, antrorsū, retrorsū, & ad latera duo vtrinq;.

Consideratio duplex musculi.

Prima.

Secunda.

Tēperies. Figura.

Numerus musculorum, 300 linguæ.

Abdominis.

Abdominis ascendentes, descendentes obliq; quatuor, duo recti, & duo breues ad appendicem rectorū, & pro expellenda vrina, & fœce, & pro erectione penis, ani, & vesicæ vnus sphincter ad vrinæ, & seminis emissionem arbitrio voluntatis. penis quatuor ad erectionē.

Frontis duo rectas habentes deorsum fibras, & sursum attollentes: palpebrarū tres, vnus attollens, & duo claudētes, oculorū sex quatuor recti obliquorū duo.

Auricularum sępe non reperiuntur, ideo numero non conueniunt Auctores.

Labiorum superius, inferius, sursum, deorsum mouēt, duo sursum, duo deorsum, duo ad latera, & obliq;.

Temporales duo à latere crotophitæ dicti.

Maxillæ inferioris duo aperiunt, & duo claudunt, masseteres dicuntur.

Thoracis 32. Laringis 14. quatuor communes, 10. proprii.

Capitis duo sunt motus recti flexio, & extensio, illa annuendo hæc renuēdo, fit octo extendētes, obliqui duo & quatuor alii.

Ceruicis quatuor, extendentes, quatuor flectentes.

Lumborum vnus flectens, duo extensores.

Scapularum Trapezius leuator proprius attollentes, antrorsum serratus minor, retrorsum rhombaides.

Brachiorum duo attollentes, deorsum duo, antrorsū vnus, retrorsum tres mouent.

Cubiti flexores duo, & extensores duo, Radii pronatores duo, supinatores duo:

Manus seu carpi flexores duo, extensores duo.

Digitorum manus quatuor excepto pollice flectētes tres, palmaris, sublimis, & profundus: extendentes quatuor, adducentes quatuor vermiculares dicti: abducentes interossei 6. Pollicis nouem sunt musculi flexor vnicus, extensores duo, abducentes 3. adducentes totidem: est & peculiaris in minimo digito musculus eum abducens ab aliis.

Fœmur flectitur, extenditur, adducitur, abducitur, & circum agitur: duo flectunt: tres extendunt: tres adducunt: sex abducunt, & circumagunt quadrigemini, & obturatores dicti.

Tibiæ flexores quatuor, & totidem extensores, adductores duo, abductor vnus membranosus.

Pedis duo flexores, extensores quatuor, & efformant chordam tres vltimus dicitur plantaris.

Digitorum pedis quatuor flectunt, duo sublimis, & profundus, extendunt totidem adducunt lumbrici quatuor, abducunt inter ossei octo: pollex flectitur vnico, extenditur altero: adducitur vno, abducitur ab altero. Est & peculiaris abductor minimi digiti.

Connectitur semper musculus ab vna parte cum osse, aliquando vero ab vtraq; parte: situs varius est, modo profundus, modo superficiarius, modo rectus, & modo obliquus, & modo circularis.

Conexio. Situs.

De glande, glandula, & corpore glanduloso. Cap. XXXIII.

GLans, & glandula idem est, & distinguitur à corpore glanduloso; quia hoc est corpus dissimilare, & generat aliquod excrementū vtile, vt testes generant semen, mammæ lac: glans vero, seu glandula est membrum similare, quod non habet actionem, sed præstat vsum tantum, nempe recipit aliquod excrementum, & illud conseruat gratia alicuius vsus; vt glans, quæ dicitur conaria in cerebro, recipit excrementum pituitosum, & conseruat, quia spongiosa est, et mollis, et tanquam sentina, ad eam demandat totum cerebrum excrementa pituitosa, quæ postea sensim, et sensim percollantur ad palatum per os sphenoides: glandulæ etiam ad linguam recipiunt, et conseruant salìualē humiditatem, vt cibaria ipsa saliua imbibita facilius præparentur, atq; corrūpantur; deinde, vt facilius humectata delabantur in ventriculum; tertio vt fauces, linguaq; nō exiccētur; quarto vt gustus, et sapor, speciesq; saporis facilius recipiatur à sensorio gustus; habent etiā aliū vsum glandulæ; nempe, vt substernantur venis, vel arteriis, neruis, ne à duriori parte frangantur, glandulæ post aures hunc vsum potissimum præstant; atq; aliç ad metacarpum positæ, et circa collum: glandulæ, quæ sub axillis constructæ sunt à natura, vocantur emunctoria cordis, et expurgant quædā excrementa, et recipiunt, q̄ à corde prouenium

Distinguitur glandula à corpore glanduloso.

Conarii glans in cerebro.

Glandularum ad linguam vsus quatuor.

Glandulæ post aures.

Emunctoria cordis

Not. in praxi. proueniunt per arterias, & venas, vnde in praxi cauendum est, ne dum inflammatæ, & tumidæ sunt, vtamur refrigerantibus, & repellentibus, quia materia introgrederetur, ad cor, & nobiliorem partem, maximumq; nocumentum afferret: eadem dicenda sunt de glandulis, *Emunctoria hepatis.* quæ prope inguina, ad os pubis iacent, & vocantur emūctoria hepatis: per eas .n expurgantur multa excreméta, vt apparet in bubone gallico, & venereo, atq; alijs tumoribus *Definitio.* sine lue venerea; his iactis glandula, seu glans. erit membrum similare, feminale à vi glandifica productū gratia receptionis alicuius excrementi, est similaris pars, quia similarem, & vnicam substantiam habet, viuit solū naturali virtute, atq; nutritione præsertim si accipiatur *Materia.* absq; tunica eam inuoluente, quæ quidem sentit, & sensum etiam ipsi glandulæ impartit (seminale) dictum *Efficiens.* fuit, quia immediate, ex semine oritur, vt patet ex colore, & substantia; sed ex impuriori portione seminis, causa efficiens, & generās est (glandifica vis) q́ est forma substantialis vocata generatrix determinata ad genera- *Finis.* tionē glādulæ: finis est recipere excremētū, q́ finis est cōmunis ominbus glandulis, vt iā superius patet: alij dicūt *Opinio quorūdā.* vsū cōmunē esse custodire vasa cōmunia; nempe arterias venas, & neruos, quæ vocantur cōmunia vasa; sed fortas- *Confutatio.* se decipiuntur: quia licet sit vsus, qui conuenit pluribus glandulis, non tamen conuenit omnibus: glādula habet *Temperatura.* temperaturam frigidam, & humidam, substantiam mollem, & spongiosam, vt facilius valeat recipere excremē- *Substātia* ta, & custodire vasa communia, colorem album, porosi- *Color.* tates multas, superficiem potius lenem, magnitudinem *Pori super ficies.* modo paruā, modo magnam pro exigentia partis expur *Magnit.* gandæ, & vasorum communium: numerus ferè est ille, *Numerus* qui supra descriptus est.

De glandoso corpore. Cap. XXXIIII.

Numerus DVo sunt potissimum glandosa corpora in homine, testes, & mammæ (nullo modo cerebrum, sicut alij statuunt, reponēdum est) quæ habent actionem non necessariam simpliciter ad esse hominis; sed ad bene esse, nempe ad generationē, vt testes, *Testis def.* vel ad educationem infantis, vt mammę quæ lac generant; testis ergo est pars dissimilaris, composita ex neruis, venis, arterijs membranis, & propria carne glandulosa à generatrice glandifica gratia generationis seminis: est *An sit pars principes.* pars dissimilaris, vt patet ex eius compositione: sed inter partes principes est ne enumeranda? dicendum cū Hip. & Galeno esse partem principē gratia generationis spe- *Generatio non fit absq; testibus, vel proportionali.* ciei, & ad bene esse propagationis, quoniam naturalissimum inquit Aris. 2. de ani. est sibi simile procreare: idcirco efficitur mediantibus testibus, absq; enim testibus vel aliquo membro similitudinem testium obtinente nō fit generatio: ad esse verò simpliciter hominis non sunt testes partes principes, neq; necessariæ: etenim valet homo absq; testibus esse, & viuere; sed non bene viuere : *Arist. op.* hac fortasse de causa. Aris. 3. de hist. anim. cap. 1. & 1. & 2. d. gen. animalium. cap. 4. asserit testes esse tantū vtiles ad bene esse, non autem ad generationem seminis absolute; inquit enim si hoc esset, omnibus animalibus generantibus fuissent à natura producti testes; sed multa sūt *Vsus triplex ex Ar.* animalia carentia testibus, quæ generāt; ergo animali, vt animal est, nō sunt necessarij, sed tribuit eis triplicē vsū; primum, vt motum stabiliorem seminis faciant, & tanquam pondera appensa reddāt vasa spermatica ampliora, & patentiora; secundum vsum habent ad robur cordis, & vniuersi corporis: nam animalia, quæ testes habent, robustiora sunt, & validiora, & fortiora, & carnē virulentam præseferunt, orbata testibus imbecilliora, vilioraq; sunt, sed carnem suauiorem esu obtinent; quo ad vires ingenij eunuchi non pollent, præditi verò testibus corporis robore, & animi ingenio pręstant; verū hæc animaduersione plurima egent: non enim semper vera sunt; sed vt plurimum: inueniuntur enim eunuchi aliqui, & animalia, etiam bruta castrata, quæ magis in- *Castrata quę magis ingenio valeāt quā min?* genij viribus excellunt, quam antea; idcirco dicendum huiusmodi ante castrationem nimis calida à natura fuisse producta: ex sectione verò testium ad quandam symmetriam fuisse redacta, quæ nimis immoderatam cerebri substantiam efformat aptam ingenio, quod gaudet non agitatione admodum spirituum, neq; ebullitione sanguinis, & spiritus vitalis; sed mediocri temperie, & quiete: vnde sicuti ex Hipp. & Arif. omnes fuere sapiē- *Sect 3 0. probl. 1.* tes melancolici, ita admodum biliosi, & calidi insipientes, instabiles imprudentes, iudicio orbati euaserunt: Narsetes Eunuchus, & alij confirmant hanc sententiā: ea verò animalia, quę à natura potius frigida, vel temperata fuere, si castrentur; imbecilliora animo, & corpore euadunt, sicuti fœminæ. Tertium vsum ab Aris. prolatū, quarto probl. 24. habent, vt pondere suo iuuent erectionem, & tensionem penis; sed cum hi vsus ab Aris. enumerati sint veri, verum tamen est, etiam testes generare semen, & posse conciliari Aris. cum Hipp & Gal. nā *Conciliatio Arist. Hipp. & Gal.* dicendum est, quādo negat Aris. testes esse necessarios, sed ad bene esse tantum non generare semen, loqui in genere non autem in specie, vt in homine, leone, equo, asino, & alijs animalibus, sed obiciet aliquis; generare *Dub.* est actio quę conuenit animali, vt animal est in genere & est actio animæ vegetatiuæ, quare, quæ habent animā vegetatiuam, & sunt animalia, generabunt, & his testes erunt necessarij; Respondendum huic obiectioni testes *Sol.* ad extra esse necessarios, & ad bene esse; deinde animalia omnia, quæ sunt generatiua, vel habere testes, vel habere quid proportionale, quod officio testium fungitur, quod non negasset Aris. & hoc pacto conciliatur, quem, admodum multa animalia imperfecta exanguia, insecta.

Dictum fuit componi ex venis, arterijs, & neruis, tunicis, & propria carne: per neruos sentiunt, & consensum habent cum cerebro, & thorace, per costalem neruum, qui defertur ad testes; per arterias societatem habent cū corde, per venā cum hepate; sed venæ appellātur vasa spermatica, quæ deferunt primo sanguinem ad testes, & elaboratum, & in semen ibi conuersum exportant ad parastates, & tunc appellantur vasa eiaculatoria: nec mirum testes obtinere tantam vim, tum in transmu- *Vis testiū* tando vniuerso corpore, voce, pilositate, mollitie, gracilitate toto habituq; corporis colore, sapore carnis, atq; viribus ingenij, cum polleant tribus vasis, arteria, neruo, vena, quæ à partibus principalibus ortum ducunt, vt ferè dicantur testes in se continere vires cerebri, cordis, & hepatis in producendo semine fœcundo; cōstāt etiam tunicis quatuor licet anatomici discordes sint; prima ap *Tunica testium.* pellatur scrotum, secunda dartō, tertia, quæ propria est testium dicitur elytroides, quarta, quæ tangit immediate propriam carnem testiū dicitur membrana neruosa: scrotum est eadem substantia cum cuticula, & cute, darton cū peritonęo, reliquas duæ tunicæ originem trahunt à tunicis neruorum; propria substantia glandulosa appellatur didimis, & est substantia glandulosa magna: adhæret huic substantiæ altera glandula paruus testis appellata, & epididymis grecè, quæ epididymis ex Gal. 14. de vsu par. aduersus Vesalium appellatur paruus testis ad seminis elaborationem comparatus, in quē vasorum spermaticorum an fractus desinunt.

Causa efficiēs fuit enarrata generatrix glandifica quę *Efficiens* ex semine determinato format testes, vt tali temperie, compositione, & vnitate geniti valeant postea generare semen; nam in ipsis testibus anima vegetatiua, & vitalis facultas medi ante temperie, calido innato ipsorum testium spiritu vitali, & animali determinata compositione, & vnitate euadit determinata facultas, & vis, quæ valet postea sanguinem attractum per venas, & arterias spermaticas concoquere, & in substantiam testium nutriendam conuertere, quod remanet post nutritionem ipsorum testium demandatur, tanquam excrementum ad parastates; sed quędam breuiter de semine colligatur, &

Semen qd

& primo dicendum ſemen eſſe, vt inquit Ariſ. 2. de gen. an. c. 3. & Gal. excrementum vltimi alimenti ſpiritibus refertum elaboratum à vi teſtium ad generationem animalis perfectam; nam poſtquam vniuerſum corpus ſanguine nutritum eſt, quod reliquum eſt, dicitur excrementum, & demandatur per venas, & arterias ſpermaticas, quæ vocantur vaſa ſpermatica, & deferentia, etiã teſtes attrahunt ipſum ſanguinem, & poſtea elaborant, & dealbant, & cum præditi ſint venis, arteriis, & neruis, ſemen, quod generatur ab ipſis teſtibus, habet in ſe proprias vires cordis, cerebri, & hepatis; vnde hinc oritur

Cur nati ſimiles parentibus.

ſimilitudo natorum ad parentes: propter ſpiritus vitales ſpumoſum fit, calidum, & aereum, & fœcundum; quia propter dicitur venerem oriri ex ſpuma maris 2. de gen. an. c. 2. ibidem cap. 3. Ariſt. dicit ſemen correſpondere elemento ſtellarum:

An ſemẽ decidat à toto.

Decidit ab vniuerſo corpore ſecundum partem ſpiritualem; nam ſpiritus huc, & illuc fluctuat, ſecundum partem ſanguineam antecedentem à corde, & ab hepate; immediate verò emanat à teſtibus, & à proſtatibus; & quando Hippocr. l. de genitura. de morbo ſacro. de aere, l. & aquis, dicit ſemen emanare à cerebro, vel à toto corpore, & de Macrocephalis intelligendum eſt de ſemine ſecundum partem ſpiritualem, quæ euacuatur cum ſemine; vnde

Coitus nimius cerebro realis, neruiſq; nocet.

qui nimis veneri indulgẽt, cerebro noxam, & oculis afferunt, & neruis, quia frigidiores ſunt partes, & ab his emanant copioſi ſpiritus; ſecundo dicendum ſemen eſſe

Semen eſt actiuũ, & paſſiuum.

actiuum, & paſſiuum principium, nempe ex ipſo generari partes ſpermaticas, & in ipſo reſidere cauſã generantẽ; nempe formatricem, & alteratricèm fœtus humani; quamuis Peripatetico, & Argẽterius aduerſus Medicos reclament, ſed malè, quoniam non impoſſibile videtur naturæ, & rationi idem ſecundum diuerſas partes poſſe continere materiam, ſeu principinm materiale, & efficiens, ſeu principium actiuum; verum quidem eſt artificem non ingredi opus, pariter in ſemine efficiens, ſeu generatrix forma non ingreditur fetum humanum; ſed poſt quam formauit deſinit eſſe, ſicut etiam ædificator format domum, & dat ei eſſe, & poſt formationem deſinit eſſe ædificator illius domus, pariter fœminæ emit-

Quale ſit ſemen fœmina.

tunt ſemen actiuum, & paſſiuum, ſed magis aqueum, & minus fœcundum, quam viri: hac ratione Ariſ. putauit fœminam non emittere ſemen, ſed falſo, quia & teſtes habent, & vaſa omnia præparantia, & eiaculatoria;

Ariſt. confutatio.

ſicut viri: natura nihil fruſtra facit 32. primi de cœlo. 2. cœli 50. 59. & 3. de part. an. c. 1. & 3. de anima t. c. 43. & 2. Metaph. com. 1. primo polit. c. 2. ergo deinde nõ eſt dicendum illam humiditatem, quam emittunt non eſſe ſemen; ſed excrementitium, & aquoſum humorẽ, quoniam aduerſatur experientiæ, & rationi; nam mulieres proprio ſemine imperfecto molã, & imperfectũ animallia generãt; deinde affirmant in coitu ſemen emittere, ꝙ

Modus emiſſionis ſeminis in mulieribus.

ſenſu, viſu, manifeſte cognoſcitur: emittitur ſemen, & eiaculatur à vi expultrice naturali vaſorum, & teſtium, quæ irritata à ſemine turgente, & calido per fibras expellit ſemen; deinde etiam adiuuatur eiaculatio à ſpiritu ſpumoſo, qui quærit aditum patentiorem, ſicut in nube tonitru, & fulmen: concurrit etiam imaginatio excitata ab obiecto aliquo delectabili, & venereo, adeo vt alteret ſpiritus vitales, qui alterati concurrunt ad determinata membra ſpermatica, per quam exercetur voluptas venerea, & hæc maxime viget in illis partibus, dum eiaculatur ſemen, tum ob exquiſitum ſenſum illarum partium, & glandis, tum ob ſemen calidum, & turgens celeriter eiaculatum, tum ob copioſum ſpiritum, qui ſen-

Voluptas in coitus maior in viris.

ſum tactus auget: intenſior eſt voluptas in viris, quia eorum ſemen eſt calidius, magis ſpirituoſum, & celerius effunditur, & quia exquiſitiori ſunt ſenſu præditi: mulieres verò imbecilliores, & ſemen frigidius, minus ſpirituoſum, & ægre mobile obtinent, ideo extenſiuã voluptatem percipiunt, & ſalaciores ſunt æſtate, quam

Tẽperies Subſtãtia

hyeme 4. probl. 26. econtra viri: temperies teſtium potius calida eſt, & ſicca; nam circumuoluti ſunt membranis, arterijs, & neruis: eorum ſubſtantia mediocriter craſſa, atq; denſa, colore alba, figura oualis:

Color figura numerus.

numero vt plurimum duo ſunt, alii vero tres obtinent; ſed raro, & hi admodum luxuriæ dediti ſunt;

Magnitudo.

magnitudo eorum non admodum magna eſt; ſed ad magnitudinem parui oui gallinæ, ſeu columbi, & hæc modo maior, modo minor pro temperatura, & habitu corporis viri: mulieres minores habent quam viri, & oblongos; oportet igitur teſtes admodum cuſtodire, quoniam conſenſum habent, & ſocietatem cerebro, cordi, & hepati, & ebrii

Ebrij curãtur refrigerãdo teſtes gelida, item phreniti[ci]

curantur refrrigeratis teſtibus aqua gelida; & cordi ſœpe ſuccurrunt, & phrenitidi epythemata teſtibus appoſita;

Mulieres vtero ſuffocata.

mulieres dum vteri ſuffocatione afficiuntur; manifeſte confirmant prædictam ſocietatem: & hæc de teſtibus: nam de ſemine, & ſanguine menſtruo, & hominis procreatione in tractatu particulari longior ſermo erit peragendus.

De mammis. Cap. XXXV.

Nomina.

MAmmæ appellantur etiam vbera, & mammillæ, in viris ſunt potius conſtitutæ ad ornatũ, ad robur, & tutelam cordis, in mulieribus vero, præter hæc ad generationem lactis, propter educationem infantis; deſcribitur mamma, eſſe corpus diſſi-

Definitio.

milare compoſitum ex venis, arteriis, neruis tunicis adipe, & glandulosa carne propria gratia generationis lactis, à vi propria glandifica: manifeſtum eſt compoſitum eſſe membrum ex his, & eſſe naturale, & animale membrum; quia nerui deferunt ſenſum exquiſitum, qui quidem communicatur etiam, cum vtero, & contactu mãmillarum ſœpe oritur titillatio, & concupiſcentia: venæ, & arteriæ ducunt ſanguinem, & ſpiritum naturalem, & vitalem, hi ſpiritus cum calido innato glanduloſi cor-

Lactis generatio.

poris ſunt inſtrumenta lactis perficiendi; adeps adiuuat calorem earum: ſanguis, qui defertur eſt materia ex qua conficitur lac; tunicæ cuſtodiũt mammas: propria caro, eſt materia ſeminalis, craſſa, & ſpongioſa, alba, in qua reſidet anima vegetatiua determinata, & ſpecificata à temperie mammarum à compoſitione, & vnitate ipſarũ partium, quæ ſic conſtituta euadit facultas apta generare lac, quod licet ex ſanguine tanquam ex materia fiat, eſt tamen diuerſum ſpecie à ſanguine propter nouam elaborationem, & formam aquiſitam à ſubſtantia mammarũ:

Efficiens mãmarũ.

genitæ fuere hæ mammę à propria glandifica vi, quę habet hanc facultatem propriã generandi huiuſmodi glandulosa corpora:

Finis.

finis huius generationis fuit, vt generarent lac ſuaue, dulce, album accommodatum alendo infanti; habent mammæ alios vſus iam enarratos ſupra; ſed is potiſſimus eſt;

Lactis definitio.

(lac ergo eſt excrementum vtile album dulce craſſum; ſed fluidum alendo infanti accommodatum genitum à propria facultate mammarum) dicitur vtile quia valet nutrire infantem, excrementum, quatenus remanet poſt nutritionem mammarum; nam ipſę nutriuntur lacte immediate; mediate verò, & antecedenter ſanguine, quia omnes partes viuentes immediate, vel mediate ſanguine nutriuntur:

Conditio n. lactis.

debet eſſe albũ, dulce, craſſum, & fluidum, vt optimum ſit lac, his conditionibus priuatum deficit à perfectione, & vltimo fine, qui eſt bene nutrire; vnde viri, & fœminæ aliquãdo ante conceptionem lac generant, ſed illud non eſt vndequaq; perfectum, ſed exquiſite elaboratũ, & excoctum inuenitur poſt partum; nam eo tempore mammæ rariores, & ampliores ſunt, abundant copioſiori ſanguine, & ſpiritibus: ſpiritus verò ſummopere adiuuant concoctionem; adeo vt perfectior fiat elaboratio, & excoctio; ſępe dicit Hip. in aphor. 5. aph. 39. ſi mulier neq; grauida eſt, neq; peperit, & lac habeat, ei menſtrua defecerunt, & ſępe viris ob nimiam copiam ſanguinis lac generatur; ſed minus perfectum eſt lac: (corpus fluidum:)

Efficiens lactis.

quia adhuc humor eſt, generatur à ꝓpria facultate mãmarũ, quę eſt virtus aĩæ vegetatiuæ determinata à ſubſtãtia mãmarum, quæ potiſſimum habet hanc facultatem

generandi lac; quod oritur potissimum post 14. annum; narrat Gardanus se vidisse iuuenem procreantem maximam copiam lactis, & historiæ testantur indianos viros lac gignere, finis generationis lactis est, vt nutriat infantem: quarto mense à conceptione lac incipit generari; quia fętus tum grandior fit, & compressione exprimit sanguinem ad partes superiores, & præsertim ad mā mas, per venas epigastricas; in vtero nutritur fętus sanguine per venas vmbilicales; extra vero ore recipit alimentum vti lac, non autem sanguinem; quia impium esset; deinde quia sanguis non esset accommodatum alimentum ob calorem, & substantiam eius; lac verò frigidius, & dulcius potest tres concoctiones sustinere, chylificationem in ventriculo, sanguificationem in hepate, & tertio concoctionem particularem in singulis partibus vniuersi corporis: dubitatur à quo recipiat lac colorem album; an à colore substantiæ partis albæ, an verò à calore, & spiritibus calidoq; innato albis; non à colore, quia cerebrum album est, & ossa; attamen sanguis, qui remanet post nutritionem ruber est, confert tamen sui præsentia color; sed principalis causa est nimia agitatio, & nimius motus sanguinis factus per anfractuosa loca, vna cum calido innato, & spiritibus lucidis atq; puris cum aere permistis, qui valent illustrare opacam, & terream substantiam, & magis aeream, & diaphanam reddere, sicuti pharmacopolæ pro nimiam agitationem, & motum, atq; leuem calorem mel dealbant; habent temperaturā mammę modice calidam, & humidam, substantiam aeream, magnitudinem non admodum magnam: numero sunt duæ, quia vt plurimum fętus duo generantur; in brutis verò tot sunt, quot fœtus solent gigni. situatæ sunt circa pectus ad tutelam, & robur cordis, atq; ad ornatum; deinde quia pectus calidissimum est ob cordis vicinitatem, quod lactis perfectionem adiuuat; deinde vt longo transitu sanguis magis elaboraretur; etiā vt mater simul, & alere infantē, & amplecti, & osculari valeret: postremò ad extra positæ sūt tum propter vsus enarratos; tum quia lactis generatio egebat aeris temperie, & moderato calore: figuram obtinuit potius rotundam ob iniurias fugiendas, & ob ornatum, & ob laborationem lactis: habuit papillam paruam, & porosam, vt os infantis valeret eam excipere, & lac exugere per porositatem carneam, quæ pertractabilis, vt labijs, & gingiuis absq; dolore deprehendatur, vt facilius cognoscatur quomodo albedo lactis oriatur, scienda primo non nulla de colore. color est qualitas secundum se visibilis; sed nō est visibilis sine lumine, quod est actus perspicui, describitur color ab Aris. 2. de ani. t.67. quod sit motiuus eius perspicui; quod est secundū actum, idest lumen, quod actuat perspicuum, & lib. de sensu, & sensibili cap. 3. diffinitur alio modo; nēpe extremitas pspicui terminati, seu in corpore terminato: corpus terminatū est omne mixtū ex quatuor elementis perspicuum, seu diaphanū est id, quod visibile est, at non secundum se; sed propter externum colorem: nam sine colore est, & inuisibile & dicitur perspicuum interminatum, in mixtis verò semper terminatur. ab opaco, vel à sui densatione vt in cœlo, vt possit recipere omnes colores; extremitas idest superficies adeo, vt color, qui videtur sit in superfitie positus corporis terminata; concurrunt ad colorem formandum immediate tria: primo principiū materiale, vt perspicuum seu diafanum vt aer & aqua ignis, & aerea, aquea ignea: secūdo opacum, vt terra, terreaque: tertio lumen efficiens & forma quod est duplex, vnum internum in re colorata, & est igneum quoddā vel obscurum, vel clarum vel mediocre; alterū externum vt ignis vel sol, qui facit colores actu visibiles: ex varietate igitur multitudine, paucitate situ opaci, diaphani in mitxis corporibus, & in cælestibus sufficit condensatio perspicui sine opacitate: & luminis oritur varietas omnium colorum secundario vero & mediate non primo, & per se producunt colorem in mixtis corporibus qualitates actiuæ primæ: vt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas alterant, segregant, depurant substantiā, & qualitates elementorum, & ex consequenti diaphanum, & opacum producunt, & modo segregant diaphanum ab opaco modo contra; & modo augent, vel minuunt opacum, & diaphanum & lumen, & sic variantur colores, & fit corpus, quod erat album, nigrum, viride, fuscum croceum, rubrum, & econtra: tertio permutantur colores ex permistione corporum. coloratorum simul absque alteratione primorum qualitatum, vt si lac cum atramento misceatur, vel vinum nigrum cum albo vel paries albus tingatur colore nigro, vel vrina flaua, euadit permistione sanguinis rubri; quarto variatur color segregatione & depuratione tantum, vt pani linei & cera fiunt albi segregatione partis opacæ, quæ aqua vel sole segregatur. quinto generatur color permistione aeris vel aquæ vt spuma alba motu vel calore facta cum aqua, & aere, in lacte, in semine, in succis albis, quæ plurimum diaphani & ignis clari, & parum opaci habet cum permissione aeris nimio motu & calorem segregante partes opacas. nam lac, & semen in glandulosis corporibus spongiosis aere refertis generantur & per an frattuosa loca mouentur, & agitantur, & calore mediocri, id etiam contingit in plantis, quæ porosæ & aereæ sunt, sed in tithymalo, & ficu, ignis, & aer est mordax, dominanturque in lactuca, & soncho aer & aqua, sic eorum succus lacteus frigidus est, illarum calidus & exurens.

Finis. Tempus generationis. Dub. Sol. Tēperies. Substātia Magnitudo. Numerus Situs. Figura. Quomodo lac albefiat. Coloris definitio prima. Secunda. Ad generationem coloris tria concurrunt. Modi variationis colorum. Quomodo qualitates primæ, & secundæ ad colorem faciant. Tertius. Quartus. Quintus.

De ossibus. Cap. XXXVI.

VTilissima est doctrina de ossibus, quia sunt fundamenta omnium partium humani corporis; præstant etiam stabilitatem, rectitudinem, & speciem, varietatem motuum. vt ossa digitorum: robur motuum, vt ossa se samoida, tuentur partes principes, vt cranium, vertebræ os pectoris: costę adiuuant transpirationem, & triturationem cibariorum, vt dentes. Describitur igitur os membrum similare durissimum, & siccissimum ex crassiori semine, & excocto genitum à vi ossifica propter stabilitatem omnium partium, est similaris pars, vt patet, quia omnis pars osis est os; deinde quia viuit vita vegetatiua; nutritur enim, & augetur non autem sentit secundum se, sed ratione periostii, est durissima, & siccissima pars; quia nullo pacto cedit alijs partibus; sed maxime resistit tanquam columna sustētat totum corpus, materia ossium est semen crassum, & excoctum, quare seminalis est pars, & non potest restaurari deperdita, sed callo resarcitur. Semen verò crassum, & pingue excoctum fuit à calore, & redactum ad duritiem talem, qualis apparet in esse; adeo vt os durum sit factum non frigore, vt glacies, sed calore humidum exhauriente: forma, & efficiens fuit vis ossifica, quæ formatrix, & generatrix potuit tribuere talem formam ossi finis, & vsus osi fuit stabilire omnes partes, qui quidem finis communissimus est, & omnibus conuenit osibus, alij fines sunt, sed vt particulares, tueri partem princi-pem, motum variare, & alia, quæ supra dicta sunt: Ab alteratrice habuit os temperiem frigidam, & siccam, quare frigidum inimicum est ossibus 5. aph. 18. habuit duritiem, atq; crassitiem, vt valeret sustinere reliquas partes, tueriq; figuram modo rotundam, modo trilateram, modo quadrilateram, imitatur aliquando figuram scaphæ, cubi, incudis, stapedis, malleoli, alia habent medulla in se, & caua sunt, alia verò non sunt caua; sed spongiosa: continent succum alimentalem. quæ differt à medulla; dubitatur an ossa nutriantur medulla, & succo; cum præsertim omnes partes similares nutriantur, aut sanguine, aut semine; dicendum tamen ossa mediate sanguine nutriri; immediate verò, aut medulla, aut succo elaborato in cauernulis retento: nam medulla, & succus ille ex sanguine fit à propriaq; concoctrice ossis

Definitio. Materia. Vnde durities ossis. Forma, et efficiens. Vsus communis. Particularis. Tēperies. Figura. Dubitatio, de ossium nutrimento.

ela-

Numerus oſſiũ quantitas continua & diſcreta. elaboratur; vt valeat poſtea nutrire os: ſubſtantia oſſium terrea eſt; ſed quantitas continua & diſcreta, vt numerus varia & multiplex, & primæ partes oſſis duæ ſunt, prima appellatur appophyſis, & latine dicitur eminentia, productio, exuberantia proiectura, & proceſſus, & *Appophyſis vſus.* hæc habet duos vſus, *Primus.* primus eſt in cauſa, vt oſſa inuicem & muſculi, & ligamenta ex his colligantur. *Secundus.* ſecundus vſus eſt gerere vicem propugnaculi, vt in vertebris, & ſcapulis cernere licet, *Species apophryſis 3.* hæc appophyſis habet tres ſpecies, & nomina pro varietate figuræ; *Prima.* prima dicitur cephali, quia os pertuberans eſt rotundum vt caput, *Secunda.* ſecunda dicitur ceruix, eſt gracili & acuta figura, tertia dicitur corogni, quia in acutum mucronatũ finem deſinit. rurſum caput duplex eſt vel oblongum & maximum, *Tertia.* vt in oſſe fęmoris, vel depreſſius & vocatur condilon *Capitis 2.* coroni vel eſt ratione figurę ad ſimilitudinẽ ſtyli vel anco- *prima.* rę vel roſtri coruini vel mãmarũ, diciturq; ſtyloidis, *Secunda.* ſecũdo anchiroidis tertio coracoidis, *Coroni 4.* quarto maſtoidis: altera pars, quę oſſa adnaſcitur appellatur epiphyſis, latine apẽdix, applantatio, annexus, & additamentum ſic breuio- *Epiphyſis.* ribus, columnis, lapides, & ligna addere ſolent artifices, primus vſus, huius, epiphyſis eſt vicem gerere operculi medulloſis oſſibus, ne effluat medulla: alter vſus eſt ad firmiorem articulationem; latiore enim baſi melius fir- *Vſus primus.* mantur oſſa; vel tendines efformat: quarto inter mediat inter os durum, & ligamentum: quinto ſiſtit fracturam oſſis, ne vlterius progrediatur, vt in cranei ſuturis: non in omnibus oſſibus reperitur epiphyſis: in maxilla infe- *Secundus. Quintus.* riori nulla cernitur, in radice coſtarum, & dentibus puerorum vnica eſt, in oſſe ilium triplex, in oſſe femoris quadruplex in vertebris quintuplex: ſinus & cauitas in q̃ inſeruntur iſti eſt profunda vt in iſchio, dicitur cotyle, ſi non eſt profunda; ſed ſuperficialis appellatur gline, vel glinoides. Verum vt ſtructura, connexio, & compages cernatur, atque vt cognoſcatur, imo an morbus oſſium ſit vel mala compoſitio, vel ſoluta vnitas; *Cõpoſitio duorum oſſiũ habet ſub ſe duo genera ſubalterna arthron, & ſymphiſim* ſciendum primo compoſitionem duorum oſſium, ſimul eſſe genus generaliſſimum, quod habet ſub ſe duo alia genera ſubalterna, primum genus eſt arthros, ſeu articulatio alterum genus appellatur vnio, continuatio & oſſium, diciturq; ſimphyſis: arthros diffinitur naturalis oſſium ſtructura in qua duorum oſſium extrema continua ſunt, non autem contigua; & hæc articulatio habet *De arthroſi & ſpeciebus.* duas ſpecies ſub ſe; alia dicitur diarthroſis, & laxa eſt ſtructura, & ſeparata, quæ habet motum manifeſtum, & ſub ſe habet, & prædicatur de tribus alijs ſpeciebus; *Speciesdiarthroſis.* quæ potius philoſophice debent appellari indiuidua, quia diſtinguuntur numero, & ſecundum magis & minus inter ſe non ſpecie, & ſpecifica forma ſubſtantiali interna; *Prima.* vna dicitur enarthroſis, vt eſt fæmoris articulatio cum iſchio, cum excipiet cauitas admodum profunda caput, quod in ea inſeritur oblungum; *Secunda.* ſecunda dicitur arthrodia vt inferioris maxillæ cum oſſe temporum; occipitis cum primo ſpondilo; nam cauitas eſt ſuperficiaria, & caput depreſſum; *Tertia.* tertia dicitur ginglymos, quando os idem excipit, & excipitur, fit ginglymos duobus modis. vel enim idem os ab vnico oſſe excipitur, & excipit, vt in cubito, & brachio; vel excipit vnũ, & excipitur *Sinathroſis.* ab alio, vt in vertebris: ſyarthroſis quoque tres ſunt ſpecies ſeu indiuidua numero tamen diſtincta, non forma ſubſtantiali; ſed accidentali, & numerica, & indiuiduali, *Prima.* prima dr̃ ſutura & ea duplex vel eſt ſerata vel ad ſimilitudinẽ duorum vnguium ſe ſe ſubeuntiũ, *Secunda.* ſecũda dicitur armonia, & eſt articulatio per ſimplicem lineam rectam, obliquam, aut circularem, ſic omnia ferè oſſa *Tertia.* maxillæ ſuperioris iunguntur, tertia ſpecies dicitur gomphoſis, cum os oſſi claui modo infigitur, vt dentes infiguntur maxillis, hęc ſunt duo articulationis genera ſub- *Tertia articulationis ſpecies dubia & neutra.* alterna, & eorũ generũ omnes ſpecies. tertiũ genus ſubalternum arthroſis neutrum, & dubium vocabitur, quia nec omnino eſt diarthroſis, neq; omnino ſynarthroſis; ſed vtriuſq; particeps eſt; nam ratione obſcuri motus eſt ſinarthroſis, ratione inſertionis poteſt appellari diarthroſis, & cum hac dubia, & neutra articulatione, vindicabitur. Galenus c. 12. libelli de oſſibus ab iniuriis medicorum. *De ſimphyſi.* Alterum genus ſub alternum dicitur ſynphyſis, & eſt vnio, & continuatio naturalis oſſium, per quam oſſa vnum videntur; & ſi læditur hæc vnio, fit morbus in ſoluta vnitate, non autem in mala compoſitione: *Speciesduæ ſymphiſis.* hæc ſymphiſis habet duas ſpecies ſub ſe, vna dicitur ſymphiſis ſine medio, nam oſſa mollia, & fungoſa ſine medio coaleſcunt, pariter omnes epyphyſes vniuntur per ſymphyſim cũ oſſibus; quia molles, & cartilagineę ſunt: alia eſt cum medio, cum oſſa ſicciora, & duriora vniuntur: *Mediũ triplex eſt.* medium illud triplex eſt, vt cartilago, vt in coſtis, & oſſibus pubis, & maxillæ inferioris, vel ligamentum, vt in omni diarthroſi, vel caro, vt in oſſe hyoide, & ſcapulis vniuntur oſſa per carnẽ; nempe per muſculos: *Error aliquorũ ex mala Galeni interpretatione. Veſalij error.* ex mala Galeni verborum interpretatione multi errarunt in ſtructura oſſiũ declarãda; primo Veſalius articulationis ſeu arthros naturam non intellexit, cum voluerit eam in motu conſiſtere, nihilque articulari quin ipſum quoque moueatur; nam motus non eſt de eſſentia articulationis; ſed tantum contiguitas extremitatum oſſium inter ſe l. cum motu l. ſine motu: *Columbi.* ſic Columbus pariter articulationis, & ſymphesis notionem, & eſſentiã omnino ignorauit; nam inter ſpecies ſymphyſis ſuturam, armoniam & gonphoſim enumerat, cum ſint enumerandę, inter *Falopij error.* ſpecies, tria indiuidua ſynarthroſis; poſtremo Falopius de ſynarthroſi mentem Galeni nõ eſt aſſecutus; nunquã enim exiſtimauit Galenus carnem inter duo oſſa ſeſe interponere, vt cartilaginem, ſed per carnes intellexit muſculos, per quos oſſa, aliis oſſibus contigua fiunt, vt *De numero oſſium.* patet ex Hipp. lib. de oſſibus. Numerus oſſium aſcendit ad centum ſeptuaginta vnum, & breuiter hic enumerabitur oſſium totius humani corporis catalogus, & diui- *Scheletos.* ſio: vniuerſa humani corporis oſſium ſeries dicitur ſcheletos, & diuiditur genericè in tres partes, caput, truncũ, *Oſſa capitis.* & artus: capitis nomine caluam, faciemq; complector: calua ſeu cranium, octo conſtat oſſibus, ſex propriis, & duobus communibus; propria ſunt os frontis, occipitis, ſimcipitis duo temporum. primum os communi & *Sphenoides.* ſphenoides; ſeu appellatum ſicuti forme, ſeu baſilare, ſeu os colatorii, ſeu os ſellæ, ſeu clinoides; *Ethmoides.* Alterum os commune dicitur ethmoydes in media frontis baſi poſitum, & ad ſummam naſi radicem intus fixum, quatuor conſtat partibus, prima interior eſt, & cribri modo perforata cribroſum dicitur, ſecunda criſta galli vocatur, tertia mollis eſt, rara, & fungoſa, & dicitur ſpongoides ſeu ſpongioſum os, poſtrema tenuis ſolidaq; portiuncula orbitam conſtituit: per os cribroſum deſtillat pituita per nares, & aer, et odores attrahuntur intus propter *De ſuturis.* cerebrum: illa octo oſſa cranei habent ſuturas tres proprias coronalem, ſagittalem, & lambdoidem, vt vapores, & excrementa expurgentur, vt meninges cerebri alligentur; tertio vt fractura vnius oſſis, alteri non communicetur quarto vt medicamentorũ externorum vis altius penetret ex Gal. 13. Methodi ſi figura capitis recte formetur, hę tres ſuturę apparẽt, ſi aũt vitioſa ſit, duę aliquando tantum cernuntur, ſæpe vt mulieribus; & qui carent his, dolore capitis ſæpe infeſtantur, iudicio, *Sutura ſpuria.* atque ratione deficiunt: communes ſuturæ quæ mendoſæ appellantur, duæ ſunt; prima occipitis oſſa ſphenoide linea tranſuerſa diſcludens ad caua temporum fertur deinde rurſus deorſum verſa & ad poſtremos dentes delata ad vicinas partes palati vſq; procedit. Altera ex cauis temporũ prodiens ad oculorum ſedes procedit per quæ eos medios tendens iuxta naſi medium *Os frontis.* iungitur: os frontis, barbari vocant os coronale, & inuerecundum, finditur in medio in quibus ſcilicet ſutura ſagittalis ad intercilium, & radicem narium pertingit, ſuperiori parte a coronali ſutura anteriori communi, quæ per mediam orbitam fertur, interſtinguitur: *Os occipitis.* huic opponitur os occipitis omnium craſſiſſimum & duriſſimum cõmiſſura lambdoide diffinitur. *Os ſincipitis.* quartum os ſincipitis humidiſſimum, & copioſiſſimum cerebrum ſub

ſe

Ossa temporum. *Ossa faciei.* *Dentium numerus.*

se continet, habet figuram quadrilateram: quintum, & sextum sunt ossa temporum: facies maxillam vtranque superiorem, & inferiorem continet, superior vndecim constat ossibus, inferior duobus tantum; vtrinque autem dentes. 16. per gomphisim articulantur, ex quibus quatuor sunt incisores, duo canini, & tres molares:

Principio de dentib. an hinc ossa.

quæritur de dentibus; qui dicti sunt ab edendo, an sint ossa vel non: Auenzoar putauit non esse ossa, quia sentiunt quia crescunt vsque quo homo viuit, & quia oriuntur post ortum in hominibus, nam in brutis vt inquit Arist. 7. de his ani: dentes in vtero formantur vt reliqua omnia ossa, in homine verò sinciput tenellum est, & dẽtes post editum fætum septimo mense oriri incipiunt,

Lac calidius exugẽtes citius dentes consequũtur.

& infantes, qui lac calidius exugunt, citius consequuntur dentes; sed improbantur rationes Auenzoaris, quia sensus, & motus non est de natura ossis, sed quid aduentitium,

Solutio. *Dentes.*

crescunt verò vt continuo propter attritũ resarciantur, reliqua verò ossa non atteruntur, regenerantur verò prædicti deperditi dentes, quia in maxillis continetur copiosissimum alimentum seminale, quod sensim, & sensim excoquitur ad productionem dentium, qui durissimi sunt, & sentiunt qualitates tangibiles primas; sed non incisionem;

Dentiũ definitio.

dentes igitur sunt ossa omnium durissima intus caua neruis, venis, arteriolisque prædita per gomphosim articulata: qui inseruiunt variis vsibus,

Vsus.

primo præparant cibaria ventriculo, incisorij seu primores incidunt, qui primo sunt vt inquit Aristot. canini dicti sunt duo: alij à figura vsu, & duritie molares seu lati à molendo, & dentes sapientiæ vocantur; quod 30. ætatis anno, & quarto septenario erumpant; quo tempore incipimus sapere ad vocis articulationem vtiles sunt, denticuli enim litteras R. & S. proferre nequeunt, & qui raros dentes habent malè loquuntur & breuioris vitæ sunt 2. de histor. an. c. 3. sunt etiam vtiles ad ornatum, & ad tutelam facutium, pulmonis, & cordis; impediunt enim aerem, ne ita frigidus percutiat, & lædat huiusmodi partes:

Radices dentium.

singuli dentes radices suas habent, incisorij, quidem, & canini, vnicam tantum, molarium verò alij duos, alij tres, alij quatuor; & maxillæ inferiori infixi pauciores, & minores sunt quia non sunt pendentes, sed in radices grauitate sua incumbunt: in superiori maxilla, quia mollior & rarior est, pluribus egent vinculis: aliquando contingit duplex, & triplex series dentium. sed hoc raro.

Truncus. *Spina.*

Truncus in spinam; costas, & os innominatum diuiditur: spina quatuor habet partes ceruicem, dorsum, lumbum, os sacrum & complectitur totum spatium, quod à prima ceruicis vertebra ad coccygem vsque extenditur, tota est quadantenus recta; sed ita vt nunc extrorsum, nunc introrsum incliner: à prima ceruicis vertebra; ad septimam vsque habet figurã inclinantem iutrorsum, vt exophago, & arteriæ asperæ substernatur, à prima dorsi vertebra vsque ad duodecimam figuram extorsum protuberitatem obtinet, vt organis respirationi dicatis cordi quippe ac pulmoni amplior relinquatur capacitas; Lumbi introrsum inclinant, vt cauæ descendentis & aortæ truncum fulciant; os sacrum cum rectitudine extrorsum protuberat, vt amplior locus hypogastrij, remaneat vesicæ intestino recto, & vtero inseruiẽs:

Vertebrarum numerus. *Quid habeant commune omnes vertebræ.* *Primo.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.* *Quinto.*

ceruicis septem sunt vertebræ, dorsi duodecim lumborum 5. ossis sacri sex & quatuor ossis coccigis; Quælibet vertebra habet corpus suum internũ, & crassum: deinde foramen amplissimum medullæ continendæ dicatum, tertio in qualibet vertebra tria apophyseon genera obseruãtur, sunt processus obliqui transuersi, & acuti. Quarto in qualibet vertebra, quinque sunt epiphyses, duæ in corpore, totidem in transuersis processibus, vnica in spina: postremo vertebræ omnes, si primam ceruicis, & vndecimam dorsi exceperis, per gynglimon articulantur.

Motus capitis triplex.

Motus capitis triplex est rectus obliquus & circularis, recti duæ sunt partes flexio, & extensio, flexio fit annuendo, extensio renuendo; obliquus motus in latera fit dextrum, & sinistrum: circularis compositus èx recta, & obliquo motus, qui annuendo, & renuendo fit, à capite, & secunda vertebra perficitur: obliquus in prima spondylis articulatione, circularis ex his duobus, quare errauit Columbus in motu capitis:

Costæ. *Cur cartilaginea.*

costæ 12. sunt vtrinque septem veræ, & quinque nothæ seu mendosæ: costarum fines ad sternum vergentes sunt cartilagineæ, tum vt thoracis constrictioni, & dilatationi, celerius obsequantur, tũ vt magis resistant fracturę: nothe adulteratæ, seu spuriæ illegitimæ, quia non habent perfectã cũ sterno articulationem, quinq; sunt minores & breuiores, vt relinquatur amplior locus iecori, lieni & superioribus intestinis:

Sternum.

os pectoris dicitur sternum, & desinit in mucronatam cartilaginem, ensiformen etiam vocatam seu malum granatum, seu os scutale; diafragmæ, & stomachum tuetur. ad os cauicula adest etiam & scapula.

Os innominatũ. *Artus duo*

ossis innominati partes tres sunt, ilium, ischium, & pubis: tertia superest scheleti pars, quam artus vocant, sunt autem artus duo, manus, & pes. manus in brachium, cubitum & extremam manum secantur; brachij vnicũ est os: cubitus radio constat, & cubito qui vocatur focile maius, radius vocatur focile minus:

Manus.

manus extrema in carpum, metacarpum, & digitos finditur: carpi ossa octo sunt, metacarpi quatuor, digitorum quindecim, quibus sesamoydea addere licet: carpus dicitur etiam rasetta, seu brachiale, metacarpus post brachiale, & palma: digiti articulantur per ginglymom: tota manus figurata & composita à natura constructa est gratia commodæ apprehensionis, vt valeat apprendere omnia apprensibilia, & organum organorum dicitur; tum quia apprẽdit omnia organa, tum quia fabricat omnia instrumenta; est etiam ad tutelam fabricata vniuersi corporis, & ad ornatum. Postremo ad ambulationem, vt in pueris.

Pes.

Pes in femur, tibiam, & extremum pedem diuiditur; femoris vnicum est os; tibiæ duo, peronæ & tibia cum rotula, os femoris omnium humani corporis ossium longissimum, & maximum, habet figuram rotundam & rectam, sed non exquisite, rotula appellatur & genu: Extremi pedis tres partes sunt pedium, metapedium, & digiti; pedi ossa septem sunt seu tarsi, metapedi; quinque seu metatarsi, seu plantæ digitorum decem os quatuor, & articulantur per ginglymom: his omnibus os ypsiloides, & ossiculũ cordis adiungamus; quæ cum ceteris articulationem nullam habent. hæc est ossium humani corporis breuis enumeratio:

Pedum vsus.

pedes inseruiunt ad motum progressiuum, vtiles sunt ad rectam figuram, & ad scalas ascendendas, & descendendas, ad apprehensionem etiam sed raro: simiæ enim proprium est pedibus apprendere, & voraciũ animalium. ad ornatum conferunt, ad expulsionem, & ad onera sustinenda, ad pluraque alia; de quibus Gal. & Arist. & anatomici recentiores longiorem sermonem habent.

De partibus dissimilaribus.
Cap. XXXVII.

Partes organicæ quatuor et earum diuisio.

HVmanum corpus diuiditur in quatuor partes dissimilares, seu organicas: prima & suprema pars dicitur venter superior, & est caput, quod continet cerebrum faciem & collum: secũda pars & medius venter est thorax, seu pectus, quod continet cor, pulmonem, asperam arteriam, pleuram, septum trãsuersum, costas, musculos, qui inseruiunt respirationi, & à iugulo vsque ad septum transuersum descendit; tertia pars seu venter inferior, est illa, quæ incipit à septo trãsuersa, & desinit ad os pubis, & continet ventriculum, intestina, iecur, lienem, renes, vesicam, vasa spermatica, vterum in mulieribus, quarta, & vltima pars dissimilaris, sunt artus nempe brachia in suprema parte, in infima verò coxæ, crura; & pedes.

De

De Cerebri anatome. Cap. XXXVIII.

INter partes dissimilares nobilissima est cerebrum organum organorum; & hac ratione in suprema parte locatū est,& tectū ossibus vndiq; munitumq; sensorijs tanquam custodibus, & ministris,quæ sensibilia ab extra intro ad cerebrum mittunt tripliciter considerari potest,vel vt est præditum anima vegetatiua,qua viuit vita plantæ & sic dupliciter etiam consideratur; nempe vt viuit sui tantum gratia dum attrahit alimētū, nēpe sanguinem, retinet illum,& concoquit propter sui nutritionem, & postremo excrementa nutritionis expellit; vel consideratur gratia alterius, quoniam attrahit sanguinem & spiritum, & aerem,retinet, concoquit gratia generationis spiritus animalis, & expellit excrementa,quæ remanserunt post concoctionem & generationem spiritus animalis. hoc duplici modo quatuor facultates,inseruientes animæ vegetatiuæ,attractrix,retentrix, concoctrix, & expultrix, operantur in cerebro considerato, prout præditum est facultate naturali;nēpe anima vegetatiua. Secundo animaduertitur cerebrum pro vt est ornatum anima sensitiua,& omnibus facultatibus eius tum internis, tum externis, & deniq; motiua facultate voluntaria, pariter cerebrum hoc pacto animaduersum prout sentit, & mouet anima sensitiua, & viuit vita meliori, vel tantum sui gratia hæc operatur,& eius finis est imaginari,& sentire sensibilia obiecta gratia suæ conseruationis vel operatur hæc gratia alterius; nempe gratia intellectionis, & hac ratione cerebrum primo modo consideratum, vt viuit vitā plantę,& generat spiritum animalem, inseruit imaginatiuæ, & omnia producit in gratia eius. Tertio,& vltimo consideratur cerebrum pro vt inseruit animæ rationali,& intellectioni, quæ est vltimus hominis finis generandi, & finis in quem natura intendit, dum hominem fabricat; viuit enim tunc cerebrum vita meliori, & perfectiori, dum speculatur, & intelligit, & se similem Deo quodāmodo conficit; in homine verò iam genito intellectio habet duos fines, vnum habet in hoc mundo dum speculatur verum, & ornatur virtutibus, moralibus humana fœlicitate fruitur, alterum habet post mortem, dum intellectus abstractus à materia intelligit verum,nempe Deum, & voluntas appetens summo appetibili fruitur, summo bono, & perfecta fœlicitate, quæ est Deus ipse, via, veritas, & vita,est perfectissime verum,& locupletissimè summum bonum:cum his tribus modis cerebrū valeat perpendi ab Anatomico, si expenditur prout à natura constructum est gratia intellectionis,omnes aliæ considerationes etiam animaduertentur; nam & dum viuit vita nutritiua, & dum sensitiua inseruit intellectioni,& omnes illæ facultates; tum naturales, tum animales gratia intellectionis,tanquam melioris vitæ efficiuntur; verum quis obiiciet, oportet hominem absq; vsu intellectionis viuere; multi enim stolidi sunt, & amentes, multiq; absq; rationis vsu, tanquam beluæ,& animalia irrationalia vitam traducunt, quare non est necessarius vltimus finis, nempe intellectio, dicendū ergo atque respondendū 3. esse fines à natura constructos in cerebro conficiendo,vnus est finis necessarius ad esse simpliciter, sine quo nec cerebrum viuit,nec homo,& est vt cerebrum nutriatur;& viuat vita vegetali. Secundus finis est melior vita, & necessarius, atq; magis perfectus vt sentiat atq; operationes sensitiuas, & motiuas producat,absq; sensu, & motu cerebri homo viuere non valet. Tertius finis est intellectio, & est dum viuit vita intellectiua, & intelligit, & hic finis non est absolute simpliciter ad esse necessarius: quia viuere potest homo absq; actu secundo atq; intellectione, sed est uita imperfectissima;dupliciter cōsideratur homo,vel vt est homo,& quasi imperfectus vel vt est perfecte homo:hoc secundo modo necessaria est ei semper intellectio,vnde Auer. inquit, homo sapiens differt ab homine insipiente, sicut homo pictus ab homine vero: si homo consideraretur imperfectè, & secundum apparentiam, & figuram tantum externam, nempe figuram erectam, caput, manus, pedes, non est necessaria omnino intellectio;sed tantum sensus, motus; & nutritio; quoad actum verum primū, & specificam formam semper, & necessario debet habere animam rationalem, quæ facit hominem specificè differre à cœteris animalibus;nam licet homo habeat in se animam rationalem, potest esse, vt ea non operetur impedita ab organis ei inseruientibus, nempe cerebro, spiritu animali sensibus internis, atq; externis; idcirco sicuti nutritio, & generatio spiritus animalis, & motus cerebri naturalis, qui fit per eleuationem, & depressionem ab expultrice, & attractrice cerebri naturali, vt expellat fuligines, & spiritum animalem, & excrementa, & attrahit aerem spiritum vitalem, & sanguinem, inseruiunt sensui, & motui, ita motus, & sensus inseruiunt ratiocinationi, cæteraq; mēbra corporis in gratiam cerebri à natura constituta sunt, in quo residet princeps anima. Cerebrum igitur erit membrum dissimilare compositum ex propria carne seminali, duabus membranis, arterijs, venis, & neruis, & glandulis à generatrice cerebrifica gratia ratiocinationis: Est dissimilare, quia secundum sensum, et rationē ex partibus specie inter se differentibus cōstructum est, vt patet ex enumeratione partium enarratarum in diffinitione: quare principalis pars erit statuenda propria caro, quæ erit principale organum, et domicilium omnium facultatum animæ vegetatiuæ, sensitiuæ, et rationalis, principalis inquam vt quo; principale verò, vt quod,concurrit cum reliquis partibus simul iunctis; nā hæ vel adiuuant, vel custodiunt,vel sunt causæ sine qui bus non cerebrum actiones prædictas moliri queat:spermatica est propria caro cerebri, & si deperditur,vel præciditur amplius non coalescit, vt docet Hipp. & Gal. 6. aph. 18. rarissime verò vulneratum ad sanitatem redigitur, præsertim si vulnus magnum sit, & profundum. Membranæ duæ sunt dura mater, quæ videtur, duplex & pluribus venis intertexta neruis, & arterijs ambit totum cerebrum,& posita est inter craneum,sequitur post hæc tenuis membrana pariter neruis, arterijs, & venis ornata quæ immediate tangit cerebrum, & ambit, & sese per varios anfractus, & ductus, & spiras ferè in mediam substantiam cerebri porrigit: sentiunt hæ membranæ exquisitissimo sensu,tuentur substantiam cerebri ab externis iniurijs, & continent, ne labatur diuiduntq; cerebrum in anterius, & posterius, quod vocatur cerebellum, anterius segregant in partem sinistram, & dextram,inuestiunt ventriculos,producunt speculum, falcē, & inuestiunt omnes neruos, & spinalem medullam, arteriæ, atq; venæ à iugularibus, & carotidibus propagātur in cerebrum, tum vt ducant spiritum vitalem,& calorem influentem ex quibus vnà cum aere attracto per nares, & os per attractricem naturalem cerebri generatur animalis spiritus: producunt arteriæ, & venæ in cerebro, primo plexum choroidem vocatum prope glandulam conariam, quæ est posita ad basim ossis basilaris in quo plexu choroide, qui est interfectio,& compositio multarum arteriarum, & venularum incipit elaborari, & præparari materia spiritus animalis, in loco nempe admodum frigido, & humido,vti est regio illa conariæ, hæc materia præparata permeat ad alium plexum venarum, & arteriarum, quod dicitur retiforme, vel rete mirabile, quod est positum ad basim ventriculorum cerebri anteriorum: & eo in loco adhuc magis elaboratur à materia spiritus animalis, quæ postremo in cauitates anteriorum vētriculorum ab ipsa cerebri substantia coctrice,& calido atq; temperie vltimam formam recipit, & tunc dicitur propriè animalis spiritus depuratus ab omnibus excrementis in prima præparatione, secunda, & vltima concoctione, & generatione, tunc in substantiam cerebri, & ventriculos permeat in anterioribus, finibus,

Cōsideratio cerebro triplex.

Secunda.

Tertia.

Dub.

Sol. Tres fines cerebri. 1. 2. 3.

Cerebrū solius gratia cia cōstructa sunt.

Definitio. Cerebrū est pars dissimilaris.

Pars principalis cerebri.

Seminalis

Dura mater.

Pia [illegible]

Vsus harū membranarum.

Arteriarum & venarum vsus.

Plexus choroides.

Spiritus animalis elaboratio

Rete mirabile.

Vsus spiritus animalis. sinibus, & anteriori substantia, quæ mollis est, potissimũ quæ inseruit sensui communi, imaginatrici, & memoriæ in parte posteriori, partis anterioris, in tertio ventriculo seu medio adhuc magis perfectus, lucidus, & quietus atq; in media substantia cerebri inseruit ratiocinationi. Tertio adhuc magis permeans ad quartum ventriculũ, quæ versus cerebellum, & spinalem medullam vergit, potissimum facultati motrici inseruit, & appellatur aliquando à Galeno perfectissimus spiritus iste vltimus, & perfectissimus sinus perfectione necessaria ad sensum, & motum, quoniam medius nobilissimus omnium est ratiocinationis gratia: eo ordine progreditur natura, quoniam sicuti sensibilia primo imperfecta materialia cognoscuntur, & ex his vniuersalia magis perfecta, & immaterialia eliciũtur, quę cognoscuntur ab intellectu, qui residet in medio cerebri, ita etiam spiritus, & partes cerebri primæ materiales, & imperfectæ magis sunt anteriores; perfectiores verò mediæ vt sensu, visus, & tactus percipi potest. *Nerui.* Neruorum septem sunt paria, vt alibi declaratum fuit, quę à cerebro originem ducũt, vt motiua, & sensitiua, & per hos neruos influit spiritus animalis, qui facultatem animalem sensitiuam, & motiuam in neruorum medullari substantia residentem ad operationem deducit, & hoc pacto sententia Hippoc. & Gal. interpretanda est asserens facultatem à cerebro animalem influere, quæ minime influit, sed quieta manet in cerebro, & medullari substantia neruorũ, sed per contactũ cerebri cum neruis virtus animalis conseruatur, & spiritus, qui vere mobilis est & fluit, & refluit, concitat facultatem ad operandum, è contra nerui etiam deferũt mediantibus spiritibus, & continuo contactu cum cerebro species sensibiles, & externa sensibilia obiecta, vt cognoscantur internè à sensu communi, & phantasia & postremo ab intellectu: hic est mutuus consensus cerebri cum neruis, & neruorum cum cerebro quoniam læso cerebro, lædũtur sensus & motus, pariter læso aliquo sensu particulari læditur cognitio interna sensibilium; glandula, quæ residet prope infundibulum, & ad basim ossis basilaris conaria appellatur, pituitam suscipit, quæ in cerebro generatur, & ne continuo profluat per os basilare, eam ibi retinet, tum vt refrigeret spiritum vitalem, & eum præparet ad generationem animalis spiritus; tum vt ad linguã demãdet pituitã sensim, & sensim & gustus pfectio euadat; efficiens ipsius cerebri est cerebrifica generatrix, quæ & determinatam substantiam, compositionem vnitatem, & qualitates atque temperies tribuit cerebro per alteratricem, & formatricem; finis nobilissimus, & vltimus vt etiam Arist. 2. de ani. appellauit intellectiuam potentiam vltimum, & minimum, est gratia intellectionis, hæc intellectio triplex est vel rerum speculatiuarum, & speculatiua dicitur, vt in scientiis vel actiua vt in morali philosophia, vel effectiua seu practica, vt in artibus, verũ de particulis, quæ constituũt cerebrum arterijs, venis, membranis, neruis, glandula, cum alibi dictum sit, solum in præsentia opere pretium esse videtur, vt de propria carne cerebri disseramus, & causis, & vsibus eius, quę tamen omnia ad finem vltima intellectionis esse vel melius conspirant: cerebri caro primo constat ex aerea, & aquea substantia à prædominio, quoniam debebat refrigerare spiritus vitales sanguinemque temperare, & esse domicilium, non solum facultatis animalis; sed rationis, quæ non ebullitione; sed quiete egent; præterea debebat recipere omnes species sensibiles phantasmata, & species intelligibiles, quæ sunt spirituales quædam immagines rerum, facilius q; recipiuntur in corporib. diaphanis vt sunt aer, & aqua: forma huius carnis cerebri intrinseca, primo prę ter quatuor elementorũ formas, quæ ibi cõmixtæ nouã formalitatem producunt, est forma mixti aquei, & aerei. Secundo ei superuenit anima vegetatiua, per quam cerebrum sanguinem copiosum in sui substantiam conuertit aqueam, & aeream, & se nutrit; subseruiunt huic nutritiuæ facultati; facultas attractrix, quę attrahit sanguinem retentrix, quæ retinet ipsum, cõcoctrix, quæ retentum transmutat in sui substantiam nutritionis gratia; postremo expultrix insurgit pro expellendis excrementis, quæ remanserunt post nutritionem; præterea anima hæc vegetatiua & quatuor prædictæ facultates ei subseruientes præter nutritionem, quę ad esse viuentis simpliciter pertinet, aliud opus præstant ad bene esse, scilicet ad generationem spiritus animalis, attrahit quidem attractrix spiritum vitalem, tenuiorem sanguinem, & aerem per nares, & palatum, dilatato cerebro: retentrix in retiformi, & retemirabili has materias retinet, concoctrix præparat, & tandem in cerebri substantia, & ventriculis vltimam formam, & elaborationem tribuit, postremo expultrix fuliginosa excrementa tenuia, & crassa expellit hic dubitabitur cur cerebrum, & quomodo moueatur; nam manifeste conspicitur in vulneribus capitis dempto osse cerebrum moueri sursum, & deorsum per eleuationem & depressionem putant non nulli; sed falso cerebrum moueri motu voluntario; nam licet sit fons & origo motus voluntarii, non tamen musculus est, nec possumus illud modo mouere modo quietum redere, velimus nolimus necessitatis gratia sępe mouetur, eget enim cerebrum aere, & refrigerio, qui vt attrahatur se eleuat per attractricem vim, vt fuligines, & excrementa spiritus, & spiritum ipsum per neruos diffundat, eget alio motu; nẽpe compressione seu dissensu: hoc pacto oritur hic motus, qui naturalis est & per facultatem attractricem & expultricem cerebri fit non ab animali motiua; confirmat hanc sententiam Gal. libro de odor. organo, cap. vltimo adiuuant hunc motum arteriæ, quæ continuo pulsant; sed tamen non sunt principales causæ huius motus; sed sola insita vis attractrix, & expultrix cerebri. Nutritiuæ animæ, superuenit sensitiua, qua cerebrum est fons & origo non solum quinque sensuum externorum, & motus voluntarii atque respirationis sed Tertio internarum facultatum sensus communis phantasiæ, & memoriæ, quæ facultates potissimum in cerebri substantia resident, & distinctis sedibus; atque locis vt dicemus infra; at cerebrum ipsum, quamuis præditum sit, his omnibus facultatibus animæ sensitiuæ, ipsum tamen non sentit sensu tactus, si tangatur, & quando Hippocr. & Gal. aliquando lib. de org. odo. cerebro sensum tribuunt, primo interpretandi sunt intelligere de sensu naturæ; vegetatiua enim anima quadam interna vi dicitur sentire quod familiare est, & quod noxium; præterea intelligere cerebrũ sentire, non immediate; sed mediate, quatenus est causa & fons, vt cęteræ partes, & membra sentiant, & cum à natura fuerit constructũ tanquam organum organorum, & receptiuum omnium sensibilium, debebat carere sensu proprio recipiens enim denudatum esse debet à forma recepta 71. secundi de anima, cum intus existens prohibeat extraneum 3. de anima tex. 4. Arist. confirmat hanc sententiam 3. de hist. ani. 17. de plac. c. 3. lib. 3. nam organum debet esse denudatum, & expers. omnis alienæ qualitatis, sentiunt tamen meninges inuoluentes cerebrum, neruique omnes extra cerebrum porrecti venæ & arteriæ disseminatæ per cerebrum quatenus inuestiuntur tunica quadam subtilissima membranæ naturam referente. Vltima forma, quæ substantiam cerebri possidet non educta ex potentia substantiæ cerebri elementaris, sicuti vegetatiua anima, & sensitiua, quæ materiales animæ & corruptibiles sunt, atque extensæ ad extensionem substantiæ, & omnino dependentes à corpore, est anima rationalis, quæ immixta immaterialis & incorruptibilis à Deo creata & infusa & ex Aristo. de par. ani. de foris aduenit, & 3. de anima cap. 1. vocatur particula, qua homo intelligit & sapit, impassibilis, hæc in quam anima licet non educatur de potentia substantiæ cerebri, eget tamen cerebro tanquam sibi accommodato domicilio cælestibus ornamentis puritate, luciditate, splendore, eminentia, tum substantia cerebri, tum spiritus animalis etherei lucidissimi, qui est organum non solum animæ

Marginal notes (left column): *Quomodo facultas animalis à cerebro influat.* — *Mutuus cõsensus cerebri & neruorum.* — *Conaria.* — *Efficiens cerebri.* — *Finis. tex. 3.* — *Caro cerebri.* — *Tẽperies.* — *Vsus.*

Marginal notes (right column): *Dubitatio de cerebri motu.* — *Solutio.* — *Cerebrum mouetur propria vi.* — *Sensitiua anima.* — *Cerebrum non sentit neque intelligit.*

animæ sensitiuæ. sed ēt rationalis potissimū dicitur residere in media cerebri substantia, quia hæc media pars nobilissima est, & mediocritate gaudet; non enim ita mollis frigida, & humida est, secuti anterior pars, non ita dura, crassa, atque frigida, vt posterior; sed modice calida, modice mollis, & mediocritate inter mollitiem, crassitiem, & tenuitatem, frigus & calorem fruitur.

Sicut cerebrum.

Situm est cerebrum in eminentissimo loco, vt ab in iurijs se vendicaret, deinde vt sensibus præsertim visui & auditui, qui in altiori loco debebant esse locati, vsum præstaret. Tertio vt longinquum à partibus excrementitiis, & terreis nutritioni deditis extaret, & à partibus calidissimis, & ebullientibus; quoniam hæc vt phreniticorum exempla & insanientium docent, interturbant cōtemplationem, & cognoscitiuas animas, quæ quiete, & tranquillitate, locoque frigido magis gaudent; hac ratione Virgilius cecinit sub tegmine fagi; & Poetæ aiunt Palladem ortam esse ex cerebro Iouis; vltimo quia vallatum est ossibus;

Magnitudo.

Magnum est cerebrum hominis, & magnitudine excedit animalia bruta, bouem equum, asinum, leonem; nam homo non solum animæ sensitiuæ actionibus; sed intellectiuæ operam dat, studiis incumbit, die nocteque: quapropter magnum expostulabat cerebrum, vt copiosos spiritus animales gigneret, vt cauitàtes magnas haberet, vt attemperaret spiritum vitalem feruidum, & hinc cor, vt motus magnos voluntarios & præsertim respirationis excitaret, vt humiditatem cònseruaret, ne à nimio motu, & laborum studiorum, & cogitatione exiccaretur, postremò in maiore quanto maior est virtus, maiores & vehemētiores produceret actiones sēsitiuas, motiuas, & rationales;

Figura.

figura eius sphærica est, vtrinque ad latera depressa, vt hac figura magis tutum esset, magis capax, & similimum mundo, & Deo, cum in ipso cerebro debuisset residere anima diuina, & cælestis; hanc figuram obtinuità natura propter hos vsus, non autem ab ossibus continentibus, immo quia cerebrum hac figura ornatum fuit; ossa capitis etiam similem illam figuram obtinuere: conueniēs est, vt ignobilius inseruiat nobiliori, & nō e contra; quare falso nonnulli putarunt cerebrum habere talem figuram quia capitis ossa, primo talē obtinuere, imo e contra dicendum, ossa capitis sic constituta fuere, quia cerebrum intus, ea figura cōformatum fuit.

Cōtra Lauren. l. 10. Anat. c. 9.

Partes.

Vnum est cerebrum quia vnitate gaudent omnia cælestia, pluralitate corruptibilia 12. Metaph 49. deinde quia vnicum æque, & bene potest omnia munera perficere, duplex dicitur aliquid membrū qn̄ quod inuenitur in vna parte, in altera etiam idem inuenitur, hac ratione dicitur duo oculi, duæ manus, duo pedes, quia eadem substantia quæ reperitur in oculo dextro, eadem mēt specie, sed non numero reperitur in sinistro, & sic dicendum de manibus & pedibus, & auribus, cerebrum tamen diuiditur in duas partes licet vnicum sit, in partem anteriorem, & posteriorem quæ vocatur cerebellum, & durius, & crassius est, tanquam apendix cerebro anteriori, & spinali medullę vt custodiret cerebrum & spinalem medullam, & spiritum animalem conseruaret, qui transit à cerebri sinibus ad spinalem medullam: est decupulo minus cerebro; colorem subcineritium habet; & quatuor partes, duas laterales quasi globulos, & duas in medio constitutas, quarum vna vocatur processus vermi formis, & retinet meatū anteriorem, à tertio ad quartum sinum apertum; Altera pars, seu processus versus quartum sinum reflectitur ad spinalem medullam, quē reseratum conseruat, & hæc de cerebello.

Cerebellū.

Cerebrum arterius.

Cerebrum anterius, quod proprie cerebrum appellatur; diuiditur in partem dextram, & sinistram, vt facilius se tueatur ab iniuriis: superficies mollis est atque lenis, vt facile possit euitare pericula; deinde ne exiccetur à membranis vt transitus facile præbeat meningibus, inæqualis est ob diuisionem in dextram & sinistrā partem, ob tutelam, vt læsa dextra illæsa remaneat sinistra, variis sinibus, spiris, & anfractibus inæqualis existit; tum vt aer facilius penetret vndique, tum vt excrementa facilius transpirent, tum vt leuius sit, & motui magis accommodatum, postremo vt sanguis per arterias & venas, hoc pactò anfractuose per spiras deductus, magis elaboretur, & aptas nutritioni substantiæ, aqueæ & aereæ, tandem vt sanguis, per hæc loca angusta & labyrinthos, ex illis vectus minus ponderositate sui grauaret cerebrum, & ventriculos substratos: copiosiores sunt spiræ, & anfractus in anteriori cerebro, quam cerebello, ob præstantiam cerebri mollitiem, & leuitatem; deinde profundæ sunt vsque ad medium ferè ob causas superius allatas;

Cur anfractus illi in cerebro.

Pori.

porosum est cerebrum, quia aereum, & aqueum est, & spiritibus refertum vt leuius foret, & excrementis aditum præberet, cauitates seu sinus ventriculos, labyrinthos, cōcamerationes quod idem est, quatuor obtinuit, duo sunt ventriculi anteriores, vnus dexter, & alter sinister, & maiores cæteris sunt, ad figuram curuam separantur inter se per medium sæptum, quod lucidum speculum appellatur; & est membrana lucida; in his duobus elaboratur spiritus animalis qui postea diffusus per cerebri substantiā, inseruit potissimum animæ sensitiuæ: in parte posteriori versus cerebellum simul coeunt, hi duo ventriculi, & per processum quendam communem, seu canaliculum, tendunt ad tertium ventriculum seu medium; qui profundior est aliquantulum perfectiorem spiritum animalem reddit, qui raciocinatrici potissimum inseruit, & mediæ cerebri substantiæ dicatur: adest corpus callosum, quod ex substentaculum diuidens ventriculos anteriores à tertio; præterea ab hoc tertio est canalis, qui producit spiritum animalem, ad quartum, & vltimum ventriculum, qui est ad spinalem medullam; in qua via à tertio ad quartum sunt hæ particulæ: primo reperitur conarium, quod est glans quædam, quæ vasa substentat venarum, & arteriarū procedentium per illam regionem; à tergo conarii sunt duo corpuscula duriuscula, & rotunda, quę nates appellantur, sub quibus testes apparent, adest magis substratus arcus, & pons, & hæ omnes particulæ inseruiunt structura, & conformatione, vt spiritus animalis transitum liberum habeat ne obstruantur cauitates, & processus; deinde vt aliquando claudantur per motum cerebri, & prohibent ne excrementa prolabantur in cauitates, & ne impetuose ruat spus aīalis vel in aliqua pcussione cerebri, vel in circulari ambulatione; et hæc omnia obtinuit cerebrum à formatrice ipsius; ab alteratrice vero consecutum est temperamentum et quæ consequuntur temperamentum, scilicet duritiem, mollitiem, leuitatem, crassitiem, tenuitatē, deinde ab opaco, et diaphano lumine colorē.

Cauitates 4. seu ventriculi.

Septum lucidum.

Corpus callosum.

Conarium.

Nates.

Testes.

Qualitates cerebri.

Temperamentum.

Tēperamēto frigidū est, et humidum, si absque calido innato, et spiritu vitali consideretur, et tamen frigiditate præditum est, vt sit calidius, tamen æstiuo aere vt inquit Galen. 8. de usu par. 13 8. de plac. per hanc frigidam temperiem concoquit sanguinem pro sui nutritione, spiritus animales gignit, tanquā pro instrumento inseruit naturali facultati, attemperat spiritus vitales nimis feruidos, & maxime conducit actionibus animæ sensitiuæ, & rationalis ex Gal. 8. de vsu part. 13. substantia eius calida, & alba adiuuat luciditatem spiritus animalis aerem attrahendo, & sanguinem: mollities est vtilis vt spiritus magis tenues euadant, tum vt idolorum, specierumq; facilius fiat impressio, & vt flexiles magis sint nerui, & ne grauet pondere suo; præterea habile est ad recipiēdas fluxiones, & transmittendas, vt docet Galenus de sanguinis mis. cap. 8. leuitas conducit, vt facilius fiat motus sursum, & deorsū, possit attolli, & deprimi, diuersum tamen aliquibus in locis apparet secundum magis, & minus; nam partes, quæ sensui inseruiunt, & prope, molliores videntur; quę procul, et motui duriores, q̄ sensibilibus pro phantasmatibus recipiēdis, humidiores apparent, quæ intelligibilibus mediocri mollitie affectæ sunt, quæ memorię sensibilium non duritie terrea, sed glutinosa substantia, ac cerea præditæ sunt; aqua enim & aer licet facilius recipiant

Substātia. Mollities & leuitas.

piant

piāt imagines, n̄ tñ eas ita accōmodate cōseruāt, vt cera.

Pro exacta anatome cerebri, & omnium eius operationum cognitione tria erunt expendenda quæsita.

Quæsitum de principe sede animæ, sed anima medicorum opinio. Peripateticorum. Concil.

Primum quæsitū est de principe sede animę; nam de hac varię sunt opiniones Medici, vt plurimū censent residere in cerebro, & per consequēs cerebrū esse præcipuā partē totius corporis; ē cōuerso Peripatetici arbitrantur inter principes partes cor primatū obtinere, alij verò in mēbranis cerebri, alij in diaphragmate posuerūt animā; verū Arist. sententia, & medicorū facile conciliare possumus, nā cor appellabitur pręcipua pars, quatenus est prīcipale organū spiritus vitalis, & caloris influētis, tanquā causa sine qua nō ceteræ partes viuere possent; ideo ablato calore influente, & spiritibus vitalibus moritur homo, & hac rōne etiā Gal. dixit li. de l. aff. lęso corde, lęduntur ceteræ partes; at non ē contra; quia ad esse simpliciter necessariū tāquā causa sine qua non est cor præcipuū; vnde etiam Gal. 2. de rat. vic. com. 49. inquit velocissimæ fiunt „ mortes corde patiēte, deinde affecto cerebro, tardissimæ „ offenso hepate: respexit tūc Gal. intēperiē cordis, q̄ labefactata nō valet gignere spiritū vitalē & calorē influentē; idcirco ratione intēperiei, & spirituū tribuit primatū cordi; alibi verò 7. met. 13. respiciens ad motū voluntariū, quo egemus dū sani sumus, & ad respirationē, qua me„ diāte motus cordis cōseruatur, pariter gignitur spiritus „ vitalis, & calor influēs, asserit cerebrū habere par momē„ tū ad vitā cū corde, quia si auferat motus cordis, & tho„ racis extinguitur calor, cordis, & vita. Ex altera parte recte sentiunt Medici cerebrum esse principem partē simpliciter, non autē adiuuantē, vel causā sine qua non, vel custodiētē, quia residet aīa rationalis, & sensitiua in cerebro principaliter, vt docet Gal. 3. de loc. aff. cap. 4 Hip. lib. de morb. sacro, & Gal. primo d sym. cau. cap. vlt. nā lęso cerebro principaliter ceteræ partes quo ad sensū, & motū lędūtur, & imaginatio, & ratiocinatio offendūtur: præterea organa principalia in capite sita sunt, vt aures, oculi, nares, lingua; præterea auxilia admota cerebro opem læsis actionis animalibus ferunt.

An diuersas, sit locus facultatum in cerebro Arabum opinio. Græcorū.

Secundum quęsitum est an facultates in cerebro loco diuerso sint positæ, Arabes dicunt in anteriori parte cerebri residere sensū cōmunē, & imaginatiuam, in media rationalē, in posteriori parte memoriā; Græci verò non ita manifestē sententiā declarant; vnde plures eorū asseclæ asserunt oēs facultates in eodē loco cerebri residere, & sępe Gal. dixit eandē animam recordari, imaginari, & ratiocinari; attamen verior apparet sententia statuēs facultates in cerebro sede distinctas esse, nam primo earū obiecta varia sunt; ergo variæ sedes, secundo variæ sunt operationes, ergo loca distincta. tertio distinctæ sunt facultates; ergo distinctis organis egent, visiua facultas oculos exoptat, auditiua aures, gustatiua lingua. pariter

Prima approbatur opinio.

imaginatiua in cerebro distincta à memoria, & ratiocinatione optabit distinctos spiritus, & distinctam partem cerebri, quæ erit anterior pars cerebri, magis humida, mollis, & frigida; nam hæc facultas inseruit sensibilibus formis, & speciebus, atq; materialis operationem magis crassam, & terrestrem efficit, ratiocinatrix verò pura, & immaterialis puros spiritus, & sedē exoptat, q̄ est media ī anteriori parte cerebri, quę pars pura est, mediocri crassitie, mollitie, & tēperie fruens. Memoria, quæ recipit, & cōseruat memorabilia, residet in vltima parte anterioris cerebri; nā hęc crassior est. & viscidior crassosq; & viscidos spiritus obtinet, & hęc omnia inseruiunt receptioni, & conseruationi specierū, præterea læditur sępe imaginatiua, vt 4. de loc. aff. cap. 2. & c. 3. l. de diff. sympt. exēplo Theophili, qui imaginabatur in cubiculo adesse tibicines, recte tamen ratiocinabatur iubens eos expelli, alter phreneticus ex Gal. fuit, quod omnia vasa nominatī narrans recte se habebat circa imaginationem, & sensitiuā notitiā illorū vasorū, male tamē ratiocinabatur proijciēs per fenestram vasa illa, & tandē puerū: ecce quomodo in primo exemplo imaginatiua facultas errabat illæsa manente ratiocinatrice, ē contra in secundo exemplo, vnde patet facultates esse distinctas loco; nam si omnes in eodem loco essent, læsa imaginatrice in anteriori ventriculo etiā læderetur ratiocinatio; quando verò dicitur ani- *Obiectio.* mam, esse in toto, & totam in qualibet parte, interpretādum habere in parte omnes facultates; si adessent etiā *Solutio.* organa propria determinata; nam si oculus esset in pede, ibi fieret visio, pariter licet anima, sit tota in qualibet parte cerebri, tamen non in qualibet parte sunt determinata instrumenta, & conuenientia: anterior pars cerebri est accommodatum organum imaginatrici, media ratiocinatrici, & postrema memoratrici; nam magis specificantur in proprijs instrumentis, & organis à natura paratis, vt in corde, vitalis & irascibilis materialiter magis apparet, in hepate concupiscibilis, & nutritiua anima, in testibus generatrix, in cerebro verò sensitiuæ facultates, & ratiocinatiuæ; vigent enim actiones propriæ illarū facultatum in singulis mēbris enarratis, gratia igitur vitæ simpliciter tāquam causa sine qua non, & tanquam causā cōmunis, & vniuersalis, cor est appellandum prin- *Epilogus.* ceps pars; gratia commodioris vitæ, & perfectioris cerebrum; necnon etiam testes gratia speciei propagandæ.

An intellectio, imaginatio, q̄ memoria à temperie magis, q̄ compositione cerebri producantur.

Tertium quæsitum an intellectio, imaginatio & memoria producatur magis à temperie cerebri, quā à compositione, & vnitate, dicēdū has actiones, & operationes principaliter tanquā à principio, vt quo fieri ab aīa, sensitiuas actiones ab aīa sensitiua rōcinationem verò ab anima rōnali, instrumentaliter verò, vt docet Gal. 8. de vsu par. 13. intellectio producitur potius à temperie cerebri, quam à compositione, & vnitate, docet etiam in arte medicinali cap. de signis cerebri, tēperiem cerebri, frigidam & humidam stultitiam parere, segnes actiones, nimis calidam instabilitatem; moderatā verò maximē cōferre ad optimam intellectionem producendam; immo aliquando Gal. ait mentem alterari, quando temperies al-

Anima quō temperies Gal.

teratur, quasi innuens temperiem esse animam; sed vt ad Medicum pertinet, qui considerat, quod præsens potest seruari, & absens restaurari, illud verò est temperies, compositio, & vnitas; ideo asseruit temperiem esse medicam formam hominis sanabilis, vel ægrotabilis, non autem vt Philosophus, qui humanum corpus animaduertit sub ratione cognitionis, & pro vt à natura constitutum est; qua propter cerebrum principaliter concurrit per temperiem tanquam instrumentum principale ad actiones tam sensitiuas, quam intellectiuas obeundas; secundario verò concurrit etiam per compositionem, & vnitatem tanquam causas adiuuantes, & custodientes, quæ omnes causæ simul iunctæ concurrūt ad perfectas operationes faciendas; nam totum cerebrum, vt quod concurrit adæquate ad absolutas operationes formadas, quæ suppositorum sunt 2. de anima t. 25. 26. vsus ergo, & vtilitates, quæ proueniunt à cerebro gratia actionum sensitiuarum, & intellectionis non solum à temperie cerebri pendent; sed à compositione, & vnitate, sicuti superius conspicuum est, dum causas temperiei cerebri cōpositionis, & vnitatis reddebamus, & hæc satis.

De oculorum anatome. Cap. XXXIX.

Explicata cerebri anatome, quod est sensorium omnium sensoriorū, & princeps domiciliū animæ, qua homo phantasiatur; memoratur, intelligit, ac sapit, & qua exercet omnes motus voluntarios & sensus externos quinq; horum sensoria, seu instrumenta, ac membra, in quibus exercentur sensus isti particulares pertractanda sunt, & primo de oculorum anatome agendum, qui gratia visionis fabricati fuerunt à natura nobilissimi, tum ob visionem, quæ est actio ma- *Vsus oculorum.* xime spiritalis, & cælestis in instanti producta, mediāte lumine, interno, externoq;, tum quia figura tunicis humoribus spiritibus, & calido innato imitatur sphæras cœlestes, & in sublimi loco prope cerebrum positi sūt, tanquam speculatores, ad noxas arcendas ad cœlum inspiciendum, & mirabilia Dei producta, atq; ad species visibiles, & colores, figuram, magnitudinem, motum, quietem,

quietem, quantitatem, numerum ſenſibilium, & viſibilium, vtiliſſimi etiam ſunt oculi, vt inquit Ariſt. c. 2. de ſenſ. & ſenſ. primo metaph. cap. 1. quia ſenſus viſus tum gratia vitæ commodioris, tum nobilioris con„ducit; maxime enim cognoſcere nos facit, & appellatur „ inuentor diſciplinarum, & multas differentias manife„ ſtat; præ ceteris omnibus ſenſibus ſenſum viſum diligimus, quia maxime conducit vitæ noſtræ; appellatur 3. de vſu p. c. 10. 8. de vſu p. c. 1. oculus ſol, ſpeculator, anima, & index omnium affectuum internorum animæ; nam videmus quoquo pacto in oculis reſidere gaudium, lætitiã, dolorem, triſtitiam, ſanitatem, hilaritatẽ, amorem, vt docet Gal. 1. ad glauc. Hip. 6. epid. com. 4. Ariſt. etiam in probl. & lib. de phiſiogn. actiones, & mores hominis naturales, atq; inclinationes manifeſtat ex oculorum colore, figura ſitu, magnitudine, motu, ſplendore, & opacitate, pariter. Hip. lib. 2. prog. ex his enarratis, atq; ex alijs nempe lacrymatione tenebroſitate, ſplendore, motu, & quiete, præſagit mortem, vel ſalutem ægrotantis: qua propter diligenter inſpicere debet Medicus oculos atq; eorum anatomen inquirere: perpenditur ab anatomico oculus, tum vt eſt membrum diſſimilare, & viuit alente anima, qua nutritur, attrahit alimẽtum, retinet, & expellit; nam nutritio ſupponitur primo tanquam fundamentum cęterarum actionum motiuarum, & ſenſitiuarũ; hac ratione dixit Ariſt. 1. de ani. 65. ſi ſenex haberet oculum iuuenis, videret vt iuuenis, quia ſenes oculos habent non optima nutritione, & temperie, „ conformatione, & vnitate confectos, ſicuti iuuenes ob defectum ætatis, calidi innati, & influentis; vnde etiam temperies, compoſitio, & vnitas, quæ faciunt, & conducunt ad viſionem commodam, & meliorem viſionẽ, defecerunt à ſtatu naturali, & vigore, quo præſtabant in iuuentute: perpenditur ſecundo oculus non pro vt nutritur; ſed prout videt, & eſt viſionis origo: gratia cõmodæ vitę, vt in animalibus brutis, in quibus viſio vtilis eſt, tum vt nocua expellãt, & fugiant, tum vt iocunda proſequantur ad vitam neceſſaria, & vtilia; tertio perpenditur gratia melioris vitæ quando viſio conducit in homine, præſertim ad cognoſcendas varias differentias viſibilium, quorum cognitio intellectui inſeruit; nihil. n. eſt in intellectu, ꝙ prius non fuerit in ſenſu, ex proem. Metaph. 2. poſt. c. vlt. 3. de anima 39. ſed ſenſus viſus maxime omnium cognoſcit, & maximas differentias; & plures; quare maxime commodus videtur cognitioni intellectiuæ; nam hæc & à lectione librorum, & à mathematicis figuris, & ab artibus omnibus coloribus, atq; à ſenſibilibus communibus quinq; magnitudine ſcilicet figura, numero, motu, quiete, & ſitu, rei ſenſibilis cognitionem auſpicatur, non ſolum enim oculus repræſentat colorẽ, ſed magnitudinem rei coloratæ, eius figuram, numerum motum, vel quietem, eius ſitum an profundum, vel non, propinquum, vel diſtantem: De oculis igitur agendum erit gratia viſionis non ſolum commodæ vitæ, ſed perfectioris, & non ſolum de viſione abſoluta, ſed commoda, vel meliori viſione, & cauſam reddemus, cur à natura omnes partes oculi creatæ ſint, gratia viſionis, & cur vna tantum princeps pars ſit viſionis, reliquæ verò ſint vel adiuuantes partem principem; vel cuſtodientes eam, vel cauſa ſine qua non pars princeps poſſet viſionem obire bene, vel melius; nam viſio vel ſit abſolutè, quo ad eſſe ipſius viſionis, vel poteſt fieri melior; nam aliqui vident, & aliqui melius vident, datur enim latitudo in viſione, vt alia ſit viſio, alia ſit melior viſio, & quælibet viſio vel ad eſſe ſimpliciter hominis, & animalis, vt in brutis, vel ad melius etiam eſſe, vt in homine, quatenus confert phantaſiæ, & intellectui ſpeciebus viſibilibus adminiſtratis; ex diffinitione, itaq; oculi manifeſtabitur forma, materia ex qua, cauſa efficiens, & finis ipſius oculi à natura fabricati, & eſt membrum diſſimilare conſtans tunicis, humoribus, muſculis, caruncul is, venis, arterijs, & neruis, cartilaginibus, corporibus glandulofis, palpebris, & propria vi ocularia gratia viſionis; dum aſſerimus eſſe membrum diſſimilare, adnotamus eius formam: materia ex qua conficitur ſunt particulæ illæ enarratæ in diffinitione, venæ, arteriæ, nerui, & aliæ; efficiens cauſa, & forma eſt vis ocularia, quæ erat in ſemine, & potuit formationem, compoſitionem; & temperiem talem tribuere oculo, & ei genito dat eſſe: finis gratia cuius, & partes enarratæ ſimul vnitæ ſunt, vt totus oculus conformatus, eſt viſio, præterea ſimul eodemq; tempore explicabimus, ſingulas partes huius diffinitionis, & cauſas reddemus, cur à natura ſint fabricatæ, & per quod ſint vtiles viſioni; idcirco venæ oculorum originem ducunt à venis iugularibus, & arteriæ à carotidibus, vtiles ſunt, primo tanquam cauſæ ſine qua non, nam non poſſet fieri viſio, niſi nutrirentur partes viuentes, & calor earum partium conſeruaretur mediantibus arterijs; adiuuant etiam, & cuſtodiunt ſpiritum animalem viſiuum; plurimæ ſunt arteriæ, & venæ in oculis, atq; minimę, vt facilius nutriant vniuerſum oculũ, ſanguis ipſe magis concoquatur, & tenuior euadat; atq; vt oculum frigidum, & humidum conſeruent, hinc facile alterantur oculi, & vaporibus pleni ſunt, & facile inflãmantur: menſtruales mulieres oculorum acie, & vaporibus teiris ab oculis expirantibus vinum, & acetum corrumpunt, & intertubant, & aliquando faſcinationem, ac malam labem in puellos, & tenera corpora impartiunt: muſculi mouentes oculos, ſex ſunt, quatuor recti, & duo obliqui, primus rectus ſurſum attollit oculum, & ſuperbus appellatur, alter deorſum trahit, & humilis dicitur; tertius ad lœuam partem, & dicitur indignatorius, quartus ad dextram, & dicitur bibitorius, duo obliqui, qui obliquè girant oculum per trochleam, amatorij appellantur, & oblique inſeruntur in coniunctiuam tunicam, datur etiam ſeptimus muſculus in animalibus brutis, quæ prona ſpectant terram, & firmum tenent oculum; vnde tonicus appellatur; hi omnes muſculi originem ducunt ab interna orbita, & inſeruntur in coniunctiuam tunicam oculi; habent neruos, à ſecundo pari, qui ſunt in cauſa motus, conferunt hi muſculi ad uiſionem ſimpliciter, ut in animalibus brutis, quia ex diuerſitate motus diuerſa poſſunt proſpicere obiecta, nocua fugere, & iucunda proſequi, & quæ ſurſum, & quæ deorſum, & quæ ad latera, atq; obliqua, & ſunt partes adiuuantes ad eſſe uiſionis, & ad bene eſſe; adiuuant etiam nobiliorem, & commodiorem uiſionem, ut in homine, quoniam ex diuerſis motibus maiores differentias ſpecierũ poſſunt cernere, & ad intellectum deferre; neruorum duo ſunt paria, quæ ad oculum tendunt, ſecundum par defertur ad muſculos, & defert motũ, & ſenſum tactus, originemq; ducit à baſi anterioris cerebri partis, alterũ par etiã oritur ab eodem loco, ſed magis anteriori, & uocãtur hi nerui uiſorij ſeu optici, qui molliſſimi sũt nerui ſubſtantia poroſa & molli, atq; etiam meatu, & cauitate patenti, ut inquit Gal. 10. de uſu par. 1. de ſympt. cau. c. 2 per quã fluit ſpiritus animalis copioſiſſimus, & lucidus ad oculos, quemadmodum patet manifeſtiſſime ſi unus oculus claudatur ex maiori copia ſpirituum, quę cõfluit ad alterũ oculum apertum: plures utilitates emergũt ex ipſis neruis opticis aliæ ſunt adiuuãtes, & cuſtodiẽtes, ſicuti dũ ex tunica externa neruorũ generatur tunica cornea oculi ſilirodes uocata, que eſt duriſſima ad tutelam partis principis, lucida atq; diaphana, ut facilius ſpecies ꝑtranſeãt ad partẽ principẽ: ita ex altera tunica neruorũ tenui appellata oritur interna tunica uuea ſeu ragoides appellata, quæ tenuiſſima eſt, & cęruleo, & ſubnigro colore ſuffulta, ut tueatur chryſtallinum, & ſpecies viſibiles ex illa opacitate magis eluceant; & facilius cognoſcantur: producit hęc tunica circulum iridem in oculo, qui non undiq; circumambit oculum, ſed locũ pupillę uacuum relinquit, ut poſſint ſpecies penetrare; tertia tunica oritur ex medullari ſubſtantia nerui, & hæc expanſa, ueluti tela aranea appellatur aratnoides,

Oculi internos omnes affectus exprimunt.

Conſideratio prima oculi:

Cur ſenes non videãt vt iuuenes

Secunda.

Tertia.

Quæ cognoſcat oculus.

Viſio eſt ad eſſe ſimpliciter ad melius.

Definitio oculi.

Materia.

Efficiens & forma.

Finis.

Venæ in oculo, & arteriæ.

Oculorum mulierũ menſtrualium effectus.

Muſculi

Cur uno oculo clauſo alter dilatatur.

Tunica. Cornea ſiue ſilirodes.

Vuea, ſiue ragoides Iris.

Retiformis ſeu aracnoides.

ides, ſeu retiformis, ſeu ciliaria, nam tenuiſſima, & molliſſima eſt facileq; diſrumpitur; hæc ab anatomicis in duas diuiditur, vna ambit humorem vitreum, qui in poſtrema parte oculi ſitus eſt, altera ambit cryſtallinũ humorem, qui reſidet in medio huius tenuiſſimæ tunicæ

Retiformis vſus. Eſt principalis pars viſionis.

retiformis, vſus plures ſunt, primo cuſtodit cryſtallinũ, & vitreũ humorẽ; ſecundo ducit ſpiritum aīalem, tertio vt ego cenſeo cũ Auer. 2. collig. c. 15 eſt principalis pars viſionis, non autem cryſtallinus, vt multi cẽſent, niſi velimus accipere chryſtallinũ vnà cum tunica ipſa ciliari, quæ cum tenuiſſima ſit, & molliſſima puritate, ac luciditate ſimillima cryſtallino humori, videtur ferè conficere vnam ſimilarem partem tantum vnà cum cryſtallino; nam illa erit pars principalis in membro diſſi-

Prima ratio.

milari ex Galeno, quæ ſimilaris eſt, & ſubſtantiam propriam non alibi inuentam habet; præterea, obtinet in ſe

2\. primo, & principaliter facultatẽ, qua producitur actio principalis illius membri diſſimilaris; ſed in medullari ſubſtantia nerui, pariterque in tunica illa aranea reſidet facultas animalis ſenſitiua, quæ in oculo appellatur viſiua, non enim poteſt hæc facultas alibi exiſtere, quam in

3\. cerebro vel medullari ſubſtantia neruorum, quæ eadem eſt cum cerebri ſubſtantia: præterea nullibi in corpore humano reperitur ſimilis tunica, & ſimiliter conflata, ex medullari ſubſtantia nerui; quapropter viſio fiet ab illa retiformi tunica quæ valet non ſolum recipere formas viſibiles, ſed facultas ibi reſidens eas iudicare; hæc itaq;

Coniunctiua, ſiue adnata.

eſt ſenſorium viſus: quarta tunica ſeu quinta externa eſt illa, quæ vocatur coniunctiua, & alba eſt, carnoſa & prima ſenſui apparet originemque ducit à pericraneo; appellatur, etiã adnata, in qua inſerũtur omnes muſculi dicti, vocatur etiam funda ab Alexan. Bened. tres vſus habet, primo tuetur, oculns ab oſſibus ne lædãtur. ſecundo connectit oculum capiti, tertio firmat muſculos omnes, ut diuerſimode moueant oculum, hæ ſunt quatuor tunicæ oculi: alij ẽt octo tunicas ponunt alio nomine nuncupãtes tunicas, quæ ſunt in anteriori parte, & alio, quæ ſunt in poſteriori; ſed fruſtra multiplicantur entia ſine neceſſitate, cum tunicæ, & in anteriori, & poſteriori parte habeant eandem ſubſtantiam: ex his tunicis, & ea-

Circuli 7.

rum ſitu, & configuratione oriuntur ſeptem circuli in oculi anteriori parte, primus circulus eſt vbi deſinit con-

Primus.

iunctiua tunica, & maior eſt oībus, & relinquit corneã diſcoopertam, vt luciditate, tenuitate, ſplendore, poſſit facilius ſpecies recipere aerem, & externum illuminatum, nec non radios viſorios emittere: ſecundus circu-

Secundus.

lus fit à tunica ragoide, quæ relinquit corneam adhuc nudam: ſed in minori ſpatio, vt ſpecies viſibiles magis vnitæ ingrediantur oculum, vt radij viſorij non diſſipentur, vnde dilatato hoc circulo, qui dicitur puppilla, homines non vident, vel diminute, vel deprauate: quia radij diſſipantur, & ſpecies viſibiles etiam, immo vt inquit Ariſt. in probl. 30. 29. 4. 2. cum volumus procul, & acute cernere, palpebras aſtringimus, vel manus admouemus, vel perforamina anguſta, & oblonga in-

Qui melius videant.

ſpicimus, & qui oculos habent nimis altos, & reconditos, melius vident, quam qui exuberantes, & prominentes obtinent;

3\. tertio circulus producitur ab humore

4\. 5. albugineo: quartus à ſuperficie cryſtallini: quintus a tu-

6\. 7. nica ragoide: ſextus à vitreo: ſeptimus verò à tunica vitreum inuoluente, & hi omnes circuli vtiles ſunt, tum quatenus aditum præſtant cono pyramidalis figuræ ab obiecto viſibili emananti, determinat enim hæc magis concinnat locum, in quem terminat ipſe conus recto

Humores 3. Aqueus

tramite; nam viſio ſemper fit per lineam rectam piramidalem: humores in ipſo oculo contenti tres ſunt, primus dicitur aqueus, & eſt anterior humor prope pupillam ad ſimilitudinem aquæ, in maiori copia eſt, quam cęteri humores, poteſt etiam reſtaurari, licet deperditus, frigidus, & humidus, atq; aqueus, quia facilius conſeruatur in aqua, quam in aere, colorem habet aqueũ, & diaphanum, vt valeat recipere omnes ſpecies coloris, & illuminationẽ: tuetur ſui ſubſtantia chryſtallinum, & propriè non debet appellari pars viuens: quia non nutritur; ſed potius per nouam appoſitionem, & regenerationem re-

Vnde magnitudo, & colores oculorum.

generatur: ex puritate, & impuritate huius humoris, nec non ex copia, & paucitate oculus modo maior, modo minor eſt, & colores varios obtinet, modo cæſios, modo

Oculos varij coloris ſolus homo habet.

nigros, modo caprinos vnde Ariſt. in probl. 21 28. ait hominem ſolum inter animalia, & equos etiam in lib. de gener. alium 5 c. 1. & Plin. l. 11. c 37. oculos varij coloris habere; prærerea qui nigros oculos obtinẽt, melius

Qui melius nocte quam die cedant, & cur.

in die, quam nocte cernere ſolent, ceſij uero melius in nocte, quia lumine copioſo abundant, & puritate humoris: facilè enim alteratur oculus à quacunq; re viſibili; vnde etiam in morbis hoc contingit, nam ſi quis lippitudine, ſeu inflammatione afficiatnr, alter oculus cõtagio poteſt corripi, ob nobiliſſimam, & humidiſſimam ſub-

Ratio diuerſitatis viſionum in homine Vide proble. 74. li. 1. Ale.

ſtantiam poroſam: alij reperiũtur, qui longe cernere poſſunt, & acute; ſed proxime non; alij prope acute vident, minime longè; tertij nec prope, nec longe: quarti inueniuntur, qui & procul, & propè cernunt: cauſæ huius diuerſæ viſionis oriuntur ex puritate, impuritate, copia, ſitu, humorum, atque ſpirituum nec non ex ſitu obiecti externi, longinqui, vel propinqui, vel in mediocri diſtãtia; atq; aeris bene vel male illuminati, nam viſio cũ ex

Viſio fit ex intromiſſione ex Ar. Plat. & Gal.

Ariſt. fiat per intromiſſionem ſpeciei, quam etiam ſententiam ſecutus eſt Gal. & Plato (dicant alij, quidquid velint,) licet Plato, & Galenus agnouerint quandam extramiſſionem radiorum, vt fieret contactus aeris illuminati cum ſpiritu viſorio prope oculũ, non autem ad aſtra; vel obiectũ longinquum, quia impoſſibile eſſet, vt radij ita longe abirent, & virtus viſiua contaret; ſed de hac quęſtione, & viſione infra; nam viſio, vt celebretur, tria re-

Tria requirit viſio.

quirit, primo facultatem viſiuam optime diſpoſitam cũ ſenſorio particulari, nempe tunica aracnoyde, & ſẽſorio vniuerſali adæquato ſcilicet toto oculo, ſecũdo requirit medium illuminatũ, quod duplex eſt internum ſcilicet ſpiritus animalis, & calor innatus, externus, aer illuminatus; tertio eſt obiectum viſibile. Primi ſunt tales, qa

Cur quidã longe cernunt nõ propè.

ſpiritus, & humores oculi ſunt lucidi atq; pauci; ſpecies autem longinqua debilis fit, & per angulum acutum ferit, & non poteſt pertranſire ẽt maximum ſpatiũ aeris & ſpiritus, atq; humoris: proxime verò non cernũt: quia

Cur propè non longè.

ſpecies nimis valida corrumpit ſenſorium: ſecundi prope vident, quia ſpiritus, & humores obtinent copioſos, & lucidos, minimè longe cernunt: quia ſpecies non po-

Cur aliquando fũdus aquæ non videtur.

teſt permeare tam magnum ſpatium aeris, ſpiritus, & humoris, ſicuti in flumine, ſeu fonte, ſi aqua multa, & vaſta eſt, non videtur fundus, quia eius ſpecies non pertrãſit. Cœli autem, & ſtellarum imagines cernuntur, tum quia maximæ, lucidæ, & denſæ ſunt, tum quia medium maxime illuminatum eſt, atq; diaphanum, vt aer. tertij

Cur nec propè, nec longe.

nec longe, nec propè cernunt: quia ſpiritus, & humores impuros, & copioſos habent: vltimi longè, & propè cer-

Cur longe & propè.

nunt: quia mediocri copia, & puritate ſpirituum, & humorum præditi ſunt: Situs etiam oculi, atq; chryſtallini

Situs oculi confert ad viſionẽ. 3. Collig. c 39

maxime confert ad viſionem; nam qui oculos habẽt cauos, melius cernunt, quàm è contrà, qui cryſtallinum in profundo ſitũ habẽt procul, ſed non prope; alij verò hæc quatuor problemata aliter ſoluunt ex Gal. quia præſertĩ

Rationes aliorũ de uiſione.

videtur aſſentire rationi affirmanti viſionem quo ad melius fieri per extramiſſionem; nam inquit primi egent maxima illuminatione, & ſpatio aeris; ideo longe cernũt quia impuros, & copioſos ſpiritus obtinent, ſecundi exiguis ſpiritibus, ſed puris fruentes, egent obiecto vicino, & aere minus illuminato, tertij impuris, & paucis ſpiritibus afficiuntur: quarti mediocritate copiæ, & luciditatis gaudent; ſed verior videtur prior ſententia; nã ſpiri-

Cõfutatio opn. Gal. primo de ſymp. cau.

tus ſi copioſi, & impuri ſunt, magis depurantur à lumine proximo, quam à remoto: deinde ſpecies proxima maiorem vim agendi, in oculum obtinet, quam longinqua; ſecundo ſi in ſecũdis adeſt puritas; ſed paucitas ſpirituũ, vt inquit Gal. cum ſufficiat externus contactus ad oculum, & maior ſit vis ſpecierũ proxime quã longinq; non deberent prope acutè cernere: ſecundus humor eſt cryſtallinus,

Christallinus, seu glacialis.

stallinus, seu glacialis, concretus ad similitudinē glaciei, diaphanus absq; vllo colore: quia debebat recipere oēs colores, aqueus, & veluti speculū, & numeratur ab Aris. 2. de ani. & lib. de sen. & sen. & à Gal. 1. de sim. cau. 7. de plac. & 10 de vsu par. inter partes viuentes, atq; tanquā pars præcipua visionis, nutritur ex venis subtiliter intextis vitreo, qui quidem præparat alimentū ipsi chrystallino, et elaborat ad similitudinē eius; nā si venę pertigissent chrystallinū sanguineo colore, offendissent visionē; humoris huius substantia aquea est: quātitas minor cęteris humoribus: figura est lenticularis, et potius parua ad partē anteriorē, vt facilius recipiat species, tēperamentū habet frigidū, et humidū, vt spiritus animales cōseruet calore, et substantia nō deturpet, situs est in medio, tū ob tutelā, tū ob visionē, et meliorem visionem; nā si in anteriori parte positus esset, minimus fuisset contactus radiorū cum aere externo; atq; species visibilis nimis excedēs potuisset sensoriū corrumpere; sed natura edocta internū mediū, etiam ante locauit albugineū humorē, propterea prope vitreum debebat gratia alimēti, et nutritionis, esse positum, tertius et vltimus est vitreus ad similitudinē vitris vitrū colore substantia, et fluxibilitate imitans: dubitatur an sit pars viuens; sed à Gal. et Arist. viuēs enumeratur, et ratio suadet; nā multę venulę ad ipsū pmeāt; immo Gal. et alij asserunt; nutriri ex cerebro, quasi cerebrū demandet ipsi alimentū, pręterea tuetur chrystallinū, ne membranam durā tangat, atq; ei substernitur, vt species visibiles magis vnita ne reflectatur, atq; conseruetur; nam quod mirū est, substantia vitrei, & crystallini tenacitate, & viscidītate prædita maxime confert, vt species visibilis non diffundatur, atq; ne à visibili excedente dissipetur substantia vitrei, & chrystallini, nam & pasta, quia viscidá, & tenax potest, & recipere species, & conseruare, idcirco multi sunt, qui substantiam crystallini, & vitrei nimis aridam, & siccam obtinentes, oculos potius male affectos obtineant, & male cernant, præsertim propè, & in aere maxime illuminato. Cartilago, quæ trochlea dicitur, vna est, & confert per sui duritiem, & substantiam cartilagineā, vt quintus musculus quasi circulariter moueat oculū, vt melius, & efficacius vndiq; visio efficiatur: adeps etiam, vt alibi dictum est cōferi ob substantiam mollem, & calidam, & humidam temperiem, quia custodit calidum innatum oculi, & motum eius facilitate: corpora glandulosa duo sunt, & vsū obtinent, vt aliàs diximus per operationem, quatenus generant humiditatem, & genitam cōseruant, vt oculus humidus à nimio motu non arescat, & ne à lachymis cōtinuo offendatur visio. Carunculæ quæ ad angulos oculorum sitæ sunt, habēt vsum, ne excrementum defluat p angulos, vnde qui ab humore acri, vel alia de causa huiuscemodi carūculis priuantur, semper lacrimantur: palpebræ duæ sunt, vna superna, quæ mobilis est, altera infra, quæ immobilis; constant palpebrę cuti, pilis, mēbrana carnosa, & musculis, atq; pinguedine, tarso, qui quidē est extremitas ipsarum palpebrarū; nā pro vt mouetur palpebra superior custodit oculos, & etiā aliquando, vt modice clauditur, visio melior fit: pili etiā seu cilia sunt in causa, ne oculi lędātur, atq; species visibiles nimia violētia, ne oculū offendāt; immo eorū pilorū opacitate aduersari lumini violēto, & lumē mitius redere possumus: cōseruāt oculū: pili, constituuntq; gratia visionis, totusq; oculus hoc pacto cōflatus postea adequate, & pfecte visionē format, nō solū p figurā orbicularē, quę ad meliorē visionē cōfert, sed etiam per conformationem, sitū, numerū, magnitudinē partiū, & postremo per operationē, nēpe per extramissionē radiorū spirituum, q̄ est in causa, vt melior fiat visio. Causa efficiēs, quę nō solū conformauit totum oculum; sed etiam per alterationem partes elaborauit in generatione ī vtero matris, fuit ocularia ppria vis, q̄ partes enarratas cōposuit; atq; totū oculū, & postremo determiuatū tēperamētū partib. & toto oculo tribuit: vltima particula diffinitionis fuit operatio ipsius oculi nēpe visio, de qua in sequenti cap. pertractabitur.

Zabar. 20 lib. de visu cap. 5.

Vitreus.

Dubitatio an viuat

Solutio.

Ariditas crystallini & vitrei oculos afficit.

Cartilago trochlea.

Adeps.

Glandulosa corpora

Carūculę.

Palpebra.

Cilia.

Oculus totus adaquate format visionem.

De visione. Cap. XXXX.

PRimo sciendum quomodo fiat visio, & quid sit, secundo si aliquid intra oculum videri possit: ex superius dictis patet, quæ requiruntur ad perfectam visionem celebrandam, obiectum visibile, medium illuminatum internum, & externum, & tertio facultas visiua, hæc tria optime disposita perfectam efficiunt visionem, quæ nihil aliud est, quam cognitio speciei visibilis à facultate visiua oculi gratia suę voluptatis, & internę facultatis cognoscentis, hæc definitio ex quatuor causis constat forma, materiae, efficiente, & fine, forma est cognitio, non autem motus, vel alia operatio; sed cum cognitio multiplex sit, alia sensitiua, & alia intellectiua, & sensitiua cum sit externa, vel interna, & externa sit quintuplex, sicut quinque sunt sensus externi; idcirco erit cognitio externa visiua, & est operatio immanēs, non autem transiens, & ideo fit ab anima agente perema nationem non agente per transmutationem, quēadmodum alibi dictum fuit; Materia seu obiectum circa quod versatur hæc cognitio dicitur species visibilis, & distinguatur à quatuor alijs sensibilibus speciebus tactili, audibili, gustabili, & odorabili: prouenit species, & producitur ab obiecto materiali, & sensibili, sicuti à vultu hominis à lapide, & à qualibet alia re visibili producitur in speculum imago, idolum, forma, quod idem est, non autem lapis, & homo, inquit Arist. lapis, & alia res sensibilis non est in anima; sed forma lapidis, & rerum sensibilium, 3. de anima 38. sicuti etiam apparet in phyala aqua plena, in flumine in fonte imago diuersarum rerum occurrantium; ita etiam à re visibili emanat in aere illuminato species visibilis, realis, spiritalis fabricata à natura non autem ab intellectu, colorata, quæ ingrediens oculū recipitur à cristallino diaphano, & à facultate visiua informante oculum, quæ residet in tunica aracnoide: non solumq; recipitur spiritaliter, sed cognoscitur, & iudicatur ab eadem facultate utente organo informato, cum alijs atq; talibus conditionibus, & appendicibus materiæ particularibus nēpe determinato colore, figura, situ, magnitudine, numero, motu, & quiete; præterea hæc species pro vt recipitur, & iudicatur dicitur passiua, & visio quædam actio, pro vt verò hæc species mouet facultatem visiuam, & ad actum videndi excitat, dicitur species actiua, & visio est quędam passio; patitur. n. facultas informans à specie illa visibili, pro vt species agit in ipsam, id circo mutua videtur actio, & passio diuerso respectu inter speciem, & facultatem: mouetur præterea ipsa species ob obiecto ad oculum, quemadmodum superiora exempla declarant; vnde oritur visio per intromissionem speciei ad cristallinum, & facultatem visiuam; verum est nos etiam cum Platone statuere posse fieri quoquo pacto p extramissionem non spiritus, & facultatis visiuæ, neq; speciei; sed radiorum ad pupillam, vt contactus fiat, cum aere externo illuminato, in quo contactu fit perfecta vnio, & assimilatio aeris externi illuminati, cum spiritu animali interno, qui est medium, & dux ducens ipsam speciem visibilem ad cristallinum, et ad tunicam aracnoidem, & hoc pacto possumus dicere visionem fieri per intromissionem, & per extramissionem vario respectu, & Plat. ab Arist. non dissentire; efficiens causa ipsius visionis est facultas visiua, quæ est potentia animæ sensitiuæ ad oculum permeans, & ibi à propria temperie substantię neruosæ calore innato, & spiritu animali cœterisq; alijs partibus oculi limitatur, & euadit propria facultas visiua, quæ cognoscitiua est, facultas sensitiua externa, atq; materialis, & corruptibilis; non solum enim vt nonnulli censent, hæc facultas tantum recipit species visibiles, et eas defert ad phantasiam, et sensum cōmunē, vt iudicētur ab his internis virtutibus, sed ipsa in oculo existens iudicat speciem illam visibilem cum singularibus conditionibus

Requisita ad visionem.

Definitio.

Forma.

Materia.

Species visibilis.

Per intromissionem vel extramissionem an visio fiat.

Cōciliatio Pla. cum Arist.

Efficiens.

ditionibus ſupra enarratis, quod patet auctoritate Ariſt. 2.de ani. Gal.7.de pla. et 2.de cauſis ſimp. et alibi; ſed ratione, etiam nam cum ipſa facultas viſiua, ſit cognoſcitiua, et in oculo, quid prohibet, dum recipit ſpecies ipſas etiam non cognoſcere; deinde agens approximatũ paſſo bene diſpoſito ſẽper porducit actionem, ſed aliud eſt cognoſcere ſpeciem viſibilem, et eius differentias, et varios colores; aliud eſt ponere differẽtias inter ſpecies ſenſibiles, et aliud eſt iudicare ſe ſẽtire ſpecies: primus modus, pertinet ad facultatem viſiuam oculi; Secundus ad ſenſum communem, qui eſt centrum omniũ quinq; ſenſuum externorum, et ponit differentias inter quinq; ſenſibilia externa iudicans in lacte, aliud eſſe colorem, aliud odorem, et aliud ſaporem; tertius modus pertinet ad phantaſiam, quæ habet facultatem iudicandi magis vniuerſaliter oculum ſentire colorem, aurem, ſonum, linguam ſaporem, et tactum tactilem qualitatem, cognoſcitq; differentias inter ſẽſibilia, et actiones ſenſuũ; format etiam phantaſma, et ſẽſibiles formas, et ſpecies; ſed de munere, et officio ſẽſus communis, et phantaſiæ alibi ſermo erit. Differt enim ſpecies viſibilis à ſpecie ſẽſus cõmunis, et phantaſiæ; nam ſpecies viſibilis immediate emanat ab obiecto ſenſibili externo, & materiali; ſpecies verò, quæ cognoſcitur à ſenſu communi oritur à ſpecie cognita à ſenſu externo, et eſt magis ſpiritalis, quam illa ſẽſuum externorum; demũ ſpecies phãtaſiæ magis ſpiritualis, et pura oritur à ſpecie cognita à ſenſu communi, et ſic magis depurata, et immaterialis, mouet ipſam phantaſiam; à ſpecie verò phantaſiæ, ſeu phantaſmate prodit in homine ſpecies intelligibilis, quę eſt quidditas vniuerſalis, et materialis à pluribus ſingularibus participata, et ratione, et intellectu abſtracta à materiæ conditionibus fit vniuerſalis in multis, & poſt multa, ſicuti res abſtractę omnino à materia, vt Deus, & Angeli, & anima rationalis dicũtur vniuerſales ante multa; verum ſpecies viſibilis inter cęteras ſpecies ſenſuum externorum, magis pura, & ſpiritalis eſt, & in inſtanti mouet facultatem viſiuam, quinimo vno, & eodem tempore plures ſpecies vidẽtur, & inter ſe non ſe impediunt, quomodo per lineas rectas ad piramidalẽ formam ſe porrigunt in oculum, & varias partes criſtallini tangunt inter ſe diuerſas: hac ratione cryſtallinus planus conſtitutus fuit à natura veluti ſi à baſi pyramidis, quæ lata eſt, & ampla educantur quinq; vel ſex lineæ rectæ in cuſpidem, tangent mediante illa cuſpide criſtallinum, licet exiguus, & paruus ſit diuerſimode, nec vlla ſpecies, vt dixi, eſt alteri impedimento, immo aliquando licet oppoſitæ inter ſe ſint, quia ſpirituales poſſunt duæ, & tres ſpecies ſimul videri: dictum fuit in diffinitione cognitionẽ ſpeciei viſibilis fieri à facultate viſiua oculi, quæ facultas viſiua eſt cauſa efficiens ipſius viſionis, producit ipſam viſionem iudicans ipſam ſpeciẽ viſibilẽ ſingularẽ; nam vt inquit Ariſt.1.& 2 poſt. & 1. phiſ.49.& 60.ſecundi de anima ſenſus dicitur particularis, quo ad actum ſentiendi, nam ſentire eſt quoddam pati à ſingulari ſenſibili, & actio ſingularis eſt 51. ſecundi de anima & 59 ſi verò conſideretur ſenſus non quo ad actum ſentiendi; ſed quo ad facultatem ſenſitiuam, & potentiam ſentiendi, ſenſus appellabitur vniuerſalis, eius enim obiectum eſt vniuerſale; nempe color, qui in genere eſt obiectum cognoſcibile, facultatis viſiuæ, & particulariter, dum cognoſcitur, ſecundum actũ ſingularem non cernitur, vt color; ſed vt talis color, & cũ talibus conditionibus materiæ iam ſupra enarratis; & hoc pacto conciliarentur loca illa Ariſt. inter ſe pugnantia; præterea facultas illa viſiua, eſt poentia animę ſenſitiuæ, quæ manans à cerebro per neruos opticos materialis, & inſita ſubſtantiæ medullari neruorum opticorũ euadit viſiua, & ſumit nomen facultatis viſiuæ ratione inſtrumentorum, nempe omnium partium oculi, & pręſertim criſtallini, nam oculus totus eſt ſubiectũ adęquatum, & vniuerſale ipſius facultatis viſiuæ, partes verò ipſius oculi ſunt ſubiecta particularia, alia cuſtodientia, alia adiuuantia ipſam facultatem viſiuam; & alia principalia, hac ratione inquit Ariſt. primo de ani. 65. ſenex videret, vt iuuenis, ſi oculos iuuenis haberet, quia facultas viſiua cum ſit materialis, & organica non ſolum cõditiones ex parte ſui requirit, ſed ex parte oculi, & ſubiecti, vt optime poſſit fungi munere ſuo: conditiones animæ ſenſitiuæ variæ ſunt ex parte ſui, primo eſt impaſſibilis, ab obiecto excellenti non patitur ratione propria, ſed ratione organi, nam ſi ſenex haberet oculum iuuenis, videret vt iuuenis; præterea eſt corruptibilis, & materialis, & extenſibilis, ad extenſionem ſubiecti: magis, & minus pura, atq; magis valida, & minus valida fit, ꝓ vt ducitur talis de potentia materiæ, hoc conſequitur ꝓ ratione agentis, & materiæ ſubſtantiæ, vnde alia animalia longe, & acute cernunt, alia obtuſe: & propriæ ex parte ſubiecti, conditiones hæ erunt; nam requiritur figura, ſitus, magnitudo, temperatura, diaphaneitas totius oculi, atq; ſubſtantia, partes etiam ſingulæ oculi, vt dictum fuit ſupra, ſecundum compoſitionem, vnitatem, & temperaturam optime cõmenſuratæ, & alteratæ eſſe debent; ſic ſpiritus humores, & tunicæ, quæ partes totusq; oculus ſi deficiunt vel ſecundum ſubſtantiam, vel qualitatem, vel quantitatem, vel ſitum, vel motum, vel quietem, vel ſi aliquo horum modorum ſuperabundẽt, actio viſiua non erit naturalis, at imminuta, vel deprauata, vel ablata; idcirco cum in ſene temperatura, & reliqua deficiant, pariter, & actio viſiua deficit: finis viſionis eſt voluptas propria, & internæ facultatis: gaudet oculus dũ videt iucunda, & dũ vetat nocua, & valet cõſequi res iucundas, & vtiles gratia vel voluntatis, vel nutrimẽti: finis etiam ipſius viſionis eſt, vt inſeruiat internæ facultati, & communicet viſa obiecta, circa quæ phantaſia operatur, & in homine etiam intellectus; nam ſi non videremus, non poſſet neq; facultas, neque intellectus habere cognitionem viſibilium; deficiente ſenſu, deficit ſcientia illius ſenſus, inquit Ariſt. 1. poſt. 13.

32. octaui phyſ. — *Senſus cõmunis munus.* — *Phantaſię munus.* — *Differentia inter ſpeciem viſibile, & alias.* — *An duo ſimul ſentiantur, & quomodo vide c.8. l. de ſenſ. & ſenſ.* — *Chriſtallinus cur planus.* — *Facultas viſiua.* — *Senſus eſt particularis, & vniuerſalis.* — *Conditiones animæ ſenſitiuæ.* — *65. 1 de anima.* — *Canditiones pro parte materiæ.* — *Quomodo vitietur viſio.* — *Finis.*

Dubitatur ſecundo an facultas viſiua poſſit videre obiectum, quod ſit intra oculum, non autem proueniat ab obiecto extra oculum: dicendum breuiter ex Galeni ſententia primo de locis aff. 7. & 4. d. loc. aff. ſecundo poſſe vapores à ventriculo elatos ad oculos ſentiri à facultate viſiua, quæ exacta, & perfectiſſima ſit, hac ratione ſœpe ægrotantes vident intra oculos muſcas, & culices volitantes; & vapores nigros, & rubros, quia virtus viſiua acutiſſima eſt, & valet minima cernere illuminata à lumine tantum interno, ſed hæc viſio imperfecta tamen vocari debet, quoniam vera, & perfecta viſio requirit medium, & lumen externum, & ſpecies illuminatas ad extra; ſed vapores ipſi in oculo contenti videntur eſſe in aere extra oculum, adeo, vt illa ſpecies viſiua vapores cum tali figura, & magnitudine reflectat, & hæc de viſione.

Dubitatio. — *Solutio.* — *Cur ægrotantes videãt intus culices.*

De aurium anatome. Cap. XLI.

SIcuti viſus appellatur ſenſus inuentionis, ita auditus dicitur ab Ariſt.c.2.l. de ſenſu, & ſenſibili diſciplinæ ſenſus; addiſcimus enim omnes diſciplinas, omnes ſcientias per auditum, quinimo, qui à natiuitate priuatur, & ſurdi ſunt; muti etiam ſunt, & carẽt omni diſciplina, & ſcientia, cum nomina non diſcãt, ſpecies, & phantaſmata rerũ nequeunt etiam percipere, ſermonem facere de his, & licet arbitrentur alij, vt Valeſ. & Laurentius Surdos à natiuitate poſſe addiſcere aliqua nomina; falſum tamen eſt: quia licet diſcant formare litteras aliquas, & caractheres, nequeunt tamen efformare lingua, & fingere, atq; exprimere litteras, & præſertim, ſi ſurditas illa natiua oritur à vitio nerui expanſi, aut meatus cauitatis labirinti, & cœci; verum ſi oritur ob vitium membranæ, quæ vocatur tympanum ob eius craſſitiem carnoſitatẽ; vel alia impedimenta primi ductus, poteſt per fiſtulam ore detentam recipere ſonos, & orationes in aere implantato per canaliculũ, qui ab ore ad

Surdi cur muti vide Alex. l. 1. probl. 138. 3. de aĩa vltimo. Lib. 11. q. 11. — *Surdaſtri quomodo poſſint audire.*

cauitatem cocleam, seu peluim vocatam definit, in qua residet aer implantatus, seu vernaculus, quod est mediũ deferens sonum ad facultatem auditiuam: statim post sensum visus nobilitate, prestantia, vtilitate sequitur auditus: qua propter auris, quæ est instrumentum adequatum facultatis auditricis considerabitur, præsertim pro vt dicata est auditui ad esse, & ad bene esse, licet ipsa auris ad bene esse tantum sit, sicuti cœteri sensus præter tactum, (qui necessarius est animali) auditus autem comparatur, vt significetur aliquid alteri, 3. de ani. t. vlt.

Auris definitio.

describitur auris esse dissimilare membrum constitutum ex neruo expanso, aere ingenito, membranis, ossibus, cartilaginibus ligamentis, musculis, & cute, communibus organis à facultate propria aurifica gratia auditus: hæc est descriptio ipsius auris, & enumeratio partium ipsius, quæ concurrunt ad producendum auditum, & ad meliorem auditum, vel vt partes principes, vel vt partes custodientes, vel adiuuantes, vel sine quibus non. Tria, vt supra diximus, & vt docet Arist. 2. de ani. requiruntur in qualibet sensatione obiectum, medium, & facultas, obiectum facultatis auditricis, est sonus, medium est duplex internum, & externum; internum est aer implantatus: externũ est aer, vel aqua, pisces enim in aqua, & natantes sub aqua audiunt, facultas est potentia animæ sensitiuæ, quæ residet in aereo instrumento, & sensiterio, quod vocatur neruus expansus in aure: quare auditus, seu sensatio, & operatio facultatis auditiuæ est cognitio soni à facultate auditiua auris, gratia voluptatis propriæ, & internæ facultatis cognoscentis: intelligitur, cognitio sensitiua, et externa, & cum cognoscat sonũ distinguitur à cœteris cognitionibus sensitiuis, put sonus est obiectum sensibile distinctum à cœteris quatuor obiectis sensibilibus, & nihil aliud est, quam qualitas in aere orta, ex percussione duorum corporum solidorum simul, sonus semper est alicuius percutientis, & percussi ad aliquid scilicet ad aurem, & in aliquo scilicet in aere, non potest enim fieri sonus nisi adsit corpus durum, quod verberat, & corpus quod verberatur, & aer, vel aqua tanquam medium, quod recipiat qualitatẽ illã, quæ oritur à pcussione & collisione illorũ duorũ corporũ, quę quanto magis dura, lenia, & concaua sunt atq; sicca, eo magis resonant: Dubitatur etiam ab Arist. 2. de ani. tex. 85. vtrum sonet id, quod verberatur, an quod verberat: aut vtrunque: dicendum, sonum produci a verberante, tanquam ab agente à verberato tanquam à passo, ab vtroque tanquam ab adæquatis principijs; dicitur actio pro vt fit à verberante; passio pro vt à verberato, & perfecta actio pro vt ab vtroque; sed sonus generalissimum genus est, quod habet sub se vocem & sermonem. Vox vero est sonus animalis respirati aeris circa vocalem arteriam ab anima cum imaginatione aliqua, & est munus potissimum vocalium instrumentorum: nempe gutturis laringis musculorum, & pulmonis, vt docet Gal. 4. de loc. aff. 6. verum sicuti sonus est etiam corporũ inanimatorum, ita vox animatorum tantum; sed hæc animalia sunt vel irrationalia, & hæc dicuntur proprie vocem illiteratam edere, acutamq; vel grauem, raucã, vel claram, vel rationalia sunt, vt homo, qui & sonum, & vocem, sed articulatam & significatiuam producit, quæ proprie dicitur locutio & sermo; vnde ex corporibus inanimatis oritur sonus, ex animatis vox, ex homine sermo, seu locutio, quæ ex Aristot. 4. de hist. an m 9. est explanatio vocis per linguam, & qui habent linguam liberam absolutam, mediocriter latam, & tenuem, habent facultatem conficiendi locutionem; surdi à natiuitate vocem emittere possunt, non autem locutionem, quia sermo, qui voce promitur ex litteris constat, iam addi scitis, & si lingua & labra humida agiliaque non essent, maxima litterarũpars exprimi nõ posset quia litteræ partim lingua producuntur partim labijs comprimũtur; vt docet Arist. 2. de part. animal. cap. 16. & Gal. 4 de loc. aff. 6. inquiens lingua articulatim vocem distinguẽs, loquendi vsum præstat, atque non nihil ad hanc rem conferre videntur, dentes, labia, aurium foramina, palatum, gurgulio, præterea sinistrum linguæ ipsius vinculum, ita, cum est loquela impedita, locutionis instrumentorum aliquod læsum est: lęditur potissimum locutio tripliciter, aut quia omnino aufertur; aut quia imminuitur, aut quia deprauatur, deprauata etiam triplex est, vna dicitur Hæsitatio, quando cum difficultate componunt syllabas, & nomina, simul, & vocantur vulgo chechi, & trigliantes, secunda deprauatio est balbuties, quando omittunt aliquam syllabam, vt si volunt dicere Costantinopolim, & franciscus, dicitur Cotãtinopolim & franchicus, tertia deprauatio dicitur blæsities, quando nequeunt pronuntiare litteram aliquam, vt r. vt Aristotile Alistotile, & vice s. pronunciant z. vt posso, pozzo; pesce pezze, libra liba, & loco t. aliquando d. vt non ho potuto, non ho poduto: præterea sciendum, vocem acquiri per naturam, sermonem vero per disciplinam, vnde cum varia, & multiplex sit disciplina gentium, diuersum etiam habent sermonem, alium Itali habent, alium Germani, Poloni, Dalmati, Hispani: Locutio diuersa potissimum originem habuit ad ædificatoribus turris Nembrot, qui sparsim vagantes, per vniuersum orbem varium sermonem habuerunt, adiuuant, & custodiunt diuersitatem linguarum regionis temperies, victus, & commertium: præterea sciendum quatuor potissimum species esse soni, vel vocis; alia est vox magna, alia parua, seu exilis, alia acuta, & alia grauis; requiritur in edenda voce facultas mouens, mobilia, quæ sunt aer respiratus, & larinx, & instrumenta vocalia, per quæ transit aer motus; Magna vox producitur à facultate magna & potenti mouente aeris copiã per tracheam arteriam, & vocalia instrumenta magno impulsu: exilis, seu parua vox è contra producitur: acuta, respicit, potius motum aeris moti velocem vel tardum, & copiam aeris vel paucitatem: nam acuta vox est, quando breui tempore velociter mouetur aer inspiratus per arteriam, & aliquo modo etiam quando parum aeris mouetur; nam quod parum est, velocius mouetur, quam quod multum, vnde senes, & ægri ex Arist. 11. probl. acutiorem vocem edunt, quam viri, & sani: quia senes, & ægri parum aeris expellunt, & quod paruum est, velociter expellitur, quod multum est, tardius; vox grauis dicitur, quando in multo tempore plurimum aeris tardius mouetur, adiuuant etiam hunc motum velocem, vel tardum, & vocem acutam, vel tardam grauem; latitudo, longitudo, breuitas, & exilitas tracheæ arteriæ, & asperitas & lenitas ipsius; nam qui habent asperam arteriam latam vt viri, & pueri post vsum venereorum, solent vocem grauiorem emittere; nam in ampliori cauitate tracheæ, requiritur amplior multitudo aeris, quæ multitudo tardius mota, & in multo tempore grauem vocem parit; sed redeo vnde digressus sum, agendumq; de modo quo oriatur auditus: formato sono vt diximus, in aere, vel aqua, tanquam ab obiecto sensibili reali, & materiali audibili, oritur species audibilis in aere, quæ successiue se mouens per motũ circularem, tandem prouenit ad aurem, & ibi ab eo recepta, tanquam à medio proportionato defertur per labyrintum, & cæcum meatum ad neruum expansum; in quo cum aereis organis residet facultas sensitiua; nunc à determinato loco, & instrumentis, nomen auditiuę & essentiam nouam adorta dicitur auditiua, quæ recipit, & iudicat speciem audibilem nempe sonum illum delatum, eo modo, vt diximus; nonnulli censent sonum realem deferti vsque ad neruum expansum, alij à sono oriri speciem intentionalem, quæ postea delata cognoscatur à facultate auditiua, & verior est hæc sententia, cognoscitur sonus seu species audibilis, vt diximus à facultate auditiua, quæ est facultas animæ sensitiuæ, quæ per neruos auditorios communicata ad aures determinatur, & euadit particularis facultas, vocata auditiua quæ habet vim non solum recipiendi soni, vocis, atque sermonis; sed etiam diiudicandi has species. Ex quo in iudicio oritur voluptas

Pisces in aqua, & natantes sub aqua audiunt.

Auditus diffinitio.

Sonus qd. 78. Secundi de anima.

Dubitatio vtrum sonet verberans, vel verberatũ vel vtrunque.

Solutio.

Cãa sonus.

Vox. 87 88 89 90. Secundi de anima.

Locutio.

Surdi nati cur non loquantur.

Ad locutionẽ cõferentia.

Læsio lo[illegible] tionis.

Hesitat[illegible]

Prima[illegible] ris in[illegible] blema.

Secũda[illegible] butiei.

Tertia[illegible] sities.

Vox per[illegible] turam[illegible] cutio [illegible] discipl[illegible] Arist. hist. an[illegible] & lib. part. & gene. a[illegible]

Vnde l[illegible] tionis v[illegible] rietas.

Causa [illegible] iuuãtes [illegible] cutione[illegible]

Species [illegible] ni vel [illegible] cis.

Qu[illegible] ad vo[illegible] edenda [illegible] cultas [illegible] instrum[illegible] to.

Mag[illegible] vox [illegible] produci[illegible]

Parua [illegible]

Acuta.

Cur sen[illegible] & agri [illegible] cutiorẽ [illegible] cem edũ[illegible] quã vir[illegible] & sani.

Grauis.

Adiuuan[illegible] tia.

Vox gra[illegible] uior [illegible] post vene[illegible] rem.

De audi[illegible] tu & in[illegible] strumẽti[illegible]

Quomod[illegible] fiat audi[illegible] tus.

Opinio q[illegible] rundam.

Finis.

ptas propria gratia sui,& gratia alterius; delectatur enim in percipiendo sono, & armonia delectabili, vt consequatur quod bonum est, & noxium fugiat; defertur etiam species soni ad sensum cōmunē, & phantasiā, quæ cognoscunt sonos, ex qua cognitione in animalibus brutis oritur notitia, vel fugiendi, vel prosequendi bonum, vel malum, iucundum, vel molestum,& in homine etiā doctrina & musica, quæ triplex est Phrygia, Lydia, & Media, ex 8. polit. Arist. cap. 5. & seqq. his enarratis sciendum, vt diximus supra auditum non esse necessarium absolute, sed ad bene esse animali, sed hic auditus ad bene esse, alius est simpliciter auditus videlicet cum producitur sonus in aure, alius est melior auditus vt cum exactè percipitur sonus, & exquisite prope, & procul, alius est perfectissimus auditus, qui minutissimas species soni exactissime prope, & procul audit, & discernit; verum ad huc auditus duplex est, seu duplicem affert vtilitatem animali, alia est vtilitas ad bene esse; nempe, vel ad vitam ad escam; ad cibum, & ad fugam noxij, alia est vtilitas ad melius esse, nempe ad cognitionem intellectus, dum ex cognitione soni, & eius speciebus intellectus, musicam, scientiam, tum speculatiuam, tum practicam formauit: est enim musica scientia media inter mathematicas & naturales: & præterea sciēdum qua de causa, & quomodo formatæ sint particulæ auris à natura gratia auditus iam declarati. Est membrū dissimilare quia constat ex diuersis particulis inter se genere differentibus,& dissimilaribus & primo se offert auricula vocata, quæ externa est pars, & semicircularis cartilaginea ad similitudinem cocleæ diuersis anfractibus patula, & duabus partibus, constituta superna ad verticem capitis, & dicitur pinna inferna, & dicitur fibra; cartilaginea est, vt magis resonet, patula, vt recipiat facilius, aerea anfructuosa, vt retineat: superciliarem quendam tuberculum habet ad cauitatem primam osseam, vt vetet aerem, ne impetu ruat ad tympanum; & ne frigidus, vel ne calidus nimis offendat; præterea, vt species soni, quæ successiue per aerem secundum girum & circulationem rotundam mota deferatur, quęadmodum si proijciatur lapillus in aquam, facit enim plures, & circulationes, & giros; & primos facit, & secundos, & tertios, & sic successiue recipitur aer refractus ab anfractuosis sinibus patulæ auris; nam hæc patula auris, si decisa, vel manca sit producit imbecillum sonum, & auditum imminutum, & deprauatum, immo qui longius, & acutius audire volunt, ad aures manus apponunt in circulum, vt efficiant quasi artificiosè aurem longiorem & sinuosam: & anfractuosa est, ne echo oriatur; habet elices, & supercilia, & tubercula, vt aer percutiens percutiatur, vt ante, & retro, & ad latera aerem recipiat, & repercutiat: post patulam aurem sequitur cauitas prima vocata ossea, quæ est longa vt species acutius moueatur; et conseruetur, est angusta, vt velocius agitetur aer, & ne quid noxij ingrediatur, rotunda, vt capacior sit, obliqua vt magis resonet aer, sursū fertur, vt aer facilius ingrediatur, qui sursum defertur natura, & vt excrementa grauia facilius descendant; ossea est, & inter ossa constructa, vt tutior, & resonabilis appareat: super tegitur tamen cute subtilissima, vt tactilia obiecta persentiat, & facilius sonorus aer permeet. in fine huius cauitatis obliquæ tympanum adest, quod est membrana orta ex dura meninge cerebri obliquæ figuræ, vt aer impetuose non offendat, perforata duabus fenestellis vna circulari, per quam species audibilis ingreditur, altera ouali, per quā excrementa exeunt quæ generantur in aure, & emittuntur à cerebro; est tenuis, & dura, vt transitum præbeat aeri, & speciei sonoræ, & facilius resonet; nam si carnosa esset, non oriretur sonus: à luto enim, & molli, atq; pannis, & similibus, lana non oritur facilè sonus 77. 2. de anima, ossea neq; fuit; quia non posset ingredi aer, & species: alligatur obliq; osseæ partim, quod os habet supercilium; deinde planitiem, vt aer percutiens in has anfractuosas, & obliquas figuras facilius personaret. ex altera parte tria ossicula annexa sunt tympano, & oritur; secunda cauitas, quæ cochlea ab Arist. & peluis à recentioribus appellatur, & maxima est concaua, & semicircularis, atq; vndiq; ossea, & duobus interstitijs disiūcta: in hac cauitate, secunda adest, & residet aer implantatus, seu immobilis, seu vernaculus, ab Arist. vocatus 2. de anima tex. 83. hic aer est substantia quædam spirituosa genita in vtero matris, partim ex aere, partim ex spiritu animali, & vitali quæ ibi in illa cauitate clauditur, vt sit medium internum speciei soni: Dubitatur an sit pars viuens, & pars princeps auditus; sed non enumeratur à Galeno inter partes viuentes, neq; vllo modo visibilis est, neq; nutritur; sed regeneratur de nouo, & renouatur ex portione aeris: & spiritus animalis, pariter non potest esse pars princeps, cum non sit pars viuens, nec domicilium facultatis auditiuæ: purus est vt facilius recipiat sonos: quia nebulosus, & crassus, & austrinus, potius ex Hipp. 3. aph. 5. sensum auditus hebetat; aquilo verò frigidus, & siccus acutiorem reddit sensum, tenuis est, vt possit pertransire species soni, & pertingere neruum expansum, qui ambit totam cauitatem illam, in quo residet facultas auditiua, non autem in aere implantato, vt nonnulli censent; est immobilis, vt inquit Arist. motu locali, proprio motu non facilè posset recipere sonus externos, & aeris motum, intus existēs prohibet extraneum 4. tertij de anima hac ratione dicit Arist. 11 probl. probl. 5. & sect. 11. 33. noctu melius nos audire, quam diu: quia in nocte omnia quietiora, & tranquilliora: quia in die sol eleuat plures vapores, & aerem agit, & mouet, non est tamen immobilis aer, ratione alterationis: quia alteratur à qualitate soni, & mouetur etiam motu aeris externi percutientis timpanum vel attracti per os, & canaliculum ad aurem immissi: propè timpanum membranam, quæ vocatur mirix, seu miringa adsunt tria illa ossicula, malleus, & incus, quæ simul per synartrosim coniuncta sunt, & stapes, quæ sunt segregata; sunt ossicula parua, vt possent mouere, & moueri, sunt nuda, vt duriora, & sicciora, & magis sonora sint: habent musculum paruū annexum, quod mouet hæc ossicula, & est instar cordæ, veluti in bellico tympano, quod vocatur vulgo tamburo, roborant tympanum, custodiūt fenestras, & faciunt ad meliorem auditum; nam hæc ossicula mota ab aere, & à tympano percutiunt etiam tympanum, sicuti virgulta, quæ percutiunt tympanum bellicum, & hæc de ossiculis: Præter hęc cauitas illa secunda peluis seu coclea vocata, habet tres canales; vnus ductus, vadit ad palatum, exiguus, & est vtilis per figuram, & meatum, quia per hūc expurgantur excrementa aeris vernaculi, & tertia cauitas; vnde si emundamus aliquando aurem, excitatur tussis:, quia excrementa decurrunt ad palatum; est vtilis etiam, quod aer ore attractus ad cauitatem cocleā perducitur gratia renouationis aeris vernaculi; vnde oscitātes male audiunt 11. probl. 29. & 44. 5. de gen. an. c. 2. quia nimis repletur cauitas illa secunda aere, quod impedit aditum sono; confert etiam surdastris: quia per os recipiunt sonos, & baculo, seu ense dentibus, & terræ affixo. Secundus ductus dicitur oualis, tertius circularis, & hæ duæ fenestellæ ducunt ad tertiam cauitatem, quæ appellatur labyrinthus; sunt enim fabricatæ à natura, vt vndiq; permeet aer in strepitu magno bombardarū, & ne oriatur echo; sed potius frangatur: aer à labyrintho, peruenitur ad vltimam cauitatem, quæ cęca dicitur, & hæc etiam est vtilis propter rationes allatas, quæ omnes cauitates inuestiuntur neruo expanso, quod originē ducit à quinta coniugatione neruorum cerebri, quæ quinta coniugatio inseruit etiam palato, & laryngi, & hinc oritur sympathia communium affectuum surditatis, & obmutescentiæ; nam surdi à natiuitate muti etiam sunt, quoquo pacto vocem ęgrè emittunt, & suspiria, & pathemata; verum neruus ille quintæ coniugationis extēsus per petrosa ossa, euadit pars princeps, & organum principale auditus; nam sicuti sonus est quædam aerea qualitas,

Ex cognitione soni quid oriatur.

Musica triplex.

Auditus ad bene esse triplex 2. 3.

Vsus duplex.

Musica est media inter mathematicos, & naturales.

Auricula.

Modus melius audiendi.

Ossea cauitas.

Tympanū membrana mirex, seu miringa.

Peluis siue coclea cauitas secunda.

Aer implātatus.

Contra Coll. Conimbr. in 2. de ani. c 8. q. 4. art. 2.

Cur noctu melius audimus.

Ossicula tria malleus, incus, & stapes.

Canales 3. coclea.

Tussis cur excitetur in emundatione auris.

Oscitantes cur mali audiāt.

Labirinthus 3 cauitas.

Cæca cauitas vltima.

Neruus expensus.

Sympathia surditatis, & obmutescentiæ.

qualitas; ita etiam organum debet fieri aereum: quia simile patitur à simili, & sensorium debet fieri simile sensibili per contactum, omnis enim actio per contactũ similem agentis, & patientis fit; vnde si debet fieri auditus scilicet cognitio soni oportet, vt neruus expansus, qui est organum ipsius auditus, & est potẽtia sonus, fiat actu sonus, & hic euadat per similẽ contactum similis sono, nempe organo, & organum sono; quomodo enim sonus aerea qualitas per aerem externum communicatur aeri interno, & vernaculo, posset q; recipi ab organo auditus, nisi illud organum esset aereũ, & facultas aerea, & omnia organa ei inseruientia? profectò sicuti agens, & patiens in principio sunt contraria, & inter contraria oritur actio, ita in fine agentia, & patientia similia sunt, & actio similis, non solum in agentibus per naturã; sed etiam in agentibus per cognitionem, vt anima sensitiua, & intellectiua 54 2. de anima quapropter neruus expansus euadit in aure aereus, & permiscetur cum aere vernaculo, expanditur per totam aurem, vsque ad ossicula illa tria, vt vndique sonum, & magnum & paruũ, & acutum, & grauem percipere possit facultate sensitiua, quã extensam & insitam habet in substantia medullari; vsus cutis iam patet, & ligamenti; organa, etiam cõmunia scilicet venæ, & arteriæ concurrunt pro alendis partibus illis, & spiritus animalis nerui, vt illæ partes non tantum obtineant sensum auditus; sed vt persentiãt tactilia iocunda, & molesta.

Organum auditus est neruus expansus.

Venarum arteriarũ, ligamẽtorum vsus.

Situs Auris.

Tota auris est instrumentum adæquatum auditus: quo ad situm posita est in sublimi parte ad latera, vt vndique recipiat scilicet sonũ, qui in aere formatus in sublime fertur, & quia prope cerebrum debebat fabricari, & quia homo est figura erecta, non in sublimiori parte, vt animalia bruta, quæ prona spectant terram, sed ad latera constituta est, cartilaginosa, & ossea tota est atque anfractuosa, vt magis resonet cauernulis pluribus contexta, vt aer ab impetuosis motibus non lædat partes, & rumpat, sed cedat, & ne echo oriatur, qui in locis planis, & cauis lenibus, & æqualibus, oriri solet: concurrit per structuram, & actionem: nempe per receptionem qualitatis sonoræ, auris temperie potius frigida, & sicca donata est: quia partibus cartilagineis, & osseis constat, superficiem habet modo æqualem, & modo inæqualẽ, modo lenem, modo asperam ob rationes superius recitatas: duæ sunt, vt si altera lædatur; altera illæsa maneat, & inseruiat homini, & hæc de Anatome Auris.

Temperies

Superficies numerus.

De Nasi Anatome, seu organo odoratus. Cap. XLII.

Vsus, & cõsideratio nasi quintuplex.

NAsus plures vsus, seu vtilitates præstat, quapropter etiam pluribus modis potest considerari; nam inseruit pro canali, & ductu, per quem pituita à cerebro expurgatur; inseruit etiã aeri, qui per inspirationem per nares auxiliatur cerebro pro generan
2. do spiritu animali. tertio potest considerari, vt prædi-
3. tus est sensu tactus, & neruis tactilibus; quarto vt viuit
4. vita plantæ, & anima vegetali; vnde est subiectus intemperiebus, & morbis in mala compositione, soluta vnita-
5. te; postremo perpenditur nasus, vt est organum odoratus, & membrum, quo odores cognoscuntur, & sic quãuis inter cætera animalia imperfectissimum odoratum, seu olfactũ obtineat homo, vt inquit Arist. 2. de an: t. 92 & 12. sect. probl: quia humidissimũ cerebrum obtinuit & frigidissimum accommodatum potius ratiocinationi & discursui, quam olfactui, & cognitioni odorum, quæ potius in mediocri siccitate, & calore atque vaporosa seu fumosa vaporatione consistit, attamen maxime frigidũ cerebrum restauratur odoribus, quibus hac ratione maxime delectatur, atque etiã auxiliatur facultati cognoscenti, quæ scientiam de odoribus aquirit, & idcirco licet non sit simpliciter animali sensus olfactus necessarius; (potest enim viuere animal absque odoratu) ad bene esse tamen gratia vitæ getatiuæ, pro esca & cibo aquirendo, & ad melius esse pro cognitione odorum inseruiente intellectui constitutus est ad melius esse: prætere a olfactus tripliciter cõsideratur; vt sit, vt melior sit, et tertio vt perfectior, possumus enim odorare, melius odorare, & tertio perfectius odorare, pro vt organum odoratus, seu nasus, erit a natura constitutus simpliciter, vel bene vel melius in temperatura, compositione, & vnitate, quæ tria conferunt, ad organum odoratus constituẽdum, quod describitur, esse membrum dissimilare compositum ex processibus mamillaribus, ossibus, cartilaginibus, cute musculis, & organis communibus gratia olfactus: hæ sunt omnes particulæ, quæ nasum constituunt, inter quas pręcipua pars est processus mãmillaris seu papillaris, quæ est organum principale receptiuum, & cognoscitiuum odoris: ceteræ partes adiuuant hanc principẽ, vel custodiunt, vel sunt in causa sine qua non potest pars princeps, vel custodiri, vel melior esse, & ab his partibus oritur, vt supra dicimus odoratus melior vel perfectior, vel è contra deterior, qui porrò est cognitio odoris à facultate odoratiua gratia voluptatis proprię, & internæ facultatis cognoscentis; in qualibet cognitione sensitiua, necesse est vt adsit obiectum, facultas cognoscens, & medium per quod transit species obiecti sensibilis, vsque ad facultatẽ ipsam sensitiuã, quæ recipiens cum proprio organo ipsam speciem patitur ab ipsa, & deinde ipsã cognoscit, & diiudicat; adeo vt Aris. 121. 130. 21. de anima 2. de aĩa 7. 3. de aĩa cognoscẽs sensum esse receptiuum specierum sine materia vna cũ corpore, in quo residet sensus, dixerit sensum esse motum corporis & sensitiuum recipere species sensiles, quæ non recipiuntur tantũ ab anima sensitiua; sed ab anima immixta corpori, intellectus verò 3. de anima 4. & 6. quia immixtus est ab obiecto, & ab omni ente, atque ab organo corporeo dicitur ab Aris. & locus formarũ, & forma formarum 6. & 38. 3. de anima quia est aptus intelligere omnia & omnia recipere, atque perfici, non autem corrumpi: excellens enim intelligibile, vt inquit 3. de anima 7. perficit intellectum, at excellens sensibile corrumpit sensorium, excellens vero tactile non solum sensorium destruit, sed aliquãdo animal 123. 143 3. de anima & 7. 3. quia sensus tactus est basis necessaria animali, vt animal est, & qualitates tangibiles, non solũ agunt in sensorium tactus; sed possunt constitutionem humani corporis, quæ est temperies cõpositio, & vnitas, alterare, disformare atque dissoluere, & sic mortem inducere, etenim vita in temperie, compositione, & vnitate commoderata persistit, est igitur cognitio sensitiua, notitia odorum atque media inter visionem, & auditũ, & tactum; appellatur etiam sensus medius quia sicuti visus & auditus sunt magis spirituales sensus, egentquę specie, & medio spirituali atque organis, ita tactus magis terrenus, est organisque, & specie, & medio crassioribus vtitur, olfactus verò spetie non ita terrestri, nec organo fruitur, quare, & eius cognitio media appellatur atque medias vtilitates, & vsus prestat homini; præterea odor quadrupliciter expẽditur vel ꝓ qualitate ĩ re odorabili vt in pomo, vel pro substãtia odorabili, vel prò fumosa euaporatione in aere delata à mixto odorabili, vel pro qualitate tantum reali materiali distincta à quatuor alijs sensibilibus, & dicitur qualitas resultans ex mutua actione primarum qualitatum in misto dominante sicitate, & calore olfactum mouens; odor enim est sicci secũdo de ani. & sapor humidi 100. 2. de anima: idcirco siccum, & vaporosum debet esse organũ præcipuũ olfactus; nam quale est obiectum actu, tale est potentia organum 62. 2. de anima quapropter etiam ea mixta, quæ mediocriter calida, & sicca sunt, magis odorabilia percipiuntur, & regiones orientales, Arabia & Syria, odores gratissimos, & suaues pariunt, & multa etiam cinere calefacta magis redolent, & facilius ea, quæ manu contrectata sunt; vltimo accipitur odor, pro qualitate intentionali, & specie, quæ recipitur à sensu olfactus im

Homo cur praue odoret.

Olfactus triplex cõsideratio.

Def. Nasi

Principale organum odoris.

Odoratus definitio.

Excellens tactile sẽsorium destruit, & animal.

Olfactus cur medius inter sẽsus.

odoris quatruplex cõsideratio.

Quæ magis odorabilia.

Arabia, et partes oriẽtales odorũ fecunda. 12. probl. 3

mediate

Odor quõ nutriat.

mediatè; si accipitur odor pro substantia odorabili, potest nutrire corpus per se vt substantia, per accidens, vt odor, & qualitas, nam accidentia, & qualitates alere non valent, neque simplicia elementa, vt testatur Arist. lib. de sens. c. 5. & secundo de ani. si accipitur pro fumosa euaporatione, potest spiritus vitales, atque animales regenerare, atque cerebrum vt calida recreare, si verò vt qualitas tantum realis odorabilis, atque intentionalis, spectat tantum ad organum olfactus atque ad eius notitiam; ad quam producendam, oportet vt à mixto odorabili qualitas vaporosa emanet in aere, vel aqua atque ab hac qualitas, quæ non solum ad nares, sed vsque ad processus mamillares, qui intra caluariam resident, deferatur per inspirationem dilatatis venis, atque meatibus processus mammillaris, atque membranarum cerebri, qui meatus, & venæ, dum clausi sunt appellantur ab Arist. 2. de anima. t. 100 veluti operculum velamen, in animalibus verò, quæ non respirãt veluti piscibus operculum non est necessarium; sed semper venæ, meatus, mãmillatis processus reserati cernuntur; idcirco pisces in aqua odorant absque respiratione, quia sat est, vt species odorabilis deferatur non organum olfactus, ab eo verò recepta cognoscitur à facultate sensitiua ibi residente, quæ appellatur olfactiua, seu odoratiua, & est facultas sensitiua; sed non ita pura & spiritalis, vt auditiua, & visiua, neque ita terrestris & crassa vt tactiua: posita est intra craneum cum reliquę quatuor facultates sensitiuæ seu sensus extra craneum sint positæ ipsa verò cum imbecillis sit, egebat propinquitate, & vicinitate cerebri pro tutela, & ipsum cerebrum frigidum, & humidum egebat odoribus calidis recreantibus spiritus, & calefacientibus cerebrum, quod maxime etiam odoribus delectatur atque eget: finis propter quem facultas odoratiua cognoscit odores. est voluptas propria quę etiã præsertim in animalibus brutis facit ad cognitionem escæ vt cibi indagandi gratia vitæ; sic corui, pisces, canes, à longe etiam odores percipiunt, & his mouentur ad capienda alimenta, immo docet Arist. in proble. sectio. 12. problem. primo odores potius à longinquo quam prope cognosci, quia magis depurantur & liberantur ab excrementis humidis, quæ permixta erant, fumosa verò, & sicca exhalatio, cum aerea, & ignea sit, longius potest permeare: vtilis est etiam odor & cognitio eius cerebro, & demum cognitioni internæ, quæ inseruit non solum philosopho; sed etiam medico tam in cognoscendis medicamentis, quam vrinis, & excrementis; declarata actione præcipua nasi videndum est, quomodo omnes partes ipsius conferunt ad hanc actionem, & quomodo præcipua pars, quæ præsertim concurrit per temperiem, cæteræ verò partes tum custodientes, tum adiuuantes, tum causæ sine qua nõ concurrunt ad actionem producendam, & ad parti principi auxilium ferendum, tum per ea; quæ consequuntur temperiem, nempe molitiẽ; duritiem, grauitatẽ lenitatem, tum per ea, quæ accidunt & consequuntur compositionem, & vnitatem; atque formatricem, nempe per figuram, situm, magnitudinem, superficiem asperam, vel lenem, poros densos, vel raros & cauitates magnas, vel paruas, atque numerum, hæ sunt omnes causæ, quæ producunt actionem simpliciter, vel meliorem: his enaratis historiam partiũ nasi, atque earum vtilitates scrutabimur; præcipua pars nasi seu organum principale olfactus, est processus mãmillaris, qui est caro neruosa, in anteriori parte cerebri sita intra, vsque ad os ethimoide, prædita est spiritu animali, vaporoso aere inspirato per nares, & facultate sensitiua reddita olfactiua, & cognoscitiua odoris, hęc caro mammillaris distinguitur à cæteris alijs, simplex est, nec reperitur in alia parte corporis, quam ibi, potissimum per temperiem frigidam, & humidam est vtilis ad olfactum producendum, est mediocriter mollis, vt facile recipiat vapores & odores, habet figuram breuem, & rotundam ad tutelam sui, & vt facilius recipiat odores: cauitatem habet, vt possit dilatari, & vaporosum aerem recipere; nam dum inspiramus per nares, totum cerebrũ dilatatur, & eleuatur, atque intromittit aerem venis, & meatibus apertis ob dilatationem, quæ apertio dicitur ab Arist. 2. de ani. velamen seu cooperculum, nam post dilatationem cerebri clauduntur venæ & meatus processus mammillaris, & ita dicuntur cooperiri, quia tunc aer non potest ingredi, nec odores in uenas; quapropter non odoramus nisi inspiramus; pisces tamen, & animalia, quæ carent pulmone; carent etiam respiratione. & aeris attractione, ideo processus mammillares semper apertos habent, & odorant semper: duo sunt numero processus mãmilares correspõdentes duabus naribus, vt si alter lædatur alter liber sit, superficiem habent mollẽ, & raram: quia dilatari debent, & aerem intromittere, siti & positi sũt intra craneum, vt recreent spiritus animales, & cerebrum, & deinde quia egent proximitate cerebri, & situ recondito cum imbecilles sint admodũ, & facile alterabiles a quacunque re externa; ossa nasi quadruplicia sunt; primum appellatur ethimoides; seu os colatorium, seu cribri, quod perforatũ est foraminibus partim rectis, partim obliquis, vt aer ingrediatur, & odores; sed prius per obliquitatem foraminum segregetur impuritas, atque etiam vt pituita, quæ descendit à cerebro, percoletur per hæc foramina; sed non continuo, & cum impetu: situm est ad basim cerebri, & diuidit per quandam cristam processum mammillarem dextrum ad sinistrum, à parte infra & externa versus nares habet aliam propaginem osseam; quæ diuidit nasum in duas partes, & appellatur septum: sunt duo alia ossa quæ per duritiem per cauitatem; faciunt duas cauitates, & foramina magna, per quæ ingreditur aer, & excrementa à cerebro expurgantur; Tria sunt alia foramina exigua, duo ab ossibus oculi ad nasum, per quæ expurgantur excrementa aquosiora oculi, qui nobilior, & vtilior conseruatur à natura omni diligentia; alterum foramen à naso porrigitur ad palatum oblique, tum vt aer alteratus, & refractus non noceat laryngi, & pulmonibus; tum etiam vt ore attractus per illud foramen cerebro inseruiat; demum vt excrementa à naribus ad palatum, & a palato ad nasum fluant, & refluant cogente necessitate; sæpe etiam gargarismata vsurpantur, & os clauditur; vt solum per nares pateat aditus aeri inspirando: Cartilagines quinque sunt potissimæ duæ elatiores nasi ossibus asperis adnatæ, quæ coniunguntur ossi ethimoidi, & sui duritie sunt in causa, vt aer frangatur, & excrementa pituitosa contineantur, tres aliæ cartilagines positæ sunt vsque ad infimam partem nasi, duæ sunt laterales, & dicuntur alæ, & pinnæ, græcè pterygia, & formant cauitatem, tertia est media quæ diuidit nasum in duas partes, & duo oriuntur foramina ut egrediatur aer, & attrahatur aer, & medicamenta liquida, uel arida; cutis est interna, & externa, arteriæ, uenæ, & nerui sunt organa communia de quorum utilitatibus, & usibus alibi dictum fuit propriis capitibus, remanet aliquid dicendum de membranis, quæ duæ sunt, dura & tenuis à cerebro, originemq; habent à dura, & pia matre: extra caluariam inuestiunt osseas partes nasi supernas, intra caluariam uero inuestiũt carunculas mammillares, ne immediate tangant ossa, & lædant; deinde; ne aer immediate tangat ipsas carunculas, & offendat eas: postremo ut excrementa, quę colliguntur in cerebro intra craneum, & duram membranam non lædant ipsas carunculas; ultimo sciendum Galenum falsum tribuere Arist. uoluisse organum odoratus extra cerebrum. cum manifeste pateat, tum secundo de ani. tum etiam. 13. sect. probl. 3. ad cerebrum odorem penetrare, quare internum est organum odoratus; manifestum est etiam nares non posse dici organum olfactus, quia nec cartilagines, nec ossa, nec cutis apta sunt ad recipiendos odores, nec aerẽ odorabilem, præterea excellens sensibile positum supra sensum non facit sensationem 73. secundi de anima, eget itaque odor non solum aere externo tanquam medio, sed etiam aere, qui in

naribus

Marginal notes (left column): *Cur pisces odorens.* — *Facultas.* — *Cur facultas olfactiua intra craneũ, reliquæ sensitiuæ extra sunt.* — *Finis, & usus.* — *Odores magis a longinquo sentiuntur.* — *Processus mammillaris.* — *Sedes olfactiuę animæ.*

Marginal notes (right column): *Non odorãtes nisi respirãtes.* — *Numeru. processuũ.* — *Situs.* — *Ossa.* — *Foramina* — *Cartilagines.* — *Cutis, & organa cõmunia.* — *Mẽbranę.* — *Arist. contra Gal. defẽsio de organo odoratus.*

naribus continetur, et alteratur vſque ad intra craneũ pertingens caruncuIas ipſas mammillares, quæ ſunt pręcipuum organum ipſius odoratus: *Naſus totus organũ olfactus.* totus; naſus eſt adæquatum inſtrumentum ad perfectum olfactum edendum, et concurrit potiſſimum per figuram, et foramina oblonga, *Qui melius olfaciũt.* vnde qui nares habent oblongas, melius olfaciunt 5. de gen an. c. 2. *Situs.* per ſitum poſitus eſt in loco alto, et ſublimi quia vapores et odores potius ſurſum attolluntur per attractionem: quia dum attrahit animal, et inſpirat aerem olfactus celebratur, *Temperies* per temperaturam etiam frigidam, et ſiccam fit; quia hæc ſicciorem reddit aerem, et olfactiuę magis idoneum; et hæc de Anatome naſi.

De Anatome Linguæ. Cap. XXXXIII.

Vſus linguæ. INter partes oris lingua principatum tenet & fabricata eſt à natura ob plures vtilitates, motu inſeruit locutioni, & q̃to hęc agilior eſt, eo facilius, locutio & ſermo formatur, inſeruit, & motu ad excipiẽdos cibos & præparandos ad oſcula, & ad lambendum: ſenſu tactus cognoſcit qualitates tãgibiles, e cibaria, an nimis calida, vel frigida, humida, vel ſicca ſint, acuta, vel grauia: aerem ẽt an nimis frigidus, vel calidus ſit uel temperatus, & prohibet ne ingrediatur ad pulmones ita frigidus: ſua etiam humiditate emollit labia, et partes internas oris, poſtremo vtilis eſt ob ſenſum guſtus, qui ſapores dignoſcit, et de lingua potiſſimum ſermo erit, quatenus eſt inſtrumentum guſtus: *Definitio.* definitur lingua eſſe mẽbrum compoſitum ex propria carne, cute, ligamento muſculis, glãdulis, et organis cõibus gratia guſtus, hæ ſunt omnes particulæ, quæ formant linguam: membrum diſſimilare, vt valeat ſapores dijudicare gratia melioris vitæ, non vitæ ſimpliciter. quia guſtus, vt guſtus, non eſt abſolutè neceſſarius ad vitam hominis, ſed ad bene viuere tantum; multi enim ſenſu guſtus priuati vitam agunt; *Principalis pars* præcipua pars ipſius linguæ eſt ſpongioſa caro, omnibus fibris orbata, e ſimpliciſſima pars ſimilaris, quę proprio temperamento eſt vtilis ad guſtum, cutis cuſtodit partem principem, & prædita ſenſu tactus adiuuat eam, muſculi pariter adiuuant, glandulæ, ad meliorem guſtum efficiendum conſtitutę ſunt, ligamentum eſt ad *Adiuuantes.* cuſtodiam, et potius linguæ inſeruit ſicuti muſculi gratia ſermonis formandi; organa communia ſcilicet nerui, venæ, et arterię ſunt cauſa, ſine quanon pars princeps *Finis.* ſenſum guſtus dignoſcere poſſet, finalis vero cauſa eſt guſtus; ſed hic accipitur aliquando pro facultate guſtatrice; aliquando pro operatione, ſeu actione, ſeu ſenſatione facultatis guſtatricis, & acceptus in hunc ſen*Guſtus definitio.* ſum defertur cognitio ſaporis à facultate guſtatrice linguæ gratia voluptatis propriæ, et alterius, eſt notitia, et cognitio ſenſitiua admodũ terreſtris et impura, nõ tñ ita infima vt tactus, & ĩ hac ẽt celebrãda cognitione tria *Quæſita ad guſtũ.* sũt neceſſaria, medium ꝙ eſt ſaliualis humiditas linguę & fortaſſe cutis: obiectum, quod eſt ſapor, & facultas cognoſcitiua, quæ eſt guſtatrix; triplex eſt guſtus, vel *Quotuplex guſtus* ſimpliciter guſtus, vel melior guſtus, vel perfectiſſimus; vnde homo, cum cætera animalia tactu excellat, etiam guſtu præſtat, & eo magis, ſi partes linguæ dedicatæ guſtui optima temperie, compoſitione, & vnitate conſtitutæ fuerint: obiectum guſtabile eſt ſapor, qui nihil aliud *Saporis definitio.* eſt quam qualitas in aqueo, humido, & ſicco, concoquente calore reſultans, & guſtatricem facultatem immutãs, quale ipſum, ſicut dicit Ariſ 2. de an. c. 6 & li. de ſen. & ſen. c. 4. nã ſapor eſt guſtabile ĩ humido, & dicitur, ſapor humidi, & odor ſicci t. 100. 2. de aĩa, nihil autem facit ſaporis ſenſus ſine humiditate; ſed habet actu aut potentia humiditatẽ, vt ſal, & guſtabile dicitur factiuum actu guſtatiuum, quod eſt potentia: quoniam ſenſoriũ ſcilicet guſtatiuum nempe lingua neque humida eſt actu, neque impotens eſt fieri humida; patitur enim à guſtabili ſecũdũ quod guſtabile eſt; idcirco lingua, neq; ſicca admodum poteſt ſentire, neque multum humida, vel hic tactus fit primi humidi, vt cum quis guſtauerit fortem ſaporem, vel amara, vel ſalſa, lingua plena huiuſmodi humiditate cæteros ſapores iudicat amaros, & ſalſos; idcirco dictum fuit in definitione eſſe qualitatem immutatiuam guſtus; quia ſenſorium guſtus, quod erat potentia humidum, reddit actu, & quale ipſum 101. 2. de anima non eget ſapor medio externo ſcilicet aere, vel aqua, ſed ſufficit humiditas ſaliualis, vel quę reperitur in re guſtabili.

Differẽtiæ ſaporum. Octo sũt differẽtiæ ſimplices ſaporũ pro varia cõmixtione humidi cũ ſicco, & caloris cõſequentis, dulcis, pinguis, amarus, ſalſus, acris, acidus, auſterus, & acerbus, atque aſtringẽs; acetoſus ſapor potius cõpoſitus eſt ex acido, & acri, vt apparet in aceto ex Gal. in quo aciditas, quæ ĩ humido aqueo ſubtili, & frigiditate cõſiſtit; acredo vero in ſubtili, & tenui ſubſtantia calida; ideo, quæ acetoſa ſunt, mixtas qualitates, & facultates habent calidas, & frigidas, Ariſ. inquit dulcem ſaporem, & amarum contrarios eſſe, & contra Gal. auſterum, & acutũ, *Conci. Ar. cum Gal.* conciliantur hi autores: quia Ariſ. reſpexit ad ſapores, vt referuntur ad ſenſorium guſtus, & ita dulcis ſapor amicus guſtui, & recipitur naturaliter à guſtu, amarus vero inimicus recipitur cum violentia, & lædit, Gal. vero non ſolum qualitates ſaporum, ſed temperamentum, & qualitates primas reſpexit, nam acutus calidus eſt, & ſiccus, auſterus verò frigidus, & frigidas qualitates concomitatur: *Dulcis ſapor.* Dulcis ſapor eſt ille, qui amicus eſt naturæ, & conſtat in humido aereo cum terreni portione optime concocta à calore temperato: *Salſus.* ſalſus poſitus eſt in materia magis terreſtri, & calore acri, *Amarus.* amarus ſapor eſt in materia magis terrea, & aduſta: *Acris.* acris eſt calidus, & ſiccus in materia tenui, ſed calida: *Acidus.* acidus verò ſapor eſt frigidus, & ſiccus, vt ſuccus limonis & citri, & tenuis ſubſtantiæ in materia aquea tenui, et frigida: *Acerbus.* Acerbus ſapor eſt frigidus, & ſiccus, vt fructus inmaturi in materia frigida, & craſſa atque incocta à calore, qui dicitur, etiã ponticus ſapor, auſterus, & aſtringens, quod idem eſt, frigidus, et ſiccus eſt ſapor, vt in gallis immaturis, & poſitus eſt in materia craſſa terreſtri, quæ poros aſtringit atque denſat, ſunt etiam alij ſapores quaſi imminuti, vt *Aqueus.* ſapor aqueus inſipidus frigidus, et humidus in materia aquea cum minimo calore: *Pinguis* pinguis ẽt ſapor eſt calidus & humidus in materia aerea calore mediocri, vnde pinguia omnia facile inflãmantur, & maxime nutriunt: *Finis guſtatricis.* finis propter quem agit facultas guſtatrix, eſt duplex voluptas, vna quam recipit in lingua à ſapore amico, & proportionato ſibi, dum illud cognoſcit gratia rei nutribilis et guſtabilis, altera eſt quam recipit phantaſia, et intellectus, dum cognoſcunt ſpecies ſaporum, et rerum naturalium cognitione perficiuntur, quę perfectio potiſſimum in hominibus ſpectatur in animalibus vero brutis potius inſeruit gratia viuendi, & bene viuendi.

Caro propria lĩguæ. Propria caro linguæ eſt caro abſque fibris ſeminalibus, & nerueis, vt ſimpliciſſima ſit, atque mollior ad *Dubitatio* recipiendos ſapores: dubitatur an hæc caro ſit ſeminalis vel ſanguinea, cum deperdita non poſſit reparari: videtur ex ſemine originem ducere, at cum rubra ſit ad ſan*Solutio.* guinem vergit: obtinuit tamẽ mediam naturam inter sãguinem, et ſemen; *Tẽperies qualitates ſecundæ.* quia temperie debebat frui mediocriter calida, et humida, vt valeret recipere omnes ſapores eſt mollis, lenis, et rara, atque ſpongioſa, vt ſuccos ſapi*Figura.* dos facile intus recipiat, figuram obtinet oblongam, quę *Diuiſio.* inſeruit, et locutioni, et cibis excipiendis, diuiditur linea quadam in duas partes, vt una lęſa parte, altera illęſa ma*Cuticula* neat: inueſtitur cute, et cuticula, quæ ſunt ad tutelam *Cutis.* ipſius carnis principaliſſimæ partis cognoſcentis ſaporẽ, cutis vero ſentit ſenſu tactus res tactiles non ſapores, eſt tamen propugnaculum, et medium, per quod tranſit ſapor: quia 116. 2. de anima ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem: tuetur etiam principem partem ab excellentibus ſaporibus, et excellentibus tangibilibus: quia 7. 3. de anima, et 67. 68. 143. 2. de anima. 123.

excel-

excellens ſenſibile corrumpit ſenſorium: hac ratione cutis illa admodum craſſa eſt,& nonnulli aſſueti ſunt cibaria,craſſa,calida,& acuta comedere, qui tractu temporis,etiā carbones accenſos abſque noxa deglutiunt atque

Glandula

vitra inciſa:glandulas duas habet annexas radici lingua, quæ excipiunt quandam humiditatem,& eam elaborāt

Saliua qd
Vſusipſius

gignuntquè ſaliuam, quæ eſt excrementum à propria concoctrice ipſarum glandularum gratia guſtus, præcipuus vſus huius ſaliuæ,eſt vt introducat ſaporem intrò ad carnem linguæ,vt emolliat linguam,& cutem,vt muſculos humectet,ne à perenni motu cōtinuo linguæ excitentur;cibaria humectat,ac vi inciſiua, & abſterſoria præparat,abſtergit linguam, labia & gingiuas humectat,& lenit fauces atque gulam:muſculi inſeruiētes lin

Muſculi

gue dupliciterſunt: duo ipsā eleuant,duo deprimunt,2. ad latus dextrum mouent,& 2. ad ſiniſtrum,& 2. à dextra attrahunt ipſam contra Auer.ſentētiam exorti ab interiori parte menti: ligamentum ipſius linguæ eſt vnū

Ligamentum.

proprie,quod alligat ipſam infernę parti oris ne ſitū mutet; ad eſt etiam aliud vinculum circa acumen linguæ,

Vena.

quod abſcinditur,vel diſrumpitur ab obſtetricibus:communia organa ſunt venæ, quæ deferunt ſanguinem pro

Arteriæ.
Nerui.

nutritione,& duæ infernæ appellantur ranulæ,& ſecantur aliquando in angina, & faucium inflammatione, arteriæ ducunt ſanguinem arterioſum,& ſpiritum vitalē: nerui oriuntur partim a ſecunda, & tertia cōiugatione, quæ tripliciter diuiditur: alij ad cutim ſe porrigunt, gratia ſenſus tactus alij ad muſculos gratia motus 3. ad carnem propriam linguæ,qui deferunt ſpiritum animalem,& facultatem ſenſitiuam,quæ poſtea à propria carne linguæ,& ſpiritu animali permixto cū humido quodam ſaliuali euadit guſtatrix facultas,caro enim illa determinata cum propria temperie, & calido innato, ſpiritusque animalis permixtus cum ſpiritu vitali, & humido ſaliuali efficiūt illam virtutem aptam. & determinatam ſolum ad recipiendos ſapores intentionaliter; càro vero materialiter recipit,vt materiale, & præcipuū organum guſtatricis facultatis.

Tota lingua.

Tota lingua his particulis prædita perfecte ſapores dignoſcit & potiſſimum concurrit,per ea,quæ accidūt; nempe per mollitiem atque per actionem ſcilicet per alterationem ſaporis,& retentionem:ſita eſt in medio oris

Situs
Numerus

quia & locutioni, & cibis,etiam inſeruire debebat,vna eſt: quia tali natura, & ſubſtantia conſtituta fuit vt facile ſe poſſit tueri,& vnico foramine correſpondere gulæ vel tracheæ arteriæ, nam dum comedimus, non poſſumus loqui,dum loquimur non comedimus;magnitudo

Magnitudo.
Tēperies.

eius correſpondet ori ſicuti locatum loco, qui enim grādiorem habent linguā, deſſicile loquūtur totius temperatura eſt potius calida,& humida,pro vt eſt inſtrumentum guſtus.

De Gutture ſeu inſtrumento vocis. Cap. XXXXIV.

Oris cōtenta.

OS eſt foramen per quod ingreditur cibus,potus & aer à labio ſuperno,& inferno circumuallatum: habet ab intra primo dentes, & gingiuas,oſſa maxillæ infernæ,& ſupernæ,os palati, quod ſupernum eſt lingua,os yoide,quod ſuſtinet linguam,buccas infernas,& ſupernas,quæ genas conficiūt,habet co-

Vlula,
Fauces

lumnam, ſeu columellam ſeu ubulam, quæ eſt carnoſa ſubſtantia penſilis ſupra epiglotidem;ſpatiū illud internum appellatur fauces,a quo ſpatio proueniunt,duo

Gula æxophagus
Arteria aſpera guttur, et brōchium.
Gutturis vſus

canales,vnus per quem tranſit cibus, & potus ad ſtomachū ad inteſtina, & appellatur gula, ſeu œxophagus,ſeu ſtomachus,Arabice meri,& fiſtula cibaria; alter canalis eſt per quem tranſit aer, & fuliginoſa excrementa, & appellatur arteria aſpera, guttur,& bronchiū,in qua eſt larynx ſeu glotis,& omnes cartilagines ad formandam vocem, ex his componitur collum quod inſeruit thoraci,& pulmoni; guttur itaque, licet inſeruiat reſpirationi,& inſpirationi pro corde,& ſpiritu vitali, inſeruit etiam formandę voci, vt ſignificemus conceptus animi noſtri alteri,& paſſiones animæ, gratia igitur vo-

definitio.

cis definitur guttur eſſe membrum compoſitum ex glotide cartilagninibus tunicis muſculis glandulis, organis communibus, à facultate gutturifica propter vocem: hæ ſunt omnes partes,quæ formant guttur, pro vt eſt aptum vocem conficere, & princeps pars, quæ actiua eſt, pro vt aerem mouet ſufflatum à pulmone, & paſſiua pro vt mouetur a muſculis eſt larinx ſeu lingula appellata,ſeu caput bronchij,ſeu farinx,ſeu glotis: hęc eſt

Princeps pars formans vocem.

precipua pars,quæ format vocem,& non reperitur ſimilis in toto corpore,conſtat enim ex ſubſtantia glanduloſa, & membranoſa,vt ſit apta ad vocem formandam:nō debebat enim eſſe mollis, & carnea; ſed potius dura, et lenis: ideo æs ſonat,plumbum minime: habet duo foramina, vt poſſit ingredi ſpiritus,& aer & rimulam quan

Temperamentum

dam, quæ clauditur comprimitur, & dilatatur pro varia voce formanda. Temperamentum habet mediocriter ſiccum,potiſſimum concurrit, per id,quod conſequitur,& quod accidit,quatenus mota à muſculis laringis,

Cartilaginos laringis quatuor.

mouet aerem, & ex percuſſione ipſius aeris, quæ habet rationem verberati, formatur vox: cartilagines quę conſtituunt laringem ſunt quatuor,eſt prima epiglotis, quæ eſt cartilago ſuprema cooperiens canalem aſperæ arterię,ne cibaria ingrediantur,ne pituita a capite facile deſcendat ad pulmones, deinde ne exhalatio, & aer eflatus,atque vapores qui à thorace eleuantur cerebrū offendant, & ne puluerulenta exaſperent aſperam arteriam, quæ debet eſſe lenis,& dura, habet ſubſtantiam cartilagineam, tres ſunt aliæ cartilagines, prima appellatur ſcutiformis,& pomum granatum quia conſtructa eſt ad formā ſcuti,altera dicitur innominata ſeu annularis ad formam annuli, tertia eſt aritænoides, & hæ tres cartilagines inter ſe vnitæ ſunt, & muſculis ad formam x. alligantur, & inter ſe ſe inſeruiunt,nam, & dilatantur, & conſtringuntur comprimunturque

Muſculi

vt ex dilatatione, & complexione varia, diuerſæ voces formentur acutæ, graues, magnæ, & exiles? muſculi ſunt 20. qui mouent has cartilagines,& alij ad latera dilatant alij ſurſum trahunt propter neruos à ſexta coniugatione exortos, alij deorſum trahunt propter propagines neruorum recurrentium, qui ſurſum à thorace re-

Nerui

currunt ad collum, vnde ſi hi nerui recurrentes ſcindātur,obmuteſcit animal.Originē trahunt,hi nerui à ſexta coniugatione à cerebro,& per collum concurrunt, & poſtea duos ramos recurrentes ſurſum demandāt ad col

Vox vnde oritur.

lum, reliqui vero vltra progrediuntur ad thoracem, ad ventriculum,& ad cętera viſcera interna, potiſſimum hæ cartilagines inſeruiūt voci, quatenus percutiunt aerem propter duritiem,& ex illa percuſſione,& refractio

Glanduloſa.

ne oritur vox, figura earum cartilaginum concaua magis reſonare facit: corpora dura glāduloſa hinc, & hinc gutturi adhærent,vt inſeruiant, tanquam puluinar, & quadam rorida humiditate irrorent aſperam arteriam:

Tunica

ambit guttur internam cauitatem, inueſtitquè tunica quædam ſubtiliſſima ad tutelam,& vt facilius aer,& ex

Organa cōmunia

crementa poſſint labi, & relabi; organa communia communes vtilitates,& proprias afferunt, nerui ſenſum tactus,et motum muſculis, venæ ſanguinem pro nutritione,et arteriæ ſpiritum vitalem et ſanguinem arterioſum,pro vita; adeo vt ſi hæ partes gutturis internę, vel externę,ſeu muſculi interni, et externi inflāmentur

Angina morbus.

oritur ille morbus,qui appellatur angina ſināche,et paraſynanche, vt aer inſpirari non poſſit, vel quando cibus deglutiri, & tunc minus periculoſa eſt angina; hæ ſunt omnes partes,quæ concurrunt, vel vt præcipua pars, vel vt adiuuantes,vel vt cuſtodientes, vel vt cauſæ ſine qua non vox efformari poſſit, quæ vt ſuperius diximus, nihil

Vocis definitio.

aliud eſt,quam ſonus aeris efflati a thorace per aſperam arteriam, & percuſſi à la rynge cum imaginatione aliqua; & differt vox à ſono: quia ſonus eſt genus, vox eſt ſpecies, differt vero quia aer colliſus eſt efflatus ab

ani-

animalis thorace,& pulmone per asperam arteriam; & animalia,quæ carent pulmone,carent collo,& è contra; formatur vox a larynge, q̃ est pars animata & à musculis mota,& imaginatio tribuit significationem,& varietatem, prout voluerit hoc vel illud significare, nam serpentes per sibilum, aues per cantum, boues per mugitum, equi per hinnitum, asini per ruditum significant passiones proprias animi,& variant has voces,pro vt intendunt significare varias passiones animi, dixit aliquando Gal.partem præcipuam vocis esse linguam: quia per vocem non intellexit proprie voces; sed sermonem, & locutionem, quæ est propria hominis, & formatur per linguam. Varia problemata de voce afferuntur ab Aris. in problematibus,& à Gal.libello de voces organo; sed supra plura à me dicta sunt; ait tamen Arist.cur homines melius audiant vocem ab alto emissam, quam è cõtra? an quia vox habet annexam quandam humiditatẽ, quæ deorsum tendit, an quia à terra reflectatur vox, & reflexa melius audiatur; de voce locutus est etiam Aris. 2.de an.c.8. inquiens vocem generari ab aere per respirationem attracto: quia aer est materia vocis, & respiratio est motus compositus ex inspiratione,& expiratione,per musculos thoracis à pulmone, tanquam à præcipuo organo gratia cordis conseruandi, primo, & principaliter atque necessario, secundario vero etiam gratia vocis,quia expelluntur fuligines à corde, & aer fuliginosus,qui est mobile,& mouetur à larynge mouente,& ex mouente,& mobili formatur motus,qui tunc dicitur vox: Totum guttur concurrit per situm per figurã, & cauitatem fistularem, per duritiem, & lenitatem ad perfecte edendam vocem,nam vox aerea est,& eget organo in sublimi posito fistulari concauo,& duro,cartilagineo,& vndiq; mobili,& mouente, vt facilius resonet, & vox clarior formetur, & hæc satis de organo vocis.

Vox ab alto cur melius audiatur. *Respiratio quid.* *Totũ guttur.*

De lingua pro vt est organum sermonis. Cap. XLV.

Oris consideratio. Prima. Secunda. Tertia. OS quatuor modis potest considerari primo gratia vitæ simpliciter quæ est necessaria vt homo vel animal viuat, hac ratione inseruit tanquã canalis meatusque cibis, & potibus assumendis, & aeri inspirando,& expirando,sine quibus animal viuere nequit; secundo gratia bonæ vitæ, quæ inseruit potissimũ gustui, qui est ad bene esse animalis. Tertio gratia vitæ animalis simpliciter; & hæc pertinet ad sensum tactus, nam os sensu tactus præditum est. *Quarta.* Quarto perpenditur gratia melioris vitæ, quæ melior vita non est necessaria ad esse simpliciter vegetatiuum, neque ad esse sensitiuum: quia potest viuere animal absque uita meliori, quæ est in ore, sermonem seu locutionem producere;gratia igitur sermonis productum est os, & considerabitur in præsentia: nam primo fit sonus tanquam à corporibus inanimatis, & hic sonus euadit postea vox larynge efformatus; tandem hæc vox fit articulata à lingua, & ita vocatur sermo seu locutio,quæ est propria hominis, non brutorum; *Diffinitio.* diffinitur igitur os pro vt est instrumentum melioris vitæ; nempe sermonis,seu locutionis,seu vocis articulatæ, & significatiuæ, quod idem est, esse membrum dissimilare compositum, ex lingua, labiis, dentibus, gingiuis, maxillis, palato, gargaleone seu columella,quod idem est, buccis, musculis; glandulis,naribus, membranis, organis cõmunibus gratia sermonis. *Pars principalis causans sermonem.* pars principalis,quæ producit sermonem,& vocem articulatam facit,est lingua,vt docet Gal.4.de loc.aff.cap.6. Arist.4.de hist.animalium c.9.secundo de partibus animalium c.16.3.epid.3.74.ceteræ vero partes enarratę ad iuuant partem principem, vt meliorem formet vocem, & sermonem, & enumerantur ab Arist. & Gal. loc.cit. *Sermo sit cõsiderãque tripliciter.* sed sermo seu vox articulata tripliciter potest considerari,& fieri,vel fit tantum simpliciter, vt fit vox,vel vt bona sit, vel 3. vt melior sit; *Finis locutionis.* nam homines alij edunt sermones,alij bene loquuntur,pro vt melior, & expeditior erit constitutio oris, formatur præterea locutio,propter duos fines,vel vt homo valeat significare animi passiones pro exigentia, & necessitate propriæ vitæ ad cibum & potum,& alia necessaria,vel gratia melioris vitæ gratia disciplinarum explicandarum, quæ intellectum ornant, & pro explicatione sermonis: sciendum primo in sono, qui est quidam motus, requiri mobile, & motorem,pariter in voce,quæ est species soni,est necessariũ mobile,& mouens de quibus supra dictum est, *Vox quid signet.* vox vt inquit Arist.li.periherm.c.1 significat conceptũ, & passiones animi alteri,et,sea quæ scribũtur sunt notæ passionum,et cõceptuum animi, sed vox alia est inarticulata seu illiterata,absque literis vocalibus, et consonantibus, *Diuisio vocis.* manifeste expressa,&ordinata,vt vox brutorũ animaliũ infantium nuper natorũ, & hominum gemitus suspiria, clamor,fletus,luctus; alia est vox literata,seu articulata, ex literis constans, & hæc est propria hominis, quæ duplex est & dicitur simplex, ut nomen homo, *Nomen.* quod significat rem sine significatione temporis, vel est verbũ, quod significat rem cum tempore, vt curro, uel est vox composita,& dicitur oratio,locutio, & sermo,ut Petrus currit, *Oratio.* quæ pariter duplex est uel imperfecta, quæ sententiã non complet, vt si ego esse Romæ, uel est oratio perfecta,quæ sententiã complet,& significat verum,vel falsum,vt ego sum homo, præterea hæc oratio perfecta adhuc duplex est una appellatur affirmatiua seu compositiua,altera dicitur negatiua, seu diuisiua,ut ego non sum albus, tertio ad huc magis cõposita datur oratio, & appellatur,illatiua, quæ componitur saltem ex duabus propositionibus seu orationibus, ueluti, si tu es doctus,mereris honorem, & dicitur oratio illatiua, seu discursus & hæ tres species orationis correspondent tribus operationibus intellectus; *Operationes intellectus. Prima.* prima operatio est apprehẽsio simplicium terminorum verbi, uidelicet, & nominis hominis, & leonis, *Secunda.* secunda operatio componit, & diuidit rem a re,uel rẽ cũ re, vt homo est albus, componit albedinem cum homine; Petrus non est doctus,diuidit doctrinam à Petro, uel componit rem cum tempore,vt ego nunc ambulo,componit ambulationem cum me, vel ego non fui Romæ, diuidit Romam à me. *Tertia.* tertia operatio intellectus dicitur discursus, ratiocinatio,& illatio, & concludit aliquid ex aliquo, ut si homo uiuit, ergo habet animam: his positis, sciendum sermonem seu locutionem aliquando accipi pro voce simplici articulata ut homo leo, aliquando pro composita, *Orationis diffinitio.* & hæc magis proprie dicitur sermo, oratio seu locutio, quæ composita debet diffiniri vox intelligibilis significatiua.cuius partes separatæ aliquid significant percussã à lingua materialiter, ut animi affectus alteri significentur; *Sermonis pro voce simplici diffinitio. Prima.* sermo vero pro uoce simplici articulata diffinitur ab Arist.4. de hist. animalium c.9. quod sit explanatio vocis, per linguam, nam ut vox euadat sermo, debet explanari, fieri articulata, quam explanationem, & articulationem facit lingua hominis libera,& lata quatenus ipsa mota à musculis mouet aerem, seu uocem formatam,à laringe, & vsque ad linguam rudis & informis demandata, *Secunda.* describitur etiam c.2.de par.anim. c.6. sermo est qui uoce promitur ex literis constans; nam litteræ sunt uel uocales uel consonantes & hæ nõ posfsunt recte ordinari, & simul coniungi ad formandum nomen uel uerbum, & ex his duobus orationem, nisi à lingua, & præsertim uocales; *Irrationalia non vtuntur litteris.* nam ad proferendas consonantes,labia,& dentes,& aliæ partes requiruntur:animal, quod non habet rationem, non utitur litteris,nec eas cognoscit, nec litteras format nomina & uerba. Gal. etiam 4.de loc.aff. 7. distinguit uocem inarticulatam ab articulata, per hæc uerba:uox est munus uocalium instrumentorum;sermo uerò est munus instrumentorum, quæ sermoni dicata sunt,ut linguæ principaliter,cui cõferunt nares, & labia,gargaleon, & palatum; *Articulationis materia, & forma.* nam si foramina narium clauduntur; male loquuntur homines; pariter si gargaleon uel labia uel dentes sint amissi, sermo-

monem male edunt; uerum ficuti articulatio materialiter prouenit à membris, & organis in ore positis, ita formaliter producitur ab anima vel sensitiua vt in animalibus brutis, quæ formant vocem innarticulatam significantem tamen passiones animi sui, in homine vero articulata producitur ab anima rationali, quæ cognoscit litteras, & vnit eas, & ex his vnitis format vocem explanatam litteris, & rationaliter significatiuam: sicuti ordine naturæ primo fit sonus, deinde vox à laringe, tertio sermo à lingua: quia facilius natura & instrumenta edunt sonum, difficilius vocem, ad huc difficilius sermonem, ita in destructione, primo deperditur locutio, secundo vox, tertio sonus; confirmat hoc Gal. 3. epid. 3. 74. inquiens: quibus sola resoluta est lingua, possunt interdum altissime clamare; at clamor est vox inarticulata, loqui tamen non valent, idest formare vocem articulatã homo, leo, nomen & verbum simul: præterea inquit, qui nequeunt mittere vocem & clamorem, signum est extinctionis facultatis formantis vocem in gutture: infantes, & plures ægroti, & obliuiosi manifestant vera esse superius dicta: nam ob spiritus animales, & imbecillitatem & organa valent primo vociferari, & vocẽ inarticulatam edere; deinde articulatã primæ operationi intellectus correspondẽtem, demũ cõpositam, idest sermonem secundę operationi intellectus æqualẽ, tertio illatiuã respõdentẽ tertiæ operationi intellectus: confirmantur dicta ex authoritate 6. aph. 32. & li. de car. & 3 epid. 3. 74. ait enim Gal. per sermonem non intelligimus oẽ id, quod auditu sentitur; vt fletus, luctus, tussis, & id genus alia; sed vnam hominis vocem, qua inter nos colloquimur; quare per illa verba (hominis vocem vnam) distinguit sermonem à vocibus brutorum; qui sermo est necessarius gratia melioris vitæ, at non gratia vitæ, quoniam potest homo sine sermone viuere, vt muti; at vita illorum non est bona, nec melior; sed imperfecta, & appellatur vita tantum simpliciter, quo ad esse viuens, non quo ad esse sensitiuum, & ratiocinatiuum pro actu secundo, & operatione: homines enim muti quamuis non loquantur, habent tamen animam rationalem, quo ad actum primum & quo ad actum secundum circa nonnulla obiecta cognita ab his, & oblata ab alijs sensibus præter auditum; sciendum præterea os esse organum adæquatũ sermonis, linguam principale, & vocales litteras sine ictu linguæ formari, non autem consonantes omnes: tum cum ictu laryngis, fit vox; quæ degenerat postea in sermonem.

Primo fit sonus, secũdo vox, tertio sermo: econtra in destruct.

Mutorum vita imperfecta.

Os adæquatũ organum sermonis.

His expensis circa finalem causam, nempe sermonem videndum modo est, quomodo singulæ partes enarratæ in diffinitione, & per quas causas concurrant ad sermonem edendum; & primo lingua principale est organum sermonis formandi per figuram latam, & longam & per motum, quo percutit aerem sonorum à larynge emissum ad os, estquè membrum partim passiuum, quatenus mouetur à musculis, partim actiuum quatenus vocem format. ceteræ partes, vel adiuuant linguam vel custodiunt, vel sunt causæ sine quibus lingua non potest sermonem concinnare, & primo labia duo sunt supernum, & infernum, vtrunque molle, & musculosum diuersis motibus conformatum: quia adiuuat linguam pro vocalibus conformandis, & leni sermone conformando: dentes, & gingiuę sic ordinati in aciem concauam, & semicircularem, atque duri frangunt vocem, & consonantes difficiliores vniunt, & linguant adiuuãt nam si molles, vel alia figura præditi forent, non possent correspondere consonantibus asperis, & duris: maxillæ duæ sunt inferna, & superna, pluribus ossibus constructæ, vt dictum fuit in lectione de ossibus, inferior tãtum mouetur in homine: quia facilius recipit cibos, & aerem, è contra crocodylo; palatum est os supernum oris, quod duritie percutit aerem, & refrangit, & duobus foraminibus magnis præditũ est, & alijs minimis ad cribri instar, vt refrangatur aer ad commodiorem vocem edendam; præterea vt is aer ad cerebrum permeet, & hinc à cerebro excrementa descendant sensim & sensim, duo etiam sunt foramina, quæ ad nares pertingunt, quæ plures vsus habent, & ratione excrementorum, quæ fluunt, & ratione aeris, qui inspiratur pro cerebro, & ratione vocis formandæ; nam si clauduntur hæc foramina, male loquuntur: buccæ duæ sunt vtrinque vna inferna, altera superna, & constant ex parte carnosa, & musculosa, dilatantur, & maiorem cauitatem præstant ori in magnis vocibus, tuenturque etiam maxillas, & dentes: musculi plures sunt, qui conferunt pro formanda voce: sunt musculi labiorum, buccarum, linguæ: adest etiam os hyoides, quod substinet linguam ipsam; & quia non annectitur alteri ossi, mouetur secundario vnà cum lingua. gargaleon seu columella, est caro illa pensilis, quæ adhæret superiori parti faucium, & supereminet epiglotidi, habet vsum, & operationem; vsum habet gratia sermonis melioris: quia custodit epiglotidem, glotidem, & tracheam, conducit etiam ad magnitudinem & elegantiam vocis ex Gal. 7. de vsu par. 7. propter mollitiem moderatam habet operationem: quia se nutrit, & quia percussa percutit aerem, & refrangit: cutis, & membrana interna oris, est ad tutelam illarum partium, & ad tutelam linguæ, sicuti ligamentum ipsius linguæ: organa communia præbent vsum commu nem; venæ deferunt sanguinem pro nutritione illarum partium, arteriæ ducunt spiritum vitalem, & nerui spiritum animalem pro sensu & motu: est vtile os pro perfecta locutione: quia constructum est ex partibus enarratis, & situm est in altiori parte corporis, quia aer facilius attrahitur purior, qui altus est, & quia homo est erectæ figuræ: ex his enarratis de voce atque sermone, cum hæ sint actiones naturales; & animales, cum actiones lædi possint, vel quia ablatæ sunt vel quia imminutæ, vel quia deprauatæ, cognoscimus vocem ablatam imminutam, vel deprauatam, & etiam loca affecta ex diligenter perspecta anatome partium laryngis, quæ spectant ad uocem formandã oris, & linguæ, quæ inseruiunt construendo, & hæc &c.

Lingua. *Labia.* *Dentes, et gingiuę.* *Maxillę.* *Palatum.* *Bucca.* *Musculi.* *Os yoides.* *Gargaleõ.* *Cutis & mẽbrana.* *Organa cõmunia.*

De Pulmonis Anatome.
Cap. XLVI.

Nomina. Vsus & actiones.

PVlmo est viscus molle, & laxum ad instar spongię, in thorace positum, prope cor, appellatur flabellum; ventilabrum, cordis culcitra, & organum spirabile, habet enim multos vsus, & actiones, inseruit uoci gratia melioris uitæ, locutioni, & iræ, inseruit etiam gratia uitæ respirationi, refrigerationi caloris cordis, & sui, generationi spiritus uitalis, nutritioni propriæ, & aliis, nempe receptioni aeris, & alterationi, expulsioni fuliginum à corde: his de causis uario respectu consi-

Pulmonis considerõ.

deratur pulmo, primo gratia sui tãtum quatenus nutrit
se; & gratia nutritionis miscet aerem cum sanguine, & 1.
vtrunque alterat, & respirationem expetit hac de causa,
uel consideratur gratia alterius, dum agit, nempe gratia 2.
caloris cordis, & spiritus uitalis; quatenus alterat aerem
pro refrigerio caloris ipsius cordis, & generatione spiri-
tus uitalis. præterea consideratur pro ut habet usus, & 3.
inseruit, non ut agens, & actionem producens; sed po-
tius, ut patiens, ut uia, et ductus; unde est utilis, quia re-
cipit excrementa fuliginosa à corde: quia continet mate-
riam uocis, quia recipit aerem pro respiratione, præterea 4.
uel accipitur pro usu, uel pro actione obeunda, molitur
munus suum, uel pro uita propria, et alterius, uel pro
meliori uita alterius, dum præparat materiam uocis, et
locutionis, et dum attemperat irascibilem facultatẽ cor-
dis, in præsentia perpenditur pulmo gratia sui, & gratia
uitæ ut agens, et diffinitur esse membrum dissimilare
compositum ex propria carne, aspera arteria, arteria
uenali, uena arteriali, neruis, tunica, à pulmonifica ge-

Definitio.

neratrice gratia mixtionis aeris inſpirati cum ſanguine: hæ ſunt omnes partes quæ concurrunt ad mixtionem aeris cum ſanguine efficiendam, adiuuandam, cuſtodiendam, & ſine quibus non, *Principalis pars.* principalis, & præcipua pars actiua eſt caro ipſius pulmonis, quæ habet primo ſubſtantiam aeream, & laxam, vt facile poſſit attolli, & conſtringi, aerem recipere, & emittere, habet etiam *Quãtitas* quantitate mediocrem proportionatam cordi, *Situs.* ſitum circa cor, vt ipſum humectet, atq; refrigeret, & feruorem *Lobi fibre ſeu pinnulæ.* iræ contemperet; diuiditur in quinque libros, ſeu fibras, ſeu pinnulas, duo lobi ſunt poſiti in parte ſiniſtra, duo in dextra, quintus in medio poſitus eſt; ſed non admodum euidens, vt in brutis, cuſtoditq; uenam cauam, ne lædatur motu arteriarum cordis, & thoracis, *Veſalij, & aliorum error.* & in hoc decipitur Veſſal. & alij: diuiſus eſt pulmo in lobos, vt facilius poſſet recipere aerem, moueri, & miſcere, & vt noxam facilius fugere poſſet; habet ſuperfi- *Superficies* ciem leuem, atq; lenem, ne lædat membra circumiãcen- *Conexio.* tia, & præſertim cor: connectitur cum gula, & ſtomacho; vnde dicendum ſitim ortam ex pulmone fieri: quia *Sitis à pulmone fit.* calor excitatus ipſius pulmonis, exiccat os ſtomachi propter vicinitatem; habet temperiem calidam, & humidã, *Tẽperies.* licet Auic. & Ariſt. dixerint eſſe calidam, & ſiccam, pulmonemq; nutriri ſanguine copioſiſſimo, & bilioſo, modo ſpumoſo, & pituitoſo; vnde pro conciliandis Auto- *Conciliatio autorũ* ribus inter ſe diſſentientibus de temperie, & nutritione, dicendum temperiem pulmonis eſſe humidam, & modice calidam, & pro exigua caliditate, aliquando appellari frigidam: de nutritione immediatè nutriri ſanguine aereo, & ſpumoſo, nempe bilioſo permixto aeri, *Alimentũ pulmonis.* atq; pulmonis temperie elaborato, & propria alteratrice pulmonifica; mediatè verò, & antecedenter nutriri, ex ſanguine ſubtili, & bilioſo, qui copioſè fluit ad ipſũ à dextro ventriculo cordis elaboratus per venam arterialem; ad ſcititiè verò, & per accidens: quia pulmo vt laxus recipit omnem fluxionem, & à cerebro, & à toto corpore, vt inquit lib. ad Piſonem cap. 15. hac ratione pituita abundat; dicitur aliquando nutriri ſanguine pituitoſo, & temperamento frigido præditum eſſe, licet calorem innatum extenſiue plurimum habeat, intenſiue verò mediocrem, & frigidus aliquando appellatur reſpectu cordis, vt ait Hipp. lib. de carnibus: quia cor refrigerat, & attemperat per hanc temperiem calidam, & humidam alterat aerẽ, & cum ſanguine miſcet: Aſpe- *Aſpera arteria.* ra arteria, quæ truncum habet maximum à faucibus, & à larynge, duos truncos producit in partem pulmonis dextram, & ſiniſtram, at hinc inde alios ramos minores, vt aer inſpiratus, poſſit vndiq; permeare, & alterari à pulmonifica concoctrice, & tangi à ſubſtantia pulmonis ſpongioſa, atq; recipere omnia excrementa pleuræ, & totius pectoris tuſſi expurganda: habet ſubſtantiam duriorem, aſperam arteriam, & cartilagineam, & annulis cauitatem fiſtuloſam apertam retinet, vt facilius aer permeet, & ſuſtineat etiam ſpongioſam, & laxam carnem pulmonum; Vena arterialis originem *Vena arterialis.* ducit à dextro ventriculo cordis, & in dextrum lobum pulmonis inſeritur; vnde, qui carent dextro ventriculo cordis, carent etiam pulmone, & è contra; dicitur *Qui carẽt dextro vẽtriculo cordis, carent pulmone, & è cõtra.* vena arterialis: quia obtinet ſubſtantiam duriorem vena, & ducit ſanguinem elaboratum in dextro ſinu cordis ad pulmonem: quia ſanguis partim expellitur per compreſſionem cordis, partim attrahitur ab alteratrice pulmonis; ſunt nonnullæ valuulæ in hac vena arteriali, quæ aperiuntur ad extra cor, dum egredirur ſanguis, at clauduntur, vt nihil à pulmone ad cor per illam *Arteria venalis.* viam ingredi poſſit: arteria venalis oritur à ſiniſtro ſinu cordis, & in ſiniſtram partem pulmonis permeat, ducit à corde fuliginoſa excrementa, & à pulmone ad cor aerem alteratum, pro ſpiritus vitalis regeneratione, & caloris refrigerio: habet cauitatem, & ſubſtantiam duriorem vena, & craſſiorem, at molliorem arteria: valuulas duas habet, vnam alteri contrariam; prima aperitur ab intus à extra, altera ab extra ad intus, quia per hunc canalem, & ingreditur aer, & egreditur *Nerui.* fuligo: Nerui exigui ſunt: quia ſenſu exquiſito non egebat ob continuum motum, à ramis recurrentibus *Tunica.* naſcuntur; tunica, quæ ortum duxit à pleura, inueſtitur pulmo ad tutelam, & ad ſenſum tactus: qua alligatur pectori externo, atq; etiam ſpinæ dorſi, & capſulæ cordis, ne dilabatur, atq; etiam dum thorax mouetur, ipſe etiam attollatur, & ſubleuetur; finalis cauſa propter quam natura pulmonem conſtruxit, eſſe gratia *Finis aeri* mixtionis aeris inſpirati eum ſanguine, ſicuti hepar ſanguificat pro ſui nutritione primo, & principaliter, ita pulmo gignit ſanguinem cum aere; atq; alterat pro ſui nutritione: mixtio ex Ariſt. in calce 1. de gen. & cor. eſt miſcibilium alteratorum vnio: quare non aſq; alteratione aer, & ſanguis miſceri debet; alteratur itaq; per temperiem pulmonis inſtrumentaliter, & per coctricẽ, ſeu alteratricem principaliter, vt tandem euadat optimum, & proportionatum alimentum pulmonis; nam tale debet eſſe potentia alimentum; quale eſt actu nutritum: ex his nutrimur, ex quibus conſtamus. 50. 2. de gen. & cor. ſed ſubſtantia pulmonis, eſt aerea, & laxa, atq; ſpumoſa, ideo ſanguis nutriens ipſam ſubſtantiam debebat fieri aereus, & ſpumoſus aere, & motu cum ſanguine mixto: aer etiam alteratus à pulmone qualitate, & ſubſtantia inſeruit generationi ſpiritus vitalis; per arteriam venalem tranſmiſſus ad ſiniſtrum ventriculum cordis, nam ſicuti ventriculus præparat chylum pro ſanguine gignendo hepati, ita pulmo pro ſpiritu vitali generando cordi, & pro calore attemperãdo: verum quoniam pulmo appellatur inſtrumentum *Q̃uo pulmo ad reſpirationẽ cõcurrat.* reſpirationis, atque vocis, videndum quomodo concurrat.

Reſpirationi mẽbra dicata. Tria ſunt membra reſpirationi dicata, alia ſunt mouentia, vt 65. muſculi thoracis, alia ſunt ducentia aerem, vt aſpera arteria, & larynx, alia ſunt excipientia vt pulmo, & ſecundario mouens, quæritur primo an *Reſpiratio an ſit motus voluntarius.* reſpiratio ſit motus voluntarius animalis productus à facultate animali motiua mediantibus muſculis, vel motus naturalis factus ab anima vegetatiua per expul- *Quid.* tricem, & attractricem, vel ſit motus mixtus; reſpiratio eſt motus localis eleuationis, & depreſſionis, thoracis cum motu pulmonis cõſequenti, factus à diaphragmate, & cœteris muſculis thoracis, gratia caloris vi- *Vſus.* talis cordis: licet plures vſus præbeat reſpiratio, vt nutritioni pulmonis, vocique, principalis tamen vſus eſt gratia cordis, & magis neceſſarius, patet contra Auer. *Motus voluntarius duplex.* & Turriſanum eſſe motum animalem: nam motus voluntarius duplex eſt vnus cum voluntate libera, & domina, alter cum voluntate coacta, & ſeruili, vt iſte motus thoracis, qui non ſolum excitatur à voluntate libera, ſed à natura irritante vlountatem, vnde dormientes reſpiramus, pulmo & cor duo viſcera ſunt na- *Actiones triplices in homine* turalia, & mouent ſe motu naturæ non muſculis; ſciendum triplices eſſe actiones in homine alias puras naturales, vt coctio, & ſanguificatio, alias ſimpliciter animales, & voluntarias, vt locutio & progreſſio, alias mixtas partim animales, & partim naturales, vt vrinæ, & fæcum excretio: poſſumus dicere reſpirationem eſſe motum animalem, & voluntarium, ratione facultatis *Sol. quæſt.* mouentis, & muſculorum, eſſe naturalem ratione cau- *Finis triplex.* ſę finalis excitantis animalem facultatem: triplex eſt finalis cauſa, quæ excitat, prima eſt attemperatio cordis & pulmonis, ſecunda generatio ſanguinis pro nutritione pulmonis, & ſpiritus vitalis, tertia eſt expurgatio fuliginum.

Dubitatio an pulmo motu proprio moueatur. Dubitatur ſecundo an pulmo moueatur motu proprio in reſpiratione, an motu thoracis; dicendum ex Ariſt. 3. de par. anim. 6. ex Galeno lib. de org. odor. 3. & 5. pulmonem eſſe participem ſui motus, & propria vi moueri, & inſeruire thoraci, et è contra thoracem pulmoni: inquit motus thoracis à muſculis fit eodemq;

tempore

tempore motus pulmonis consequitur, dicit motum pulmonis consequi, quia agnouit motum esse in pulmone; deinde attrahit aerem, & sanguinem, præterea lobi non vndequaque possunt moueri à motu thoracis; sed à propria vi excitata à causa finali, mouetur pulmo, & sic excitatur secundario motus thoracis, nam in cursu & ambulatione aucto calore cordis, & pulmonis, vtrumque viscus celerius, & amplius dilatatur, & per consequens frequens, & crebra fit respiratio; nunquam musculi thoracis eleuant, atque deprimunt nisi prius pulmo, & cor moueatur: quid obstat, licet caro pulmonis fibras non habeat, cum sit viuens, non posse per attractricem, & expultricem attrahere quæ optat, & explere noxia? nam etiam tussis est motus pulmonis primo, & per se naturalis; sed consequitur motus animalis ad expurgandam materiam: præterea tussis est motus naturalis, ratione effectricis causæ: appellatur vero præter naturam, ratione causæ morbificæ irritantis expultricem naturalem ad expellendum illud noxium, quod excitat, & morbificum est: pulsus, vero omnino, est naturalis motus cordis à pulsifica facultate productus: & hæc de pulmone.

In cursu cur fiat crebra respiratio.

Tussis.

Pulsus.

De cordis Anatome. Cap. XLVII.

CORdis structura artificiosissima est, & vincit artificio omnia alia mēbra, & necessitate vitę simpliciter, & communissima vtilitate; sine qua cæteræ partes viuere non possunt: vnde iure statuitur: princeps sedes animæ; nam in corde ipsa principaliter residet vniuersalissima, licet tota sit in toto, & tota in qualibet parte, tamen ab ipso corde mediante calore, & spiritu vitali emanant tres facultates animæ, quæ requirunt dissimilem structuram organorum pro exercendis muneribus proprijs: facultas vitalis, vnà cum generica essentia animæ residet in corde, & eo vtitur, vt operationes vitales exerceat, animalis in cerebro, quæ ratione nobilitatis, & melioris vitæ, & cognoscitiuæ, & motiuæ princeps est, & hæc subdiuiditur in rationalem, & sensitiuam: naturalis facultas in hepate viget, & diuiditur in tres alias facultates, nutritiuam, augumentatiuam, & generatiuam, sicuti hæc vltima est nobilitate, quoniam etiam plantis communis est, ita necessitate, & ordine naturæ atq; origine prima est, non enim fit animal; nisi primo sit vegetatiuū, nec fit raciocinatiuum, nisi primo sit sensitiuum, viuit homo in vtero matris primo vita plantæ; deinde vita animalis. Tertio vita rationalis; prima solet appellari vita simpliciter, Secunda commodior, tertia melior, & perfectior, & ratione huius triplicis vitæ ab auctoribus modo cerebrum appellatur præcipua pars, modo cor, & modo hepar, & modo testes; sed de corde in præsentia agendum est, quod vsus, & vtilitates, vt membrum passiuum præstat modo plures actiones, vt principium actiuum perficit; sed huius actiones, & vsus efficit vel gratia sui, vel gratia alterius, & demum, vel gratia vitæ simpliciter necessariæ animali, vel gratia melioris vitæ: gratia vitæ simpliciter generat spiritum vitalem, sanguinē arteriosum, calorem influentem, per alteratricem facultatem, quę vitalis appellatur, & mouet se ipsum, & arterias per attractricem, & expultricem: gratia melioris vitæ, producit iram, & mediante spiritu vitali, producit spiritum animalem, qui inseruit facultatibus animæ sensitiuæ, motiuæ, & rationalis, & cerebri substantiam domiciliū animæ rationalis, & sensitiuæ conseruat; producit etiam nutritionem gratia sui, quatenus se nutrit, & gratia alterius mediante spiritu, & calore, & sanguine arterioso, quē impartitur omnibus membris humani corporis: vsus præbet, quia sui calore, spiritu, & sanguine, conseruat omnia viscera, est in causa, vt anima operetur, vt oriatur respiratio, vox, & locutio, quare nobilissimum hoc viscus diffinitur esse membrum genitum ex propria carne, venis, arterijs, neruis, fibris, auriculis, membranis, ligamento, adipe à cordifica generatrice, gratia generationis spiritus vitalis; hæ sunt omnes partes, quę formant cor, vt consideratur gratia vitæ necessariæ simpliciter officialis, & propriæ; tum gratia sui, tum gratia alterius, cujus finis est generare spiritum vitalem; omnes aliæ actiones, & vsus, concurrunt ad hunc finem producendum, tanquam ad necessarium simpliciter, & in hoc explicando vsus omnes, & actiones reliquę patebunt: generantur spiritus vitales ex aere attracto per pulmonē, & ibi elaborato per arteriam venalem ad sinistrum cordis sinum transmisso, & ex puriori parte sanguinis, in dextro ventricolo contenti, & per foramina exigua septi percolati ad sinistrum ventriculum cum dilatatur cor, & arteria attrahit aerem ipsum, & sanguinem, qui in sinistro thalamo cordis permixti, & à facultate vitali alterati, atq; concocti, euadunt spiritus vitalis, qui est substātia per se mobilis genita ex aere, & sanguine elaborato ex vapore arteriosi sanguinis à facultate vitali sinistri ventriculi cordis; vt ipsam facultatem conseruet, & reliquas vniuersi corporis; explicanda est diffinitio ipsius vitalis spiritus, & dicendum est, esse substantiam mixtam quæ habet in se principium mouendi, & huc, & illuc p transeundi, quia leuissima est, & ignea, & aerea substantia, generatur, ex aere elaborato in pulmone, qui aer tū ipsi pulmoni inseruit, tum vt generetur sanguis arteriosus, & demum, vt ex ipso sanguine arterioso, & aere ipso fiat in sinistro ventriculo cordis spiritus vitalis: causa efficiens ipsius spiritus, est facultas vitalis, quæ facultas est vegetatiuæ, & non distinguitur ex opinione Arist. & Gal. à facultate naturali, seu vegetatiua, nisi ratione, nā re, & essentia naturalis, & vitalis idem est, quoniā licet vitalis reperiatur in animalibus, non autem in plantis, hoc euenit: quia animalia egent spiritu influente, quo mediante actiones vegetatiuæ animæ magis sunt euidētes, vt motus cordis, & arteriarum, est motus animę vegetatiuæ, & naturalis facultatis, factus ab attractrice, & expultrice cordis, & arteriarum, attractrix vero, & expultrix sunt facultates animæ vegetatiuæ, non autem animæ sensitiuæ; vnde oritur pulsus, & motus cordis, & eodem tempore, eodemq; motu mouetur cor, & arterię; nam cum dilatatur cor, dilatantur arteriæ, cum constringitur cor, constringuntur etiam arteriæ, licet Scaliger, Cardanus, Fernelius, Columbus aliter sentiant, & Arist. etiam putauit hos motus fieri à facultate, & ab anima principaliter, instrumentaliter verò, vt dicit secundo de ani. & lib. de vita c. vlt. à calore, & efferuescentia sanguinis: errat Auerroes inquiens motum cordis esse sentientem, & appetentem, & alij etiam aberrant, putantes systolem fieri à natura sponte decidente arteria, cum à rei veritate fiat ab expultrice constringente, & fibris transuersis, & dilatatio fiat ab attractrice, & fibris rectis; & maior est necessitas diastolis, seu dilatationis: quā constrictionis, seu systoles; nam duplex est causa finalis ipsius pulsus, & motus cordis, calor, & fuliginosa excrementa, ille eget refrigerio, quod consequitur mediante dilatatione cordis, & arteriarum, fuliginosa excrementa egent ex purgatione, quam consequuntur, dum constringitur cor, & arteriæ: causa finalis ipsius spiritus vitalis, est conseruare facultatem cordis, & aliarum partium, quæ potissimum conseruantur instrumentaliter calore, & substantia; nam his conseruatur calor, & temperies singularum partium, & calidum innatum; generatio etiam sanguinis arteriosi est actio cordis, & hæc fit tamquam ex materia ex sanguine percolata à dextro ventriculo cordis per foramina sæpti, & ex aere elaborato à pulmone, & per arteriam venalem transmisso: hic aer cum sanguine permixtus denuo alteratur à facultate vitali, et concoquitur vsque quo euadat tenuissimus, hic sanguis appel-

Vsus cordis.

Definitio.

Finis.

Spiritus vitalis generatio.

7. de plac. Hip & Pl.

Definitio spiritus vitalis.

Efficiens spiritus vitalis.

Facultas vitalis, & naturalis idem est.

Pulsus origo.

Auer. error, & aliorum.

Systole, & dyastole.

Finis duplex pulsus.

Finis spiritus vitalis

Actio cordis, ēt est generatio saguinis arteriosi.

appellatur ab Arist. primus quoniam est tanquam for-
ma dans esse sanguini venoso, et eum perficiens, et
iure, dicitur primus dignitate, et perfectione at vltimus
Sanguis arteriosus. origine, et tempore : quia vltimo generatur : sanguis
vero venosus, qui in hepate oritur est primus origine, et
Venosus tanquam materia vniuersę nutritionis, sed vltimus per-
Conc. Ar. cum Gal. fectione, et hoc pacto Aris. et Gal. conciliantur de per-
Dubitatio de Sāguine arterioso. fectione, et origine sanguinis: Dubitatur an hic sanguis
arteriosus genitus sit gratia ipsius cordis, an gratia re-
liqui corporis, an vero gratia vtriusque, cum substan-
tia cordis sit densissima, et crassa, debebat nutriri ex san-
guine crasso, scilicet venoso, non autem arterioso, qua-
re sanguis arteriosus nō videtur accommodatus pro nu
tritione cordis : dicendum tamen sanguinem venosum
cum debeat transire per substantiam crassam et densam
egere sanguine arterioso tanquam vehiculo, et tanquā
Solutio. perficiente ipsum ad bene esse, non ad esse simpliciter
sanguinis alentis, quoniam sanguis uenosus habet per
fectionem quo ad esse alens simpliciter, sed ad bene ale-
re eget sanguine arterioso, ideo sanguis venosus dicitur
simpliciter sanguis alens ad esse, ad bene vero esse san-
guine arterioso fruitur : est etiam vtilis ipsi cordi : quia
est origo spiritus vitalis : cæteris etiam partibus auxi-
liatur, & quia tenuat sanguinem venosum, & perfi-
cit; & quia secum spiritum vitalem ducit, & vbique re
staurat, & fouet : dubitatur secundo an vitalis spiritus
Dubitatio an spiritus vitalis possit gigni in arterijs : Solutio possit gigni in arterijs; dicendum, licet materia nem-
pe sanguis arteriosus reperiatur in arterijs, non tamen
adesse aerem alteratum à pulmone, & sinistro ventri-
culo cordis, neque adesse facultatem vitalem, quare
asserendum non gigni in arterijs : sed tantum in sini-
stro ventriculo, conseruari vero, & aliquando resarci-
ri in arterijs, præterea sciendum motum cordis pulsum,
& generationem sanguinis arteriosi, esse constitutas in
gratiam generationis spiritus vitalis, mouetur enim cor,
& arteriæ, vt attrahatur aer, generatur sanguis arterio-
sus, vt ex ipso, & ex aere fiat spiritus vitalis, his pro
cognitione finis cordis consideratis gratia vitæ simplici-
ter ennarratis, dicendum de fine cordis considerati gra-
tia melioris vitæ, qui finis est ira, quæ nihil aliud est ex
Arist. quam accensio sanguinis circa cor ab irascibili fa-
1. de an. cultate, mota ab imaginatione propter desiderium
Ira. vindictæ; dantur in humano corpore sicuti etiam in
vniuerso, quatuor appetitus, vnus dicitur appetitus na-
Appetitus primus turæ infra animam, & infra cognitionem, vt mixta
omnia inanimata, & etiam simplicia corpora, habent
appetitum naturalem se conseruandi, vel agendi, vel
patiendi, sic frigidum appetit agere in calidum, sic-
cum in humidum, & è contra : secundus appetitus, di-
2: citur appetitus animæ vegetatiuæ, & appellatur etiam
à medicis naturalis, & absque cognitione, hoc appe-
titu quælibet pars viuens attrahit, & appetit semper v-
num alimentum; tertius appetitus dicitur appetitus
animæ sensitiuæ, & est cum cognitione obiecti appeti-
3. bilis sub ratione boni, & delectabilis, & hic duplex,
est concupiscibilis, & irascibilis, quartus appetitus di-
4. citur rationalis, ab anima rationali cum ratione ope-
rans, & dicitur voluntas, rationalis appetens obie-
ctum appetibile sub ratione boni intellectualis; appe-
titus, etiam sensitiuus appellatur voluntas absque ra-
tione, sed improprie, cum nomen voluntatis spectet po-
tius ad rationalem intellectum, quā ad bruta; ideo ira
diffinita est per omnes causas, materia est accensio san-
Materia iræ. guinis circa cor, nam fit ebullitio tenuioris sanguinis,
& patitur cor, appellaturque passio materialis ipsius,
Efficiens iræ. causa efficiens ipsius accensionis, est facultas altera-
trix, seu concoctrix, seu vitalis, quæ mota ab imagi-
natrice mediante spiritu vitali, & animali, alterat ip-
sum sanguinem; imaginatrix vero cognoscens obie-
ctum odibile, & arduum excitatur ad vindictam, &
ad victoriam; ideo insurgit appetitus irascibilis, qui ra-
tione imaginatricis, est cognoscitiuus, & in cerebro; ra-

tione materiæ, & sanguinis ebullientis in corde, & abs-
que cognitione; finalis causa est desiderium vindictæ, *Finis.*
quæ sub ratione boni appetibilis mouet imaginatri-
cem, & hæc irascibilem, quæ tandem sanguinem ef-
feruescentem reddit; mutua est enim passio, & actio
animæ, & corporis; quoniam sæpe sepius ex alteratio-
ne corporis alteratur animus, & ex alteratione animi
alteratur corpus, vt in odio, amore, ira, gaudio, læti-
tia, timore, melancholia, phrenitide, lethargo, mani-
festum; dum ira moderata est, & intendit sensus coer-
cere, vt rationi obediat, naturalis est, dum vero im-
moderata, & rationi inobediens, appellatur potius af-
fectio cordis, & præter naturam, & iracundię, quæ
triplex est ex Aris. 4. Moral. s. exuberantia, acerbitas &c.
secundoque pro ira producenda inseruiunt omnes aliæ
actiones cordis enarratæ superius; sed hæc de ira obiter
sint dicta, nūc verò sīgulæ partes cordis sūt examinādæ.

Caro cordis ex semine, & sanguine orta menstrua-
li, densa, crassa, & fibrosa existit: fibræ aliæ oriuntur,
ex tunicis venæ cauę in dextro ventriculo, & aliæ à tu- *Fibræ.*
nicis arteriæ magniæ in sinistro, & eleuant cor, etiam
deprimunt, sunt autem fibræ carneæ ex carne cordis
in vtroque sinu, non autem musculosæ, vt falso nonnul
li censent, & vtilis est potissimum generationi spiri-
tus vitalis per temperaturam calidissimam, & siccam,
quæ est organum facultatis vitalis, est enim calidissi- *Temperi[es]*
ma temperies tum ratione sui, tum ratione calidi in-
nati copiosi, in crassa, & densa materia, tum ratione
contentorum scilicet spiritus, & sanguinis arteriosi; est
etiam vtilis per ea quæ consequuntur temperiem, scili-
cet per crassitiem; crassissima est substantia, vt valeat
spiritus, & sanguinem arteriosum continere, & motui
perenni resistere; per ea quæ accidunt, est etiam vtilis,
nam compositionem perfectam obtinet, & vnitatem
scilicet magnitudinem, quę mediocris est ipsius cordis *Magnitu-*
respectu vniuersi corporis; nam qui nimis magnum *do.*
cor habēt, timidi sunt vt patet etiam in animalibus bru
tis, Lepore, Asino, & Ceruo, qui paruum cor obti- *Cur timi-*
nent, fortes, & audaces sunt; virtus enim vnita magis *di qui ma-*
potens, & valida est; numero vnum est cor quia vni- *gnum cor*
cum est principium vitæ, & vnicum est principium im- *habent.*
mediatū indiuiduationis; porrò si plura corda essent, *Numer[us]*
vt aliquando in monstris contingit, plura necessaria es-
sent capita, plura indiuidua, & baptizanda: situ in me-
dio positus est, tanquam rex & princeps, vndique tutus *Situs.*
impartiens vires suas æqualiter, licet conus ad lęuam par
tem declinet, & anteriorem, basis tamen in medio sita,
est; figura est pyramidalis quia tutissima est, & magis va
lida ad motus diuersos, quos eodem tempore facit; nam *Figura.*
dū dilatatur cor; non solū sursū eleuatur in altum; sed in
longum protrahitur, & ad latus se expandit, virtute fi-
brarum: quo ad poros, densissima est substantia, non la
xa, & rara, ne calor & spiritus euanescant, & à conti-
nuo motu venæ rumpantur, & contenta dispergantur,
superficiem internam, asperam & inæqualem habet, &
presertim in sinistro ventriculo, vt magis elaboretur san *Superfi[cies]*
guis, & spiritus, & facilius dilatetur, & constringatur,
externam superficiem habet lenem, vt noxas occurren-
tium fugiat, cauitates duas potissimum obtinuit ma-
gnas, dextram, & sinistram, & orificia quatuor, duo in *Cauita[tes]*
sinistro ventriculo, nempe a ortæ, seu arteriæ magnæ, et
arteriæ venalis, duo in dextro: vnum est orificium ve-
næ cauæ, alterum venæ arterialis: foramina septi, quod *Orifici[a]*
diuidit dextrum à sinistro ventriculo, potius pori, quam
cauitates proprie sunt appellandæ: colore substantia cor
dis rubra est, quæ est vtilis ad igneam substantiam spiri- *Color*
tus, & sanguinis producendum.

Venæ quibus constat cor 3. sunt, uena caua, quæ
inseritur in dextro uentriculo cordis, & defert sangui- *Venæ*
nem pro nutritione cordis, pro generatione spiritus vi- *Cauitat[is]*
talis, sanguinis arteriosi, tres ualuulas, seu hostiola,
obtinet, circa orificium, quæ trisulcæ, & falcatæ, reclau *Valuul[æ]*
dun-

duntur ab extra ad intus, vt intromittat ſanguinem, & egredi non ualeat, magna eſt uena: quia copioſo ſãguine eget cor, & pro nutritione, ſui generatione ſpiritus, & ſanguinis, & pro euitanda exiccatione ob continuum motum.

Vena arterialis. Secunda vena arterialis defert ſanguinem à dextro cordis ventriculo: hæc vena arterialis ſubſtantiam habet craſſiorem, quam vena, quia etiam ſanguinem tenuiorem, quã vena continet, habet etiam circa orificium tres valuulas, quæ aperiuntur ab intus ad extra, vt deferat ſanguinem ad pulmonem, & regurgitantem impediat.

Vena coronalis. tertia vena coronalis dicitur ad ſimilitudinem coronæ, ambiens externam cordis ſuperficiem, quæ vehit ſanguinem pro nutritione ipſius cordis, non ſolum ſecundum ſuperficiem, ſed ſecundum intimum, ſubſtantia cordis cum craſſa ſit craſſo ſanguine nutriri debet, qui venoſus eſt, vt ipſe vero pertranſeat ſtrictos poros, & denſos, eget pro attenuatione ſanguine arterioſo;

Arteria. Arteriæ in corde etiam tres ſunt, magna quæ appellatur etiam aorta coronalis, & arteria venalis, prima maxima eſt, & principium eradicationis, & diſtributionis, trahit à ſiniſtro ventriculo cordis, qui dum dilatatur etiam ipſa diſtenditur, & ſuſcipit ſanguinem arterioſum, & ſpiritum vitalem, & influentem pro vita vniuerſi corporis impartienda: circa orificium, & tres valuulas habet, quæ aperiuntur ab intus ad extra ne aliquid remeet in ſiniſtrum ventriculum. ſecunda arteria venalis à ſiniſtro ventriculo verſus pulmonem originem ducit, defert aerem elaboratum ad cor, et à corde ad pulmonem fuliginoſa excrementa, hac ratione duas tantum valuulas ad orificium habet, vt aliquantulum adapertum maneat, quia continuo egemus expurgatione fuliginum, & aeris attractione, inſpiratione, & expiratione. tertia coronalis dicitur, & vna cum vena coronali ambit externam ſuperficiem cordis, ducitque ſanguinem arterioſum, & ſpiritum pro ſanguine venoſo perficiendo, & calore conſeruando;

Nerui. Nerui in ipſo corde exigui ſunt, & pauci; circa ſuperficiem externam diſſeminati, quia cor non eget exquiſito ſenſu, & quia copioſum, & exquiſitum calorem habet, & facultatem naturalem et validiſſima organa habet pro ſui tutela; originem ducunt nerui à ſexta coniugatione,

Mẽbrana. & a membranis, quæ ipſum inueſtiunt, & hæ duplices ſunt; vna eſt, quæ immediatè ambit ipſum cor, & leuiſſima, & tenuiſſima eſt pro tutela, & cuſtodia ipſius ne in magnis motibus diſrumpatur,

Pericardiũ. altera appellatur pericardium ſeu capſula cordis, magis dura, & ampla, quæ in ſe continet quandam aquam ibi collectam à pulmone, vt cor non admodum exiccetur ob feruorem, motumque ipſius, & vt in æquilibrio leuius moueatur, vt vtri, & folles, quam in aere, hæc duriſſima originem ducit à pleura, & refert Gal. hanc poſſe vulnerari, & corrumpi viuente homine, qui poſtea tamen tabeſcit, vt exemplo de ſimia nos docet;

Auricula. auriculæ duæ ſunt membranoſæ ſubſtantiæ cauitatem maximam habentes circa baſim ipſius cordis, & ſunt ad tutelam ventriculorum cordis, ne in maximis motibus, & repletionibus rumpantur, ſunt hac ratione duræ, cauitatem maximam habent, vt poſſint materiam recipere à ventriculis, nam auricula dextra, quæ eſt prope ventriculum dextrum cordis, recipit ſanguinem, ab ipſo ventriculo, & ſiniſtra ſita, vel poſita prope ſiniſtrum ventriculum cordis, repletur aere. ſanguine arterioſo & ſpiritu:

Ventriculi cordis. Dexter Ventriculi, ſeu thalami ſeu ſinus, ſeu cauitates correſpondentes auriculis, ſunt duæ, vna dextra, in qua recipitur ſanguis venoſus, pro nutritione pulmonis pro generatione ſpiritus, et ſanguinis arterioſi, hæc cauitas non eſt ita longa vt ſiniſtra, nec ſubſtantiam habet ita craſſam, & denſam: quia conſeruat ſanguinem venoſum, fibras etiam non ita copioſas, ac validas habet, quæ tamen ibi ſunt, & rectæ, & obliquæ, & tranſuerſæ,

Siniſter altera cauitas ſeu ventriculus eſt ſiniſter, qui maior eſt, & vſque ad conum cordis pertingit: ſubſtantiam craſſam denſam, & multam habet circum circa: quia ſubtiliſſima corpora continet nempe ſanguinem arterioſum, & ſpiritum vitalem:

Ventriculi 2. in hõie. duo ſunt in homine ventriculi, ex Gal. in magnis vero animalibus nempe brutis ex Ariſ. 3. de par. anim. tres;

Cõcil. Ar cum Gal. ſicuti etiam conciliantur cum dicat Ariſ. in medio adeſſe ſanguinem tenuiſſimum, qui medius correſpondet ſiniſtro Galeno, & ſiniſter Ariſtoteles dextro Gal. vterque ventriculus ſemper mouetur, ſed magis apparenter, & impetuoſe ſiniſter, qui etiam ratione ſanguinis arterioſi, & ſpiritus nobilior eſt; magiſque neceſſarius, & pro vita ſimpliciter, & pro meliori vita; fibras habet ſiniſter validas, & copioſas rectas, obliquas & tranſuerſas, pro motu perenni vndique intertextas, quæ fibræ in corde non generantur ex neruis, neque ex tendinibus vt falſo nonnulli crediderunt, ſed genitæ ſunt immediate ex ſemine craſſo, & terreſtri & donatæ ſunt facultate uegetatiua rectæ attrahendi, obliquæ retinendi, & trãſuerſæ ſeu circulares expellendi, duriſſimæ ſunt, vt melius, & robuſtius moueant, dilatent, & aſtringant cor; ſed de his fuſius proprio capite de fibris:

Adeps vndique adeps cuſtodit cor, qui ſui calore, & ſubſtantia atque mollitie conſeruat calidum innatum cordis; & prohibet, ne euaneſcat, et exiccetur, et licet cor calidiſſimum ſit viſcus, concreſcit tamen circa ipſum adeps, genitus ex vapore craſſiori ſanguinis, et extrinſece concreto a frigiditate membranarum:

Ligamentum. alligatur cor per ligamentum quoddam album, cum pericardio, et aſpera trachea, patet igitur cur à natura cor obtinuerit vnitatem, figuram pyramidalem, ſitum in medio, ſubſtantiam craſſam:

Totum cor et ſciendum totum cor perfectè concurrere ad generationem ſpiritus vitalis, et iræ ſcilicet per operationes, motus, et generationem ſanguinis arterioſi, et per ea quæ accidunt nempe per compoſitionem, et vnitatem;

Cor omnes affectus tolerat. omnes affectus patitur cor, ſed non diu, nec longo tempore, nec grauiora, vt vulnera, vlcera præſertim ſi profunda ſint: verum ſi è contra aliquãdo obſeruatum eſt, id raro, et monſtruoſum: ex ennarratis, præterea actionibus, et vſibus cordis dignoſcet Medicus, quando læſum erit cor, vel ſanum, et quomodo curandum, et hæc de corde.

De Diaphragmatis Anatome.
Cap. XLVIII.

Nouetur

Diaphragma quod ſeptum tranſuerſum etiam appellatur quia ſeparat ventrem medium, ſeu thoracem à ventre inferiori, ſeu ab hepate, et alijs viſceribus facultati vegetatiuæ deſtinatis, et etiam dicitur phrenes, quaſi ſedes prudentiæ,

Cur læſo diaphragmento fiat deliriũ. quia hoc læſo ſæpe oritur delirium; propter ſimpathiam, quam habet cum cerebro mediantibus venis, arterijs, et neruis, quibus refertũ eſt, et à quibus calefactis, et accenſis, etiam cerebrum compatitur;

Differẽtiæ delirij in ſcepto, & in cerebro. ſed differt hoc delirium ab inflammatione diaphragmatis, ab inflammatione cerebri, & membranarum; quia in delirio ſepti tranſuerſi reſpiratio eſt frequens, & exilis, vox acuta, et contractio hypocondriorum, e contra in delirio cerebri: appellatur etiam cingulum, et cinctus, quia partes vitales à naturalibus cingit, et ſeparat, vt inhibeat fæcum prauos odores, et terreſtria inquinamenta, et colluuiem à ſpiritalibus, et corde puriſſimo viſcere et nobiliſſimo;

Vſus, & actiones. habet plures vſus, et actiones ſcilicet ſegregare, fæcum expulſioni inſeruire, et etiam tuſſi, ventilare hepar, et hipocondria, quia plurimis arterijs conſtant, quæ egent ventilatione, ſed potiſſimum deſtinatum eſt diaphragma reſpirationi vt quinto de loc. aff. et 2. de motu muſculorum docet Gal.

Definitio. diffinitur itaque eſſe membrum ſeu muſculus compoſitum ex neruis, venis, et arterijs et tunicis, a facultate muſculoſa gratia reſpirationis:

Membra reſpirationis ſeruientia. cum plura ſint membra accommodata reſpirationi, vt alia ſunt excipientia materiam vt pulmones, et arteria venalis, alia mouentia thoracem, vt muſculi omnes, et præterea cum reſpiratio duplex ſit, alia

libera, & facilis, quæ perficitur ſolum à diaphragmate primario, & principali inſtrumento liberæ reſpirationis; alia ſit coacta, & violenta, quæ perficitur non ſolum à diaphragmate; ſed etiam à 64. muſculis thoracem mouentibus; eſt igitur ſæptum tranſuerſum muſculus primarius, & princeps eleuans, & contrahens thoracem:

Reſpiratio nis liberæ principale iſtrumẽtũ diaphragma.

habet propriam carnem donatam fibris carneis, & fibris etiam nerueis, quæ habent vim mouendi, dilatandi, & reſtringendi:

Caro propria.

Diuiſio.

diuiditur in duas partes, in partem carneam, ſeu circulum carneum, caput, & principium muſculi, quod annéctitur coſtis mendoſis, oſſi pectoris, et lumbis, altera pars eſt neruoſa ſeu tendinoſa, & dicitur, circulus nerueus: quia omnes deſinunt in tendinem, & hæc eſt centrum ipſius muſculi, in quod cẽtrum omnes fibræ nerui tendunt, & dum cõtrahũtur hæ fibræ abbreuiantur conſtringuntq; thoracem, at nerueus circulus diſtenditur; & hoc pacto producitur expiratio, quæ fit thorace depreſſo, & pulmone expellente fuliginoſa excremẽta: cum vero fibræ nerueæ laxantur, thorax eleuatur, & circulus etiam nerueus laxus fit, & thorax attollitur, quãuis alij aliter ſentiant ſcilicet fibras nerueas cõtrahi verſus circulum nerueũ, & diaphragma ibi principium habere: alij vero putant in expiratione diaphragma eleuari, & in inſpiratione contrahi:

Expiratio quomodo producitur

habet figuram rotundam ad ſimilitudinem rhaiæ piſcis; quia capacitas thoracis eadem eſt:

Figura.

Situs.

habet ſitum tranſuerſum, & obliquum propter formam, & ſitum oſſis pectoris, & coſtarum notharum; venas habet vocatas phreniticas, & arterias pro ſui nutritione, & vita, & præſertim duas præter motum; habet etiam neruos duos à quarta, & quinta vertebra exortos propter ſenſum tactus: verſus thoracem veſtitur tunica pleuritica, verſus hepar peritonæo, quod leuius & mollius eſt propter hæpar, duo foramina habet, per vnum tranſit gula cum neruis recurrentibus, & hac ratione admodum ſenſitiuum eſt membrum, per alterum, foramen tranſit vena caua, addunt nonnulli, 3. foramẽ, ſed falſo, per quod arteria magna porrigitur, licet potius annectatur hæc arteria vertebris: hæ ſunt partes, quæ materialiter componunt ſæptum tranſuerſum; ſed quia alibi de muſculo, & eius partibus, & actione dictũ fuit, in præſentia ſat erunt hæc;

Vena.

Nerui.

Tunica.

Foramina

efficiens eſt propria virtus muſculifica, quæ hanc compoſitionem per formatricẽ tribuit figuram illã peculiarem, ſitum, & ſubſtantiam: cauſa vero finalis principalis gratia vitæ fuit reſpiratio de qua alibi dictum fuit, gratia vero melioris vitæ ſtatuitur à nonnullis ſedes, & inſtrumẽtum materiale Riſus, quia apparet quędam ſimilitudo riſus in morituris vulnerato diaphragmate, & quamuis de ſede, forma, efficiente, & fine ipſius riſus à pluribus varia dicta ſint, breuiter tamen dicendum principalem locum non eſſe ſplenem ſeu lienem, quia membrum nimis terreſtre, & melancholicum eſt, immo contrarium riſui, neque cenſeo pulmonem eſſe ſedem, cum nimis laxus, & ferè ſenſu orbatus ſit, cor poteſt dici organum riſus; ſed maxime vniuerſale, erit diaphragma, non abſque tamen motu cordis dilatato; neque cerebrum videtur pars princeps riſus, licet Hipp. lib. de ſacro morbo dixerit, riſum a cerebro prouenire, & quinto epid. a ſepto tranſuerſo: pariter etiam Gal. varius videtur, ſed Autores iſti concordes reddi poſſunt; nam omnes partes ſuperius enumeratæ, & muſculi etiam oris externe concurrunt ad riſum gignendum; ſed vario modo cerebrum ex Hip. & Gal. cum ſit ſedes animæ ſenſitiuæ, & rationalis concurrit quatenus in eo fit cognitio ab anima obiecti ridiculi, quod eſt ſpecies rei nouæ iucundę excedentis, & turpis ſine læſione, hoc cognito obiecto alterantur ſpiritus vitales, qui excalefacti, et moti alterant, primo & principaliter, propter ſympathiam, & communicantiã neruorum, venarum, & arteriarum ſeptum tranſuerſum, & quatenus eſt organum facultatis vegetatiuæ, & quatenus eſt organum ſenſus tactus, vnde oritur in eo calor, & quidam ſuauis ſenſus, & iucundus, quæ eſt titillatio, & voluptas, qua mediante etiam cor mouetur motu dilatatiuo, & per conſequens etiam thorax conſtringitur pro expellendis fuliginibus efformaturq; ſonus ſonorus in laringe, & muſculi oris contrahuntur, & os aperitur:

Efficiens

Finis gratia vitæ.

Finis gratia melioris vitæ.

Riſus ſedes nõ ſplẽ & lien.

non pulmo

Non cerebrum.

Cõciliatio auctorum, Concurrentia ad riſũ

Titillatio, et voluptas

altero reſpectu Ariſt. & Plato, qui cenſent animam reſidere in corde dixerunt cor gratia cognitionis obiecti iocundi turpis eſſe ſedem riſus, & gratia motus, quia ſemper in riſu cor dilatatur, & lætitia, & gaudio fruitur, quæ ſunt paſſiones ipſius cordis, muſculi oris appellantur membra riſus ſed dicuntur externa, & manifeſta, quia non cognoſcitur riſus extrinſece, niſi muſculi oris contrahantur, & moueantur; Amatus Luſitanus putauit cerebrum eſſe ſedem, & domicilium riſus gratia facultatis cognoſcentis ridiculum. Hip. libro de morbo ſacro dicit cor eſſe domicilium, & proprium organum riſus, non ea ratione, qua inductus fuit Ariſt. ſed quia vt medicus ſenſatus artifex inter membra interna, cor magis pati videtur, lętatur, gaudet quia, & mouetur manifeſte magno motu dilatatiuo cum gaudio, & lætitia,

Muſculi oris membra riſus externa, et manifeſta

obiectum, quod mouet facultatem ridentem ad producendum riſum appellatur ridiculum. Ab Ariſt. libro de arte poetica, & rhetorica, quod ridiculum triplex eſt ſpecie, genere vnum analogice, aliud eſt ridiculum proprium, aliud improprium, & aliud ſubridiculum, ſicuti triplex eſt riſus, vt videbitur proprius improprius & ſubriſus: ridiculum proprium dicitur, peccatum, ſeu turpitudo, ſeu deformitas noua excedens ſine læſione, vel in locutione, vel in conceptibus animi internis, vel in motibus corporis repræſentata phantaſiæ, & deinde intellectui, quæ cognoſcitur a facultate cognoſcente, qui cognoſcens illam deformitatem non lædentem, ſed nouã & admirabilem; percipit voluptatẽ, qua percepta alteratur ſpiritus, & conſequuntur motus, & alterationes, ſuperius enarratę: pręterea illud ridiculũ aut eſt fictũ, aut eſt reale, quod duplex eſt, vel a natura, vel à caſu, impropriũ ridiculũ eſt obiectũ iocundum, & gratum nouumque, & repentinum, quod titillationem, & ſuauem ſenſationem parit ſub axillis & pedibus, & demum intrinſece ſęptum tranſuerſum alterat, & ex cõſequenti cor thoracem, & os: in hoc ridiculo, non concurrit intellectus, nec cognitio turpitudinis, & hac ratione appellatur improprium ridiculum, & parit etiam improprium riſum qui potius pietas dicitur, tertium ridiculum appellatur ſubridiculum, quod eſt iocundum, & gratum, & medium quoddam vt videre parẽtes, amicos, audire lęta, videreque &c. quoniam mouet lętitiã, & aliquantulum ſeptum tranſuerſum muſculos oris leuiter, vnde apparet etiam ſubriſus. genericũ, in quo omnes ſpecies ridiculi conueniunt eſt iucundũ nouum, repentinum excellens, vel circa viſum, auditum, vel tactum cognitum poſtea à phantaſia iuncta rationi in omniq; riſu lætitia, & gaudium eſt, quare iucundum in omni riſu mouet, ſed illud iucundum per ſe, vel per accidens eſt tantum materia generica, ſpecifica forma eſt turpitudo innoxia.

Obiectum riſus.

Ridiculũ triplex.

Riſus triplex.

Ridiculũ proprium

Duplex, eſt fictum, vel reale à caſu, vel natura.

Impropriũ ridiculum

Subridiculum

Riſus pariter primo, vel eſt fictus, & ſimulatus, & improprie potius appellatur, riſus quia concurrit tantum extrinſeca forma riſus ſcilicet motus quidam coactus, & ſimulatus oris, & thoracis, alter riſus eſt verus, & hic triplex eſt alius proprius, alius improprius, et alius ſubriſus: proprius duplex eſt naturalis, & præter naturam, qui fit in delirãtibus, improprius etiam duplex naturalis, et præter naturam, et pariter ſub riſus duplex eſt: ſumitur riſus proprius a iucunda deformitate noua excedente ſine læſione verborum, conceptuum, geſtorum, viſorum ex viſis auditis tactis cognitis, imaginatis animi, et motuum corporis; nam dũ oritur aliqua iucunda deformitas circa ignorantiam ſcientiarum, artium, et diſciplinarum, vel circa motum corporis et ſtructuram oritur riſus; riſus proprie dictus, diffinitur titillatio diaphragmatis cum motu cordis, thoracis, et oris ob iucundam ſpeciem turpitudinis ſine læſione nouæ, et excedentis cognitam, ab anima rationali iuncta ſenſui gratia voluptatis; nam riſus componitur ex actione corporea materiali quæ perfici-

Riſus quadruplex.

Riſus definitio.

ficitur à diaphragmate, corde, Thorace, oris musculis & spiritali cognoscitiua in cerebro, & tactiua in diaphragmate. hæc diffinitio ex prædictis iam patet, quia constat ex materia, & forma, efficiente, & fine: *Titillatio quid.* Titillatio est motus naturę diaphragmatis & sensus iocũdus tactus ipsius; diaphragma est locus principalis, sine quo non producitur risus, & licet moueatur etiã motu animalis tanquam musculus hic motus voluntarius secundario consideratur; motus cordis dilatatiuus sequitur necessario titillationem diaphragmatis; sed pariter comprimitur thorax & musculi oris contrahuntur per tenuitatem cutis diaphragmatis: hac ratione etiam sub alis, & pedum vestigiis titillamur, *Titillatio fit in pedum vestigijs, & auribus.* quia tactus earum partium insolens est, vt etiam auris. 35. prob. 2. ac quod clanculo & subito fit, terribilius certe occurrit: tactus autẽ refrigeratio quædam est loc. cit. gestiens lætitia concalefactio quædam est, concalefactio sanguinis vertitur in spiritum & halitum qui copiosior locum ampliorem quærit, & mox redundans expellitur & ex illa expulsione oritur motus & Ritus 35. probl. 8. risus vero lapsus quidam & fraudatio est, qua cum in sede præcordiorum quis verberetur, ridet: haud enim locus quilibet est, quo ridemus, clandestinum autem omne fraudulentum est, qua de causa fit, vt vna & eadem res & moueat risum & non moueat 35. prob 6. *Efficiens.* causa efficiens immediate hos motus, est alteratio spirituum vitalium, & sanguinis subtilioris; vnde sanguinei & biliosi facile ridẽt, *Facile ridentes.* & phrenitici à sanguine & sauciati circa sæptum transuersum; pueri etiam, qui sanguine abundant ridere solent; melancolici vero, & pituitosi difficillime & & raro rident; stulti rident. quia vt plurimum sanguinei sunt, & ignorantes censent omnia turpia esse, sine lęsione noua & admiranda; species vero rei nouæ, & excedentis turpis sine lęsione mediate producit illos motus, sed immediatè mouet animam rationalem, quæ cognoscit ipsam speciem, quæ debet esse, vt euadat ridicula, turpis, noua; iocunda sinæ læsione, nam si læderet, non moueret risum, sed commiserationem, debet esse noua; quia noua magis placent, & iocunda sunt, & auidius intelliguntur; debet esse excedens, vt moueat facultatem rationalem, *Finis risus.* finis risus duplex est internus & externus, internus est voluptas, & gaudium, quod percipitur à specie prædicta: externa est illa voluptas, quæ ostenditur cum motu oris & thoracis, & sonora voce ridentis, & hæc de risu: an potius vnus sit generice risus, & vnum genericũ subridiculũ iucundũ nouum excedẽs per se, vel per accidens: turpia innoxia sunt iucunda per accidens, visa, audita, per tacta. vide Valer. Nicandrũ, Politianũ. Laurẽtium. Amatum lusitanũ, Fracastorũ l. de sympath. c. 26.

De Ventriculi Anatome. Cap. XLIX.

Figura Situs Ventriculus stomachusque dicitur ea pars, quæ habet figuram rotũdam, oblongam, posita sub diafragmate, inter lienem, & hepar & potius ad sinistrum hipocondrium vergit, cauitate maxima donata, ad similitudinem cucurbitæ: repletur. potu & cibis, habet tunicas, arterias, venas, orificia duo, infernum, & supernum, & propriam carnem: ad orificium infernum adhærent corpuscula duo, seu excrescentiæ tanquam ianuæ pro clausione: habet aliquando in praue affectis corporibus porũ felleũ, & qui hũc obtinẽt dicuntur Pierocholi; *Connexio* connectitur cerebro per neruos, hepati per venas, cordi per arterias, intestinis per pylorum, ori, & œxophago per gulam, & per meri mesereo; vertebris, & septo transuerso per peritoneum, & tunicam meserei. Verum natura & substantia ventriculi recte perpendi non potest, nisi quid, & propter quid, & à priori, & à posteriori, cognoscatur: à posteriori eius vsus, & operationes, tanquam notiores, quadruplices sunt, quæ nos ducunt in cognitionem totius, & singulæ particulæ ventriculi, & quomodo & propter quid, à natura sit fabricatus; deinde talis constitutio, substantia, quãtitas, qualitas, interna, & externa principia cognita; primo quot sint per operationes manifestant, postea à priori eius essentiam; ideo consideratur primo vt recipiens, inquiens Gal. primo de causis. simpt. 7. natura fabricauit ventrem animalibus pro nutrimenti veluti penu, quemadmodum stirpibus terram: vel vt agens semper enim aliquid adest quod habet agere, & aliquid, quod habet pati, præterea si recipit, vel gratia sui, vel gratia alterius, vel agit sui gratia, vel alterius, & adhuc vel agit recipitque, vel ob vitam necessariam, & ad esse simpliciter; adeo vt si priuetur hac receptione, & actione necessario eius esse destruitur, & hoc pacto generat chylũ, chylificat, & eo fruitur: vel inseruit alteri agens, aut recipiens, non ad esse eorum simpliciter; sed propter bene esse, vt dicit Arist. & Gal. & sic animalem appetitum, famem vel sitim producit, qui quidem, licet alii aliter putent, non est omnino necessarius ipsi animalis vitæ, vt si ille omnino tollatur, animal tamen viuere possit; nam si ventriculus non sentiret penuriam suctionem, defectumq; alimenti, vt substantię, & vt calidi, frigidi humidi, & sicci, non tamen interiret animal: natura ex aliarũ operationum defectu deprehendere poterat, se alimento & restauratione egere; vnde determinato tempore posset cibum assumere, & eius determinatam quantitatem. Esto aliquem omnino appetitu, & sensu penuriæ destitui, qui tamen ab aliquo certa mensura, & tempore nutriatur. certe viuet; Agemus hoc loco de fame siti & appetitu gratia bene esse: sine tactu animal non est, sine alijs sensibus aliquando est; ideo ille ad esse, hi ad bene esse constituti sunt; si non inseruit alteri sed sibi, & pariter, vel ad esse simpliciter necessarium, primo valet nutrire se ipsum, vt pars viuens, sanguine elaborato ab hepate, & in sui substantiam, & propriam qualitatem transmutare, vel vt inseruit sibi non ad esse; sed ad bene esse, & hoc pacto dicimus ventriculum nõ nutrire se ipsum; quia Gal. hac voce nunquam nutrire vsus est. sed implere, satiare, apponere, fru, adiungere sibi halitum chyli, satiare appetitum animalem qui chylus est necessarius alijs visceribus: quomodo ad singulos vsus & actiones enarratas, concurrat ventriculus & eius particulæ, si diligenter cognitum erit, exacta anatome de ventriculo habebitur, & primo vt recipiens & penu nutrimenti inquit Gal. tanquam terra, fabricatus est ventriculus gratia receptionis; intus existens prohibet extraneum 4. t. 3. de anima, & recipiens debet esse denudatum à receptis. 2. de anima com. 67. & 3. de anima com. 4. & pars principalis, quæ ad receptionẽ facit, est tunica interna illa cauitate prædita; Fibræ vero adiuuant hanc cauitatem, vt valeat recipere, & conseruare receptum, reliquæ partes venę, nerui, arteriæ atque tunicæ adiuuant vel custodiunt partem principem: duo potissimum recipit gratia sui, sanguinem à venis, vt nutriatur: secundo cibum, & potum, vt satiet appetitum animalem; gratia alterius recipit chylum, qui postea de mandatus at trahitur à venis mesaraicis, & ab hepate pro sanguine gignendo; vt agens definitur esse membrorum dissimilare cõstans ex propria carne, tunicis, fibris, venis, arterijs, & neruis à ventrifica facultate gratia chylificationis, melioris vero vitæ gratia concupiscẽtiæ scilicet famis, & sitis; chylificatio, quæ est finis partim gratia sui, partim gratia alterius, est actio, seu concoctio ventriculi, quæ est mutatio ciborum in ventriculo à chilificatrice ventriculi gratia fruitionis propria qualitate attracta; ex accidenti inquit Gal. tertio de facul. natur. 7. & 13. alterat cibos, nam accidit vt cibos alteret, dum attrahit a cibis propriam sibi qualitatem, & ea fruitur, quæ appellatur halitus, seu halituosa substantia familiaris, & amica tunicis ventriculi, (est mutatio ciborum) quia non solum cibi scilicet omnia alimenta potus, & ea omnia, quæ valent nutrire humanum corpus, alterantur vt mutent qualitates primas, et secundas constituentia colorem, et odorem, sed mutantur

Marginal notes (right column): *Actiones & considerationes ventri 62. 1. phys.* — *Appetitus non est necessarius vitę animalis.* — *68. tertij de anima* — *Nutrimẽtum ventriculi.* — *diffinitio.* — *Chilificatio. Quid.*

tur secundum substantiam; nempe secundum materiã, & formam; adeo vt corrumpantur; corruptio verò est transmutatio de ente ad non ens; adeo vt chylificatio ex corruptis cibis, & possit appellari mixtio, quæ est miscibilium alteratorum vnio in calce 1. de gen. & cor. & generatio, quę est trasmutatio totius secundum totum nullo manēte subiecto 23. primi de gen. & cor. sed in chylo iam facto, optime elaborato, non apparent amplius alimenta sumpta, neq; secundum colorem, neq; odorem, neq; consistentiam, immo ex pluribus simul mixtis fit vnum quoddam mixtum nouum, quod appellatur chylus, neq; (dicant alij quidquid velint) absonum est cibaria corrumpi in stomacho, vt fiat elixatio, quæ dicitur chylificatio, seu concoctio ventriculi: causa efficiens est chylificatrix facultas; quæ nihil aliud est, quã illa facultas animæ vegetatiuæ, quæ dicitur concoctrix, sed à propria substantia, & carne ventriculi, à proprio temperamento, & calore innato eius fit determinata facultas, quæ valet chylificare scilicet concoquere cibaria, quæ cibaria dicuntur elixari, & concoqui instrumentaliter à temperamento proprio, & natiuo calore vt docet Arist. 4. meteor. formaliter ab ipsa concoctrice; perfecte vero ab vtrisq; simul scilicet à concoctrice, & instrumētis calore, & temperie determinato; nam sicuti concoctio in genere est perfectio caloris naturalis, & proprij in vno quoq; humido c. 3. quarti meteo. ita determinatæ concoctiones efficientur à determinato calore naturali, scilicet tēperie, & ꝓprio scilicet natiuo, verũ cum singulæ partes habeant propriũ calorē, & naturalē determinatũ, determinatæ etiam erunt concoctiones, & determinata concoctrix, quæ in ventriculo dicitur chylificatrix, & illic chylificatio: finis chylificationis est gratia fruitionis ꝓpria qualitate attracta; sed finis chilificationis duplex est, vnus est ei intrinsecus, & est generare, introducere formam chyli in materiam cibalem, forma enim est finis generationis, 2. phys. 70. nam consequuta forma cessat generatio, 55. primi de gen. & corrupt. alter finis est externus, & hic duplex vnus immediatus, & proprius sibi inseruiens, quæ est illa fruitio; alter mediatus; & alteri inseruiens, vt est distribuere chylum pro hepate; dubitatur an ventriculus chylo nutriatur vel sanguine; sciendum primo chylum esse mixtum genitum ex cibis transmutatis in ventriculo à chylificatrice gratia sui, & alterius; est mixtum, & nouum compositum genitum ex transmutatis cibis alteratione, & substantia à vi chylifica, quæ cũ vegetatiua naturali cũ instrumētis calore proprio, & naturali fruitur. Primo ipso gratia animalis appetitus desiderãtis, & deinde gratia hepatis, vt nutriatur eo iã elaborato, & assimilato in substãtiam quæ assimilatio est sanguificatio, seu cõuersio chyli in sanguinē, ex ipsa assimilatione fit nutritio; quod remanet est sanguis qui vtilis est pro alendo vniuerso corpore tanquã materia communis, & commune alimentum, quod fit determinatum à singulo membro attrahente sibi familiare. Ioubertus, Valesius, Thomas, Veiga asserunt nutriri ex tenuioribus partibus chyli; alij dicunt nutriri ex chylo, sed omnes aberrare videntur; nã cũ vētriculus, sit membrum dissimilare genitum; ex sanguine, & ex semine, necessario ex ijsdem nutriri debet. secundo animalia in hyeme, vt serpentes, glires, vrsus, & alia quæ latitant, non comedunt, neq; bibunt, ergo nutritur ventriculus eorum ex sanguine: fœtus etiam in vtero matris similiter ex sanguine alitur: quare dicendum ventriculũ proprie nutriri ex sanguine, à vena porta, & splenica de lato, impropriè vero possumus dicere chylum nutrire ventriculum; sed Gal. 1. de symp. cau. 4. de diff. symp. 4. 6. de plac. 6. 3. de facul. nat. 7. & 13. nunquam dicit chylum nutrire, sed satiare, replere, apponere; quia non respicit nutritionem, neq; ventriculum, vt eget nutritione, sed vt præditus est appetitu scilicet famis, & sitis, quę statim sumptis cibis adimitur, quia illico attrahit à cibarijs halituosam quandam substantiam, & eo magis à chylo confecto, quæ sensum suctionis hebetat, arida loca humectat, vacua replet, & sic cessat appetitus animalis, non enim cessat appetitus naturalis, nec subito fit nutritio: quia ille eget restauratione substantiæ deperditæ, quæ restauratio fit nutritione per sanguinem.

Corruptio. Mixtio ad generatio. Efficiens chylificatorij. Concoctionis definitio. Finis chylificationis. Dub. An ventriculus nutriatur chylo, vel sanguine. Chyli def. Sanguis commune alimentũ. Opiniones aliorum. Cõfutatio. Solutio.

De Appetitu.

NOmen appetitus dupliciter accipitur, vel pro facultate appetente delectabile, quo priuata est, vel pro actione ipsius facultatis: primo modo dicitur uis seu facultas inclinata ad consecutionem naturaliter illius, quo priuata est: non enim facultas appetens, id, quod habet, exoptat, sed id quod non habet, vnde tanquam à termino à quo mouetur à priuatione alicuius rei, tanquam à termino ad quem, & cuius gratia mouetur à termino appetibili, quod sibi familiare est, & desideratum, vel ratione similitudinis qualitatũ, vel formæ substantialis, uel omnium simul: calorifica vis appetit calorē ratione similitudinis qualitatis; magnes attrahit ferrum ratione similitudinis formæ; appetens facultas ventriculi appetit cibum, & potum; ratione similitudinis substantiæ formæ, & qualitatum, quæ reperitur, primo in potentia in alimentis, deinde per actionē ventriculi ad actum reducitur, & fit similitudo in actu: secundo nomen appetitus pro actione acceptus dicitur motus appetentis in appetibile; nam dum operatur facultas appetens producit hanc actionem, seu operationem, quæ vocatur appetitus, hic genericè acceptus, quadruplex est primus dicitur appetitus naturæ sine cognitione, qui reperitur in elementis, in mixtis inanimatis, nam vnum quodq; appetit sui conseruationem, & id ꝙ est conseruatiuum sui 1. phys. t. c. 81. et 2. de anima 34. ignis appetit ignem, & locum supremum, qui conseruat eum, etenim locus est conseruatiuus locati 4. phys. 48. terra terram appetit, & infimum locum deorsum; ideo elementa extra proprium locum reperta, quo propinquius accedunt ad locum proprium, velocius mouentur ratione loci, & minoris resistentiam medij, & maioris vis agentis; ita appetitus materiæ primæ appetit formã; quia hæc conseruat eam, & perficit, & forma etiam ipsa intrinsece appetit sui conseruationem, & pariter omnes res simplices; secundus appetitus dicitur animæ vegetatiuæ, seu plantarum; qui pariter est sine cognitione, & dicitur à Medicis appetitus naturalis, & est appetitus, tum alimenti pro sui conseruatione indiuiduali, tum generandi, & procreandi sibi simile in specie, vt ea conseruetur successiue, cum indiuidua sint omnia corruptibilia, & propagatione tantum restaurētur 34. 2. de anima. tertius appetitus dicitur animalis, qui est cum cognitione, & hic triplex est ex Arist. 2. de anima t. 27. 28 primus dicitur appetitus irascibilis, secundus dicitur concupiscentia, & hæc est cum cognitione sensitiua obiecti concupiscibilis, vna est concupiscentia alimenti, & dicitur fames, vel sitis, quę maxime in pueris viget Ar. 3. Nicom. c. 12. & potissimum residet in ore ventriculi, ratione organi adæquati, quod cognoscit adæquate substantiam deperditam, quam exoptat; sed quia sensus ille in ore ventriculi est animalis, & eget spiritu animali, & facultate sensitiua, influente à cerebro vario modo, possumus dicere hunc appetitum originaliter, & ratione fluxuræ facultatis, & spiritus esse in cerebro, ratione fluentis esse in neruis recurrētibus, ratione iam fluxatio, & terminatę esse in ore ventriculi, & neruis ibi propagatis; Altera concupiscentia est generationis sui similis, & hæc potissimum reperitur in testibus adequate, & instrumentaliter, originaliter in cerebro ratione cognitionis, materialiter, ratione emanationis in hepate, in quo residet potissimum facultas concupiscibilis emanans à facultate animæ vegetatiuæ, quæ distribuitur postea per vasa spermatica in testes, & sic dicitur in vasis spermaticis, tanquam in via ad esse concupiscentiam carnis in testibus

Acceptio duplex. Definitio prima. Definitio duplex. Appetitus duplex. Primus. 88. 89. 1. de cęlo. Secundus. Tertius. Triplex animalis appetitus. Fames, & sitis. Origo ipsius: dilucida de facultate appetitrice. Concupiscentia generationis.

bus

bus vero adequatè, & perfecte: altera concupiscentia,
quæ emanat ab hepate & impartitur ori ventriculi, di
citur appetitus naturalis cibi, & potus; sed absque cogni
quartus appetitus. tione. quartus appetitus est mixtus ex animali appetitu,
& naturali, qui reperitur in ore ventriculi; nam ille mix
Voluntas. tus est; postremo est appetitus rationalis qui dicitur vo-
luntas, & residet in cerebro; his enarratis de appetitu
Formatio appetitus ventriculi in 5. consistit. ventriculi, dicendum est: eius formatio vt inquit Gal.
primo de sympt. exhaustus, seu inanitio partium vni-
uersi corporis; nam vt inquit Gal. primo, de tuen. vale
primo humanum corpus in perenni de fluxu, et conti-
nua actione caloris innati absumentis existens eget
1. etiam cõtinua restauratione: secundo requiritur earum
2. dẽ partium suctus, & tractus gradatim à venis externis
cutaneis, ad internas, ab his ad hepar, ad venas mesarai-
cas, à venis mesaraicis, et portæ ad os ventriculi; in par-
tibus enim vniuersi corporis atque etiam venis non so-
In partib. vniuersi corporis & in venis etiã nõ solum reperit appetitus naturalis sed etiam animalis. lum reperitur. suetus ille, et appetitus naturalis sed etiã
animalis qui sentit deperditionem substantiæ 2. de ani-
ma 27. vbi enim est sensus, est ibi voluptas & dolor, &
pariter appetitus iocũdi; c. 11. l. 9. de vsu par. sed in illis
partibus adest sensus; ergo ẽt appetitus animalis, is tamẽ
quia imbecillis & exiguus est, neque ita excellens, si-
cuti in ore ventriculi; hac ratione non enumeratur à
Galeno; sed tantum naturalis, qui maxime viget;
tertio requiritur diuulsio oris ventriculi, quæ oritur ex
suctu & tractu venarum, circa os ventriculi; quarto re-
3. quiritur sensus suctus seu diuulsionis & inanitionis
4. materiæ calidæ, & siccę, & crassæ, vt in fame, seu frigi-
dæ, & liquidæ vt in siti, hic sensus suctus excitatur a
5. prædicta diuulsione oris ventriculi: quinto oritur con-
cupiscentia cibi vel potus, scilicet fames vel sitis, vt de-
perdita substantia restauretur aut crassa, aut liquida, &
tunc cessat fames, & sitis, & pariter quinque illi motus;
qui ad constituendam famem vel sitim naturalem con-
currunt, nam in morbosa fame, & siti, aliquando hi
omnes motus non reperiuntur, neque ita ordinate; sed
aut deprauati sunt, & nimis excedentes, vt in canino
appetitu, aút imminuti, aut ablati, vt in fame vaccina:
fames est concupiscentia calidi & sicci facta ex sensu
Famis diffinitio. suctionis, & inanitionis in ore uentriculi propter restau-
rationem deperditæ; dicitur concupiscentia, & non ap-
petitus: quia hic est genus, concupiscentia vero species,
& genus maxime proximum, (calidi & sicci) vt demõ-
stretur concupiscentia sensitiua, quæ cognoscit qualita-
tes tangibiles; sed quia dixit Arist. 2. de anima 28. calidi
& sicci in concreto, non autem in abstracto nobis præ-
monstrat famem, præsertim appetere alimentum, quod
calidum & siccum sit, quo ad qualitates tangibiles; de-
inde crassum, & nutriens; perpenduntur enim in alimẽ-
Tria perpẽduntur in alimento. to tria quia mixtum est substantia quæ est materia
& forma, & hæc propriè reparat deperditum; quanti-
tas, quæ auget membra & crescere facit; qualitates tã-
gibiles potissimum, quæ sensum tactus, & animalem
appetitum uentriculi satiant, atque reparant, leniendo
organa sensus tactus, qui oritur ex sensu suctionis &
inanitionis, quoniam si non adesset suctio, & inanitio
potissimum in ore ventriculi, quod neruis recurentibus
copiosis præditũ est, exquisitoque sensu, non oriretur
Finis famis. appetitus: finis ipsius famis est restauratio deperditæ
substantię, quæ substantia deperdita excitat facultatem,
& animalem & naturalem quatenus qualis erit & natu
ralem, quatenus in materia & quanta, ut restauretur se-
cundũ substantiam; unde oritur nutritio: secundũ quãti
tatem, vnde oritur augumentum; secundum qualitates,
Sitis deffinitio. vnde oritur quies tactus, & uoluptas; sitis est concupi-
scentia frigidi, & humidi, facta ex sensu suctionis, &
inanitionis in ore uentriculi propter restaurationem de-
perditi. Similiter & hæc diffinitio sitis potest dici de-
monstratio solo situ differens, dum ex formali, & cau-
sali diffinitione constat, forma est concupiscentia, frigi-
di & humidi in concreto, quoniam id frigidum, & hu-
midum in concreto, nempe in materia, & quantitate re-
staurat per qualitates appetitum animalem, per substan
tiam, & quantitatem appetitum naturalem, qui cupit re
ponere similem substantiam, quæ antea fuerat inanita,
efficiens est suctio & inanitio frigidi & humidi; os ven- *Os ventriculi sedes appetẽtię.*
triculi est sedes, circa quam fit concupiscentia cibi &
potus: restauratio deperditi est finis, nam deperditum
est frigidum & humidum pariter liquidum; appetitus
itaque qui residet in ore ventriculi mixtus est vt dixi- *Appetitus in ore ventriculi mixtus est*
mus, ex animali appetitu, qui sensitiuus est, & sentit tan-
gibiles qualitates, tam proprias quam communes, &
ex naturali appetitu, qui oritur à facultate vegetatiua in-
sita ui, & inclinatione appetens absque cognitione de-
perditam substantiam alimentalem, sed modo magis ui
get, & utilis est appetitus sensitiuus, modo naturalis, vt
in ægrotantibus, sæpe enim contingit eos appetere ui-
num, & abhorrere aquam, vinum tamen lethale erit, sa-
lubris aqua; e contra aliquando; in fame uaccina appeti *Fames Vaccina.*
tus naturalis summopere exopat cibum, animalis vero
omnino deperditus, seu imminutus nihil aut parum ap-
petit; in canino appetitu è contra animalis appetitus su- *Canina.*
perabundanter vigens, appetit copiosiorem, quam de-
cet cibum, naturalis vero appetitus copiosiori alimento,
vel morbifico succo satiatus non appetit; tandem his
de uentriculi actionibus et gratia vitæ, & melioris vitæ
explicatis quommodo concurrant singulæ partes uen-
triculi dicendum est: propria caro genita est potius ex *Propria caro.*
semine, et seminalis debet appellari, membranosa
quæ in se continet determinatam substantiam, & for-
mam vegetatiuam, pro coctione ciborum, et hæc essen-
tialiter iam habent propriam carnem, quæ vero essentia
liter inhærent huic carni, et consequuntur alteratricem
facultatem, sunt temperies, quæ est modice calida, & *Temperies*
humida, vt valeat elixatione concoquere cibos; adest
calidum innatum seminale, quod adiuuat & concoctio
nem, & conseruat facultatem concoctricem; mollities *Mollities*
etiam adest moderata quia membrãnosa est substantia;
quæ accidentaliter accidunt huic carni, sunt còlor, qui *Color*
albus est, quapropter etiam chylum dealbat, magnitu- *Magnitudo.*
do nõ mediocris ut facilius possit extẽdi pro receptione
ciborum: numerus duplicis generis videtur nam inte- *Numerus carnis.*
rior caro magis carnea; quia interior debebat resistere
omnibus cibis, & duris & mollibus: exterior vero calo-
rem fouere, et conseruare: figura oblonga atque cucur- *Figura.*
bitalis; quia vt rotunda magis capax est, vt oblonga se-
gregat cibum in fundo, ut ualeat concoqui à facultate
superiori appetenti dedicata; situs est inter gulam, et in- *Situs.*
testina, vt valeat facile recipere, & recepta ad intestina
demandare; atque vt undique adiuuetur concoctio ab
hepate, à liene, ab omento; superficies interna inæqualis *Superficies*
videtur pro faciliori amplexu ciborum, externa vero ma
gis æqualis: tunicæ tres sunt, vna interna, quæ magis *Tunica.*
membranosa est, et dura, ut omnia cibaria ualeat am-
plecti absque noxa, inæqualis, & rugosa, & quadam cru
sta obtecta, ob sui custodiam; uillis, seu fibris rectis do-
nata, ob attractionẽ ciborum, circularibus; vt expellat,
obliquis vt retineat, deinde his omnibus uillis munitur,
ut ualeat undique extendi absque offensa, & hæc tunica
est communis, cum æxophago & palato, nec non duo-
deno intestino; pars superior circa os ventriculi, magis
æqualis est & neruosa, inferna circa fundum magis inæ
qualis: exterior tunica, quæ media potest appellari ob
situ, magis carnosa est, & fibras transuersas plurimas ha
bet, ut ualidius expellat, obliquas paucas admodum;
quia retentio tributa est potius internæ tunicæ: tertia &
ultima tunica est orta à peritonęo leuissima atq;, subtilis
& cõmunibus omnibus inseruiẽs, ne lædantur à circum-
uicinis; Fibræ ut diximus in ventriculo partim nerueæ
sunt, & hæ destinatæ potissimum ad sensum tactus, &
ad animalem appetitum, quæ copiosissimę circa os ven-
triculi ibi animalem appetitum & sensum tactus exqui-
sitissimum faciunt, aliæ sunt fibræ quæ ex semine cras- *Fibra.*
siori ortum ducunt, & hæ triplices sunt rectæ & obli-
quæ, copiosissimæ sunt in tunica interna, transuersæ,
seu

seu circulares in externa vigent, & hæ ministerium proprium exercent tum in attrahendo ꝓpria alimenta; nempe sanguinem retinendo, & expellendo excrementa tertiæ concoctionis, quamuis hæ actiones absque fibris, sed insita vi possint exerceri, potissimum fibræ inseruiunt pro chylo, & cibis attrahendis, retinendis, & expellendis; nam ventriculus in his muneribus fungendis robore, & motu magis manifesto eget. *Venæ.* Venæ sunt copiosissimæ in ventriculo portæ, & præsertim circa os, & supernam partem, & coronariæ vocantur, vt exugerent halituosam substantiam à ventriculo, & chylo, & excitent appetitum; sunt etiam nonnullæ venæ à splenico ramo ex ortæ, quæ ventriculo prope fundum adhæret, & vehunt melancolicum succum, qui frigidus, & acidus est, & valet astringere, & calorem fortiorem reddere, & sui aciditate, & frigiditate appetitum excitare: p hunc ramum apparet simpathia inter stomachum, & lienem. *Sympathia inter stomachũ, & lienẽ.* & causa, cur qui aquam potant, splenetici euadunt, & dolorem circa lienem percipiant; pariter conspicitur causa cur magni potatores, aliquando statim vinum ebibitum mingant; *Cur magni potatores vinum ebibitum statim mingant.* nam rami venæ portæ à ventriculo maxime attrahentes exugunt ipsum vinum, & ad iecur deferunt, & hinc ad renes: *Arteriæ.* arteriæ pariter concomitantur venas, & à ramo splenico, & portinario originem ducunt: *Nerui.* nerui adsunt à sexta coniugatione copiosissimi, & præsertim circa os supernum: hac de causa adest simpathia oris ventriculi cum cerebro, & in maximis cerebri vulneribus oritur nausea, & vomitus: *Sympathia oris ventriculi cum cerebro.* inseruiunt, & pro sensu tactus, & pro facilius excitanda expultrice naturali, atq; attractrice, & pro sensu suctionis, qui appetitus animalis dicitur: arbitror enim re, & essentia animalem appetitum non differre a sensu tactus in ore ventriculi nisi ratione, & præsertim cum sentiat suctionem, & inanitionem: *Appetitus animalis non differt à sensu tactus.* præter hæc vasa adest aliquan do in deprauatis corporibus meatus quidam a vesica fellea ortus in fundum ventriculi exporrectus bilẽ ducens, *Meatus in fundũ ventriculi à vesica fellea.* vnde, qui hunc meatum obtinẽt, miserrime bilem euomunt], & dolores persentiunt picrocholi appellãtur: formatus est ventriculus à vi propria ventrifica, quæ in formatione, & temperamentum enarratum ei tribuit, & conformationem, vt totus ipse ventriculus, figuram obtinuerit cucurbitalem cauitatemq; maximam, orificiaq; duo, *Orificia supernum.* vnum supernum per quod ingreditur cibus, & potus ad sinistram potius vergens, dicatum appetitui circularesquè fibras quam plurimas obtinet, ne cibus regurgitet supino, aut prono decumbente animali, *Infernum.* alterũ orificium inferius dicitur ianitor, & pilorum, quod connectitur cum duodeno intestino, & aditum præbet chylo, vt egrediatur; *Supercrescentię.* duo hẽt tubercula, seu supercrescentias quæ simul iunctę claudunt exitum, & supernum aliquã tulum eleuatur, & ad dextram partem vergit: *Fundus vẽtriculi.* Fundus ipsius ventriculi in medio situs est aliquantulum ad sinistram partem vergens, amplectitur ab hepate, à liene, *Ligamẽta.* & ab epiploo, seu omento; alligatur etiam per tunicam vertebris, vnde nonnulli censent eum propius ad spinã vergere, & eã hac ratione inungunt; *Connexio.* connectitur etiam cordi per arterias, hepati per venas, cerebro per neruos; vnde affectus earum partium mutuo inter se communicantur; qua propter maxime custodiendus est ventriculus, tũ pro simpathia earũ partiũ, tũ quia fame, & siti reparet sanguinẽ, & mẽbra carnosa, & solida, sicuti aer reparat spiritus: ex his tribus vniuersum corpus conflatũ est spiritibus, humoribus, & membris; & hęc de ventriculo.

De intestinorum anatome. Cap. L.

Nomen. Intestina quasi intus tenentia chylum, & fœces; cholades etiam, & chordæ vocantur, sunt membra rotunda, caua, oblonga cubitorum tresdecim, & septies ad longitudinem corporis æquata ab imò ventriculo ad anum, & extremum podicem protenta; *Descript Hipp. libello de hominis structura.* à natura instituta fuere, pro retinendo, & distribuendo chylo, atq; facibus, exportandis; possunt considerari dupliciter, *Consideratio duplex.* vel pro vita, & actione communi cum alijs mẽbris, quæ est nutrire se sanguine, sicuti ceteræ partes viuentes aluntur; sed hæc actio, quæ vocatur communis, ab aliquibus dicitur propria, peculiaris, & similaris quatenus sibi tantum respicit, & gratia sui nutritur; non gratia alterius. Secundo possunt considerari, pro vt sunt agentia ad melius esse, sui, & alterius; & pro actione organica, & officiali, seu dissimilari, quæ producitur ab intestinis, pro vt sunt membra dissimilaria, potius gratia alterius, *Definitio.* vt distribuere chylum gratia iecoris, & ad melius esse, sentire sensu tactus, vt iecur melius nutriatur meliusq; intestina conseruentur ob vsum meliorem, disfinientur intestina, & vt agentia ad vitam communem, & ad vitam propriam gratia sui, & gratia alterius ad esse & ad melius esse, & dicitur intestinum esse membrum dissimilare ex propria carne, tunicis, fibris, venis, arterijs, & neruis, productũ à generatrice intestinifica gratia distributionis chyli, & expulsionis fæcum: *Principia generationis.* principia generationis intestinorum maiori ex parte est semen; vnde seminalia, & spermatica sunt membra, quæ vulnerata, & exulcerata, præsertim tenuia non coalescunt, aphor. 18. 24. crassa vero, quia carnosa sunt, aliquando resarciuntur: alterum principium est sanguis menstruus, vnde ipsa intestina portionem carneam habent, *Forma.* formam consequuta fuere determinatam, videlicet intestinificam cum omnibus accidentibus, consequentibus formã; nam agens quod dat formam, dat etiam accidentia, quæ necessario consequuntur ipsam formam 32. 8. phys. 4. cęli 22. & 25. quæ accidentia appellantur à Gal. essentialiter inhęrentia, & consequentia alteratricem, & essentialiter accidentia, & consequentia formatricem, *Accidẽtia.* veluti si generetur homo consequuntur accidentia necessaria formã, vt risus rationalis, determinata temperies, compositio, & forma erecta hominis, & alia quæ faciũt necessario distinguere hominẽ à cœteribus animalibus: finis generationis est idem cum ipsa forma; principia verò iam genitorum intestinorum sunt ea, quæ enarrata fuere in diffinitione: *Principia genitorũ.* materialia principia sunt propria caro, tunicæ, fibræ, nerui, venæ, arteriæ, principium formale, & efficiens est intestinifica generatrix; finale principium est distribuere chylum, & fœces extra exportare: hæc principia tum generationis intestinorum, tum iam genitorum, à priori probari non possunt; sed a posteriori per actiones, & vsus intestinorum probantur ꝙ sint; cognita vero tali pacto à priori postea tanquã causæ actionum, & vsum, faciunt nos cognoscere ipsas actiones, & vsus propter quid putamus enim nos scire, atq; cognoscere, cum causas, & principia cognouerimus, 1. 1. phys. *Caro propria.* propria caro intestinorum spermatica, & mẽbranosa est; ideo difficilè deperdita resarcitur, & nutritur sanguine conuerso, & elaborato in semen; gratiaq; huius nutritionis continet facultatem vegetatiuam, & eius subministrantes scilicet attractricem, & expultricẽ excrementorum, quæ generantur in nutritione ipsorũ, non eget pro his facultatibus fibris, sed propria vi, & insita, sibi accommodatum, & sola proprietate substantiæ attrahit, retinet, expellit, & concoquit; *Tẽperies. Qualitates secũdę.* temperamentũ habet frigidum, & siccum, mediocrem mollitiem, & duritiem, colorem album; quia spermatica sunt membra, & alba, crassitiem, & tenuitatem, figuram, magnitudinem superficiem, numerum, situm, varium obtinuere, tamen magis, & minus: hac ratione diuiduntur in duo genera intestina tenuia, & crassa; prima tria sunt duodenum ieiunum, & ilium, secunda etiam tria sunt cœcum, colon, & rectum, quapropter sex sunt intestina, *Tunicæ.* tunicæ tres sunt, duę propriæ interna, & externa: tertia communis, quæ oritur à Peritoneo, & ambit intestina omnia pro tutela, & custodia, interna carnosa est, atq; pituitoso succo infarcta pro tutela, externa non ita carnosa, e contra contigit tunicis ventriculi, quoniam externa magis carnosa erat, habent fibras potius transuersas, & circulares pro expellendis fęcibus, atque chylo, *Fibræ.* obliquus

obliquas vero pro retentione chyli, rectas pro attractio-
ne, quæ quidem fibræ spermaticæ sunt, atq; distinctæ à
fibris nerueis, inseruientibus sensui tactus; nullo pacto
dicendum, has fibras, seu intestina habere vim attra-
hendi chylum, vel fœces; quia rectæ fibræ intestinis po-
tius ad robur reliquarum productæ sunt, & non attra-
hunt fęces, neq; chylum; quoniam chylus non est alimē-
tum intestinorum; neque fœces, neq; ipsis delectantur.
Galenoquè dicenti chylum à duodeno alterari, & per-
fici, respondendum consequi meliorem alterationem, &
perfectionem ad bene esse chyli, non autem ad esse sim-
pliciter ipsius; quoniam in ventriculo adeptus est simpli
citer perfectionem, & accidentia consequentia ipsam
formam, neq; error primæ coctionis potest tolli à secun
da coctione 5. de tuenda c. 11. eo minus ab intestinis: fi-
bræ verò reliquæ, idcirco, pro organica, & officiali actio
ne scilicet distributione chyli, & expulsione stercoris cō
structæ sunt, & in quo intestino copiosiores sunt huiusce
modi fibræ, & validiores, ibi magis conspicue est distri-
Venæ. butio, & expulsio: Venæ omnes, quæ ad intestina per-
tingunt, à ramis portæ oriuntur, & disseminantur co-
piosissime in duodeno, & ieiuno, atq; cæco, non solum,
vt sanguinem deferant pro intestinorum nutritione, sed
vt exugant chylum ab intestinis, & vtiliorem eius por-
tionem, vt deferant eum ad iecur pro sanguine gignen-
do: ex reliquijs inutilibus crassis, atq; terrestribus ipsius
chyli generatur stercus, quod magis conformatum ap-
Fœcum generatio. paret, vbi minus chyli conspicitur; qua propter ortus fę-
cum est in duodeno, in ilio est perfecta generatio, in re-
liquis verò intestinis externa consistentia superuenit; nec
mirum easdem venas portæ, seu mesaraicas eodemq; tē-
pore sanguinem rubrum deferre ad intestina, qui ab
ipsis trahitur, vt alantur, & chylum deducere ad iecur,
qui pariter ab ipso prolicitur; & hoc pacto hi contrarij
Arteriæ. motus à diuersis attrahentibus fiunt: arteriæ à ramo cę-
liaco, & mesenterio efferuntur, vt spiritum vitalem, &
Nerui. sanguinem arteriosum vehant: Nerui à sexta coniuga-
tione dissiminantur in intestina, vt sentiant tangibilia,
& noxia, & excitent facilius expultricem ad excernen-
das fęces; immo cum aliquando imminuitur sensus ta-
Stypticitas quando fit. ctus intestinorum, oritur stipticitas alui: efficiens gene-
ratrix intestinifica, quæ duplici facultate fruitur altera-
trice, quæ tribuit intestinis temperiem, & consequen-
tia temperiem, formatrice, quæ tribuit compositionē,
conformationem, & vnitatē, pariter figuram, numerum,
magnitudinem, situm, & alia: vnde sex fuere enumera-
ta intestina, & primum est duodenum, quod appellat
etiam dodecadactylon, pyloum, & portinarium, &
Duodenū. ostiarium: enascitur hoc intestinum duodecim digitos
longum ab ima ventriculi parte, & spinam versus descē-
dit; arctius est ne chylus præterlabatᵗ: habet ramos venę
portæ insignes, & per longitudinem extensos, vt exu-
gat vndiq; chylum; non habet anfractus; sed excipit po-
rum felleum prope finem ipsius, inter tunicam, & tuni-
cam, vt acrimonia bilis stimulentur intestina, & pituita
Pancreas crassa adhærēs detergatur; substernitur. Pancreas, quod
est congeries quædam glandosa, tanquam puluinar sub.
strata: situm est duodenum in dextro latere spinam ver-
Ieiunum. sus; huic adhæret ieiunum intestinū vocaturq; sic, quia
semper videtur vacuum, aut pauco chylo refertum ob
copiosissimas venas exhaurientes acrimoniam bilis, te-
nuitatem tunicarum, & rectitudinem, occupat regionē
totam vmbilicalem; postremum ex tenuibus intestinis
Ilion. est ilion omnium longissimum subter vmbilicū ad ilia,
& coxas vergens, quod frequenter in scrotum descen-
dit, & herniam intestinalem parit: in hoc oritur volu-
Voluulus affectus. lus affectus, qui est retentio omnino fęcum propter inflā
mationē eius, vnde fęces, & stercus euomitur, qua pro-
pter certum est, stercus consistentiam, & formam, atque
fętorē acquirere in hoc intestino, & cum sit longissimū,
& lubricum, facile descendit in scrotum: hæc sunt tria
intestina gracilia, quæ in tunica interiore transuersas ru-
gas obtinuere, quia longior erat externa, non secus, atq;
in virili pudendo exterior cutis crispatur: sequuntur tria
alia intestina crassa ob crassiores tunicas, & crassiorem *Crassa intestina.*
chyli contentam partem dicta: primum est Cœcū quod
vocatur, & saccus, & monoculus; paruum est intestinū, *Cœcum.*
& quasi appendix, videtur habere vnum tantū foramen,
licet duo habeat admodum vnita, per vnum ingreditur
aliqua portio chyli, per alterum egreditur stercus; & val
uulas habet ad orificium, ne in cursu à crassis intestinis
ad gracilia stercus ascendat, neq; clysteres iniecti possūt
sursum ascendere, per intestina, attrahuntur tamē p ve-
nas mesaraicas vsq; ad hepar, & virtualiter ab intestinis *4. de vsu p. c 18.*
per partem post partem euacuāt; in suibus, & voracibus
animalibus duplex apparet cęcum: habet plurimas ve-
nas, quæ attrahunt reliquias chyli ibi reseruati: huic an-
nectitur intestinum colon omnium amplissimum, cras- *Colon.*
sum, quam plurimos sinus habens: in eo morantur diu
fęces, & pluribus cellulis: adipe & pituita refertum ap- *Colicus dolor.*
paret, qua propter in hoc facile flatus excitantur, qui do
lorē colicum pariunt: situm est à rene dextro ad iecoris *Situs.*
cauum, & fundum ventriculum; deinde accumbēs reni
sinistro alligatur: à quo in posteriora reflexum duos ef-
ficit gyros ad instar. 5. tandemque in ossis sacri prin-
cipium desinit; vnde non mirum, si ob connexionē eius
cum fundo ventriculi vomitus excitatur, & cum adhæ-
reat reni, si sępe confundit dolorem renalem cum coli-
co; sed distinguitur, quia in collico dolore ante cibum,
& ieiuno stomacho dolor sedatur, à cibo vero grauescit: *Renalis*
quia comprimitur à cibis, è contra vero in dolore renali: *dolor quō à colico distinguitur*
reperitur in colo valuula magna, quæ claudit, ne ab in-
fra ascendat stercus: huic annectitur rectum intestinum *Rectum.*
nullis gyris intortum; sed recta ab osse sacro ad anū præ-
tenditur longaon à barbaris appellatur, habet plurimas
fibras rectas ad robur transuersarum, & tunicas crassas,
ne à stercore duro lædatur: eius inferior pars à musculis *Sphincter.*
in orbem circumfusis constringitur voluntario motu,
ne ante iussum rationis, et voluntatis fœx ab aluo extru-
datur; et ne continuo cogatur homo aluum exonerare,
immo si paralysi teneantur hi musculi, ne valeant co-
stringere stercus præter voluntatem descendit, maxima
est sympathia intestini recti, & vesicæ in viris; sed ma-
ior eius, et vteri in mulieribus; omnia itaq; intestina tā
gracilia, quam crassa à natura constructa fuere, propter *Actiones*
distributionem chyli, et expulsionē fęcum; hæ sunt duæ *cōmunes*
actiones communes omnibus intestinis solis, et semper; *intestinis.*
nam expulsus chylus à fundo ventriculi recipitᵗ à duode
no, et sic gradatim distribuitur per omnia alia intestina,
vsq; quo aliqua portio vtilis nutritioni remanet; reliqua
verò inutilis crassa, et terrestris appellatur stercus, quod
continuo fit, et continuo etiam expellitur tanquam inu-
tile intestinorum, & hinc possumus dicere actionem
intestinorum esse generare stercus ex accidenti, & non *Stercus.*
sui, neq; alterius gratia: fœtorem habet, quia destitutum
est natiuo calore, abundatq; adsititio, et maxima hu- *Fœtor vnde.*
miditate intestinorum, ex quibus oritur putredo, et fę-
tor; verum quo magis moratur stercus in intestinis, eo
minus fœtet, quia magis exiccatur ob moram; anima-
lia verò bruta; quia ficciora, ficcioribusque cibis vescū-
tur, minus fætida excrementa reddunt, et è contra acci-
dit in vrina, quæ quanto magis commoratur in vesica,
eo magis fętet; quia adsititio, et extraneo calore, & hu-
miditate afficitur ob imbecillitatē caloris ipsius vesicę:
motus et expulsio fęcum, qui appellatur peristalticus, *Expulsio*
quamuis principaliter ab intestinis efficitur; coadiuuant *fœcum.*
tamen hunc motum, et expulsionem abdominis muscu-
li, dum se contrahunt, et abbreuiantur, atq; etiam dia-
phragma, qui contractus exprimit viscera omnia infer-
na, sensus etiam tactus intestinorum dum excitat expul-
tricem, adiuuat expulsionem: ex dictis conspicuum est
clysteres, non sursum ascendere nisi vsq; ad colum, pos-
sunt tamen à venis mesaraicis attrahi, vsq; ad hepar per- *Clisteres*
uenire, et hoc pacto cum sint ex materia cibali cōfecti, *non sursū*
valent attrahi à venis, et ab hepate elaborari in maximis *ascēdūt.*
inedijs transmutari in sanguinem, atque nutrire: nam
licet

licet materia cibalis non sit à ventriculo chylificata: tamen quia attenuata subtilis concocta ad clysterem conficiendum assumitur, potest facilè in sanguinem transmutari ab hepate, & præsertim in maximis inedijs: *Clysteres quomodo nutriant.* natura enim semper studet se tueri meliori modo, quo potest, & hac ratione possumus dicere clysteres nutrire, ad hepar ascendere, atq; ad colon, & hæc de intestinis.

De hepatis anatome. *Cap. L I.*

Situs. INter principes partes vniuersi corporis hepar constituitur; quod est mébrum rubrum, quasi sanguis concretus, situs est subdiaphragmate in dextro hypochondrio, plures vsus, & actiones habet, vel gratia sui, & est assimilare sibi chylum, & nutrire se, gratia al- *Actiones, & vsus.* terius est sanguinem iam genitum distribuere vniuerso corpori: pariter gratia propriæ vitæ se nutrit, gratia cōmunis, & officialis expellit sanguinem, sicuti gratia melioris vitæ est sedes cōcupiscibilis facultatis, quæ duplex est, vna est gratia conseruationis indiuidui, & hæc impartita ori ventriculi euadit concupiscibilis cibi, & potus, altera gratia conseruationis speciei impartita testib. *Principia generationis.* estq; concupiscibilis coitus: Principia generationis hepatis materialia, sunt semen, & sanguis menstruus, qui in maiori copia, quàm semen accedit ad generationem iecoris; causa efficiens est hepatica generatrix, quę in semine, & sanguine menstruo vigens, studet generare sibi simile, & introducere in tali determinata materia sanguinis menstrui, & seminis formam hepaticam: finis generationis hepatis est consequutio ipsius formæ; sed de principijs iam geniti hepatis, & gratia vitæ sui, & *Definitio.* alterius, gratiaq; melioris vitæ, dicendum est: definitur itaq; membrū conflatum ex propria carne, venis, arteriis, neruis, tunicis, folliculo bilis, ligamento, & hepatica vi *Principia geniti.* gratia generationis sanguinis. Hæc sunt principia, quæ essentialiter genitum iecur complēt, & ex his erunt etiā manifesta, quæ essentialiter inhærent, & quæ essentialiter accidunt: principia materialia iam geniti sunt enarrata, propria caro, venæ, arteriæ, & cetera: principium formale, est vis hepatica, finis seu operatio, seu actio (ꝙ idem est) quam producit hepar iam genitum, est sanguinis generatio, ad quā producendam, expendendum est quomodo principia materialia, & formalia concurrant, *Pars principalis.* & primo cum sit membrum dissimilare, pars principalis est propria caro, quæ parenchyma, seu effusio sanguinis adpellatur, & si consideratur, vt principium passiuū absq; qualitatibus, & absq; forma, non valet generare sanguinem, at si cum forma scilicet hepatica, & qualitatibus proprijs, est pars principalis actiua generationis sanguinis instrumentaliter propter qualitates, formaliter propter formam, perfecte, & adæquate propter *Tēperies.* vtrunq;: caro igitur ipsa ex sanguine menstruo, & semine genita, obtinuit ab alteratrice temperaturam calidā, & humidam, & copiosissimum calidum innatum, vt *Mollities.* copiosum etiam sanguinem calidum, & humidum gignat: mollitiemque habet, vt sit proportionata, tum passo scilicet chylo attracto, tum sanguini genito à for- *Quātitas.* matrice: habuit quantitatem admodum magnam: quia homo copioso sanguine abundat, & vorax est, voracia enim animalia omnia, & gulosa hepate magno prędita *Numerus. Lobi, fibræ.* sunt: nnmero vnus est, quia ad unitatem corporis sat est, sed Hipp. l. de ossium natura, & 6. epid. diuiditur in quinque lobos, seu fibras, seu pinnulas, vt facilius amplectatur uentriculum, & noxas fugiat: *Figura.* figuram habet gibbosam, & cauam, seu concauam: conuexa, & gibba idem est, caua, concaua, & sima idem est, *Superficies.* superficies gibbæ læuis, & æqualis, ne diaphragmatis motui obsit, simæ inequalis, & aspera: *Pori. Cauitates.* varia vasa, porosq; habet plures, vt excrementa tertiæ concoctionis expellantur, cauitatesq; plures, ut sanguis contineatur, excrementa sāguificæ coctionis expurgentur; *Color.* color ruber à sanguine menstruo exortus, & à copia caloris, tribuit sanguini *Venæ.* colorem rubrum: venæ in hepate plures sunt, & primo venæ portæ rami quam plurimi infima parte radicati, qui deferunt chylum ad iecur, vt elaboretur pro sanguine gignendo; hi rami venæ portæ connectuntur per coitionem, & per anastomasim cum ramis uenæ cauæ, & hic sparguntur miro artificio per uniuersum iecur, & ut sanguis magis elaboretur; uenæ cauæ potissimum in gibba resident, tunicasq; habent; hæ uenę omnes tenuiores, & absq; communi externa, ne lædant substantiam carnis, & ut copiosiores possent per iecur permeare, & calorem substantiæ iecoris, & uim sanguificatricis recipere, ut faciliùs chylus recipiat elaborationem per contactum carnis; *Arteriæ.* pariter etiam arterias obtinet exiles circa concauam partem; nam in conuexa ob continuum motum diaphragmatis non expetuntur: *Nerui.* nerui exigui sunt in hepate; quia hepatis actio naturalis omnino est, non animalis, neq; ad sensum, neq; ad motum sanguinem præparat; sed pro sui nutritione, & corporis uniuersi: *Tunica.* Tunica unica est tenuissima à peritonæo ortum ducens, ambit totum iecur, ne lædatur à circumuicinis, & ut unitus, magis ualeat sanguificare. *Vesica fel-lea.* Vesica fellea, seu conceptaculum bilis, seu folliculus est uesica tunicis propriis, uenis constans, & ductibus gratia cōtentionis bilis; est enim vesica in caua hepatis parte dextra, quæ habet propriam tunicam triplici villorum genere contextam, intus rectos habet, quibus allicit bilem, & obliquos quibus retinet, extra orbiculares, seu transuersos, quibus expellit, habet etiam aliam tunicam communē: *Duct... primus ... fica.* ductus duo sūt, vnus magnus diuiditur in plures ramos ad simam hepatis, prope venas portæ, & cauę, qui alliciunt biliosum excrementū, & sanguinem expurgant; in omni .n. coctione, vt alibi dictum est, duo generantur excrementa crassum, & tenue, pariter in sanguificatione, quæ est secunda concoctio in sima parte confecta generatur bilis, quod est tenue excrementum, & melancolia, quod est crassum; in gibba verò parte adhuc magis perficitur sanguis, & mundatur; vnde alia duo excrementa conficiuntur tenue, & serosum, quod est vrina, crassum, & terrestre, quod est hypostasis: *Secund...* alter ductus vesicæ felleæ à fundo ipsius vesicæ porrigitur ad finem duodeni intestini inter tunicam, & tunicam, obliquè, & defert bilem ad intestina pro aluo irritanda; *Nutrimenta vesicę felleæ.* verum cum venas habeat, nutritur sanguine, non bile, quæ amara in substantiam partis transmutari nequit; sed tamquam exerementum supernacaneum, & coctionem fugiens, partim expellitur ab hepatis expultrice, partim attrahitur quadam insita proprietate, & familiaritate ab attractrice vesicæ: *Error Iouberti.* hinc patet error Iouberti asserentis bilem vesicam nutrire, cum omnino inutilis sit nutritioni, ob rationes allatas, *Vsus bilis.* non inutilis tamē naturæ absolutè, cum & aluum irritare valeat; & portio relicta sanguini permixta tenuiorem ipsum reddat, & quocunq; ducat, altera verò portio cum sero denandata ipsum flauum reddat: *Error Fallopij.* præterea Fallopij error patet ex inspectione a natura, nam ductus, seu porus felleus, qui ad duodenum pertingit, non ab hepate, sed à vesica fellis ortū ducit: *3. ductus p.n.* reperitur aliquando alius ductus, qui in ventriculi fundum fertur, & bilem ducit; sed maxima semper cum molestia, & angore; vnde præter naturam dicitur esse, & vomitus biliosos solet concitare; *Ligamēta hepatis.* ligamenta hepatis duo sunt; vnum annectitur diaphragmati, & est teres, rotundum, & validum, alterum costis nothis, & mendosis adhæret: hæc duo suspendunt hepar, & ligant, addunt nonnulli tertium ligamentū, quod est vena vmbilicalis, quæ à matre deferens sanguinem, in caua parte hepatis ipsius fœtus immergebatur; at edito in lucem fœtu, hæc vena degenerat in ligamentum, prohibetq; ne iecur in posteriora feratur: Barbari, vt genus necis crudelissimæ inuenirēt, vmbilicum orbiculatim secant, quo resecto suffocati pereunt concidēte vena vmbilicali: hæ omnes partes enarratæ concurrūt, vel ad generationem sanguinis absolutè, vel ad meliorē generationem: princeps pars fuit caro propria, reliquę

vel ad custodiam, vel ad auxilium, vel tanquam causæ sine quibus non constructæ fuere: *Forma;* forma iam geniti hepatis, quæ & efficiens & principium effectiuum gratia operationis potest appellari, est vis hepatica, quæ dat esse hepati, & sanguificationem seu generationem sanguinis producit, estque facultas vegetatiuæ animæ, quæ in hepate residens, euadit sanguifica, sed generationem sanguinis producit principaliter vna cum calore innato, & temperie ipsius hepatis, qui quidem sanguis venosus, *Sanguis venosus.* recipit vim alendi, & accidentia necessaria, & formã ab ipso hepate, vnde iure Medici omnes statuunt in hepate sanguinem alentem principaliter generari; in corde vero arteriosum, qui vt Arist. concilietur tribuit sanguini alenti venoso faciliorem, & commodiorem vim alendi, non autem simpliciter absolutam; præterea si in hepate sanguis generatur præsertim hoc fit in sima parte; deinde magis perfectè in gibba; *Venæ quomodo sanguificent.* venæ autem cum minime rubræ sint, non sanguificant, nisi secundario, quatenus per contactũ parenchimatis participant vim hepatis vt docet Galenus quarto de vsu partium, & tertio de facul. natur. non solum enim elaboratio ipsius sanguinis à temperie, & forma fit, sed rubificatio à colore carnis, & rubedine spiritus, & ignei coloris, *Spiritus naturalis.* spiritus enim naturalis generatur in hepate, licet dubius sit Galenus, qui nihil aliud est quam pura exhalatio tenuioris sanguinis venosi per venas mobilis genita ipsius conseruationis, & venosi sanguinis gratia: sed inquirendum, cum hepar chylum trahit; si ipso nutriatur; vel in sanguinem conuerso, vel post perfectam generationem eius; *Nutrimẽtum hepatis.* dicendum enim nutriri ex chylo sibi assimilato, qui nihil aliud est, quam sanguis, reliquum quod remanet post nutritionem eius, dicitur sanguis iam genitus, & inseruit tanquam commune alimentum vniuerso corpori: præter sanguinem quatuor excrementa generantur in hepate, *Excrementa hepatis.* bilis melancholia, serum, & hypostasis ab eodem calore, & agente, sed ratione, diuersitatis materiæ in chylo repertæ; *Bilis.* nam biliosa portio calida, & sicca, quæ non potest conuerti in sanguinem alimentalem, biliosum, tanquam excrementitia demandatur in vesicam felleam; *Melancolia.* portio terrestris, & crassa, & fæculenta, quæ non potest conuerti in portionem sanguinis melancholicam & alimentalem, detruditur in lienem, tanquam excrementitia, portio vero aquosa, & serosa, quæ alere non potest, *Vrina. Serum.* partim attrahitur a renibus, & fit vrina, partim cum reliquo sanguine, tãquam vehiculum remanet in venis; sed hæc segregatio serositatis, fit in gibba parte in qua etiam reperitur adhuc quædam materia terrestris, & crassa, *Hypostasis.* quæ inutilis nutritioni segregatur vna cum sero, & fit hypostasis; *Pituita* adest etiam altera portio frigida, & humida, crassa, quæ pituita appellatur; hæc pariter est inutilis nutritione, nisi denuo concoquatur, & ideo separatur à perfecta massa sanguinis alimentalis, *Sanguis.* quarta portio, est calida, & humida materia pura, atque rubra, quæ propria appellatur portio sanguinea; ex his quatuor portionibus alimentalibus conflatur tota massa sanguinea, quæ euadit vnum quoddam aggregatum per se, & ratione tantum segregantur hæ partes, nam etiam lac sensu visus videtur vnum tantum aggregatũ, attamen in se continet portionem serosam, butirosam, caseosam; hac ratione 4. excrementa, quæ generantur in hepate, habent diuersos colores, licet ab vnico agente fiant, aliquando, verò in statu præter naturam, ab excessu, vel defectu caloris in hepate, vel chyli oriuntur, excrementa copiosa, nam calidius hepar bilem gignit, frigidius pituitam, pariter chylus genitus ex calidioribus cibis, vel frigidioribus pituitam, & bilem copiosiorem parit; ceteræ, verò facultates naturales inseruiunt generationi sanguinis, & distributioni, etenim attractrix attrahit chylum, retentrix retinet, vt retentus à concoctrice seu alteratrice, quæ sanguifica dicitur, concoquatur, alteratur & conuertatur in sanguinem, qui tunc conuertitur in substantiam hepatis, & nutrit ipsum, expultrix expellit sanguinem superuacaneum, & inseruit distributioni.

De concupiscibili facultate gratia melioris vitæ hepatis dicendum irascibilem, & concupiscibilem ratione cognitionis obiecti esse sensitiuas facultates, & residere in cerebro, ratione vero materialis passionis esse facultates animæ vegetatiuæ, & illam in corde residere, hanc in hepate principaliter, quæ nihil aliud est, quam facultas alteratrix ipsius animæ vegetatiuæ à materiali obiecto concupiscibili; *Concupiscibilis quid.* nam sicut ratione chyli sanguificabilis alteratrix dicitur sanguificatrix, ita ratione obiecti concupiscibilis, alteratrix appellatur concupiscibilis: quia mouetur ab illo obiecto, & producit concupiscentiam cibi, vel potus, vel venerei vsus pro diuersitate obiecti: *Obiecto.* at quis obiciet in plantis cum adsit anima vegetatiua, cur non irascibilis, & concupiscibilis reperiatur? *Solutio.* dicendum in plantis non reperiri gradum illum facultatis vegetatiuæ vitalem appellatum; deinde has facultates à facultate sensitiua perfici, præsertim quo ad cognitionem obiecti, & quasi mixtas, & compositas esse facultates ex anima sensitiua, & vegetatiua, materialiter tamen quo ad facultatem vegetatiuam reperiri, nam etiam plantæ, licet sensu orbatæ sint, habent tamen insita ui, & appetitu naturali facultatem concupiscibilem, alimenti proprij, & generationis, & dicuntur luxuriari, hac de causa fructus, & semina pariunt, & molestum quasi iratæ spernunt: & totum hepar perfecte concurrit ad actiones, & vsus perfectos: actio enim suppositorum est; & hæc de hepate.

De Lienis Anatome. Cap. LII.

Lien est membrum oblongum ad similitudinem linguæ bouis, positum in sinistro hypochondrio; parte sima, & concaua hæret fundo ventriculi, gibba diephragmati, & reni sinistro: carnem laxam spongiosam, & subdulcem, cum aciditate, & subnigro colore possidet: *Vsus, et actiones.* plures vsus, & actiones à natura obtinuit, nam gratia sui, & vitæ simpliciter nutritur sanguine melancholico depurato, ac gratia alterius, & melioris vitæ expurgat iecur à fæculento sanguine, qui duplici de causa vtilis est, *Melancolia excitat appetitum* demandatus quidem ad fundum ventriculi excitat appetitum, retentionem, & concoctionem, adstringit enim sui aciditate, & terrestritate tunicas ventriculi, & calorem validiorem reddit per arterias quam plurimas, expurgatus serosa excrementa ad renes conducit; nam arteriæ seroso sanguine abundant, & emulgentes arteriæ hac ratione insignes sunt; quia per has expurgatur lien; vnde splenetici vrinis iudicantur: appellatur ab Aristotele alterum hepar; obnoxium est crassis succis, scyrrhis, & tumoribus.

Definitio. Est igitur membrum dissimilare conflatum propria carne, venis, arteriis, neruis, tunicis facultate, splenifica gratia purgationis sanguinis fæculenti: *Principia generationis.* principia, quæ essentialiter complent substantiam lienis duo sunt, alia remota, & hæc sunt materialia semen, & sanguis menstruus, efficientia, vt formatrix splenifica, formalia, & finis generationis est forma splenis, proxima vero principia, quæ & integrantia appellantur; *Principia integrantia.* integrant enim naturam splenis, & reperiuntur in ipso, & hæc pariter principia proxima iam geniti lienis, triplicia sunt, alia materialia, vt partes enarratæ in diffinitione, quæ aliæ sunt principales, vt propria caro, aliæ adiuuantes principalem partem, & actionem; Aliæ custodientes, aliæ sine quibus non principalis pars agere nequit, & actio fieri, formalia principia proxima, est splenifica

virtus, quæ dat esse spleni, & est principium omnium operationum, & actionum eius: finale principium est, vt expurget fæculentum sanguinem: *Caro.* caro lienis partim seminalis, & partim sanguinea, *Temperies* temperamentum obtinuit à facultate alteratrice modice calidum, & humidum principale instrumentum facultatis, quo expurgat fæculentum sanguinem: sed ob copiam arteriarum calidiorem iecore, *Mollities.* mollitiem vt facile cederet crasso sanguini: *Figura.* à formatrice obtinuit figuram oblongam, vt in æquilibrio corresponderet iecori, & cederet intestinis, amplecteretur que fundum ventriculi sima parte, & gibba renem sinistrum tangeret; *Situs.* sita est in sinistro hypochondrio vt corresponderet iecori, & corpus in æquilibrio esset; *Numerus.* numero vnus est, quia ad expurgandum fæculentum sanguinem sufficit vnus; *Superficies* superficie prædita est leni, & æquali, ne lęderet cum vicinia, *Pori.* raritate etiam pororum, vt difflentur crassa excrementa, laxitate etiam meatuum, vt valeat recipere crassum sanguinem, *Color.* colorem subnigrum obtinuit, à crasso, & atro sanguine tum menstruali in eius generatione, tum alimentali iam genito; *Sapor.* saporem acidum habet à sanguine melancolico, quæ aciditas vtilis est ventriculo, & sibi, his igitur ornata propria caro lienis euadit principalis pars, *Principalis pars.* quæ gratia sui nutritionem facit, & gratia alterius, attrahit à iecore fœculentum sanguinem virtute attractrice insita quidem vi appetente melancholicum succum, & excrementum, *Nutrimētum lienis* quod attractum ob copiam arteriarum attenuatur, concoquitur, & iam concoctum in substantiam ipsius conuertit, qui tenuior est sanguine alente hepatis, quinimo docet Galeno iecur nutriri sanguine mediocriter crasso ob substantiam eius crassam, renes crassissimo ob substantiam eorum crassissimam; *Lien tenuiori sangu. nutriri quàm hepar, & renes.* lienem vero tenuiore sanguine nutriri ob tenuiorem, & laxiorem substantiam; nam licet in principio crassissimus sit sanguis in liene, post tamen perfectam elaborationem tenuior est sanguine iecoris, & renum, quod reliquum est post sui nutritionem, partim per venam splenicam à liene ad fundum ventriculi demandatur, quæ via est magis recta, licet alij arbitrati sint, iterum ad iecur demandari, & ad venas portæ ad ventriculum fu rere; partim ad hæmorrhoidas per venas mesentericas ducitur, partim per renes mediantibus arterijs emulgentibus, quæ copiosæ sunt, expurgatur: ob has igitur causas *Consensus lienis cum quibusdā membris.* consentit lien cum fundo ventriculi, cum rene, & cum hemorthoidibus, & per has vias, & ductus videlicet vomitus, vrinas & profluuium hemorrhoidale sæpe euacuatur melancholicum excrementum: *De sede risus opinio quorūdam.* fuerunt nonnulli putantes carnem lienis esse sedem risus, quatenus iecoris sanguinem nitidum reddit, & vulgate dictum profertur; splen ridere facit, cogit amare iecur; sed falso, vt supra dictum est. *Vlmi opinio conuellitur.* Vlmus vir doctissimus statuit carnem lienis esse sedem præparandi spiritum vitalem, sed aberrauit; nam licet copiosissime ibi adsint arteriæ, non tamen ob ualuulas claudentes foramen arteriæ magnæ in sinistrum sinum cordis possent ingredi spiritus iam præparati in liene; sed de loco preparationis spiritus vitalis alibi dictum fuit: *Venę.* Venæ insignes sunt & à ramo splenico ortum ducunt, suntque adiuuantes partes; quia, & sanguinem fæculentum permixtum cū benigno alliciunt, & ducunt ad lienem, & sparguntur, per vniuersam substantiam lienis, ut limosus is sanguis sparsus facilius concoquatur, & attenuetur: *Arterię.* arteriæ pariter numerosissimæ sunt ob quatuor vsus primo ut perenni motu & pulsatione expurgent, & attenuent crassum sanguinem, secundo ut solicitent sanguinem crassum excidere è uenis in substantiam lienis, tertiò ut spiritum uitalem, & calorem, uitalem que facultatem lieni impartiant, ne à frigido succo calor natiuus ipsius lienis languescat, quarto ut uentilent calorem lienis fęculento succo penè obrutum; *Nerui.* nerui à sexta coniugatione in tunicam à peritonæo exortam. & ambientem substantiam lienis inspatguntur, ut excitetur sensus, & expultrix magis solicita euadat ad expellendos excrementitios succos; *Partes sine quibus n.* partes uero sine quibus non non posset pars princeps, et actio fieri, sunt uenæ, & arteriæ extra substantiam lienis, quæ primo ducunt sanguinem fęculentum ad lienem, qui si non duceretur non posset lien nutriri, neque expurgare fæcem, & sic post laborationem excrementum non duceretur a liene ad fundum ventriculi, ad hæmorrhoidas, & ad renes; vt aliquando contingit vitio, vel sanguinis fæculenti, vel vitio attractricis, vel expultricis, vel concoctricis ipsius lienis, vel vitio omnium horum: *Facultas splenifica* facultas splenifica, quę has omnes operationes facit, est anima vegetatiua, cum quatuor proprijs subministrantibus facultatibus, quæ à propria carne lienis, & alijs particulis, & temperamento & calore innato euadit determinata, & splenifica; finis etiam supra explanatus fuit: quapropter cum multas vtilitates, et actiones præbeat vniuerso corpori, anatome eius, natura explicata, facilius possemus occurrere excessui vel defectui eius.

De Renum Anatome. Cap. LIII.

SErum, quod est excrementum secundæ coctionis in iecoris gibba factum, vrina postea appellatur, *Vrinę generatio.* & per tria genera viscerum expurgatur, primo permixtum cum sanguine allicitur a renum substantia, quæ crassa, & densa egebat tenuissimo vehiculo, vt sanguis posset permeare, & in substantiam conuerti, purum, & secretum à sanguine ducunt vreteres, tertio vesica excipit illud, & continet, pro sero itaque expurgando renes constructi fuere, *Vsus Renum.* gratia vero sui nutriunt se sanguine attracto cum sero. *Definitio.* Ren membrum est compositum propria carne, venis, arterijs neruis, tunicis, renifica virtute, gratia expurgandi serosi fanguinis, venosi & arteriosi; *Principalis pars.* principalis pars, qua renes nutriunt se, & expurgant serosum sanguinem, est caro propria; quæ vt valeret has operationes perficere, à natura habuit *Temperies Qualitates secūd. Sinis.* temperiem calidam, & humidam, instrumentum facultatis attractricis, & concoctricis, duritiem, & densitatem, ne sanguis tenuissimus subterfugeret: situm habent renes infra iecur ad lumbos, musculis lumborum incubantes, qui vocantur græcè psoas, & cruri flectendo dicati sunt: sinister eleuatior, dexter depressior, vt eodem tractu vterque operetur cum violentia, & si quid subterfugiat, alter alliciat; *Numerus.* numero duo sunt aliquando vero quatuor inuenti sunt, aliquando vnus tantum, ne obturato vno humores serosi retardentur; *Figura.* figura sunt prediti ad similitudinem phaseoli, seu mediæ lunę, concaui sunt ad cauam venam, vbi inseruntur emulgentes, & egrediuntur vreteres: *Magnitudo.* magnitudo eorum tanta est, quanta ad expurgationem seri requiritur *Superficies* superficies lenis est, *Pori.* meatus & pori densissimi, ne labatur serosus sanguis, *Cauitates* sinus vero & cauitates tres sunt, vnus est arteriarum & venarū diuisus in multos canales, vt sanguis benignus in substantiam renum transeat, alter sinus priori ocurrens, recipit serum iam depuratum, qui sinus habet in fine carunculas, & desinit tandem in tertium sinum membranosum, qui vocatur cisterna ab vretere efformata, & hoc pacto serum generatur Hipp. sect. 5. l. 6. epid. *Materia seri.* materia seri aut est potio cruda & aliquantulum immutata, quæ bibitur, aut est serosus liquor humorum in venis & iecore, & proprie hic est materia proxima vrinæ naturalis, sicuti potio in uentriculo est materia remota, tertio aliquando materia vrinæ est materia præter naturam colliquata, aut ex humoribus, aut ex adipe, aut carne, & solidis sect. 2. l. 1. epid. *Expurgatio per vrinum.* si criticè vrina expurgatur, expellitur tunc ab expultrice venarum vniuersi corporis, non autem attrahitur à renibus, si vero est ma-

teria

teria naturalis & liquor partim expellitur à iecore & venis, & pàrtim à renibus attrahitur; colliquata vero materia nec expellitur; nec attrahitur. Erasistratus, nullum vsum tribuit renibus, vt refert Galenus 1. de nat. fac. Arist. l. de part. an. verũ & pro stabilitate venarum, & *Vsus secũdum Ari.* pro superuacaneo humore excernendo, putauit esse constructos, Gal. vero 1. de nat. fac. 5. de vsu par. l. de l. affect. vsum attribuit enarratum scilicet serosum sanguinem à iecore expurgare, qui partim expellitur, partim attrahitur, & hac via progreditur primo ex carunculis progreditur in fistulas, ex fistulis in cisternam, ex *Serosi sanguinis uia* cisterna in vreteres, ex vreteribus in vesicam deponitur, reliquæ partes custodiunt, vel adiuuant partem principem scilicet carnem vt venæ, quæ a caua oriuntur & arteriæ, quæ vocantur emulgentes; venæ, & arte- *Vena, & arteria* riæ, quæ prolectant humorem serosum è uenis inseruntur in simam partem, & sparguntur per substantiam renum, vt facilius segregetur sanguis vtilis pro nutritione renum à reliqua serositate inutili, extra renes vero habent rationem causæ sine qua non possent renes allicere serositatem, & se ipsos alere; nerui vero, qui a *Nerui.* stomachico oriuntur quatenus sensum tactus inducũt, adiuuant attractricem & expultricem, custodiunt partem principem; *Tunica* tunica à peritonæo exorta, quæ eos ambit & lumbis alligat: virtus renifica, quæ est principium formale & efficiens operationum renum, est virtus ani- *formatrix Renum.* mæ vegetatiuæ & tribuit esse, & operari; verum quia renes pluribus membris alligantur in eorum affectibus *Symptomata renũ varia propter eorum connexum cum varijs membris.* & calculo varia simptomata producunt; quia neruum stomachicum habent vomitum pariũt, quia incumbunt musculis crurum, stuporem & torporem crurum efficiunt per compressionem; quia verò cum vasis spermaticis connexum habent, testium fit retractio, retinetur vrina quia vreteres calculo stipati sunt: distinguitur ta- *Doloris renalis a colico distinctio.* men dolor renalis à colico, quia renalis fixus est, & descendit, lumbos occupat, ante cibum exasperatur, à cibo potius lenitur, acerbus fit dolor & in generatione, & post generationem, dum expelluntur lapilli, e contra vero in colico dolore, potius anteriorem regionem occupat, post cibum exasperatur, & non ita fixus: pluraquè habent propria signa; de quibus proprijs capitibus & Hæc satis.

De Anatome Vesicæ. Cap. LIV.

VEsica vrinaria magna ex parte formatur ex semine; vnde seminalis & membranosa pars ex anguis facilè à frigidis læditur, & recisa non *Actiones.* coalescit; sed iam genita pluribus modis vtilis est, & plures actiones habet gratia suæ nutritionis, attrahit, retinet, & concoquit, sanguinem assimilat & excrementa post nutritionem expellit, gratia alterius excernit urinam iam receptam non solum ui expultrice naturali mediantibus fibris circularibus, seu transuersis; sed etiã vi animali mediantibus & musculo ceruicis eius, & mu- *Definitio.* sculis abdominis; gratia uero melioris uitæ prædita est sensu tactus propter neruos sextæ coniugationis, & spinę: est itaque membrum dissimilare præditum tuni- *Tunicæ.* cis, uenis, arterijs neruis, ureteribus, uraco, musculo, facultate uesifica gratia excretionis urinæ; tunicæ tres sunt una externa, quæ ambit ipsam uesicam, à peritonęo exorta propter custodiam eius; duæ reliquæ sunt propriæ & ipsam constituunt, interna neruea candida, splẽdidaque omni uillorum genere contexta, altera ex- *Fibræ.* terior carnosa, crassis fibris, maiori ex parte longis, & transuersis, quod patebit si quis coctam uesicam consecet: longę fibræ potius ad robur, quam ad attractricem constitutæ sunt, & præsertim cum aliquando nimis re- *Cõtradictio i Gal.* pleatur & periculum sit, nè obliquę, & circulares fibrę rumpantur: præterea extat Galeni pugnantia 6. de loc. aff. & quinto de usu part. c. 7. cum ibi asserat uesicã nõ *Solutio.* attrahere serosum excrementum, sicuti renes; alibi uero asserat attrahere; dicendum minime serum attrahere: quoniam omnino ei in utile est excrementum; sed tantum per fibras obliquas retinere, & per circulares expellere, quæ hac de causa copiosissimę in utraq; tunica: attrahere uero dicimus sanguinem pro sui nutritione, at pro hoc attrahendo non eget fibris rectis: sed tantum in *Situs.* sita facultate, & proprietate: à formatrice etiam consequuta est situm inter capacitatem ossis pubis, & ilii, *Conexio* connexum cum intestino recto in uiris, in mulieribus, *Figura.* etiam cum utero, & per ureteres cum renibus, figũram oblongam cauitatemq; maximam pro excipienda uri- *Superficies* na, & retinenda; externam superficiem æqualem: internam uerò inæqualem, & rugosam, ne lædatur ab excre- *Partes.* mento seroso; diuiditur eius substantia in fundum, in quo resider vrina, & in ceruicem, seu collum uesicæ, cir- *Musculus* ca quod adest musculus sphincter, seu ianitor: numero *Numerus* una est, ex his tunicis conflata, quæ sufficit pro excipiẽ- *Quæ animalia carent vesica.* do seroso excremento: immo animalia, quę pulmone carent, nec urinam mingunt, nec uesicã habent, ut aues, & pisces: ab alteratrice obtinuit temperamentum potius *Temperies* frigidum & siccum, quod correspondet excremento *Qualitates secũdæ* seroso, & fibris inseruit; sicuti etiam durities tunicarum & densitas: hę tunicæ sunt partes principes & principem *Partes prĩcipes.* actionem efficiunt; relique partes materiales, uenæ scilicet & arteriæ sunt partes adiuuantes gratia nutritionis: *Nerui.* nerui uero sunt partes adiuuantes gratia excretionis urinæ; nam tum persentitur acrimonia & copia à neruis, excitantur etiam fibræ expultricis, & musculus ianitor; *Vreteres.* ureteres uero, quę etiam uenę albę & urinaria uasa appellantur duo sunt, unus ab utroque latere, & sunt uasa membranosa quę habent originem à uenis, & tunicis renum circa simam partem & oblique extenduntur caua, usque ad latera uesicę & oblique inter tunicam & tunicam inseruntur, ne retro labi ualeat urina: sensu exquisito pręditi sunt, ut calculi per hos transeuntes, cruciatus ingentes pariant, & cum incumbant super lumborum musculos psoas uocatos, stuporem crurum inducunt, sunt partes tanquam causę sine quibus non posset uesica excernere urinam, nisi deduceretur per hos cana- *Vrachus* les & tubulos, quomodo urina à uesica exciperetur? urachus est canalis sub fundo uesicæ usque ad umbilicum porrectus, & alligatus, qui dum fœtus erat in utero matris, urinam expurgabat, in àlantoidem tunicam; postea uero fœtu in lucem edito resiccato umbilico, potius habet uim ligamenti, & custodit uesicã; musculus unus *Musculus* est circa collum, seu ceruicem vesicæ, qui sphincter, & ianitor appellatur fibris circularibus contextus, qui claudit, & reserat os vesicæ, & suo arbitrio retinet vrinam, & excernit; immo si aliquando paralysi afficitur hic musculus, inuoluntarie excernitur vrina; habet hic muscu- *Facultas vesicæ.* lus, neruum à spinali medulla, & contrahitur, & dilatatur sicuti os marsupij: facultas vesicæ est illa, quæ dat esse vesicæ, & gratia sui, & gratia alterius, estq; animæ *Finis.* vegetatiuæ facultas, quæ potissimum vi alteratrice se nutrit, vi expultrice expellit vrinã, & excrementa relicta post nutritionem ipsius; finis seu actio, quę operantur, & facultas vesicæ tanquam principale agens, & tu- *Excretio Vrinę.* nicæ propriæ vesicæ, tanquam principes partes, & tota vesica, tanquam perfectè, & adequate instrumentum actionis, est gratia alterius excretio vrinæ; hæc excretio est actio mixta partim ex virtute naturàli scilicet expultrice ipsius vesicæ, partim animali scilicet musculi ianitoris, qui dilatatur arbitrio voluntatis nostræ; nam si nõ reseraretur hic musculus, non posset expultrix vesicę lotium expellere quidam ab aliquod impedimentum noluerunt mingere, postea volentes non potuerunt; primum tamen initium excretionis oritur à facultate expultrice irritata; postea irritat musculum ad eius apertionem, adiuuant etiam hanc excretionem duo musculi circa os pubis inuenti à Faloppio, qui inucruati comprimunt vesicam; sed magis adiuuant, duo alij carnosi &

lati in uenti à Tacino doctissimo Anatomico, positi in interna patte ossis Ilij, qui etiam tanquam puluinaria substrati sunt vesicæ, & recto intestino; pariter retentio ipsius vrinæ mixta est actio ex naturali, & musculo sphīcteri animalique voluntate, quę quidem retentio inseruit excretioni, ne continuo cogeremur mingere. non autem retinet, quia vesica delectetur vllo modo vrina; nisi dicere velimus sui præsentia calorem vesicæ conseruare, & quasi ab immunditijs vesicam emundare: supra iam patet vesicam vrinam non attrahere propriè, sed tantum excipere, & continere, attrahere vero, vt inquit 3. de facultа: natura, & 5. de vsu par. sanguinem pro sui nutritione, non autem serosum excrementum. Tota vesica concurrit ad hanc excretionem non per temperamentū, sed potius per conformationem; secundario vero retentio vrinæ postea inseruit excretioni, & in eius gratiam fit. Et hæc de Vesica.

Retentio Vrinæ.

De partibus Genitalibus, & Pene. Cap. LV.

CVm omnia ex elementis composita corruptibilia sint tum inanimata, tum animata, & et homo in hoc mūdo inferiori miocrocosmus prouida natura atque sollicita, si non indiuidua numero saltem in specie conseruare conata est, & quo nobiliora fuerunt animalia, eo magis tueri, & propagare studuit: naturalissimum est inquit Arist. 2. de anima: sibi simile procreare, verum animalia, & plantæ alia generantur sponte absque semine, sed ex putredine, alia ex coitu, & semine maris, & fœminæ, & præsertim perfectiora animalia; vnde oritur necessitas fœminę, quæ dicitur animal generans in se ipsum, & necessitas maris, qui dicitur animal, generans in alio; sed non sat est, vt sit mas, & fœmina, & diuersitas sexus masculini, & fœminini, sed necesse est vt simul coeant, diuersique sunt modi coitionis; nam homo amplexu, & facie ad faciem coit, animalia vero bruta vt plurimum, quoniam nonnulla, quę etiam amplexu coeunt, retro superuenientia venerem exercent; prę terea membra, & genitalia; tum ad semen præparandū, quæ dicuntur vasa spermatica, & duo sunt dextrū, quod oritur à vena caua, & ducit sanguinem perfectiorem, & calidiorem, præparatque in capreolis, & connectitur cū teste dextro; hinc nascuntur potius mares: alterum vas sinistrum oritur à vena emulgente, & serosiorem, & frigidiorem sanguinem defert testi sinistro, ab hinc potius fęminæ nascuntur: testes duo sunt, qui semen excoquunt & fęcundum reddunt, à testibus postea egrediuntur duo vasa, quæ deferunt semen iam factum, & elaboratum à testibus, Primo ad parastatas, quæ sunt vesiculæ sitæ circa collum vesicæ inferne; deinde ab his parastatibus prouenit ad prostatas, quæ sunt vesicæ ad radicem penis, & retinent semen tum pro leniendo meatu penis; tū pro faciliori eiaculatione seminis: vltimo est penis, seu mentula, seu priapus, seu membrum virile, pendulum prælongum extra os pubis in maribus, in fœminis, vero reperitur vterus vulua, seu vagina priapi, testes, vasa pręparantia semen & eiaculantia, sed primo de pene dicendum, qui à Medico varijs modis considerari potest: quia varios vsus, & varias actiones habet; nam si consideratur primo sui gratia nutritur, & eget facultatibus quatuor naturalibus tum sui & alterius causa exquisite sentit, & voluptate fruitur, tum gratia procreationis erigit se, & iaculat semen, demum tanquam via, & meatus, inseruit vrinæ excernendę, postremo decorationi, is porrò coagmentatur duobus cauernosis nerueis corporibus seu ligamentis; (propriè enim non sunt nerui) ab osse inferiori pubis, & superiori Ischij exortis, et sanguinea, et atra fungosaque substantia interna repletis, & vi quadam innata peculiari naturali se dilatandi, ac prolongādi porrectis vsque ad carneam glandem, quæ simplicissima caro, & exquisitissimo sensu tactus prædita ob tenuitatem cutis, & mollitiem neruorum non crescit, neque augetur ad proportionem membri; sed eadem permanet; his subiacet fistula seu canalis, seu ductus, productus à vesicæ tunicis, per quam semen, & vrina communiter excernuntur, quatuor musculi alligantur duo per longitudinem, & posteriorem infernamque partem ad taurum, pro seminis expellendi ope (primo enim, & principaliter proijcitur, & eiaculatur semen ab expultrice naturali vasorum seminalium testium, deinde vasorum deferentium, postea proxime parastatum; vltimo ac immediate prostatum naturalium ad radicem penis positarum: duo alteri musculi ad latera sunt vni hinc, & hinc ad erectionem, ad rectitudinem, & dilatationem corporum fistulosorum, etenim ex dilatatione, & contractione vasa seminalia comprimuntur, & sic coadiuuatur expultrix, & proijcitur semen expulsione: in gonorrhea non est proiectio, sed paralysis seminis vasorum sicuti fulgura tonitrua fulmina Cœlo dicimus à vi spiritus copiosi viam exitus impetentis fieri tanquam in terræmotu ac bombarda; constat præterea ex duabus arterijs magnis, ex neruis, ex sacra medulla ad sensum tactus exquisitum, venis, membrana neruosa, cute, & cuticula; primo consideratur augumentatio, & inflatio penis, quæ principaliter naturalis, est actio in pene à causis naturalibus facta, ex accidenti coadiuuatur à musculis, & sensu voluptatis; secundo est erectio potius, & principaliter animalis est actio à musculis producta; secūdario coadiuuatur ab inflatione, & causis inflātib. nā inflatus facilius erigitur, & erectus facilius inflatur, tertio est eiaculatio seminis, et ista duplex est naturalis; vel inuita, naturalis fit ab expultrice vasorum, & musculis adiuuantibus; fit etiam, vt in somno contingit, ab expultrice tantum: altera est violenti a iaculatio, & hæc multiplex est ob multiplices causas, vt in epilepsia emittitur aliquando semen, non propter expultricem; sed propter musculos contractos comprimentes, & exprimentes vasa, vel propter relaxationem vasorum ob intemperiem frigidam, & humidam; vel ob tenuitatē seminis, vel vt sæpe contingit in gonorrhea ob dilatationem vasorum, & seminis acrimoniam irritantem expultricem; verum ad eiaculationem naturalem moliendam testes necessario considerantur in omni specie non tantum ad bene esse, vt dicit Arist. pendere tanquā pondera, sed etiam ad esse simpliciter; nam aues, & animalia intus habent, dicendunque Arist. loqui in genere facta comparatione generica; nam verum est primo testes, vel instrumenta vicem testiū habētia necessarios esse simpliciter in animalibus, quæ ex semine procreant, secundo testes extra pendere non omnibus animalibus necessarios esse; quia illud prædicatum extra pendere, non est de omni, & per se, nec conuenit testibus omniū, animalium; sed tantum nonnullorum in specie; ideo necessariè extra pendere conuenit omnibus testibus marium hominum in specie; sed non soli, at semper, vt sit animal generatiuum; quoniam vasa spermatica eiaculātia, nimis repleta spiritibus, & semine; nimisque cōtorta, & capreolata, non possent eijcere semen, nisi à pōdere testium distenderentur; sed pondus est potius ad faciliorem eiaculationem, ideo sunt necessarij testes extra; non absolute in omnibus, sed in homine, & alijs ab bene esse nō de essentia an testes gignāt semen nō dubitatur, ab Arist. sed tantum an pendeant necessario extra necessitate simpliciter; an ad bene esse tantum: pariter erectio, quę est motus localis duplex, est vna naturalis, & hæc duplex vna sponte à natura vi seminis ac spiritus non concurrente voluntate, & præter electionem; nam sæpe præter voluntatem, & electionem erigitur, alia est voluntaria ob imaginationem obiecti delectabilis; violenta pariter duplex est vna morbosa, vt quando nobis invitis, summo cum dolore erigitur à causa morbifica, & non à facultate, altera non morbosa,

vt

Generatio animaliū. — Fœmina. Mas. — Coitus modi. — Vasa spermatica. — Vnde mares, & fœmina. Sect 4. li. 6. epid. — Testes. — Vasa deferentia, seu iaculatoria seminis. — Penis. — Considerationes, & usus Penis. — Ligamenta. — Fistula. Musculi. — Seminis expulsio. — Partes à quibus penis constat. — Inflatio penis. — Erectio. — Eiaculatio seminis. — Testes ad eiaculationem quo concurrāt. Operatio Arist. dilucidata de necessitate testiū. — De necessitate testium. — Erectio duplex.

vt quando nobis inuitis mulier penem blande attrectans erigere illum facit: augumentatio seu inflatio pariter, quæ est motus secundum quantitatem, alia est *Inflationis species* naturalis, & hæc duplex vna concurrente voluntate, & imaginatione nostra, vel in somno, vel vigilia, altera non concurrente nec imaginatione neque voluntate; sed tantum sponte & natura: differt enim vt inquit Arist. tertio mor. spontaneum, inuitum, voluntarium & electiuum inter se: inflatur naturaliter ad similitudinem follium fabrorum; quia dilatatur impletur spiritibus, & impletus turgidus & magnus fit; violenta vero inflatio in priapismo & satyriasi e contra fit ad similitudinem vtris; quia repletur flatibus; ideo dilatatur; hæc repletio, & dilatatio est prȩter naturam: his explicatis historiam penis anatomicam aggredi oportet & differentiam explicare: *Diffinitio penis.* penis igitur est membrum compositum ex ligamẽtis fistulosis, neruis, arterijs, venis, propria carne, glande, cute, vesicis, musculis, cuticula, facultate *Ligamẽta* penifica gratia seminis eiaculandi: fistulosa ligamenta, seu nerui impropriè dicti, qui penem conficiunt, duo sunt, & oriuntur ex inferiori parte ossis pubis & superiore Ischij; *Temperies ligamẽtũ.* habent temperiem potius frigidam & siccam, duritiem, ne dissipentur spiritus, & vt valeant turgidi resistere impedimento vteri, vt semen valeant eiaculare, *Figura ligamentũ* figura oblongi sunt, vt correspondeant loco, nempe vuluæ, ideo non admodum longi; quia semen refrigeratur, nec breues quia nõ posset proijci, sed mediocres esse debent caui & fistulosi, vt, attractrix dum attrahit, dilatetur & dilatati repleantur & vt etiam à musculis distendantur; repleti etiam sunt carne atra & spongiosa, *Nerui.* quæ a copia spirituum dilatatur vt retineat spiritus & calidũ innatum conseruet; Nerui sensitiui sparguntur à spinali medulla exorti, qui voluptatem in coitu summopere afferunt sanguinem, & spiritum vitalem tũ pro *Glans.* nutritione, tum pro erectione: glans est caro circa verticem penis in acutum vergens, mollis, atque simplex, sine fibris exquisitissimo sensu prædita, vt voluptatem afferat, & delectationem ex obiecto tangibili; non crescit, sed eadem magnitudine permanet, vt valeat quasi tueri duritiem neruorum ne vterum tædat, & sensu exquisito membra simul obtrectentur, cute subtegitur tenuissima hac de causa & præter hanc cutem, alia cutis super- *Preputiũ.* tegit ipsam, quæ mollis appellatur præputium, & est quasi membranosa cutis, quæ reliquum corpus penis inuestit: super cutem ad tutelam adest cuticula; sed cum penis nunc consideretur gratia eiaculationis seminis, quæ erit pars princeps cui sit attributa actio excernendi *Vesicæ sũt pares principes ĩ eiaculatione.* semen? sane nulla alia est quam vesicȩ quȩ dicuntur prostatæ, quæ positæ prope radicem penis continent semen, & in naturali eiaculatione, magis replentur semine & spiritu. vnde turgidæ excitant expultricem naturalem, quæ expellit semen adiuncta etiam a musculis infernis, qui contracti exprimunt vesiculas illas, tanquam digiti, qui nucleos proijciunt, in somno vero aliquando absque inflatione, & erectione mentulæ proiicitur semen à sola expultrice, at in gomorrhæa est expulsio præter naturam, vel ob acrimoniam seminis, vel aliquando ob in- *Canalis.* flammationem, & vlcus prostatum: canalis per quem & vrina & semen excernitur est ex membranoso collo ipsius vesicæ & tanquam causa sine qua non possent *Musculi.* prostratæ semẽ excernere: musculi quatuor sunt duo ad latera priapi, qui erigũt & dilatant ipsum & secũdũ longitudinem se porrigunt, duo ad partem posteriorem & infernam, qui & attollunt & eleuant ipsum, at abbreuiati sunt partes adiuuantes eiaculationem, sicuti etiam nerui tactus, cutis venæ, & arteriæ, custodiunt: gra- *Pars principalis per excreta vrina.* tia vrinæ excernendæ, pars principalis est canalis vrinarius, reliquæ sunt vel adiuuantes, vel custodientes: facultas penifica gratia seminis eiaculandi est facul- *Facultas.* tas expultrix animæ vegetatiuæ quæ dat esse penis & vesicis, vt valeant expellere: gratia inflationis pars *Ligamẽt a pars, princeps in inflatione.* Princeps sunt duo ligamenta fistulosa, caua & carne spongiosa repleta, adiuuant arteriæ, venæ, & musculi, custodiunt carnes internæ, & glans facultas inflans *Facultas inflans.* penifica est attractrix, quȩ dilatat ad similitudinem follium fabrorum, & ex dilatatione fit repletio ipsorum ligamentorum & repletio duritiem parit: gratia *Partes prĩcipes gratia erectionis.* erectionis sunt potissimum quatuor musculi partes principes; fistulosa vero ligamenta inflata, arterię & venę adiuuant erectionem, custodiunt reliquæ partes, non fit erectio sine inflatione, nec inflatio sine erectione, at sine vtraque potest fieri seminis emissio; facultas erigens mixta est ex facultate naturali attractrice, & animali mouente, sicuti erectio est actio mixta animalis & naturalis; motrix enim imaginatrix sentiens & naturalis facultas omnes in erectionem concurrunt: *Taurus.* pars taurus appellata dicitur ea quæ est inferna vsque ad testes protensa à testibus ad anum; ecce quod diuersimode consideratur penis & diuersos fines diuersas facultates, diuersas principes partes adiuuantes, custodientes, & sine quibus non possidet, nam si erit læsa erectio, aut inflatio, aut seminis proiectio, diuersæ erunt principes partes læsæ in pene; quoniam ut dictum est, ab alia parte oritur inflatio & facultate, ab alia erectio & ab alia seminis profusio, quæ sunt a medico, ut recte curationem valeat adhibere, diligenter consideranda; & hæc de Pene.

De Vtero Mulierum genitalibus.
Cap. LVI.

VAsa spermatica mulierum pariter duo sunt, *Vasa spermatica.* vnum dextrum quod oritur à uena caua, alterum sinistrum quod oritur ab emulgente; sed insertio in uterum bipartitur; nam una pars ad te- *Testes, & semen maribus.* stes, qui oblongiores sunt depressi, atque minores sunt, quam in maribus, & semen gignunt fœcundum, & prolificum, licet aliter Peripatetici sentiant, non uestiuntur epidermide, neque seroto: frigidiores sunt marium *Conciliatur Arist. cum Medicis.* testibus, unde possumus fortasse Arist. cum Medicis conciliare; dicendo semen mulierum imperfectum frigidum, & minus fœcundum, in respectu seminis uiri perfecti, fæcundi & calidi improprie semen appellari; sed potius excrementum frigidum & aquosum, absolute tamen & gratia generationis debet appellari semen, & concurrit actiue & passiue sicuti semen uiri; sed minus tamen principaliter: altera duo uasa spermatica non inseruntur in testes; sed ad fundum uteri, ut grauida muliere & clauso ore uteri etiam semen immittat in collum uteri absque quo referetur os uteri, quod in utero gerentibus ita clauditur, ut ne spicillum ingredi possit, & etiam venæ, quæ deferunt sanguinem menstruum, aliquæ circa os vteri disseminantur, quæ tempore prægnationis aliquibus mulieribus dehiscunt, & sanguinem menstruũ profundunt absque fœtus contenti in vtero offensa: testibus mu- *Vasa iaculatoria.* lierum, pariter adhærent uasa eiaculatoria sicuti in viris; sed breuiora & anfractuosa, vt vix breuitas flexuum multitudine compensetur: mulieres parum distant à viris, propter genitalia membra, nisi quod intus sunt omnia recondita, vt calidiora & magis *Vterus necessarius.* fæcunda euaderent, cum frigida sint; vterus vero est alterum membrum genitale, quod solum reperitur in mulieribus omnino necessarius, locus & hortus, vt excipiat concipiatque semen, generet fœtum & nutriat, uocatur etiam matrix, quæ est mater fœtus, vterus; quia vtero continet; vulua quasi valua, membrum seruile, & muliebre; sed varijs respectibus consideratur gratia indiuiduæ mulieris, non est omnino necessarius: absque eo enim valet viuere mulier; sed simpliciter absolutè necessarius, pro *Actiones Vteri.* specie humana propaganda: habet in se plures operationes, & vsus, primo nutritionem, vnde viuit vita

plantæ, & præditus est anima vegetatiua, & quatuor facultatibus subministrantibus, habet sensum tactus mediantibus neruis sextæ coniugationis; & his differt à plātis; deinde recipit semen vtrunque, & concipit, conceptio enim est vtriusq; seminis receptio, & alteratio à facultate retentrice, & alteratrice vteri gratia generationis humani fœtus. *Conceptio quid sit.* Retinet quidem, vt vniat simul semina, & ad hanc vnionem præcedit quædam alteratio, sed alteratis, & simul vnitis noua actio excitatur (emanans à seminibus iam alteratis, & vnitis à retentrice, & alteratrice vteri, adeo vt semen incipiat trasmutari, & in semine fit noua forma, quæ dicitur generatrix ante fœtum animatum,) quæ noua actio generatio fœtus dicitur; & hæc est operatio primo, & principaliter seminum, in quibus est uis generatrix humana, quæ est forma substantialis infra animam seminis fœcundi vtriusq; mutari hominis dans esse ipsi mixto semini (dum semen est, & producit fœtum animatum, quo producto euanescit illa forma seminis, & educitur anima vegetatiua, quæ habet generatricem facultatem, augumentatiuam, & nutritricem, & illa generatrix vegetatiua constat ex duplici facultate formatrice, & alteratrice) & proprias facultates exercet determinato loco formandi fœtum humanum constans ex formatrice, & alteratrice facultate. Secundario consideratur etiam generatio in vtero, quatenus prouenit ab eius alteratrice, quæ adiuuat, & ad actum reducit operandi generatricem, quæ erat in semine: hæc generatrix vero in formando fœtu educit de potentia ad actum animam vegetatiuam, (& tunc fœtus dicitur animatus anima vegetatiua, quæ etiā habet formatricem, & alteratricem: nam datur formatrix forma substantialis non animata, infra animam, & animæ vegetatiuæ, subordinatæ enim sunt hæ actiones primo seminis, deinde vtriusq; seminis vniti, & facti noui mixti, deinde fœtus iam viui vegetatiua, postea sensitiua, & tertia rationali, nam tendunt omnes actiones, & facultates ad hanc vltimam formam, & actum, qui est perfectissimus, & tunc desinit generatio. Primo sunt duo semina, ex his fit vnum mixtum in vtero, & noua forma dans esse illi mixto, & tendens ad vlteriorem formam ad generationem mixti humani, hæc forma est agens intrinsecum immediatum, sed non vniuocum ad disponendam materiam, & mixtionem corporis humani, vt eueniat vegetatiua humana, quæ constat ex formatrice, & alteratrice, & deinde vt eueniat sensitiua, & vltimo rationalis, quæ præparato subiecto à Deo creata, & infusa deforis aduenit: semper est conseruata, et adiuta à forma vteri extrinsecè: sicuti apparet in generatione bombycis, & chyli: & generatrix illa in seminibus iam vnitis, & transmutatis licet sit infra animam, est media inter animam vegetatiuam, & formam inanimem, & quasi videtur eiusdem speciei, & vniuoca, licet propriè non sit vniuoca, vt zoophita mediant, & dicuntur stirpanimalia. Accipiatur exemplum panis, & vini in stomacho, quia duo euadunt chylus, à stomacho chylus habet formam propriam, & ad sui conseruationem, & ad productionem sanguinis, forma sanguinis introducitur ab hepate. Accipiatur exemplum generationis bombycis, primo ex semine, deinde fit id viuens, deinde aurelia, tertio papilio, qui gignit semen, & moritur; omnes istę formę tendūnt ad generationem papilionis, & sic sanguinis, &c nam mixta dum tendunt ad vlteriorem formam, semper transeunt vsq; ad actum vltimum siue perfectiorem. Vterus itaq; est membrū dissimilare conflatum ex tunicis, venis, arterijs, & neruis, ligamentis, vulua, & facultate vterifica gratia generationis fętus humani: est dissimilare; quia diuersis partibus constat; *Vteri definitio.* sed præcipua pars est interna tunica crassissima, quæ triplices villos habet rectos, vt semen attrahat à ceruice; *Præcipua pars.* nam mirificè semine vterus delectatur, & familiaritate quadā illud attrahit, obliquos vt retineat, circulares, vt fœtum expellat: figura præditus est rotunda, & aliquantulum oblonga, vt sit capax fœtus humani, *Figura.* qui secundum longitudinem potius vergit: superficiē internam rugosam possidet crispis, & rugis refertam, & inæqualem, *Superficies.* vt tempore emittendi fœtus valeat distēdi, & tēpore, etiā continendi, et vt maior in frictione coitus delectatio oriatur; habet etiam magnitudinem proportionatam, *Magnitudo.* quæ diuiditur in tres partes, in fundū vteri, in quo concipitur semen, & formatur fœtus, *Tres partes.* & habet partem dextram, & sinistram linea tantum diuisam, in dextera solent generari mares, vt inquit Hipp. in sinistra fęminę. Secunda pars vteri appellatur os interius, *Secunda.* & est satis angustum, & per hoc foramen ingreditur semen, quo concepto, ita exquisitè clauditur, vt specillum non admittat ex Hipp. 5. aphor. 51. tertia pars vteri dicitur collum, seu ceruix, *Tertia.* & extenditur vsq; ad vuluam, est canalis oblongus vaginæ instar, penis virilis receptaculum, in medio huius ceruicis ex quorundam sententia reperitur membrana quædam, quæ hymen dicitur, *Hymen.* & in deflorandis rumpitur, & sanguis egreditur: ex aliorū vero sententia non reperitur hæc membrana; sed latera ceruicis simul conglutinata cohærent, at in primo concubitu magna ex parte diuelluntur: Ad extremum huius, ceruicis, apparet ductus vesicæ vrinariæ; tandē hoc collum vteri, seu ceruix, desinit infundo muliebri, seu vulua, *Vulua.* quæ est vltima pars ad superficiem corporis, quæ constat pluribus particulis rimis, seu alis, seu labris, quæ duo sunt, monticulis, seu collibus carunculis, quæ nymphæ vocantur, & sunt ad tutelam vteri, ne aer, vel quod aliud ingrediatur; tandem constat ex quadam particula quæ vocatur virga, tentigo, amor, dulcedo, mentula muliebris, seu penis fœmineus, quæ habet duo ligamēta ab ossibus orta, & quatuor musculos: perfricata crescit, & aliquando ita oblongatur vt videantur mulieres habere penem; *Penis mulierum.* sed hic penis non habet foramen, & multum distat à virili membro, & commentum est, & fabula mulieres euadere viros, ope caloris, qui partes internas muliebres, & genitales ad extra propellit; nam diuersa est conformatio partium, & structura, quæ nouā formatricem desiderat, non autem solum calorem, nec mas potest euadere fœmina; altera tunica externa crassissima est, vt fœtum continere valeat, fouere, & iniurias fœtus calcitrandi sufferret; ligamenta duo sunt maxima, *Ligamēta.* quæ à lateribus processuum orta, & super os pubis delata ad inguina, & coxas excurrunt: venæ copiosissimæ sunt, & arteriæ, *Venæ, & arteriæ.* vt deferant sanguinē pro nutritione vteri, & fętus, & pro expurgando singulo mense sāguinem succum inutilem fœminæ, vtilem vero fętui: excurrunt, & ad fundum vteri, & etiam ad os, quæ tempore conceptus aliquando aperiuntur; sunt partes adiuuantes, & sine quibus non, fętus generaretur nisi venæ sanguinem menstruum tum pro formandis partibus sanguineis, tum pro nutritione totius fętus sanguinem veherent; nerui deferunt sensum, *Nerui.* vasa spermatica, quę deferunt semen ad vterum supra descripta fuere, & in pręsentia sunt causæ sine quibus non, & adiuuantes: nam si semen non eiacularetur in fundum vteri, non fieret conceptio: connectitur vterus per venas cum hepate, *Connexio.* per arterias cum corde, per neruos cum cerebro, per tunicas cum peritoneo, & musculis lumborum, et vesica, atq; intestino recto; nam situs est inter vesicam, & intestinū rectum in infima parte abdominis: *Situs.* quapropter cum his partibus sympathiā habet, & appellatur à Plat. nouum animal referēte Gal. 6. de loc. aff. & cū tot partibus principalibus connectatur, videtur omniū morborum in mulieribus esse causa: facultas vterifica, *Facultas.* quæ dat esse vtero in præsentia gratia formandi fętus, est animæ vegetatiuę alteratrix, quæ semen adiuuat, ad fętus generationem; cum dicant mulieres vterum moueri, *Motus vteri.* asserendum est motum istum non à musculis fieri, sed à facultate naturali, nempe attractrice, & expultrice, quæ naturaliter aliquādo mouēt vterū, aliquando morbose: nec minus asserendum odores persentire, licet ijs delectetur: quia odoratu non præstat; sed cum pars frigida sit, quadam insita proprietate, & sēsu tactus gaudet calidis, & rebus

optimi

Finis. optimi odoris; finis præcipuus præter multos alios, eſt generare fœtum humanum, eo modo, vt diximus: quia & conſeruat ipſum fœtum tanquam locus locatum, & fouet generatricem, quæ reſidet in ſemine concepto.

Contra Ariſ. cana liculum. Adnotauit Ariſt. 10. de his t. anim. adeſſe circa os vteri internum canaliculum quendam per quem ingreditur aer ad reſpirationem fætus; ſed ab anatomicis non deſcribitur; quia fortaſſe eum ſupervacaneum eſſe arbitrātur, cum reſpiratio, et attractio aeris à matre, per arterias diffuſi ſufficiens videatur fętui in vtero contento.

De Manuum Anatome. Cap. LVII.

Manuum officia. 1. de vſu part. MAnus dicitur à Galeno organum ante organa; quia conſtruit omnes artes pingendi, ſcribendi, et omnia artificia conficit, omniaque miniſteria ad vſum vitæ neceſſaria, repellit iniurias, ſentit omnia tangibilia, pulſumq; percipit; ſed potiſſimum apprehenſionem omnium apprehenſibilium molitur, quæ eſt principalis actio propter quam natura manum inſtruxit, quæ licet aliquando à Gal. et Hip. accipiatur pro tota manu, quæ amplectitur humerum, ſeu brachiū, cubitum, ſeu lacertum, et extremam manum; in præſē- *Diffinitio manus.* tia de extrema manu ſermo eſt, quæ eſt membrum diſſimilare conſtans ex oſſibus, muſculis, cartilaginibus, ligamentis, carne, arterijs, venis, neruis, pinguedine, cute, et vnguibus à manifica facultate gratia apprehenſionis: *Partes præcipua.* muſculi et tendines ſunt præcipuæ manus partes; quia non fit apprehenſio ſine motu locali, nec motus localis ſine muſculis; nerui, et qui motum, et qui ſenſum præ- *Sine quib. non.* ſtant, ſunt cauſæ ſine quibus non poſſet fieri apprehenſio: oſſa, et vngues perfectiorem edunt apprehenſionē: venæ, arteriæ, et cutis pinguedo, et cartilagines, atq; ligamenta cuſtodiunt apprehenſionem, et principē par- *Diuiſio manus.* tem; extrema manus in tres partes præcipuas diuiditur in carpum, metacarpum, et digitos, carpus ſeu raſetta octo conſtat oſſibus, vt iam dictum fuit: metacarpus, ſeu poſtbrachiale habet duas partes internā, quæ palma, et vola manus dicitur referta chiromanticis tribus lineis vitali, naturali, et menſali, et ſeptem monticulis dicatis ſeptem planetis; externam partem, quæ prona dicitur, et auerſa manus excarnis, interna verò carnoſa, et concaua, quæ figura maxime accommodata eſt apprehenſioni omnium rerum; muſculi carpi duo ſunt, qui flectunt, duo qui extendunt, mouentq; in obliquum *Digiti.* carpum ad latera; digiti quinq; ſunt inæquales, quorum numerus, et inæqualitas ad faciliorem apprehenſionem conducit, et hi potiſſimum flectuntur, extenduntur, adducuntur, et abducunt; flectentes duo ſunt, extenſores plures, quatuor adducunt, et ſex abducunt, nam maior vis requiritur in abductione, et extenſione, quam inflexione, et adductione, cum ſponte grauitate ponderis *Pollex.* concidunt, pollex digitus dicitur à pollendo quaſi tori manui ſolus æquipollens, duos flectentes muſculos habet, duos extenſores, tres adiutores, treſquè abductores; ſingulusq; digitus tribus oſſibus conſtat pollex, index, medius ſeu infamis, annularis, et auricularis: pinguedo, cartilago, et ceteræ partes alibi ſunt ex plicatæ: *Vngues.* vngues tantum ſunt partes inanimatæ, quæ per ſe nec nutriūtur, nec ſentiunt; ſed creſcunt per additamentū, & ſunt excrementitiæ partes, tum ad meliorem apprehenſionem faciendam; tum ad ſcalpendum accommodati, & ad tutelam ſummitatum digitorum, & vola ma- *Numerus.* nus ſenſu exquiſitiſſimo tactu ornata eſt; numerus duæ ſunt manus, vt perfecta fiat apprehenſio, & ab omni la- *Magnitudo, & figura.* tere ſit defenſa; & propugnaculum iniuriarum: magnitudo, & figura in oblongum extenditur, & cauitate donatur, atq; in quinq; partes diuiſa pro maiori robore *Superficies* muſculorum, proquè faciliori apprehenſione, ſuperficies vbiq; mollis, & lenis, vt ingenuo animali, & artibus conducat, nam molles carne valent ingenio 2. de anima 94. & tangibilia facile dignoſcunt: tota manus, totam apprehenſionem facit, & potius frigida, & ſicca tem- *Tēperies.* peramento eſt; vnde facilius refrigeratur, licet calidi- *Cur manus indicas hepatis caliditatem.* tatis hepatis ſit nota, & index; quia venæ terminantur in manu, & calor ad extremum propulſus à frigidis particulis per antiperiſtaſim validior fit: ligamento annulari tanquam faſcia conſtituitur, quæ ligat omnes tendines, & neruos ad manum protenſos: & hæc de manu.

De Pedum Anatome. Cap. LVIII.

SOlus homo inter bipedia animalia eſt erectæ figuræ, & aciem oculorum ad aſtra tollit admiras omnipotentis Dei opera excelſa, Cęlos, & luminaria: quapropter ſtabili, & firma baſi egebat, vt rectus firmaretur: pes baſis eſt à natura artificioſiſſima conſtru- *Diuiſio pedis: prima pars.* ctus, qui in tres partes diuiditur in fęmur, ſeu coxam, quæ carnoſa pars eſt ab iſchio, & coxendicis articulo vſq; ad genu, & poplitē, muſculis flectentibus duobus eſt præditus, tribus extendentibus nates, tribus addu- *Secunda.* centibus, & ſex abducentibus: ſecunda pars dicitur Tibia, ſeu crus à genu vſq; ad pedem duobus oſſibus ornatur muſculis flexibus quatuor, quatuor extenſoribus; duobus adductoribus; & vnico abductore membrano- *Tertia. Diuiſio tertię.* ſo; vltima pars dicitur pes, & pariter in tres partes diuiditur, vt manus, in pedium, metapedium, & digitos, pedij poſtrema pars eſt calx, infima vero calcaneum: metu pedij pars inferna pulpoſa eſt, & dicitur veſtigium, *Digiti.* & planta: digiti ſuos habent ordines, & numerū præter pollicem, qui duobus tantum oſſibus conſtat; neruos, venas, arterias, pinguedinem, membranas, ligamenta, muſculos, & cutim obtinet pes totus, & extrema pars, *Finis pedum.* quæ proprie pes dicitur, cuius finis, & actio eſt ambulatio: gradiendi, & ambulandi gratia ſunt constructi pe- *Partes principes.* des, parteſq; principes ambulationem perficientes ſunt muſculi, ambulatio quidem localis motus, & voluntarius à muſculis debet fieri: oſſa digitorum, & articulorū *Adiuuantes.* adiuuant hanc ambulationem, & ſunt cauſæ ſine qua non; pariter, & nerui, pro vt ſenſum, & motum ducunt, ligamenta, membranæ, arteriæ, venæ, cutis, pinguedo, & vngues cuſtodiunt ambulationem, & principem par- *Numerus.* tem: numerus eſt binarius, vt bipes ſit homo, & rectus euadat; nam vno remoto pede claudicat, nec ambulationem conficere valet; quoniam in hac perficiēda vnus pes firmus, & quietus manet tanquam baſis, & firmamentum ſuper quo nititur totum corpus; alter vero mo- *Figura.* uetur ante vel poſt: figura oblongus eſt cum aliqua cauitate plantæ, vt firmus adhæreat terræ, & ſcalas aſcendat, & digitis aliquo pacto apprehendat; multi enim pedum miniſterio manus æmulantur; nam ſi figura ad latera vergeret, ambulatio grauis, & difficilis foret; *Tēperies.* temperamentum totius pedis potius frigidum, & ſiccum eſt, qui pars eſt excarnis, & remota à fonte calo- *Cur pedes facile frigeſcant.* ris; vnde facile pedes frigeſcunt, & cum venis, arterijs, & neruis abundent, facilè impartiunt frigiditatem ſupernis partibus, & præſertim teſtibus, & pęni; nam his frigidis difficile, & penis erigitur, & ſemen eiaculatur, ſed ad ambulationē potius ſtructura, & compoſitio cōcurrit, quam temperamentum, & hæc de pedū ſectione.

De Humani fętus formatione in vtero. Cap. LIX.

EXplicata anatome hominis iam geniti, tanquam notioris nobis, reliquum eſt, vt non nulla tradātur de formatione hominis in vtero; homo quippe tanquam perfectiſſimum omnium animaliū tanquā microcoſmus, in ſe omnes virtutes, & vires cęleſtium *Generatio hominis.* corporum, et elementorum amplectens, non ſponte, et ex putredine generatur; ſed ex ſemine maris, et fęminæ eiaculato in vterum, et ibi concepto, ex quibus ſeminibus formatur fętus, nam ſemen tam maris, quā fęminę eſt

est simul actiuũ & passiuum principiũ, scilicet ex ipsis seminibus generatur partes passiuæ & pariter oritur actio generandi, & facultas actiua formandi, tanquam principiũ efficiẽs; sed fæmineum semen magis passiuum est; qa frigidũ & aquosum; masculinũ vero magis effectiuũ quia calidũ, & crassum, vtrunque tamẽ habet in se actu formam substantialem, quę dicitur generatrix ante aiũt aquam hæc vero constat duplici facultate, & potentia scilicet vna alteratrice, quæ tribuit temperiem fætus generando & consequentia temperiem, altera formatrice, quæ tribuit vnitatem partium compositionem, numerũ, figuram superficiem, raritatem, densitatem, cauitates, porositates, connexionem, situm, magnitudinem, colorem, saporem, & odorem, & alia; verum hæc generatrix non est anima; quia non est actus corporis organici; sed est forma naturalis infra animam, nobilissima tamen, ac ferè cælestis, & diuina energia efficacia, & virtute eminenti, quasi intelligentia non aberrans, quę quidem primo residet in testibus & deinde ab his impartitur semini genito perfecto à testibus; instrumentum, & organũ principale, quo conseruatur hæc facultas in semine & operatur est quædam substantia conflata ex spiritu vitali animali. & naturali, correspondens vt inquit Arist. 2. de gen. an. c. 3. elemento Stellarum, nam arteriæ, venæ & nerui testes attingunt, & formant prædictum organum virtute continens perfectionem spiritus animalis, vitalis, & naturalis: & in hoc spiritu præcipue subiectatur instrumẽtaliter forma generatrix in toto homine perfecte vt substantia mixta quæ generatrix valet humanum corpus formare, spiritus, humores & solida, dũ illud transmutatur in genituram, quæ est materia proxima fatui animando, ex quo educitur primo anima vegetatiua, quæ erat in seminè in potentia, quæ postea reducitur ad actum. Vigorata generatrix hoc spiritu nouo in semine fœcundo masculino, & fœminino cõcepto format & alterat omnes partes ante formam vegetatiuam; nam post aduentum animę vegetatiuę ipsa vegetatiua format & alterat, & vtitur tanquam instrumentali forma illa generatrice, & forma mixti humani, sed principaliter anima vegetatiua format, & alterat mediantibus instrumentis temperie, calore, spiritibus &c. Datur duplex generatrix, vna est forma substãtialis ifra animam, altera est facultas animę vegetatiuæ: vtraque habet proprias formationes, & alterationes, nam alia formatrix forma infra animam alia animæ, illa impropriè dicitur generatrix, & formatrix, hæc propriè, quia propria formatrix est corporis animati, quia formatrix respicit organizationem, & dissimilarem materiam, quę in mixtis inanimis non reperitur propriè. primo igitur ex impuriori materia seminis inuolucra seu tunicas tres format, vt tutetur infantem, allantoidem, choryon, tertio amnion; deinde primo, tria principalia membra segregat cor, cerebrum, & hepar; postea distendit neruos, arterias, & venas, ventriculum, intestina, ossa, pulmonẽ, glandulas & huiuscemodi spermatica, sed lineat minutim quibusdam filamentis has, omnes partes quas sic designatas postea puriori sanguine alente, non menstruali, & impuro, replet carne, vel sanguinea, vel adhuc seminali, scilicet genita à sanguine transmutato in semen materiale per vlteriorem coctionem, non est tamen vere semen, sicuti illud à testibus emissum; sanguis vero primo à cotylidonibus per umbilicum immittitur ad hepar fœtus, quod incipit omnium partium primo rubefieri, & postea formatis vasis umbilicalibus scilicet venis & arterijs fœtus per hæc vasa & sanguinem alentẽ, & arteriosum attrahit, & membra format, quæ formata circa trigesimum diem & quadragesimum fœtus fit animatus quia anima, quæ potestate erat in semine à vi vteri, & anima eius tanquam ab vniuoco agente & proportionato substantia specie, & loco ad actum erigitur, & euadit anima in se vegetalem & sensitiuam motiuamque continens, & sic fœtus tunc primo incipit nutriri, augeri, & sentire, & mouere se, tanquam is dicitur ex Arist. viuere primo vita plantæ, & deinde animalis & tertio hominis: hoc intelligitur quoad actus secundos, & operationes, quæ quidem primo nobis conspiciuntur notiores: mens quidem deforis aduenit quarto mense à Deo creata, & infusa: & cum statuitur animam à semine viri produci, dicendum à semine superante educi ad actum: quo ad partes, omnes eodem tempore generantur; & confirmant Hyppoc. primo de dieta, & de locis in homine Arist. 2. de gen. an. cap. 1. at quo ad vltimã perfectionem, aliæ sunt primæ, aliæ secundæ, & quomodo arteriæ à corde, nerui à cerebro, venæ ab hepate, primordia sumant, vel omnes à corde, supra iam dictum est: similitudo in specie oritur à determinato & specifico semine, & sanguine humano pariter: similitudo in sexu à parentibus, ab Auis, & proatauis oritur à superante forma; vnde cũ plures oriãtur mulieres, sequitur semẽ fęmineum, vt plurimum virile superare, & in sui similitudinem conuertere; similitudo effigiei fit à similitudine membrorum, participata materia seminali spiritibus & testibus atque cognitione & visione & imaginatione, adeo vt his enarratis lucidior euadat diffinitio formationis fœtus humani perfecti, qui est homo tunicis inuolutus in vtero ex semine & sanguine humano genitus gratia humanæ speciei propagationis: est igitur humanus fœtus, non brutorum, & tunicis inuolutus in vtero; quia sermo est de homine iam in utero genito, Tunicæ vero tres sunt prima est corion, seu secundina vocata, quæ generatur ex semine crassiori & impuro, & est mẽbrana vasis conformata; & adhæret tunicæ vteri, & desinit in duas venas, & duas arterias ad fœtus umbilicum: duplicata est, vt videantur duæ tunicæ, ambit fœtum præsertim à mucronata cartilagine vsque ad os pubis; cotilidones, seu acetabula oriuntur in tunica vteri interna propter ad hæsum huius tunicæ, nam ipsa acetabula sunt nodi quidam seu coitiones venarum vteri, cum orificijs venarum corij; dum vero fœtus in lucem prodit secundum partum naturalem cotylidones, seu acetabula disrumpuntur; custodit itaque chorion vterum, & fœtum: Allantoides seu intestinalis tunica accipit vasa a corio, & ambit fœtum, versus vesicam; & utilis est, quia urinam fœtus recipit, amplectitur etiam primis diebus semen iam conceptum, & quasi ex ipsa generatio corij adiuuatur: tertia tunica dicitur amnion seu, anticula multis uasis implicita, & densa, ambit totum fœtum, & prohibet ne lædatur ab vrina, retinet sudorem ut hac ratione fętus innatans minus ponderosus sit, & tempore partus facilius egrediatur; ceruix enim vteri beneficio sudoris magis lubrica euadit, reperitur aliquando quartem inuolucrum quod indusium uocatur, sed hoc non est membrana in fœtus generatione orta; sed postquam fœtus est genitus, nam originem ducit ab excremento crasso tertiæ coctionis, & cutim fœtus tuetur à sudore, (dictum fuit in vtero,) quia de fętu & eius generatione in utero sermo est, non autem de edito in lucem; ut homo: quare non de monstris, non de mola, & brutorum fœtibus loquimur; sed de homine scilicet animali rationali cõstitutione, figura, compositione, conformatione, unitate, & temperie prædito; quæ secũdũ leges naturæ ei conueniunt: ex duobus enim principijs semine & sanguine formatus fuit in utero, semen uero tam maris, quam fœminæ eiaculatum in uterum, si fœcundum est, & conceptum, est excremen tum vltimi alimenti, nempe sanguinis, & concoctum à testibus, quod præditum est duplici substantia humorali, & spirituali, unde ex Gal. 1. de tuẽ. val. secũdo 14. de usu part. tertio igneũ & aereũ & spumosum à prædominio est, unde dicitur. 2. de gen. an. c. 2. Venerẽ esse ortam ex spuma maris: plurimas uires obtinet spiritalis illa portio, nam conflata est potissimum ex uitali spiritu, naturali & animali, & fit ex his tribus una, quæ etiam ab Arist. secundo de gen. an. c. 3. appellatur natura correspondens elemento Stellarum, quia in hac potissimũ uiget uirtus formatrix & similitudo omnium partium, nam cum spiritus,

&

Marginal notes (in order): *Generatrix.* — *Instrumẽtum generatricis.* — *Quando fœtus fit animatus.* — *Mens.* — *Dubitatio.* — *Solutio.* — *Similitudo vnde in specie.* — *Sexu.* — *Effigie.* — *Diffinitio formationis fœtus.* — *Tunica Chorion, seu secundina.* — *Cotylidones.* — *Alambdoides, seu intestinalis.* — *Amnion.* — *Induxitũ vi libellũ de falso à vulgo creditis mihi f. 406. in Idea es Theatro.* — *Semẽ quid.* — *Venus orta ex spuma maris.*

& à corde, & ab hepate, & à cerebro procedant, conseruat similitudinem illorum membrorum, & similia in fœtu formare valet, eo magis cum spiritus velocissimæ sint substantiæ atq; mobiles, & facile receptiuæ omniũ specierum: qua propter Hipp. asseruit à toto semen decidere mediate, & maximam partem à cerebro; sed immediate à testibus: hanc eadem sententiam sequutus est Arist. 2. de gen. animal. 3. & 4. de gen. animal. cap. 3. nã docens causam similitudinis ait; quia semen ex omni parte corporis decidit; pars vero humoralis ipsius seminis potius est aquosa; nam à frigore cõgelatur, licet inanito spiritu liquescat, spumaq; oritur potissimum à parte spiritali permixta aqueæ, & à motu tanquam à causa efficiente, nam etiam in mari, & aquis oritur spuma, dũ mouentur, & calor etiam quatenus mouet, spumam parit (vnius enim effectus vnica est causa immediata) vis, & potentia seminis præsertim viget iu ætate florente, nã à 14. anno incipit mas semen emittere, vt inquit Arist. 2. de hist. animal. 14. sed fœminæ circa 12. verum auctores inter se videntur discordes, nam Arist. 7. polit. c. 16. respiciens in libris politicis, ad procreationem filiorum, qui validi, & potentes forent, ait solum circa trigesimũ septimum annum opportunum esse vxorem ducere, & à coitu abstinere circa quinquagesimum quintum.

Similitudo in fetu.

Lib. de genitura, de morbo sacro, & de aere aq. et loc.

Spumæ causa. Vide Gal. 2. aph. 43.

Seminis vis in qua ætate.

De Humani fœtus formatione in vtero.

NAm in his temporibus semen prolificum, & validum est; in reliquis verò inualidum imbecillesq; filios parit: ex semine igitur maris, & fœminæ formatur fętus in vtero, & ex ipsis seminibus partes omnes delineantur, vt habeant vim actiuam, & passiuam; sanguis verò menstruus, quod est alterũ principium generationis fœtus humani, est colluuies sanguinea genita à calore, & sanguine fœminæ, & expulsa per vterum gratia conseruationis fœminæ, & speciei: est. n. colluuies excrementitia, quæ tanquam inutilis post nutritionem vniuersi corporis fœminei remanet, & quia impura, & inutilis est nutritioni; quia in se continet terrestrem, ac putridam portionem acrem, & corrodentem, vt sensu, & experientia patet: continet etiam aquosam, & crudam portionem: calor quidem hepatis, & temperies, instrumenta facultatis sanguificatricis; cum propter naturam sexus fœminei frigidi, & humidi non valeant totum chylum in sanguinem perfectum cõuertere, sunt in causa, vt maxima pars sanguinis fit excrementitia, & excernatur debito tempore singulo mense, vel in plenilunio, vel in nouilunio: vetulæ mulieres, & illæ quæ frigidum habitum obtinent, vel frigidis succis abundant, in plenilunio potius menstruas purgationes effundunt, quia egent tepido calore plenilunij; iuuenes verò, & ætate florentes potius in nouilunio, quia frigiditas tunc aeris magis imbecillem vasorum expultricẽ, & sanguinem frigidiorem reddit: finis menstrui sanguinis est quidem sanitas indiuiduæ mulieris; nam depofita illa sarcina meliùs se habet, alter finis est gratia fętus, quia cum sanguis menstruus triplici portione constet, pura, minus impura, quæ ad vterum defertur vnà cum sanguine bono, vt nutriatur fœtus, secundo impurissima, quæ omnino inutilis retinetur in venis, & expurgatur tempore partus; tertia portio ad mammas recurrit, & in lac conuertitur; adest enim venarum cõsensus inter mãmas, & vterum, sed multi dubitant an fœtus nutriatur sanguine menstruo, cum multa animalia bruta gignant fœtus, at menstrua non habent, & mulieres nonnullæ inueniantur, & præsertim rusticæ, & validæ se se exercentes, quæ non habent purgationes menstruas, & tamẽ vtero gerunt, adeo vt fluxio menstruorum, dumtaxat sit signum venarum vteri apertionis, quæ tempore conceptus possint sanguinem ducere, nõ autem quod sanguis menstruus sit necessarius pro nutritione fœtus, namq; debet natura puriorem sanguinem alentem ad fœtum transmittere, non autem solum exerementitiam: conciliari possunt hi Autores, & præsertim cum Galenus, & Hip. statuerint sanguinem menstruum alterum principium generationis, dicendo non simpliciter, & absolutè esse necessarium, cum aliquæ mulieres, licet rarò, absq; eo concipiant; sed tantum esse necessarium secundum, quid ad bene esse mulieris, & vteri, & ne in nutritione fœtus imbecillis admodum euaderet mulier, si fœtus ex solo sanguine alente nutriretur; idcirco sanguis ille mẽstruus secũdũ quid necessarius est, & permiscetur optimo sanguini attracto per venas vmbilicales ad hepar ipsius fœtus, quod denuo alterat sanguinem delatum, & conuertit in nutrimentum, sicuti per arterias vmbilicales spiritum vitalem obtinet cor, & sanguinem arteriosum, & sola arteriarum pulsatione mouetur cor, adeo vt respiratio per os necessaria non videatur, vnde omnes partes fœtus, aliæ sunt similares, aliæ sanguineæ, & aliæ mixtæ, & Arist. non videtur hoc negare, non solum tãquam ex causa efficiente; sed tanquam materia ex qua, remanet: cum sol, & homo, vt inquit Arist. 2. phys. generent hominem: sol est principium vniuersale efficiens: homo vero scilicet mas, & fœmina, sunt duo principia particularia, quæ vnà simul iuncta mediantibus seminibus eiaculatis in vterum generant fœtum humanum: sed pro formatione fœtus enucleanda nonnulla dicenda sunt primo de tempore generationis partium, secundo de pluralitate fœtus, tertio de similitudine speciei, sexus, & effigiei: quo ad primum triplex prioritas inuenitur vna origine, & tempore, secunda natura, & causalitate; tertia perfectione, & nobilitate: origine, & tempore mẽbranæ fœtum inuoluentes primæ generantur, quoniam inuoluunt vtrunq; semen: deinde secundo generantur vasa vmbilicalia, pro vt ducunt originem ab orificijs vasorum vteri, quæ sanguinem, & spiritum pro generatione partium fœtus subministrantur, & hæ sunt partes, quæ generantur extra fœtum; de partibus verò fœtus, pariter triplex prioritas consideratur, sed ex Arist. cor est primum viuens, & vltimum moriens, 2 de gen. an. c. 4. ex Gal. c. 3. l. de formatione fœtus omnes partes successiuè generantur, & primo hepar, quod est fons animæ vegetatiuæ, quæ anima verè est basis, & fundamentum reliquarum, idcirco etiam ex Arist. 2. de gen. an. c. 3. dicitur hominem primo viuere vita plantæ; deinde animalis, deinde rationalis: Hipp. vero censuit omnes partes simul delineari, & configurari: sed hæ sententiæ omnes in verum sensum adduci possunt, nam in prima cõformatione origine, & tempore simul omnes sunt delineatæ: quo ad prioritatem naturæ, & causalitatis, primo est hepar; quia natura, & causalitate est principium irradiationis, & radicationis venarum, cor est principium arteriarum, cerebrum neruorum, adeo vt prioritate naturæ, & causalitatis, hepar, cor, & cerebrum sint prima tria membra genita in formatione fœtus respectu venarum arteriarum, & neruorum, at si considerantur hæc tria membra inter se hepar, cor, & cerebrum, maxima ambiguitas apparet, nam ratione necessitatis primo hepar origine fit; quia cor, & cerebrum egent sanguine alẽte, & virtutibus animæ vegetatiuæ, quæ residet in hepate, ratione verò prioritatis perfectionis gratia melioris vitæ cerebrum primo gignitur, ratione verò prioritatis naturæ, & causalitatis gratia vitæ simpliciter, & absolutè cor est primum viuens, & vltimum moriens: à corde enim simpliciter, & absolutè in communi dependent actiones hepatis, & cerebri; si vero tandem perpendatur omnia membra fœtus, quoad prioritatem perfectionis, & nobilitatis triplex est perfectio, vna perfectio ad meliorem vitam, qua cerebrum ex Hip. & Gal. tanquam sedes animæ sensitiuæ, & rationalis est primum, quo ad perfectionem, & nobilitatem vitæ, & esse simpliciter, & absolutè in communi cor est primum quo ad perfectionem vitæ non absolutæ; sed necessariæ secundum quid, & in particulari hepar est primum, & testes; notandum tamen semper tunicas inuestientes huiusmodi membra, & cu-

Definitio sanguinis menstrui.

Causa generationis menstrui.

Tempus effussionis menstrui.

Finis sanguinis mẽstrui.

Portiones menstrui.

Dubitatio de nutritione fœtus.

Ar. 3. de par.

Conciliatio autorũ

Solutio.

Nutritio fœtus, qua & quomodo.

Partes fœtus, quæ, et quot.

De formatione fœtus dilucidatio.

Quæ partes primo generãtur

Arist. opinio Gal.

Hipp opinio primo de diæta & l. de locis in homine.

Cõciliatio

Perfectio triplex.

Notandũ.

& custodientes eodem tempore produci, & sicuti, vt inquit Arist. 2. de anima mens est vltimum, & minimũ, ita quoad perfectionem vltimo perficiuntur ea mẽbra, quæ inseruiunt rationi, & animæ sensitiuæ, quare cerebrum vltimo perficitur: quod experientia confirmat, nã pueri nuper nati minus ratione, & motibus, & sensibus valent, & craneum adhuc tenellum habent, & molle: hoc pacto intelligitur Arist. 2. de gen. animal. 3. animalia primo viuere vita vegetali, deinde vita sensitiua, tertio rationali, vt homo, & hoc intelligitur quoad operationes, non quo ad facultates, quia Arist. ponit cor principium omnium facultatum; ideo eo posito ponuntur omnes facultates quo ad actum primum, nec obstat iecur in fœtu iam formato vitam à corde ducere; quia à matre in vtero vitam ducit, & corde proprio fœtus non eget, sed sufficit cor, & hepar matris.

Pluralitas fœtus.

Pluralitas in homine nõ oritur ex diuersitate cellularũ vteri, vt in brutis, nã vterus humanus vnus est, & vnã cauitatẽ obtinet tãtũ diuisã in dexterã, & sinistrã; sed ex copia seminis in plures partes diuisi, nam Arist. 7. de hist. animal. 4. statuit mulieres aliquando parere duos fętus, aliquando tres, quatuor, & quinque; aliquando etiam obseruatum est vigintiquinq; geminos fuisse Patauij, & septimo de hist. animal. c. 4. & cum generantur gemelli semper duo sunt, aut mares, aut fœminæ, rarò aliter cõtigisse visum est, nam eodem semine fiunt, eodem alimẽto nutriuntur, & calore, & virtute vteri fouentur, quare eiusdem sexus debent procreari; deinde maxime elaboraret natura, & in formatione, & in partu cum longiori tempore perficiatur mas, quàm fęmina 4. de hist. an. c. 6

Similitudo ĩ specie.

similitudo in specie fit à generante simile, & præsertim à mare, fit ex determinato principio. i. semen humanum fœcundum generat hominem, & licet in brutis ex cane mari, & vulpi fœmina generetur vulpis, id fit ratione vteri, & sanguinis menstrui, vt docet Gal. 2. de sem. 5. ex Arist. 4. de hist. animal 3. ex Hipp. lib. de genit. fit nõ solum à temperatura seminis, & sanguinis menstrui; sed etiam à forma ipsius seminis: semen viri calidũ producere sibi simile conatur, semen mulieris minus calidum, seu in respectu frigidum pariter intendit generare

In effigie.

sibi simile, idcirco si dextro testiculo careat, fęminam gignere, si è contra marem; nam semen calidius emittitur à dextro teste, quoad similitudinem in forma, & effigie patris, vel matris, vel auorum, vel aliorum: dicendũ ex Gal. 2. de sem. 4. & lib. de genit. semen maris, & fęminæ esse causam similitudinis potissimum secundum portionem spiritalem, quæ si valida, & potens est, cum decidat à toto corpore, similitudinem affert illorum membrorum, & pro ut viri spiritalis portio est magis valida, quam mulieris, vel secundum totum, vel secundum partem, fętus erit similis patri, vel secundum totum, vel secundum partem; è contra matri, vel secundum totum, vel secundum partem, si eius portio spiritalis vincet portionẽ maris, & licet fœmina imbecillior sit, & frigidior absolute mare, secundum quid tamen, & secundũ partem reperitur aliqua fœmina robustior, & calidior aliquo mare: remanent aliquando in semine similitudines auorum, & atauorum, quia parentes etiam & eius progenitores insitam vim largiti sunt, quæ recondita in solidis particulis, & testibus; aliquando in lucem prodit: adest in semine primo actus genericus à generica

Quinque actus in semine notãdi pro dilucidatione multorum

forma animalis, quia natura tentat producere animal 2. est actus specificus, qui ortum ducit à forma specifica humana, quæ separat, atq; distinguit: cui aduenientia fiunt accidentia, & conatur formam humanam sibi similem producere quoad esse essentiæ. Tertio est actus
1 indiuidui scilicet Francisci, vel Petri ab indiuiduis prin-
2 cipijs internis. s. existentia formæ, quam materia tanquã
3 causa sine qua non tribuit, & externis ortus, qui simili-
tudinem numeralem secundum effigiem patris; vel ma-
4 tris producit; præterea adest actus sexus, qui oritur à
5 forma accidentali maris, vel fœminæ, & vltimo adest
actus auorum, & proauorum ab eius forma relicta in filios, & à filijs in nepotes diffusa, & à nepotibus in pronepotes conseruata, & hi omnes actus semper desiderãt se ipsos conseruare, & similes producere; quando verò nulla aderit similitudo secundum actus enarratos, erit dicendum similitudinem oriri à re externa scilicet ab imaginatione varia parentum, nam Gal. de ther. ad Pisonem, & Hipp. lib. de aere, & Aris. de hist. animal. generari dicunt hanc dissimilitudinem ex imaginatione diuersi obiecti, nam si mulier in coitu imaginatur fixè, & attente summaq; cum voluptate, aliquem iuuenẽ: vel nigrum, vel album, vel formosum, continget, vt fœtus euadat similis imaginationi, & de his historiæ plura exempla afferunt, de Aethiope, & alijs; tandem si fœtus non erit similis, neq; secundum speciem, neq; secundum sexum, neq; secundum effigiem, saltem erit simile secundum genus, & orietur monstrum, & animal monstruosum vel tandem, si omnino formatio deprauetur, oritur, mola, quæ est caro animata; sed inferioris generis.

Monstra. Mola.

Post quam formatus est fœtus in vtero, restat vt debito tempore nutriatur; augeatur, & crescat, at in homine non determinatum est tempus, sed perfectum tempus aliis est septimus mensis, & hi imbecilles aliquando euadũt licet Auic. aliter sentiat, aliis octauus mensis, qui raro est in Italia vitalis, & vt plurimum ex Arist. & Hipp. lethalis, in Aegypto verò, & mulieribus calidis, & fœcundis aliquando euadit vitalis, nam cibi, natura, & aeris, temperiesquè determinata seminis, & constitutio concurrunt, vt octauo mense perficiant fœtum, & tunc vitalis est: nam si in octauo mense prodit, at perfectionẽ non erat adeptus determinatam in octauo mense, sed in nono, vel in decimo, tunc moritur, tertium tempus est nonus mensis, quartus est decimus, & vndecimus mensis; vt referunt etiam historię, & Arist. & Speronus, & Fedricus Bonauentura, qui de octomestri partu, doctissime, & locupletissime tractauit: inquit Hipp. tria esse quadragenaria, vt in primo septenario, si conetur natura expellere fœtum, & demum in octauo mense, euadit debilis, & moritur, mas perficitur trigĩta diebus, fœmina quadraginta duobus; nam semen maris calidius est, & ideo fœtus incipit moueri, masculinus in tertio mense, fœmininus in quarto, motu animali, primo imperfecto, deinde magis perfecto, & exacte perfecto & naturali: eius situs in vtero est, vt manus habeat ad genua, caputq; pedibus proximum, & dum quęrit exitum facilius inuertitur, & in caput fertur, alia etiã sunt signa, quibus dignoscitur fœtus fœmininus à masculino, masculinus dignoscitur ex colore optimo matris, ex tumore dextræ mammillæ, ex motu dextræ partis veloci, & lacte crasso, & cocto, & vrina colorata, ex paruitate abdominis, & appetentia boni cibi, è contra si fœmininus erit fœtus: cum verò fœtus iam articulatus acquisierit magnitudinem, & auctionem determinatam grauior factus in septimo, octauo nono, decimo vel vndecimo mense copiosius expostulat alimentum solidum, & aereum, quã mater per venas, & arterias vmbilicales ei deferre potest, idcirco calcitrans disrumpit inuolucra, & pondere grauans vterum irritat expultricem, vt extra extrudat, & patiat, tempestiue: partus itaq; naturalis est tempestiua expulsio humani fœtus perfecti in vtero ab expultrice fœtæ, & fœtus gratia conseruationis indiuiduorum, & speciei, hæc est perfecta diffinitio partus naturalis; expulsio in prę[s]entia, non solũ est actio expultricis vteri; sed est actio fœtus calcitrantis, & se mouentis motu animalis, & est actio etiam musculorum abdominis, qui tunc temporis contracti comprimũt vndiq; vterum tanquam digiti, qui nucleos proiiciunt: tẽpestiua debet esse tempore, nam si ante septimum fiat, intempestiua, & abortus appellatur, qui nihil aliud est nisi editio fœtus imperfecti, vel intus in vtero extinctio, nam sicuti primis diebus; dum formatur embrio dicitur genitura, & fluxus, & si corrumpatur conceptio primis septem diebus non dicitur abortus: quia articulatus nõ

Partus septimestris. Menstris. *Tertium tempus. Quartum.* *Perfectio maris fœmina. Motus. Situs fętus.* *Signa fętus masculini, vel feminini.* *Partus naturalis definitio.* *Abortus.* *Genitura.*

est

est fœtus; sed appellatur effluxus genituræ, vel corruptio, ita 1. 2. 3. 4. & 5. & 6. vsq; ad septimum mensem cum imperfectus sit fœtus dicitur abortus; verùm dubitabit aliquis, an in septimo dicatur abortus, dicendum; si imperfectus est fœtus in septimo, & debeat octauo, & nono mense perfici, si extrudatur in septimo, erit appellandus abortus: in partu verò naturali tempestiua est expulsio tempore, quod enumeratur non solum, dum attingit principium mensis determinati, sed medium, & finem: modus etiam debet esse tempestiuus, vt sit secundum caput, nõ autem secundum pedes l. 7. nat. hist. c. 8. nam ex Plynii sententia sicuti infantes in lucem edũtur secundum caput, ita mortui secundum pedes efferũtur, nam mors est contraria vitæ: præterea neq; admodum dolorifica debet esse expulsio, nec nimis quanta ac violenta; sed tempestiua tempore, modo & quantitate fœtus humani, vt distinguatur à brutis (perfecti) quia non solum requirit articulationem, magnitudinem determinatam, quæ consistit in debito tempore perficienda modo, & quantitate, nam si imperfectus est fœtus, vel extinguitur in vtero, & fit abortus internus, vel expellitur, & fit abortus externus: sanè id perfectum dicitur, cui nihil addi potest; in vtero verò fœtui perfecto, nec articulatio, nec magnitudo addi potest in vtero: quia loquimur de fœtu perfecto in vtero non extra (ab expultrice fœtæ) scilicet ab expultrice vteri, & musculorum abdominis, & fœtus, qui calcitrat motu pedum, & manuũ, & totius corporis: finis est conseruatio tum matris, quæ liberatur sarcina grauante, & inutili gratia propriæ vitæ, & conseruatio fœtus, qui iam grandis, & copiosiori alimento solido, & aereo egens, si in vtero diutius maneret, sanè obiret; idcirco insurgit, & facultas expultrix fœtæ, & fœtus ad expulsionem: finis remotus at cuius gratia omnia hæc, est conseruatio speciei, quæ successiuè indiuiduorum conseruatione propagatur de natura partus non est, vt vitalis sit; sed vt perfectus, vitalem esse, vel non vitalem, legitimum, vel illegitimum, sunt differentiæ partus: causæ partus præter enarratas scilicet expultrix tempestiua fœtæ, & fœtus, sunt etiam externæ, Sol, & Luna, aeris temperies, cibi, & potus, somnus, & vigilia inanitio, & repletio, animi, & corporis motus, & huiuscemodi: omitto sententiam Pithagoreorũ de efficacia numeri septenarii, Astrologorum de aspectibus cœlestium corporum, Geometricorum de dupla, & tripla ꝓportione ad motũ: quoniam sola Medicorũ, & Peripateticorum sententia veritate fruitur; tandem, cum esset desperata fœtus editio, & iam perfectus esset in vtero fœtus, cæsarea sectio vteri tentanda est, qua ex Plin. lib. 7. c. 8. Cæsar, Scipio, Africanus, Manlius nati sunt, secatur enim artificiosa sectione abdomen, & vterus, & extrahitur fętus viuus; sed de hac sectione Cæsarea Andreas, Libauius, Gaspar Bahuinus, Franciscus Rossetus elegantissime pertractarunt, vt hodiernis temporibus in vsu etiam est apud Germanos, & Belgas antiquitus incognita.

Effluxus. Dub. Solutio. Expulsio fętus. Abortus duplex. Finis. Differẽtiæ partus. Causæ. Sectio vteri.

lib. 8. q. 32.

De Superfætatione. Cap. L X.

SVperfętatio ęst secunda conceptio, cum grauida est mulier, iterum cum viro coiens concipit: mulier inter cętera animalia sępius superfętat; quia maris congressum sępius appetit, nam post mensem primum, & secundum nimia auiditate seminis vterus aliquantulum aperitur, & fit in coitu noua conceptio seminis in vtero, quæ tamen rarò fit, & secũdi conceptus, vt plurimũ moriuntur: varia dicuntur ab auctoribus; nã alii censent vterum semper hiare, quod falsum est, alij aperiri certis temporibus, sed falsum est, semper enim clausus est vterus in vtero gerentibus aphor. 51. sect. 5. prima, nisi dũ coeunt, & semen nimia voluptate emittunt, & auide viri semen cupiunt; deinde attracto semine viri in fundũ vteri denuo clauditur, mẽstruusq; sanguis in grauidis fluit per venas ceruicis vteri, quę extra emittunt sanguinem absq; noxa fętus.

Finis Medici, quæ erat sanitas humani corporis conseruabilis, & recuperabilis, iam exposita fuit, & quotuplex, & quot causæ, & quod completè sit constitutio naturalis partiũ viuentiũ humani corporis, instrumentariè producẽs naturales actiones, adeo vt in facto esse, & statu sit, non autem affectio, sed formaliter est dispositio, & affectio naturalis facultatis, & finaliter actionum omnium præsertim vegetatiuarum, deinde animalium causæ coniunctæ extant, temperies, compositio, & vnitas, quæ sunt tres causæ coniunctæ completæ sanitatis. Verum cum sit exposita natura corporis vniuersi, & partium: atq; etiam causæ sanitatis videtur exposite: nam ex his oritur sanitas: sicuti ex virtutibus oritur fęlicitas, quam primo ethicorum delineauit Arist. vlti. lib. denuo explanauit: pari ratione de sanitate factum est: quæ est bonum corporis vtile, & expetibile in hoc mundo: nam absq; sanitate quid optat, quid agit, quid cogitat homo, princeps, pauper, diues quid honores, quid voluptates, quid diuina: omnia quidẽ absq; sanitate homini inania, omnia parum iucunda, omnia parum expetibilia: age igitur, solersq; sit homo, prudens, in rebus sex non naturalibus exequendis, vt tutò cito iucunde sanitas præsens conseruetur, deperdita recuperetur. Laus Deo.

FINIS.

ELVCIDARIVM CHIRVRGICVM,

COMMENTARIA


in Librum Quartum fen Quartam

AVICENNÆ CVM TRACTATIBVS CHIRVRGICIS EX HIPPOCRATE, GALENO, GRÆCIS, ET ARABIBVS.

Auctore

IOANNE COLLE BELLONENSI, e Nobilibus Sancti Bartholomæi de Colle Sereniss. Vrbini Ducum Archiatro.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



VENETIIS, M DC XX.

Apud Euangelistam Deuchinum.




COMMENTARIA IOANNIS COLLE BELLONENSIS

In Librum quartum, fen quartam, tractatum primum, & cap. primum Auicennæ, & totam artem chirurgicam.

Quinque potissimum erunt in singulo capite exponendo animaduertenda. Auctoris continuatio cum superioribus, intentio, diuisio capitis, explanatio, quinto adnotanda etiam dubia.

De Solutione continuitatis. *Cap. I.*



Iam ostendimus in libro primo species solutionis continuitatis secundum modos, qui necessarij fuerunt in loco simili. Auic. Galenū non est imitatus in methodo medēdi primo, & 13. & 14. nam Galenus à simplicioribus quasi in particulari tractatu cœpit expendere in lib. 1. 2. 3. & 4. methodi medendi naturas, & curationes vlcerum, & vulnerum: deinde 13. & 14. meth. med. de tumoribus sermonem habuit. at Auicēna diuersimode ob diuersos respectus primo post febres egit de tumoribus tanquam de morbis in mala compositione, soluta vnitate, & intēperie complicatis: deinde in primo libro, & prima fen in genere de soluta vnitate pertractauit. nunc verò in hac 4. fen. & 4. libro de speciebus solutæ vnitatis agere eius consilium est. Caput diuiditur potissimum in quatuor partes, in prima proponit quid agendum, nempe de speciebus: in secunda ibi (dico ergo) duas species solutæ vnitatis enumerat à natura partis affectæ, in tertia testimonio vere cōfirmat rationibus, experientiaq; species ipsas, & quarto dubitationes, & obiectiones euertit, & soluit.

Ordo Auicenna diuersus ab Gal. ord.

Diuisio capitis.

Quo ad expositionem ostendit in libro primo species solutionis continuitatis secundum modos, qui erant necessarij illi loco: nam in genere ibi loquebatur; exposuit ibi solutam vnitatem esse appellandam, vel vulnus, cum fit à re externa soluente cōtinuitatem; vel cum simplici solutione, vel cum de perditione substantiæ: exposuit vlcus esse solutam vnitatem ab acri humore corrodente, & adimente substantiam ipsam. sed ad species specialissimas non deuenit, nisi in hoc capite. *Volumus nunc innuere summas de speciebus earum, quas oportet nobis esse notas ante illud, quod volumus declarare:* idcirco per verbum (innuere summas) significat se species specialissimas velle manifestare, antequam curationem earum pertractet: nequimur enim recta methodo remedia administrare nisi cognoscatur natura, & essētia solutę vnitatis in specie. Indicationes enim curatiuæ, præseruatiuæ, & vitales à forma, causa, & virtute haurientur, quæ tria adęquatam naturam solutæ vnitatis, & eius definitionem constituunt.

Species solutæ vnitatis duæ sunt principales: aliæ vniūtur immediate absq; medio, vt in carne, vel ossibus puerorum, arteriarū, venarum, vel cum medio, vt in ossibus adolescentium, & adultorum: hoc quidem prouenit, vt docet Gal. 1. de sem. c. 10. & 11. lib. artis med. c. 61. 5. meth. c. 7. & 6. aphor. 19. & alibi nec non ab Auic. hoc loco: quoniam membra alia sunt seminalia, quæ deperdita non possunt resarciri, vel sunt sanguinea, quæ ob cōtinuum alimentum, & sanguinem caloremq; reparari valent; seminalia verò præsertim in adultis, & post temporis incrementum, & ætatis penuriam caloris, & virtutis roboris, atq; alimenti cum summo robore virtutis summa vi concoquendi egent, nequeunt continuari, & vniri immediate, sed tantum callositate media: humidum enim & lene expetitur membrum, vt immediate incarnetur: nam lenitas, humiditas labia ad mutuum contactum immediatum conducunt, sicuti siccitas, & asperitas disiungunt, quædam tamen sunt partes, quæ non omnino lenes, & humidæ sunt vt carnosæ, neq; ita duræ, & asperæ, vt ossa, sed mediam naturam sortiūtur, vt nerui, arteriæ venæ, cutis: primam continuationem immediatam appellat Auic. reditum continuitatis sicuti fuit: Secundam contactum eorum cum conseruatione, licet non redeat ipsorum continuitas: nam continuitas tunc reddit absoluta, & exquisita, cum inter labia

disiuncta nihil intermediat, cum vero aliquid interponitur, potius appellatur contactus, vt in ossibus exceptis ossibus puerorum. *De neruis vero, & uenis dixerunt quidam medicorum.* Dubitationem ponit de neruis, & venis, cũ nonnulli arbitrentur soluta nõ redire ad continuitatem. sed tantum ad contactum. sed Gal. in pueris de venis arterijs, & neruis statuit ad continuitatem posse reduci: soluit tamen Auic inquiens carnem absolute posse reduci in vnum continuitate, arterias, & venas medio quodam modo, quia mediant, & inter naturam carnis, & ossium, non sunt enim membra ita humida, mollia, & leuia, vti caro, neque ita dura, vt ossa, quare neque etiam similem continuitatem consequi valent. Secundo obiectioni, respondet *Incarnantur quando sectio est minima, & parua,* quasi dicat; si soluta vnitas in arterijs venis, & neruis fuerit minima, & parua, incarnabuntur: per minimũ intelligit non profundam, per paruam non occupantem nisi exiguam superficiem secundum longitudinem, & latitudinem: corpus verò si fuerit humidũ, & leue, & sectio, neq; profunda, neq; larga, neq; lata, facilè ad continuationem redibit, si è contra potius ad contactum: nam dum profundum est vulcus, vel vulnus dum magnum latitudine, dum magnum altitudine, dũ corpus siccum, & asperum, difficile contingit continuitas, sed potius cõtactus aliquo medio: idcirco dicit Auic. *& non incarnantur in diuersificato ab eo,* scilicet in profũdo largo, vel longo, duro, & aspero, hoc est illud quod diuersificatur vltimo inquiens. *Hoc est modus disputationis.* Asserit medicum & chirurgum probabili ratione inniti, & potissimum experimento in hoc maxime confidere debet: plurimum enim experimentum in actu exercendi valet, imò, vt docet Arist. primo metaphisicæ, præstantior ille artifex est, qui experientia valet, quam qui sola ratione: non. n. medemur homini, & vniuersali, sed Callię; & Socrati, & Medica ars sicuti cæterę omnes circa singularia versantur; eget igitur experientia, quæ est obseruatio eiusdem rei sœpe visæ: cui si ratio additur & methodus rationalis, quæ est per causam, tum perfectus est artifex, & vtroq; crure ambulat, vt docet Gal. ratio quidam, & experientia duo sunt crura, quibus innititur; altero amisso claudicat. Sed dubitatur de partibus sanguineis, & carnosis, cum sæpe dicit Galen. & Auic. has posse deperditas reparari, cum tamen è contra ratio, & experientia suadeat: dicẽdum ipsos loqui de simplici sectione, & de deperditione in pueris: at si maxima deperditio carnis, & in adultis, licet sit sanguinea pars sanguis perpetuum adsit virtus, & calor, & facultas cõcoctrix. attamen quia etiam ipsa genita est ex sanguine menstruo in vtero, non potest eadem reparari, & quæ superuenit caro potius æquiuoca dici meretur, neq; temperamentum, neq; sensum similem obtinet, non dico numero, quia impossibile est eãdem carnem numero resarciri; sed neq; specie, pluribus tamẽ saltem differt, eo

Quomodo lenitas, & humiditas sint causa agglutinationis.

magis hoc contingit in spermaticis, & seminalibus, cum hæ partes ob perfectionem seminis, & vlteriorem elaborationem egeant, maiori robore virtutis. Dubitatur secundo quomodo lenitas, & humiditas sint causæ agglutinationis, cum potius è contra videantur esse: nam ex Gal. nimia humiditas impedit agglutinationẽ, & excrementa impediunt, & sicca ad solutam unitatem reparandam expetuntur medicamenta, idcirco omnia medicamenta sicciora à Chirurgis proponuntur: huic dicendum neq; summam humiditatem neq; summam siccitatem indicari: sed similem temperamento, & naturæ membrorum: idcirco caro obtinens temperiem calidam, & humidam requirit, & sarcotica, & medicamẽta agglutinãtia similia, licet appellentur calida, & sicca in primo gradu, quæ sicca sunt in secũdo expetunt similia: facilius tamen semper facta comparatione membra quæ humida, & lenia sunt humiditate, & lenitate naturali, & non excrementitia, & superuacanea vniuntur, quam sicca, & aspera, & hæc de primo cap.

De Vulneribus in membris. Cap. II.

M*Embra in quibus cum cadit vulnus magnificetur eius nocumentum, & interficit secundum plurimũ* explicatis ab Auic. in superiori. capite duabus solutæ vnitatis differẽtijs, & speciebus, nempe secundum contactum labiorum, vel secundũ continuitatẽ priorem. In hoc caipte iure merito de præsagio, seu prognostico harum differentiarũ pertractat, & hoc haurit à natura, & essentia partis lœsæ, præsertim cũ in superiori. c. differẽtias etiã solutæ vnitatis à natura partium receperit, quæ vel sunt seminales, vel sanguineæ, & ex his sequuntur tertiæ ex vtrisq; commixtæ: de signis non agit, quia signa oculis manifesta euadunt Indicationes verò postponit breuitatis gratia, & eandem eodem met capite de cura recenset. Quinq; pariter erunt expendenda in hoc c. continuatio iam proposita, auctoris intentio, diuisio capitis, expositio verborũ, & quinto dubitationes, & adnotanda: intendit Auic. igitur agere de prognosticis ratione partium læsarum, quę aliæ mortem inferunt, aliæ difficultatem; aliæ facilem sanitatem portendunt, & ita diuiditur in tres partes. membra igitur, quę vulnerantur, aut interficiunt secũdũ plurimum, vt sunt vesica, cerebrum, renes, & intestina minuta, & hepar, & in corde non speratur salus, & venter: hinc patet, vt docet Hipp. 6. aphor. 18. & 19. vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore lethale est, & cum discissum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neq; augetur, neq; coalescit: idem docet de coacis prænotionibus, secundo prædictionum 19. primo de morbis 7. & alibi: ratio est, quia huiusmodi partes sunt spermaticę, & vt plurimũ frigidæ calore inopes, atq; copia sãguinis, hĩc difficile restaurantur, coalescunt: tum quia alimentũ eis non suppeditatur, tum quia concoctrix, & alteratrix, q̃ est immediata causa sanitatis imbecillis est not. tamẽ aliquando sauciatos in huiusmodi membris non mori, quia vlcus, vel vulnus exiguũ est, & minime profundũ: immo Galen. ait 6. aphor. com. cit. se vidisse vulneratũ cerebrum ad sanitatem restitutum fuisse: sed hoc raro, & ob robur virium ægrotantis. Artifex verò non ea, quæ raro contingunt. sed quæ vt plurimum accidunt, animaduertere debet, quæ naturalia sunt, vt plurimum eueniunt, quæ raro autem fortuna, aut casu, & per accidens, potissimum non speratur salus cũ vulnus cor occupauerit: obiter illis verbis *cui accidit vul. in ventre suo, quo accidit ei nausea, aut singultus, aut solutio ventris moritur.* enumerat accidentia lethalia, quę solent superuenire stomacho vulnerato: nam cum nausea, aut solutio ventris contigerit, necessario moritur æger. hoc tamen not. si hæ accidunt ob vulnus inflictum per essentiã non autem per consensum. aliæ partes, q̃ non sunt principes, neq; spermaticæ, mortem non inferunt licet sint vulnere, vel vlcere affectæ vt carnosę. tum quia hæ non sunt principes partes præcipuè actionibus vitæ destinatæ. tum quia facile ob copiam sanguinis caloris, & virtutis vegetatiuæ possunt restaurari, & resarciri. Hepar est præcipue membrum generationis sanguinis, & vegetatio facultatis, quo lęso vulnere at vlcere ꝓfũdo, & maximo nequit sanguinẽ gignere, & ꝑ consequens corpus vniuersum alimento priuatur, & moritur. Cor etiam est membrum præcipuum gratia vitæ, & melioris vitæ, vltimam enim perfectionem sanguinis alenti, vt alens est tribuit, & spiritus uitales gignit, & calorem influentẽ, quæ duo uniuersum corpus uiuificant, & motũ cordis, & arteriarum efficiunt tanquam instrumẽta cerebrũ est præcipuum membrum uitæ melioris potissimum uitæ nempe facultatis animalis cognoscitiuæ, & motiuæ. unde hoc læso læduntur sensus particulares, aut sensus interni tres, communis, imaginatio, aut memoria, aut

Intentio Auic.

Diuisio capitis.

motus

motus uoluntarius, ut animal sit hoc læso tanquam plãta: nam facultas animalis, aut deprauatur, imminuitur, aut aufertur: si omnino aufertur, vt in apoplexia, homo non sentit, neq; mouetur, sed immobilis tanquam planta nutritur, & viuit. Testes etiam sunt partes principes, sed non ad vitam, sed potius, vel ad meliorem vitam indiuidui, & potissimum, & principalem ad conseruationem speciei gignunt, & prolificum reddunt semen, quibus ablatis sterile animal euadit, & infœcundũ. Vesica, renes, intestina, & reliquæ partes lethalia vulnera inferunt: quia inseruiunt necessario principibus partibus vt vesica, & renes gratia excrementi serosi. Venter vero gratia concoctionis ciborũ in tertia parte, *& quando vulnus est in loco &c.* enumerat partes affectas, q lethale vulnus inducũt non ob præsentiam, sed ob sensum exquisitum propter copiam neruorum quasi à vehementi dolore resoluente uires uniuersi corporis, interitus contingunt, & sunt hæc loca capita lacertorum, & partes omnes neruosę exquisito sensu præditæ si vulnus uel apostema has partes occupet sequitur necessario vehemens dolor, qui vires resoluit, & dissipat, spasmum, & conuulsionem inducit, & hinc mors: succedit ab his omnibus præsagium, quod accipit Auic. à parte præcipua, à parte nimis sensitiua, et à parte spermatica inseruienti parti pricipali: e cõtra uero salubre ulcus, uel vulnus erit quod alijs partibus inflictum erit sensu obtusis non principalibus, *vt tu obserues illud &c.* se excusat auctor breue sermonẽ de iudicijs, & præsagijs fecisse: quia alibi in c. de ulceribus asserit longiorem sermonem habuisse.

Dubitatio Sed contra dicta dubitari potest: sæpe uulnerata intestina, vesica, cerebrum, et hepar ad sanitatem redacta fuisse, & plura enumerata experimenta à Chirurgicis: his dicendum, uel uulnera, & ulcera fuisse in intestinis crassis, vel partibus carnosis: vesicæ circa collum, uel exiguum admodum, & minime profundũ fuisse vulnus vel quod rarò contingit ægrotantẽ summi roboris. Sæpe enim & Gal. & Hipp. & Auic. asseruerunt renes exulceratos ad sanitatem redactos fuisse: quia hi, & carnosi sunt, & vlcus non omnino totam substantiam occupauit, Vulnus & cordis, & hepatis sanatũ fuisse: deinde non ab omnibus causis præsagium hausit Auic. sed potissimum à locis affectis, & hæc de hoc capite.

De Cura vniuersali vulnerum. Cap. III.

VVlnus carnosum non euacuatur, quin aut sit sectio plana, recta, aut sectio rotunda. Hoc caput longa oratione exponitur ab Auic. & in hoc cumulate expedit indicationes vulneris, tũ ab eius nã & essentia, tũ ab accidẽtibus, & symptomatibus, q solẽt superuenire, & præsertim in plures species diuidit indicationes, sicuti & vulnerũ: indicat ĩ genere vulnus exiccãtia, & labia vnietia; si verò erit simplex vulnus vel cũ profunditate, vel absq; profunditate, vel cum amissione substãtiæ vel cũ profluuio sanguinis vel inflãmatione, vel cum tremore, conuulsione, vel apostemate: prætera ratione figuræ ipsius vulneris secundum quælibet dimensionem vel erit lata sectio, vel recta, vel longa, vel rotũda, vel angularis, & lateralis, vel obliqua, vel profunda vel in superficie. Diuiditur caput in quatuor partes in prima enumerat indicationes vulneris quinq; tũ si simplex vul. est, & in superficie, ligatura sola eget, si in superficie, & longum, eget sutura, quæ fit vel sutura, vel fibulis, vt docet Celsus, lib sato Gal. 2. ad Glauc. & in arte medicinali: ratione vero sãguinis fluẽtis oportet, & reuellere, ne fluat ad locum vulneratum, & inhibere inflãmationem, quæ duo accidentia solent esse impedimẽto, ne vul. sanetur, hoc vnum tamen in hoc c. seruandum ex sententia Auicennæ nec non Galeni, dum ait. *Fortasse cursus sanguinis quantitate temperata confert vulneribus, & prohibet apostema oppilationem, & feb.* imo inquit, de melioribus est inhibere apostemationem, quia tunc vul. facilius curatur, quam si adsit apostema, seu inflãmatio aut attritio, aut contusio: confirmat hanc sẽtentiam arte methodi vtile esse de vulnere sanguinem moderate effluere: præsertim si à parte carnosa fluat: nã à parte excarni, & languida cohibendus est sanguinis fluxus, ne virtus, & calor imbecillus euadat, deinde asserit si contingat apostema in vulnere, impossibile esse ipsum sanari, dum prius apostema non curatur, cauendum in ligatura, & strictura sicuti docet Gal. ne pilus, vel aliquid aliud intercidat inter labia: deinde vt conserues complexionem, quæ est causa efficiens, vt soluta vnitas vniatur: hæ sunt omnes indicationes, quæ solent contingere vulneri simplici, absq; amissione substãtiæ: in secunda parte ibi, *& si fuerit ita magna sectio, vt ne concurrant extremitates eius, quoniam sunt rotundæ, elongata, aut diuersæ figuræ, aut iam destructa est, & ea caro pauca non plurima. tunc eius cura est sutura, & p̃hibitio aggregationis humiditatis in ea &c.* in hac parte enumerat indicationes, quæ hauriuntur à vul. aut magno, aut cũ deperditione substantiæ, vt magnum est indicat vnionem sutura fibulis, & alijs, vt est cum deperditione substantiæ, indicat sarcoticum, & quia tum magnum est aut deperdita caro contingit necessario sanguis copiosè fluit, oritur indicatio tũ reuellendi ipsum sanguinem, tum repercutiendi. vltimum si profunda erit sectio eget etiam strictura, vt adhæreant magis labia, addit indicationem subtiliantium, quæ sunt detergentia, seu mundificantia calida, & sicca. In tertia parte enumerat vulnera profunda in quibus est cauitas, seu fistula longa, vel os detegitur, & huiusmodi, vt non possint excrementa rectã expurgari. ponit ergo plures indicationes primo, vt coto exiccetur, & emundetur: pars profunda, vel ablutione aliqua, uel positura partis, vt vulnus decliue semper sit, ut pus facilè possit effluere. exẽplum ponit si vulnus profundũ pertingat ad genu, & ad capita lacertorũ oportet eleuare genu, vt orificiũ vulneris decliue euadat, quia ob lacertos, & neruosas partes nequit tuto chirurgus orificium aliud moliri; at si vul. profundum ad partem carnosam pertingat, vt citius & secutius pus expurgetur: dum nulla pars prohibeat, potest aliud foramẽ in aduersa parte conficere. In quarta parte *cum autem ex vulnere abscinditur caro plurima; tunc necessaria sunt ea, quæ carnem nasci faciunt, & non sufficit illud. quod exiccat, & prohibet, & fortasse nocet exiccatiuum, & prohibitiuum, & ex parte repellentia materiam ex qua nascitur.* ponit indicationem cũ plurima est deperdita caro ipsam regenerãdi sarcoticis, quæ modice sunt calida, & humida: nam cum caro sit calida, & humida, à similibus debet gigni: nempe à sanguine optimo, & puro. Medicamenta uerò nihil aliud operantur, quam remoueant excrementa crassa, & tenuia, ut sanguis fluere possit, & in carnem transmutari; ideo prohibet nimia exiccantia, & repellentia, quæ exiccant sanguinem uel ipsum retropellunt, qui potius naturalis optimus, & in debita quantitate exoptatur: sarcotica uero sanguinem alliciunt, & moderate calida seu temperata leniter exiccant excrementa, & similia carnis temperiei ipsam carnem augent. Non debet igitur Chirurgus, cum carnem inducere studet, vti repercutientibus, quæ frigida sũt, & sicca, vel nimis exiccantibus; ponit eam preter medicamenta indicationẽ à facultate nutritiua: nam cum sanguis sit causa immediata ipsius carnis. ergo ipso egemus, ipse gignitur verò à laudabili cibo, oritur igitur indicatio exhibendi cibos optimi chymi & laudabilis, dum carnem gignere intendimus: hęc sunt oua, carnes, pulli, vituli, castratorum, & huiusmodi. In quinta parte alias indicationes recenset nẽpe, cũ aderit vul. cum profunditate, & diminutione ossium, hoc vnũ aduertit semper vulnus profundũ inæquale remanere, quia impossibile est vt nascatur complete, & cauitas illa ossis carne repleatur. Hoc sæpe confirmat Gal. & Hipp.

& Hip. in 6. aphor. inquiẽs cur vulnus vbi abscissum est os, cauum remanet, & si os est corruptum, difficile sanatur vsquequo abscindatur, seu reparetur os illud corruptum: quãdoque est profunditas, & diminutio, & cutem vero non facit nasci: quia partes spermaticæ, vt est cutis, non regenerantur; caro verò magis similis fit in vltima parte enumerat varia accidentia, quæ solent superuenire vulneri, & uarias etiam haurit indicationes, et in medium collocat. *Venarum autem multoties, & vulnera cadentia in neruis cum accidit apostema in lacertis musculorum, & extremitatibus.* tunc dolor ingens solet contingere, & syncope casusque virtutis, & aliquando spasmus: pariter cum vulnus ante genu inflictum fuerit: quare illis opertet tria indicantia summe perpendere, ne inflammatio oriatur; ne dolor, & tertio ne citius incarnentur, ad hæc inhibenda solent vsurpari sectio venæ, quæ reuellit sanguinem, & humores, ne ad vulneratã partem ruant, & deinde purgatorio, seu solutio vẽtris aliquo medicamento purgante, anodina, & q̃ dolorem leniunt sunt tentanda, & ea omnia, quæ mollia sunt, & calida, & humida, & quæ prohibent consolidationem. Vt vulnus apertum diutius valeat excrementa emittere, & euacuare, nec retenta dolorem, spasmum, apostema inducant, hæc sunt, quæ Auic. in hoc, capite docet, vt Chirurgicus tuto cito, & cum iocunditate omnes species vulnerum summa cautela, & prouidentia curare valeat, & optima admodumque rationabilia, sunt documenta.

Dubitabitur tamen cõtra dicta Auic. qui prohibet vsũ repercussiuorum in vulnere magno cum diminutione carnis, vbi est magnũ vulnus ibi est maior copia excremẽtorum, & timor fluxionis ipsius sanguinis. Ergo egemus exiccantibus, & repercussiuis. Dicendum hæc omnia vera esse primis diebus inter initia ac transactis primis diebus expurgatoque vulnere mundificantibus, & concoquentibus, cum oritur indicatio carnem gignẽdi, & sarcoticis vtendi, tunc omnino à repercussiuis, & mundificantibus abstinendum est: deinde dubitatur, etiam cur cibaria optimi chymi laudet, dum potius Hip. libro de vlceribus, & Gal. 3. methodi probent aquam, & cibaria minimi alimenti; dicendum vt supra loqui Hipp. & Gal. inter initia dum timor adest inflammationis, & fluxus sanguinis at transacto hoc principio, dũ instat indicatio carnem gignendi, oportet sanguinem magis copiosum, & probum gignere, qui huiusmodi euadit à mediocri copia non tamen superuacanea laudabilis cibi: alia sunt indicantia in principio, alia in augumento, & alia in statu, & declinatione ipsius vulneris, & hæc de capite tertio.

De medicinis Sarcoticis Cicatrizantibus, & corrosiuis. Cap. IV.

M*Edicamen faciens nasci carnem est illud, quod coagulat sanguinem sanum in carnem.* Cum superius in primo c. Auic. species solutæ vnitatis enumerasset omissis signis quia iam perspicuæ sunt, & oculis cernũtur, differẽtiæ solutæ vnitatis in 2. c. præsagium in medium affert, docetque, quæ salubria, quæ lethalia sunt vulnera, & vlcera desumens salubritatem, & insalubritatem, tum à natura, & essentia partis solutæ, tum ab accidentibus superuenientibus: in 3. c. cum iam cognita sit soluta vnitas salubris, vt potest remedijs sanari, eas indicationes, quæ videtur accomodatæ omnibus speciebus, enumerat; sed quia non sat, est Chir. dignoscere essentiam solutę vnitatis, specierum pręsagij, & indicationum; sed oportet ẽt materias præsidiorum accõmodatas inuenire, quod est quid agendum 3. materias potissimum enumerat in hoc c. materia quę incarnent, quæ cicatrizant, & vltimo quæ corradunt; vnitas soluta, vt est morbus, præsidium curatiuum exoptat, quod est vniens; sed non potest vniri nisi impedimenta remoueantur, vnde oritur præseruatiua indicatio à causa nẽpe ab humore fluente, & iam fluxo, pro fluente oritur indicatio reuellendi à termino ad quẽ repercutiendi; humor verò iam fluxus eget concoquentibus, vt concoquatur; sed quia adest etiam semper aliqua sordities, oritur indicatio detergendi, & detersiua medicamenta administrantur. Si caro non est deperdita, vniuntur labia suturis, & alijs, & demum medicamentis exiccantibus, quæ per accidẽs vniũt, quatenus exiccant excrementa, non solum humoris iam fluxi, sed partis, & vniunt vltimo eam cicatrizantia, quæ magis exiccantia esse debent, & astringentia: quia cicatrix habet rationem cutis, quæ dura, & callosa est, ideo non solum humiditates excrementitiæ ipsius carnis; sed naturalis etiam exiccantur, vt illa caro durior, & callosior euadat ad similitudinem cutis gratia tutelæ membrorum subiacentiũ: si vero vulnus fuerit cum deperditione substantiæ, oritur indicatio carnem regenerandi deperditam; semper enim medicina in additione, vel detractione posita, est præsertim curatiua, sicuti præseruatiua in conseruatione similium, quod p. n. est auferre & remouere oportet, & eius vice quod naturale est reponere: tum secundum substantiam tum secundum quantitatem cõtinuam, vel discretam; tum qualitates primas secundas & tertias secundum locum, & quietem, motum ue; quæ vero secundum naturam sunt, similibus sunt conseruanda: pariter substantia quantitate qualitate loco motu quiete, & tempore: idcirco hoc in loco Auic. exponit quid sit medicamẽtũ sarcoticum, seu faciens nasci carnẽ, & caput in quatuor partes diuiditur, in prima explicat quid sit medicamentum sarcoticum, in secunda quod si fuerit exiccatio comprobat, & explanat definitionem sarcotici. In tertia *consolidatiuum vero, sigillatiuum vehementius indiget stypticitate, &c.* supponit, quid sit cicatrizans. In quarta *at corrosiua diminuens carnẽ* exponit, quid sit medicamentum corrosiuum, & quale, in qua parte addit documenta pro vulneribus profundis & fistulosis. In prima ergo inquit *medicamentum sarcoticum est illud, quod coagulat carnem in sanguinem* hæc est definitio tradita ab Auic. & optimam formam, efficiens, & materiam ex qua docens: carnis generatio est opus naturæ, non medicamenti, primo, & per se: nam anima vegetatiua secundum facultatem concoctricem alterat ipsum sanguinem, transmutat mediante calore, et spiritibus vitalibus in carne: medicamentum tamen per accidẽs, & secundario dicitur carnem gignere; tum quia agit in sanguinem ipsum calefaciendo quoquo pacto exiccando, & incrassando, tum quia agit in partem ipsã animatam calefaciendo, & exiccando, vti virtus ipsa roborata spiritibus, calore natiuo, & temperie partis sanguinẽ facilius in carnem transmutat iam deperdita, tertio agit in excrementa ipsius vulneris, quæ solent inhibere generationem carnis: nam dum pus cõficitur, quod fit ab humore iam fluxo superuacaneo, & dum tenue, & crassum excrementum adest in vulnere, caro nequit generari; ideo sarcotica non administrantur, nisi pure apparente concocto, remanent adhuc duo excrementa nõ amplius ipsius vulneris; sed naturalia ipsius partis, scilicet adhuc tenue, & crassum quod remanet semper etiam in corporibus sanis post nutritionem, quapropter sarcoticum medicamentum; vt calidum, & siccum nimiũq; abstersiuum agit in hęc excremẽta naturalia: nã exiccat vt facilius caro regeneretur. In hęc igitur tria virtutem, sanguinem, & excrementa tum p. n. tum naturalia sarcoticum medicamentum quod debet esse calidum, & siccum saltem in primo gradu, pariter abstersiuum, debet administrari, & definitio Auic. in hoc c. allata breuissimis verbis, hæc omnia significat, dum dicit *sarcoticum est illud quod coagulat sanguinem sanum*: ait, sunt officia facultatis nutritiuæ in regeneratione carnis tria, seu quatuor potius; quia quatuor sunt virtutes subministrãtes, & subordinatæ facultati naturali, seu animæ alenti, seu

ei,seu nutritiua (quod idem est) facultas attractrix attrahit sanguinem sibi similem, & accommodatum parti nutriendæ, seu regenerandę. Retentrix retinet, nam omnis actio per contactum fit. Alteratrix seu concoctrix ipsam iam retentam, & proximam incipit alterare, & dum alterat tripliciter, triplex nomen acquirit, primo in venis capillaribus in rorem conuertit sanguinem, ipsumque reddit magis concoctum, & spissum, secundo in spatijs, & poris partis nutriendæ, vel regenerandæ cambiat, vnde cambium, & gluten dicitur, in tertia omnino similem reddit, & tunc euadit pars iam deperdita, vel regeneranda, & dicitur assimilatio quasi similis fit non numero sed specie iam deperditæ: idcirco dicit Auic. coagulat quasi assimilat: nam coagulum inspissat lac, & reddit concretum in formam casei, & seri; ita hoc medicamentum secundario, vt diximus coagulat, & assimilat sanguinem sanum idest probum, & laudabilem in carnem, idest transmutat per omnes actiones allatas sanguinem in carnem: ponit definitionem per effectus notos artifici sēsato; quę à Philosopho aliter fuisset explanata; in secunda *quod si fuerit exiccatio*, exponit naturā huius definitionis non debere sarcoticum admodum exiccans esse, quia exiccaret nimis ipsum sanguinē, & inhiberet materiam, ex qua ipsius carnis generandę; non debere admodum abstersiuum: abstersio enim fit à calidis, & amaris, idcirco si admodum calidum, & amarum esset medicamentum, nimis exiccaret, nimis dissiparet sanguinem, & consumeret materiam accommodatam carni, debet igitur esse moderate calidum, moderate exiccans, moderate abstergens absque mordicatione, & stypticitate, vt abstergens emendat sorditiem, si stipticum austerum, & astringens foret, repelleret sanguinem, non attraheret; debet esse admodum simile mēbro vulnerato temperie, & omnibus alijs qualitatibus: medicinæ, aūt incarnatiuæ, vt ego censeo, non differunt à sarcoticis, quia hæ, vt inquit Auic. *aggregant inter duo elongata*, scilicet inter carnem deperditā, & sanguinē alētem, qui in ipsam carnem potest transmutari, & faciūt adhærere parti sanguinem ipsum, s. assimilant transmutant ipsum sanguinem: Male igitur Costeus, & alij segregant medicamentum incarnatiuum à sarcotico, quā do dicit, *indiget incarnatiuum exiccatione fortiori, & pauca stypticitate*, tunc nobis innuit medicamentum incarnatiuū, quod magis est simile consolidatiuo, et est vtendum, dum caro iam genita, est non in generatione, vt ipsa caro iam genita, & reparata incipiat aliquo pacto solidior fieri. si de hoc incarnatiuo sermo est, quod debet administrari, post carnem iam genitā, nō differt à consolidatiuo Auic. nisi secundum magis, & minus, si vero sermo est de incarnatiuo in generatione ipsius carnis, dum est in fieri, ipsum idem est cum sarcotico, & manifestissime patet, ex verbis Auic. hęc sententia; nam in tertia parte describens consolidatiuum, idest cicatrizans, quod carnem iam genitam consolidat, robustiorem reddit, & firmiorem, vt disiuncta labia vniat, & cō solidet: inquit *consolidatiuum, est sigillatiuum vehementius cum stypticitate*, quasi dicat debet esse calidū, & siccum vehementius cum aliqua stipticitate, vt absumat omnem humiditatem, tū excrementitiam, tum naturalem, & cum stypticitate astringit poros, & repercutit omnem humorem, ideo dicit Auic. *indiget hoc medicamentum, vt exiccet humiditatem extraneam*, scilicet omnem humiditatē omne excrementum vulneris, vt vulnus est, *& radicalem vehementer*, scilicet humiditatē naturalem ipsius carnis iam genitæ, & reparatæ, quæ humiditas esset naturalis, & radicalis carnis, vt caro est; sed quia ipsa caro non fungitur officio cutis, & tegumēti, ideo siccior, & frimior, & robustior esse debet, & non eget humiditate radicali, scilicet *vt absumatur cum mensura*, & minori exiccatione, quam exiccatur humiditas extranea. Debet enim relinqui aliqua humiditas radicalis, vt pars agglutinetur: sin autem nimis dura euaderet, & potius friabilis, & cartilaginea. *At corrosiua*, describit medicamentum corrosiuum, est illud quod diminuit carnem cum vehementi abstersione, quod autem vehementer abstergit ipsam carnem absumit, & corrosiuum potest appellari, sed aliud erit corrosiuum carnis, aliud cartilaginis membranæ, & aliud ossis, quo durior est materia, & membrum corrodendum, vehementius etiam debet admirari corrodens. *Et illud quidem in vulneribus profundis, & fistulosis, docet nos non debere, inijcere aquam*, sed potius ea, quę emolliunt callum, vel quę corrodūt vti balnea sulphurea, & huiusmodi, vel empiastra, & olea cum ligaturis: nam profundum vulnus si strictè ligatur calor illius vnitus, & labia magis adiuncta, sunt in causa vt facilius sanescant: aqua uero potius calorem imbecillem reddit, partem relaxat, sed de cura magis particulariter vulnerum profundorum, & fistularum alibi dictum fuit.

Error Costei, & aliorum.

Dubitatur cur cum caro calida, & humida sit, sarcotica calida, & sicca esse debent, cum similia similibus cō seruentur, & à similibus generentur: an quia non solum sarcotica carnis generationem moliuntur, sed contrario in excrementa naturalia agunt, & virtutem vegetatiuā roborant, idcirco sicca saltem in primo gradu esse debēt, hæc omnis doctrina confirmatur ab Arist. primo probl. 33. inquit. n. *quæ nam virtus supprimentis sanguinem, sit quo enæmum appellamus, an vt exiccans, & materiæ inutilis confluuium compescat, sine crusta, aut carnis putredine*, quod compescit autem carnis putredine appellatur repellens seu repercutiens facultatis frigidæ, & astringentis, *ita. n. efficitur, vt simul vulnus & inflammatione careat, & vnitati sit oportunum, dum materia non superfluit, inflammatione carebit, quod siccū est vnitati opportunius erit, quam diu namque præmadet, concorporescere nequit*, quasi corpora idest labia disiuncta vnū corpus fieri: *quamobrem, quæ cruentis inijcienda censemus acria magna ex parte sunt quo acerbitate sua possint astringere, & hæc de hoc capite*.

De Perforatione Vulneris. Cap. V.

D*Ixit Gal. oportet, vt seces ex loco eius vehementioris eminentia, & vt inclines ipsum*, quomodo sint perforanda vulnera, & abscessus sicuti et supra egit, ita in hoc capite quam doctrinam col. ligit ex Gal. 2. ad Glauc. c. 2. & ab Hip. in l. de vlceribus, imò ipsemet Auic. libro 4. fen 3. trac. primo, c. 27. sermonem habuit; loquitur potissimum de loco secando quod est recta administratio pertinens ad vbi agendum, quod indicatur à subsistente materia, & à viribus permittentibus: semper enim materia subsistit inferiori in loco, & maiorem inclinationem ad infra habet, ideo secandus, est locus inferior, vt tutius facilius inclinet materia, & euacuetur, & valeat pus ad inferiora currere. In secunda parte, *& obseruetur in perforatione*.

Docet modum perforandi, & secandi, qui indicatur à passione loci, & materiæ. vel enim per longum, vel per obliquum, vel transuersim secandus est locus, vel admodū profunde, vel in superficie: obseruatur, tn̄ vniuersaliter, vt fiat sectio secundum rectitudinem fibrarum, & membri contractionem, vel extensionem: non sunt trāsuersim secandæ fibræ, uel carneæ, vel nerueæ, vel ligamentales, & si cutis, vt in inguine, & sub alis contrahitur obliquę vt cicatrix consequatur figuram cutis naturalem, sicq; obliqua sectio admoueri debet. explicato modo sectionis docet, quid agendum post sectionem, & quæ sunt medicamenta admittēda: *deinde ponantur desuper desiccatiua absq; mordicatione*. talia sunt concoctoria, & sarcotica; quia facta sectione egemus partim emollientibus, ne sectæ partes dolore afficiantur: partim sarcoticis, vt caro regeneretur, superfluitas exiccetur: laudatur puluis olibani potius, quam olibanum: quia hoc astringens est. puluis verò exiccat absq; astrictione, deinde, *& reperforantur, ne approximet eis aqua*: reperforatur

tur ei vulnus dũ fistulæ decoctũ aliquod inijcitur, vel turunda, quæ foramen apertum conseruet, vel exiccet humiditatem, & saniem, vel callosas substantias remoueat, aut si intemperie calida, & sicca fistulosum illud vlcus, & vulnus præditum fuerit, vt in tabidis, & hæcticis contingere solet, remouenda, & tollenda huiusmodi intẽperies, vt possit sanari: nã præsente intemperie vniri nequeunt labia disiuncta, neq; caro regenerari valet, quæ est opus temperiei naturalis instrumẽtaliter: ideo pro varijs indicantibus varia docet Auic. indicata, & remedia. balneationem vsurpat, dum vlcus fœtidum, & sordidum est, olea, empiastra, & aquam dulcem balnei, dũ intemperies sicca viget: quoniã impossibile est, vt patet in tract. de fistulis, fistulosũ vulnus aut vlcus ad limites sanitatis redigere, dũ pus, & sanies collecta non euacuetur si adest, aut callum remoueatur; aut intemperies tollatur: dubitatur cur videtur in hoc c. modo improbare

Dubitatio balneationem, modo laudare: dicendum ratione diuersorum in sicca intemperie affectis lana, vt primo cooperiatur pars, & deinde humiditas balnei, vel fumo suffumigioq; pertingat coopertiuram, vt non actu aqua tangat partem. sed tantum fumus: in callosis vero, & sordidis instillat actu aquas thermales sulphureas, vel nitrosas, vt sordiciem emundent, & callum erodant: diuersa quidem diuersis respectibus vsurpantur, & hæc &c.

De Regimine vulnerum habentium apostema, & dolores. Cap. VI.

EXposita in genere superius curatione vulnerum; explicatis etiam indicationibus, & naturis medicamentorum, quæ passim solent vsurpari in curatione, nunc intendit curare speciem determinatam, idcirco plures indicationes innuit obseruandas, vt recte curetur hoc vulnus diuiditur caput in tres partes, in prima enumerat indicãtia, seu quid agentia, in secũda *& quod est proprium in hoc*, exponit naturas præsidiorum: in tertia, *& oportet, vt tu obscernes illud*, quando agendũ, & vsum medicamentorũ circa tempus administrandi monet. si vlcus, vel vulnus apostema, seu inflãmationem, & dolorem adiunctum habuerit, relictis indicationibus alias enarratis, quæ hauriuntur ab vlcere, seu vulnere, studium adhibet apostemati, & dolori, nequunt hæc sanari, dum dolor, & apostema perseuerant: ideo dolor alleuiandus: quia non potest, vt inquit *consolidari, dum apostema, & dolor apostematis non sedatur*: alleuiatur anodinis. Secunda indicatio, seu indicans est humor fluens calidus, qui indicat repellens scilicet exiccationem, infrigidationem in principio rei: humor enim in principio fluit & repellentia inter initia sunt vsurpanda, *& mollificatio*, in secundo post vsum repellentiũ, & exiccantium oportet mollificare: nam inflammatio, vel est ex humore crasso, vel sanguine, vel mixtis humoribus, p (mollificare) intelligit, tum ea, quæ discutiunt, & digerunt, tum etiam maturantia. si inflammatio non poterit resolui, & digeri, semper tamẽ Gal. potius resoluentia, & digerentia probat, quam maturantia, tutius tamẽ licet tardius obseruant hodiernis temporibus Chirurgi, tum propter ægrorum intemperantiam, & maximam repletionem corporum insuetamq; expurgationem conuertere apostemata ad pus suppuratione, *Mollificatio* igitur. idest emollientibus, & suppurantibus est curanda inflammatio, seu apostematis materia: in secundo capite præsertim repellentes *in omni tumore à capite vsque ad pedes sunt astringentes, & potissimum granatum dulce coctum in vino pontico*: hoc empiastrum applicitur loco affecto, exiccat, refrigerat, repellit humorem fluentẽ, nõ est tamen administrãdum nisi corpore vniuerso expurgato, sectione venę, & expurgatione, dũ præsertim æger plenitudine humorũ excedat: deinde vnguentũ nigrũ: quod est calidũ, & resoluens, in mediũ affert, & album, quod & refrigerat, probat, dum admodum ingens erit feruor: nigrum verò dum potius adest indicatio mollificandi, scilicet concoquendi, aut emolliẽdi, & hoc est quãdo agendum: sicuti granatum dulce coctum vino pontico, emplastrum nigrum, & emplastrum album sunt materiæ præsidiorũ indicatæ, & possunt appellari, quid agenda specifica, tamẽ eorum administratio recta tuta, cita, & iocunda esse debet, circa quantitatem, tempus, modum, & vbi: non enim indiscriminatim hæc sunt vsurpanda. sed correspondere debent, & satisfacere indicationibus propositis, & sẽper vrgentioribus: primo semper repellere oportet; ideo ait, in principio granatũ dulce cum vino pontico decoctum esse applicandum: humor vero iam fluxus indicat, vel sui resolutionem digerentibus, vel concoquentibus, maturantibus: idcirco si ad maturationem tenderit, vnguentum nigrum eo tẽpore est administrãdũ, aut si durus fuerit pariter illo vnguento emolliendus: emollit, & concoquit vnguentũ nigrum, sicuti album refrigerat, & discutit: sunt plura alia medicamẽta quę possunt his indicãtibus satisfacere, hæc sunt, quæ in hoc capite Auicen. nos docet. *Dubitatio*

Poterit tamẽ dubitari circa litterã, dũ ait debere ad infrigidãtia inclinare cũ vulneris rubor vehemẽs, & vesicatio apparuerit, è cõtra; semper.n. tutius est ad extra euocare, quã ad intra, & tutius à locis euocare materiã, quã intro repellere. cur igitur administrat infrigidantia. dicendum expurgato vniuerso corpore, & habita totius *Solutio.* prouidentia tutò admoueri posse infrigidantia, & præsertim cum adsit summus rubor, & calor materiæ, vesicantis, quæ indicat refrigerantia, & humectantia, nec potest repelli ad intra, cũ non sit totius plenitudo sublata, ne ad nobiliores partes regurgitare valeat. imò calor p.n. extinguitur, qui ea febrem, & vicinos succos inflãmare valet, & calorem partis corrumpere, atq; gangrenam, seu sphaceolum concitare: calor enim natiuus à calore aliquando p.n. excedenti corruptus partis naturam demortuam relinquit: non est igitur præter rationem infrigidantium administratio.

De regimine vniuersali in vulneribus viscerum interius. Cap. VII.

I*Ntentio in eo, quod existimamus, quod est fissura, aut disruptio interius est vt incarnetur, & non dimittatur sanguis congelari in interioribus; ita vt prohibeatur fluxus sanguinis*. Consilium Auic. est in hoc capite tradere curationẽ scilicet indicationẽ, indicãtia, indicata, & materias præsidiorum præcipuas, & rectum earum vsum, quando, quãtum, quomodo, & vbi vulnerũ interiorũ scilicet thoracis, & ventris inferioris scilicet abdominis, stomachi, intestinorum, hepatis, renum, vteri, & reliquorum: longissimum hoc caput in tres partes potissimũ secatur, in prima genericas indicationes affert vulnerum internorum; in secunda de vulnere, & fissura apparentibus loquitur magis particulariter de vulneribus imi ventris .s. abdominis, & enumerat plures species, nempe dum vulnus est amplũ, & egreditur zirbum scilicet omentũ, vel rumpitur sifach idest peritoneũ, & mirach idest abdomen, vel dum foramen est amplum; vel angustũ, quæ erunt igitur indicationes: in tertia parte materias præsidiorum enumerat, & vnum earum materiarum circa quantitatẽ remedij: modum administrãdi tempus, & locum, & plura adnotat perpendenda summè vtilia in praxi: quo ad primam si erit fissura idest rima, aut exiguum vulnus per simplicẽ incisionem, aut disruptio, vulnus magnũ: aut cum deperditione substantiæ partium internarum, & profundum. prima indicatio est, vt incarnetur scilicet labia vniantur, vel ligaturis, vel fascijs, vel medicamẽtis cicatrizantibus, secunda indicatio est vt inhibeatur sanguinis cõgelatio in interioribus: oportet enim vt sanguis fluxus per vulnus & solutã vnitatem venarum, & arteriarum aliquo ingenio euacuetur vel per foramen vulneris, vel per nouum foramẽ

à Chirurgico administratum, vel per aliam viam: adeo vt non congeletur in interioribus: dum enim sanguis à proprijs vasibus egreditur, deperdito calore natiuo, & proprio corrumpitur, & in venenũ quasi transmutatur. frigidum à quo vapores à tota substantia contrarij, & aduersarii cordi eleuantur, & spiritus vitales calorem influentem natiuum, & proprii cordis substantiam corrumpunt occulta, & maligna proprietate: deinde dum congelatur, & grauescit, impedit foramina, obturat, & vetat, ne sanguis, qui ad vulneratam partem ruit, emanet. vnde semper augetur grumosus sanguis, & maiora impedimenta consurgunt. Caueant igitur Chirurgici dum eis offeruntur vulnera profunda thoracis capitis, abdominis, vt non inhibeatur sanguinis fluxus: imò omni ingenio foramina vulneris reserata turundis lõgis, & accommodatis maneant, vt facilè, & prompte sanguis defluere valeat, vt his indicationibus satisfaciat Auic. in medium affert materias quasdam præsidiorũ: veluti vestimenta decocta in aceto, conferunt tum ad incarnationem, tum ad inhibitionem, ne sanguis grumescat. incidit acetum, & inhibet congelationem ʒ. etiam i. centaureæ maioris in potu exhibet, quæ vim habet inhibendi congelationem: ad fluxum vero sanguinis, ne fluat ad partem affectam, dum vulnus cũ profluuio sanguinis viget, succurit, cum administratione terræ sigillatæ. v. g. si drach. j. terræ sigillatæ cum vnc. iij. aquæ plantaginis exhibeatur. inhibet ne sanguinis fluor perseueret: exhibet etiam drach. ſ. de sem. iusquiami albi cum aqua pilosellæ. plura recitata fuere præsidia. c. de curatione profluuii sanguinis: his enarratis ad particulares species vulneris mirach. idest abdominis, dum egrediuntur intestina se se conuertit. *de vulnere autem, & fissura apparentibus. si egrediatur aliquid de zierbo, oportet, vt scias, an sit necessarium, vt ligetur cum ligatura firma, aut non & auferatur vulnus aut nõ & qualiter sit via in suendo ipso:* docet indicationes desumendas, & materias præsidiorum, dum vulnerato abdomine non solũ egrediuntur intestina, sed omentum, idest zirbum, oportet ipsum omẽtum, aut ligare ligatura firma, & abscindere si ab aere alteratum corrumpi incipiat, nam dum pauca mora egressum aeri se offert, statim corrumpitur, & tũc oportet ipsum abscindere: si statim egressum, statim etiã intromittatur, & foueatur vino calido paruoq; temporis spatio ad extra permanserit, potest intromitti absque incisione: deinde oritur indicatio suẽdi vulnus si erit magnum relicto semper foramine ad infra, vt facilius pus expurgetur: si paruum non est suendum: modus suendi difficilis est, & longa oratione exponitur ab Auic. & *Gal. quidem dicit Anotomia Almirach,* obiter enarratis his indicationibus, & materiis præsidiorum.

Præsagium potissimũ à loco affecto haurit: ingens si vulnus fuerit, mẽsura quatuor digitorum intestina egrediantur prope vmbilicum, difficilis est reditus eorum intestinorum propter musculos rectos descendentes, si vulnus vero in vtrisq; iliis cõsistat, augumẽtatur difficultas, & vulnera leuiora accidũt in mirach, cũ sint æqualis magnitudinis; quatuor sunt indicationes in hoc vulnus prima ut reducatur intestinum apparens ad locum proprium: nam quod est præter locum proprium, & sedem, indicat sui repositionem, ut membra, uel usũ naturalẽ, uel actionem possint exercere. Secunda indicatio est, ut suatur. tertia ut ponatur super ea medicamen cõueniẽs. quarta ne dolor, aut spasmus, aut profluuiũ sanguinis superueniat. *Pone ergo.* Exemplificat quid agendum in uulnere paruo, dum egressum est intestinũ, nequit illud propter paruitatem foraminis intropelli, ideo uentositatem illam resoluendi oritur indicatio, aut dilatandi ipsã disruptionem. i. foramen ipsum uulneris, præcipuè tentanda est dissolutio uentositatis, & flatus, præsertim si à frigore aeris obtigerit. foueatur igitur spongia aqua calida imbuta, aut uino stiptico calido: si his non cedat molienda est uulneris amplificatio: modum docet facilem: cultelli acuti ex duabus partibus nõ sunt administrãdi, sed ex una tantũ parte, ut si uulnus tendat ad partem inferiorem, superior pars dilatanda. si ad superiorem inferior, ne reliqua intestina super intestinum cadant: secundum documentum quo ad modum agendi exponit pro situ ægrotantis ponẽdi, si vulnus in parte dextra erit, declinet æger ad sinistram, si in sinistra ad dexteram. dum enim uergit ad contrariam partem, & decumbit ad ipsã, etiam intestina ruunt, & liberum forameu uulneris manet, ut possit chirurgus tutius, & facilius ipsum dilatare *cum ergo seruantur intestina in locis suis:* docet modum suendi abdomen, repositis intestinis ad locum proprium optima figura, reposito ægro Chirurgus manu sua deforis colligere debet labia disiuncta, & sensim, & sensim ea colligit, & tunc intromittat acum deforis ad interiorem partem penetrans omnes musculos: deinde fac penetrare acum de intus ad extra. & postea ab intus ad extra, & sic ordinatim usquequo totũ vulnus consutum sit pauca non admodum disiuncta esse debent; neq; unum laxum, & alterum strictum, neq; filum difforme, modo tenue, modo crassum. sed æquale, & oportet summopere animaduertere, ut sifach. i. peritoneum cum mirach. i. musculis abdominis, & membrana carnosa simul consuantur, & uniantur: aliquando enim à natura sanitati, & unitati reducuntur: longa oratione hũc modum suẽdi exponit, ut dictũ est: post suitionem *pone super ipsum de medicinis incarnatiuis.* indicationes, & quæ agenda sunt post futuram docet, & primo materiam præsidiorum affert nempè lanam, oleo calido madefactam, & superimponere, quæ calefacit, & fouet calorem naturalem illarum partium. Secunda indicatio est euacuatio excrementorum, quæ in intestinis reperiuntur, cui potissimũ satisfaciunt clysteres ex oleo potius quã medicamẽta per os; conficiũtur ergo clysteres ex ol. ros. onphacino viol. myrthino, mucilagine cidoniorum, psillij, hordei, & similium, habent vim refrigerandi, tum incrassandi, & exiccandi: imo aliqñ conficit clysterem ex vino nigro styptico, & tepido. nigrũ enim & stipticũ cõsolidat, exiccat, & tepiditas calorem fouet, & præsertim huiusmodi clysteres sunt inijciẽdi, cũ vulnerata sunt intestina crassa. nam dum ad minuta intestina, minuta idest tenuia, ut ieiunum, duodenum pertingit vulnus *non sanatur ob subtilitatem sui corporis, & multitudinem venarum, & neruorum, & effusionem coleræ ad ipsum, atq; vehementiam caliditatis tenuis intestini, tenuia sunt, & membranosa ad naturam neruorum appropinquantia.* inferiora verò intestina idest crassa, carnosa sũt & facilius iuuari possunt, vt docet Gal. de vsu partium. Iterum modum docet suendi mirach. & sifach, & docet modum intromittendi intestinum delapsum ad extra, vt foueatur primum aqua calida, vel vino calido, & styptico. Zirbum verò seu omentum egressum putrefit, dum diu aerem tangit, sicuti etiam extremitates hepatis. & si paruo temporis spatio non. pariter denuo repilogat de prognostico vulneris circa vmbilicum, vel circa lacertos illorum, quæ quidem cum supra circa medium capitis enarrata fuerint, superuacanea videntur. pariter de foramine vulneris magno, vel paruo, de sectione, & suitione clara enim litera est, & sępe eandem sententiam repetit: vtiliora tamen, & rationabiliora exarata fuere.

Dubitant aliqui an vulnus abdominis profundum sit futura vniendum vel ne: quibus respondendum relicto foramine ad inferius tutò sutura vniri posse, licet Hipp. aliquando aliter senserit, sed ipse est interpretandus, dum nullo relicto foramine fit sutura. Docet etiam Hipp. libro de vlcetibus fluxum sanguinis potissimum inhibendum in vlceribus ventris, & thoracis à parte vulnerata, ne dum sanguis effluit, aliqua eius portio ad intra fundatur, ibi postea putrescat, & in venenum ferè cõuertatur, & praua, & maligna symptomata excitat: tũ etiam ob aerem ambientem, qui omni studio inhibẽdus est, ne interna viscera tangat: quia facillimè hæc corrumpuntur, naturali temperie priuantur ob imbecillitatem caloris earum; iccirco omentum ab aere tactum fa-

&

cilè corrumpitur intestina noxam percipiunt, & hæpar, & cor, & pulmo, licet cor, & hepar calidissima sint viscera, & resistant calore, frigiditate ambientis lædantur: tamen à contrario, & minima noxa, maxima apparet in principibus membris internarum partium thoracis cerebri, & imi ventris; tum ab aeris frigiditate ambiente tum à sanguinis profluio, ne enarratæ noxæ ægro superueniant, & hæc de hoc capite.

De qualitate ligandi Vulnera. Cap. VIII

Vlnera autem, & fissura apparentia, quum vis, vt incarnentur, tunc fac illud. De specieb. ligaturarum, & de earum recta administratione, circa tempus, quantitatem modum; & locum. studet nūc Auic. exponere, enumeratq; etiam tot indicantia, quot sunt proportionati etiam ligandi modi, non enim singula ligatura singulo vulneri conuenit. sed hæc determinata tali & altera tali, de his supra sermo habitus fuit c. de vulneribus: de ijs agit Paulus libro 4. Celsus libro. 5. Gal. 13. meth. & 3 de compositione med. per genera, & Hip. libro de officina medic & 2. de articulis, & fracturis, Oribasius de Fascijs, & alij quam plurimi: summam opem fert accommodata deligatio, facilem sanationem producit, & compositionem, et stricturam membri: è contra inconcinna tardam sanationem paruam labiorum coniunctionem, & deturpatam figuram membrorum: idcirco non oscitanter est à chirurgo accurato, & docto pertractanda hæc deligatio, sed summa diligentia & meth. semper enim cum aliquid agit, & molitur ratione, & experientia agere debet, ab indicantibus, vrgentibus remedia, & auxilia petere debet; nam ex Hip. cum Chirurgus aliquid ratione molitur ad aliud transire non debet.

Diuiditur. c. in 3. partes in prima docet modum in genere vniendi labia, in secunda species ligaturarum examinat indicatas à speciebus vulnerum in tertia modū, & rectam administrationem ligandi animaduertit si, vel sit mediocre absque deperditione substantiæ: tum absq; satura, sed sola ligatura aliquando sanari potest. *Ligatura* debet esse duobus capitibus, & ex aduerso debet poni, nempe si vul. sit in parte syluestri brachij tunc ponatur fascia in parte domestica: nam dum stringitur, labia etiam vulneris magis vniuntur, quam si è contra poneretur, sin autem potius labia disiungerentur. Aliud indicans est dum ita labia clongata apparent vt fasciā tantum nequeat adhærere, magnumque est vuln. tunc oritur indicatio nō solum ligandi sed suendi: sutura quidem expetitur non ligatura tantum, vt remedium semper correspondeat indicanti: si magnum indicans, magnum remedium, & indicatum, si mediocre mediocre, si minimum, minimum exposcit, sutura vero pluribus modis conficitur pro natura partis vulneratæ. Puncta tamen modo distare debent duobus digitis modo tribus si per longitudinem secta est pars, facilius vniuntur labia & rariora puncta esse debent: si transuersim, & secundū latitudinem magis disiuncta apparent difficilius coeūt, & ideo frequentiora puncta sunt collocanda, imò aliquādo in maximis vulneribus non sat est ligatura, non sat est sutura, sed expetuntur puluilli, quia ad labia vulnerū collocantur, vt diruptis punctis ante quartam septimam labia tamen vulneris nō disiungātur, sed magis vnita cohæreant, ne cicatrix turpis euadat. puluilli vero, aut quadrati, aut triangulares conficiuntur magis probatur gluten, conficitur ex sarcocolla, mastiche sanguine drac. albu. oui, & aceto: funiculi adhærent puluillis, qui postea ligantur, & stringuntur, vsque quo labia vulneris adhæreant, & potissimum administrantur puluilli, cum labia maxime disiuncta sunt: hoc vnum tamen, est obseruandum, vt docet in littera, inquiens, *cum est strictum vul. & timuerimus quod propter profunditatem eius*, si vul. est nimis profundum, & labia circa superficiē stringantur potest esse, vt sanies in profundo vulneris maneat & secūdū superficiē seruetur: non igitur ita arctè, & strictè labia collocanda sunt, neque funiculis consocianda, sed æqualiter, & profundum vulneris, & labia se se habere debent vt valeat sanies æqualiter emanare, In vulneribus vero secūdū latitudinē. lacerorum potissimum, est admouenda sutura, vt subtiliter labia vehementius elongata adhæreant, hic est totius capitis sensus, & auctoris intentio, potest tantum dubitari non esse suturam admouendam, & puncta: quia & dolor concitatur, & adhuc magis conformatio partis, & vnitas soluitur: dicendum maiorem vtilitatē produci ex huiusmodi sutura quam damnum. secundo de sectione cutis capitis dubitatur cur sutura non vniantur labia vulneris capitis, sed potius puluilli interponantur, vt docet Auic. ne labia cutis contrahantur, & ad interiora vulneris uergant: dicendum plures ob causas chirurgum hęc moliri primo quia cutis vul. spernitur ob dubium, ne os aut cerebrum lęsione aliqua, & noxa afficiatur, animaduertit an os sit corruptum, aut læsum, sit rima aliqua deturpatum, aut incisum, aut fractum, aut necessitas vrget craneum perforandi, deinde vt interna excrementa cerebri vulnere diu aperto manente facilius euacuari valeant vnde vulnera capitis, licet sint simplicis cutis diu aperta manent: & hæc de hoc capite. Dubitatio

De Medicinis incarnantibus Vulnera. Cap. IX.

Arum medicinarum virtutes iam narrauimus, & continuationis earum locum, &c. licet superius de incarnantibus medicamentis egerit Auic. nunc tamen locupletiori sermone pertractat, & primo de speciebus incarnantium 2. de modo cōponendi incarnatiua præsidia, & 3. enumerat multas materias medicamentorum, & rectam administrationem docet, circa quantum, modum, locum, & tempus: omnia semper, quæ Chirurgo administrantur, sunt molienda præsente indicante, & permittente cum absentia contra indicantis, factaq; collatione inter indicantia contra indicantia, & permittentia, vel omnibus potest satisfacere, vel saltem semper vrgentiori incumbere debet. *Nō dubitamus, quin sit necessariū, vt puluis earum sit minoris virtutis, &c.* Cum incarnatiua medicamenta proprie differant ab incarnantibus, & carnem gignentibus, quæ sarcotica appellantur, vel sunt maxime propinqua sarcoticis, vel maxime accedunt consolidatiuis: siccant enim, vel cum aliqua stopticitate: iduero differunt à sarcoticis, quæ sunt calida, & sicca in primo gradu absque mordacitate, & stipticitate, imò vsurpantur potius carne iam genita, vt illa caro robustior, & firmior euadat: tamen sæpe confundi medicamenta sarcotica cum incarnantibus, licet reuera si proprie loqui velimus distinguantur: modum docet componendi incarnantis medicamenti inquiens debere, oleis aut ceratis pulueres incarnantes immisceri non autem simpliciter pulueribus: nā cum pulueres sint sicci, & astringentes, & omnes minerales, nequeunt poros penetrare; olea vero, & cerata sūt in causa, vt pulueres permeent, & vim suam carni impartiant exiccando, & astringendo: desumantur Incarnatiuæ medicinæ ex mineralibus aut animalibus, aut à plantis, vt Rec. cerusæ vnc. j. olei myrthini vnc. j. ceræ vnc. j. m. hoc est incarnans ex mineralibus, ex plantis. Rec. foliorum quærcus masculæ, foliorum caulis, salicis, foliorum arborum malorū corticis palmæ, foliorum arnoglossi, sparthi ana m. s. aceti, & vini quantum sufficit, bulliant, & tandem concocta contundantur & pistetur ad emplastri formam, vel folia pini masculæ, & fęmina, cum corticibus suis, folia cupressi, & rami, folia pentaphili vino decoquantur, & decocta pistentur, cum melle, quātum sufficit, & fiat emplastrū, nux etiam recēs contrita cum aqua, & sale aut vino bullita cum folijs ace tosæ

toſæ, ſiclæ aut lactucæ emplaſtrata iuuant. Item nux cupreſſi,& alia combuſta cum puluere molendini,ei hordeum aduſtum cum cera, & ol. roſ ſenibus auxiliatur; florum ſorbæ,& herba caudæ equinæ vino, & aceto concocta,& emplaſtrata pręſertim capitibus lacertorum vulneratis opem fert; Item lac acetoſum valde conglutinat vulnera magna, de compoſitis vero eſt medicamen- vocatum Rufi: Item aureum medicamen, de ſalicibus,de pulegio,& emplaſtrum de lino, hæc ſunt omnia medicamenta incarnatiua,quæ enumerat Auic. tam ſimplicia, quam compoſita, de his etiam egit Gal. 2. de cōpoſ. medic. per genera, cap. 14. & 45. & Paulus, libro quarto indicantur à carne laxa, quæ firmiori ſubſtantia eget; plura etiam ſunt indicantia à parte affecta, temperie,& conformatione eius. In Ruſtico, qui carnem duram,& ſiccam habet, ſicciora ſunt vſurpanda incarnatiua,in corpore molli,& delicioſo calido,& hum. leuiora, nec non etiam ætas,& tempus anni expendenda ſunt; his enarratis nos docet tacitè Auuicena, & modum cōponendi incarnatiuum: debet ſæpe medicamentum cōſtare ex baſi,corrigēte,& adiuuāte: Baſis erant medicinę calidæ in 2. cū ſtipticitate, & ſiccitate ideo,requirebatur corrigens ſtipticitatem, vt poſſint altius permeare: ideo olea,& cera tanquam corrigentia & adiuuantia iure merito addita fuere: plures enumerat ſpecies,& plura medicamenta componit,& compoſita recenſet ratione diuerſitatis partium vulneratarum, ætatis,& temporis anni,& hæc ſatis.

De medicinis conſolidatiuis, & ſigillatiuis. Cap. X.

H*Arum medicinarum naturas iam ſciuiſtis.* Repleta cauitate carne genitaque ſecundum proportionem ſarcoticis, roborataque, & firmiore reddita incarnantibus, reliquum erat, vt cicatrix induceretur medicamentis vocatis conſolidatiuis, ſeu ſigillatiuis, ſeu cicātrizantibus (quod idem eſt) in hoc igitur capite indicantia plura cicatrizantia enumerat, & plura etiam medicamenta indicata, & rectam adminiſtrationem eorū docet, pluraque admonet in adminiſtratione, quæ ſunt animaduertenda à Chirurgo in praxi, & primo, cicra modū adminiſtrationis & quando adminiſtratum eſt conſolidatiuum exponit dū ait *ſcis iterum quod ne puluis earum ſit in virtute eius quod ponitur in emplaſtris*, modus eſt cum, vel puluis ipſe adminiſtratur, vel in formam emplaſtri,& locus vulneratus admodum ſiccus, natura eſt, pùluis eſt potius applicandus: quia & actu,& potētia ſiccus valet carnem ad naturā cutis, & tegumenti redigere abſumens, vt ſupra dictum eſt, non ſolum excrementa vulneris,& carnis iam genita, ſed humiditatem naturalem, ſi membrum humidum erit natura in formam emplaſtri vſurpādum eſt, at hic modus cōficiendi pertinet ad modum,& qualitatem rectę adminiſtrationis & indicatur a paſſione carnis,& loci cicatrizādi: quando agendum ſumitur à præſentia vrgentis indicantis, vrget igitur indicatio cicatrizandi, quum caro iā genita adæquat,& amplius cutem vt caro ipſa potius ſuperueniat, dum tempus eſt admouendi ſigillatiua: rationem reddit Auuic. dum ait *oportet ergo, vt adminiſtretur medicina conſolidatiua*,&c. quia ſi caro eſſet tantum æqualis ſuperficiei cum à conſolidatiua medicina exiccatur, cicatrix tunc non æqualis; ſed profunda excitaretur, quæ oportet vt ſemper adæquet ſuperficiem cutis membri ſani: alium modum enumerat adminiſtrandi huiuſmodi medicamentum dum ait, *& oportet, vt adminiſtres ſigillatiuum in primis cum ipſum adminiſtras humidum deinde adminiſtra ſiccum tunc*: cur adminiſtrat primo humidum deinde ſiccum humidumq; actu nō poteſtate,& ſiccū actu, & potētia? an ne ad extremū tranſeat medicus,& quia omnino inſueta, & contraria inimica natura ſunt? an quia cum caro genita in vulnere ſit mollis, & laxa, oportet primo humidum medicamentum humidum actu, & potētia exiccans apponere, vt aſſueſcat,& ne nimis contrarium ſit, & vt caro ipſa non violenter a nimia humiditate,& mollitie ad duritiē, & aſperitatem tranſmutetur? poſtea vero ſiccum medicamentum actu,& potētia applicat: quia tunc caro à primo medicamento exiccata aliquantulo facilius patitur, hoc; *medicinæ quidē iſtæ ſunt ſicuti cortices arbores pini, &c.* in hac tertia parte enumerat varię, & multiplicia conſolidatiua,& cicatrizantia: quia varia ſunt naturę & temperies partium vulneratarum, diuerſæ naturæ carnium genitarum: aliam carnem obtinet Ruſticus: aliam delicatus: aliam Iuuenis: aliam ſenes: aliam crus: aliā brachium: aliam caput,& aliā qui à natura pręditus, eſt temperie,& habitu bilioſo: aliā qui pituitoſo, & aliam qui melancolicò, vel ſanguineo: ideo Chirurgus cū hic enumeret Auic. plura medicamenta cicatrizantia, debet pro ætate, tempore anni, temperie, & habitu ægrotantis ſeligere quod magis ſecundum naturam correſpondeat, molle mollibus durum,& validum, validis,& mediocre mediocribus non autem vnicuique quodlibet eſt applicandum, ſed determinatum determinato, qui vero non ſolum naturam corporis vulneris ſed propriam, & particularem animaduertit, is recte curabit,& accommodate medicamenta apta particularibus conditionibus ægri vſurpabit. Incipit igitur enumerare,& primo. ℞. corticum arboris pini drach. ij. ol. roſ. aut myrth. vnc. j. ceræ vnc s. m. Mediocre eſt hoc medicamentū validius], vero ſiccioribus,& durioribus corporibus accommodatum erit, quod. ℞. reſinam ſiccam, abrotanū, aſſatum æs, olibanum, centauream maiorem, ariſtolochiam aduſtā, alumen, gallam imaturam, & folia fici: ex his, vel omnibus, vel aliquibus cum reſina componitur ſigillatiuum, vel ℞. pedis coruini. i. herbæ, quæ ranunculus vocatur, ſtercoris canis comedentis oſſa, ſtercoris lacerti ana drac. ij. gallæ immaturæ drac. j. rad. lilij cæleſtis, opopanatis, & tutiæ an. drac. ij. reſinæ q. ſ. m. galla immatura addita eſt, tum quia exiccat,& aſtringit adiuuatq; baſim, tum quia eam corrigit frangens nimiam acitatem, & acrimoniam ſtercorum: recenſet etiam non nulla carnem gignentia inter cicatrizantia: quia aliquando illud medicamentum quod vni parti habet vim cicatricem inducēdi, alteri pollet vi cicatrizādi: idcirco huic obiectioni tacite reſpōdens Auic. inquit *in vulneribus calidæ complexionis apoſtemoſis, ſādali, nenuphar, & aloes & proprie in partibus ani, & teſticulorum* ſunt cicatrizantia; quia ratione partis humidæ, & calidæ ſuperāt materiam medicamenti ſarcotici,& accedunt ad naturā cicatrizantis, ſed hoc euenit, vt inquit Auic. ratione cōplexionis calidæ partis vulneratæ, hac ratione aliud medicamentum in medium ponit fortius accommodatum tantum parti humidæ,& calidæ, vt ℞. ariſtolochię drac. iij vnguenti roſ. vnc. j. m. his fortius eſt climia propria combuſta, lithargirium, ceruſa, vitriolum, & vitriolum adminiſtratur licet ſit corrodens aut correctum tragacantho, & alijs, aut quia vehemens humiditas partis excrementitiæ ſummam exiccationem, aut quia abluūtur huiuſmodi medicamēta, quę vim habent adurēdi,& abluta deponunt vim corroſiuam, idcirco, & colcotar idest vitriolum,& æs vſtum,& alia combuſta cum abluūtur fiunt accommodata conſolidationi, vel ſi ceræ, & oleis dragacantique adiunguntur aut ſtipticis, hæc quidē vim adurendi frangunt,& hebetant: vnde proponit medicamentum Colcotar ideſt vitrioli drac. iij. ol. roſ. vnc j. aceti, vini ſtiptici an. vnc. s. dragacanthi aduſti, balauſtij, & gallæ an. drac. s. m. Hoc adminiſtratur, vt inquit, quando vulnus,& vlcus ſunt vehementis humiditatis: verum vt ſciat Chirurgus non ſolum medicamenta recta methodo componere, ſed compoſita ab auctoribus dignoſcere,& tuto aplicare oportet, vt ſciat, quæ baſis vſurpatur medicamenti, quid ſit corrigens ipſam baſim,& quid adiuuans: ſimplex baſis non ſemper omnibus eſt accōmodata indicationibus, vt in præſentia colco

tar est nimis mordax, & acre: idcirco licet, pro base ponatur, eget corrigente, & adiuuante: corrigit ol. rof. & acetum, vinum ftipticum dragachantum, balauftii, & gallæ, fed hæc etiam adiuuant bafim, quæ eft exiccans in tertio, exiccat quidem galla, & balauftia, nec non vinum ftipticum, rofæ, & acetum: *emplaftrum etiam de lino est etiam mirabile*, q̄ conficitur hoc modo panni linei nitidi, & abluti vnc. ij. terantur in pul. olei myrthini vnc. j. parum galbani diffoluti ol. ipfo: deinde omnia mifce, & fiat emplaftrum f. a. item vnguentum nigrum lib. j. thuris, opoponacis, ariftolochiæ aduftæ an. drach. ij. m. f. pul. R. *cerufæ merdanfegi an. drach. i. fcoriæ plũbi, myrrhæ, & gallarũ an drach. fs. m. vel rec. oftracoreũ combuftorum drach. xij. granati parui, quod cadat ab arbore calendis an. drach. xvi. cornu ceruini combufti, abrotani climiæ, refinæ, rad. lilij an. drach iiij. minuti thuris, corticum arboris pini an. drach. vi. corticum granatorum, cerufæ, alumnis an. drach vi. gallarum drach. i.* an. & f. pul. cicatrizans admodum validus, vel fiat *puluis rubeus Rec. rubeæ offium combuftorum, merdafengi an. drach. ij. thuris aloes an drach. ij. farcocollæ mafticbe an. drach. i. m. & f. puluis*, Alius puluis Rec. rof. cerufæ plumbi, balauftia, an. drach. viij. gallarum, fem. rof. aluminis ariftolochiæ an. drac. ij. minuti thuris drach. i. m. & f. pul. in fenibus verò accommodatum cicatrizans eft ℞. hordei combufti vnc. fs. ol. rof. aut myrthini vnc. j. cerufæ, plumbi drach. ij ceræ p m. & f. vnguentum. Hęc funt omnia agglutinantia, feu confolidantia, quæ enũmerantur ab Auic. tum in formã pulueris, tum emplaftri, tum vnguenti, quæ longa oratione expofuit, & fumma diligentia funt obferuanda à Chirurgo de quibus etiam rationem habuit Gal. 3. meth. 5. fecundo de compofitione med. per genera 37. & Paul. lib. 4. capite 45, & hæc de hoc capite.

De medicinis facientibus nafci carnem in vulneribus, & vlceribus. Cap. XI.

IAm *fciuifti proprietatem medicamentorum facientium nafci carnem, &c.* in hoc capite Auic. expendit primo quando, & tempus admouẽdi farcotica. Secundo agentia diuerfa, & indicantia ratione diuerfitatis partium (ibi) *& fi non fuerit bafis vulnerum nifi os.* Tertio naturas farcoticas recenfet, *quod fi corpus fuerit ficcius, &c.* variaq; documenta præbet, tum circa compofitionem farcotici medicamẽti, tum circa cõpofiti adminiftrationem, & vfum quando agendum, & tempus admouendi, farcoticum medicamentum indicatur à cauitate carne priuata dum nihil prohibet, folent prohibere excrementa incõcocta, & cruda, idcirco oportet prius vt locus fit à fordibus, & fimilibus mundificatus, emẽdata igitur cõcoctaq; fanie, tunc farcotica funt vfurpãda, quæ vt fupra docuimus funt medicamẽta calida, & ficca in principio, & accommodata complexioni partis vulneratæ: idcirco quot funt naturas partis, & cõplexiones tot funt indicantia farcotica: nam fi temperie calida, & humida prædita fuerit, mitiori farcotico eget, fi calida, & ficca, ficciori: pariter fi habitus corporis erit mollis; vel mediocris, vel durus, indicat, vel molle, vel mediocre, vel durum farcoticum, & lene mediocre vel potẽs. docet igitur fi vulnus pertingat ad os oportere illud os omnino mundificare, & exiccare vehementer, fi debet nafci caro. nam fi aut corruptio, aut humiditas, aut rima, aut incifio aliqua fuerit in offe, & non adimatur non poteft caro regenerari: nã lenitas offis, & humiditas prohibet ortũ carnis, *& fcias quod quãdoq; eft medicina faciens nafci carnem in corpore, aut membro, & non eft faciens nafci in alio*: aliud eft indicans in vno membro, & aliud in alio, & farcoticum in vno membro non exiccat in alio, quia nimis humidum, & placidum eft correfpondere debet, femper naturæ membrorum, & fi mitius exiccant quam debent, caro non gignitur fi nimis exiccat abfumit carnem iam genitam, colliquat, & maiora excrementa producit, vt fordidiora videantur vulnera, licet id per accidens, & ratione medicamẽti nimis excedentis contingat; hoc in cafu monet Auic. dum Chirurgus nimium exiccans medicamentum apponit, debere illud vel dimittere, vel humectare, fcilicet oleis ceratis, & emplaftris, vt mifceantur medicinæ plures debiles, & fortes: nam remiffum remittit intenfum, oleum cera, & fimilia hebetant, & frangunt vim nimis exiccatiuam. exemplificat hanc fententiam comparatq; modo farcoticum debile naturæ calidæ, & ficcæ: modo mediocre complexioni imbecilli: modo validum, & potens oftenditq; noxas, & læfiones, quæ hinc inde excitantur cum proportio inter agens, & patiens requirat, & inter medicamentum pariter, & membrum vulneratum inquit (*quandoque enim corpus eft humidum, & vlcus ficcum, & quandoq; eft corpus ficcum, & vlcus humidũ, & quãdoq; funt ambo humida, & quãdoq; funt ambus ficca, & adminiftrentur in primis, quæ funt debiliora ficut olibanum, & farina fabarum, & farina hordei, & fimilia*: nam corpus humidum, & præditum temperie humida, & vlcus eft ficcum: ideo farcoticum effe debet debile, at è contra: *fi corpus fuerit ficcum, & vlcus humidum valde, tum neceffario funt medicinæ vehementis exiccationis cum comparatione ad medicinas facientes nafci carnem, ficuti ariftolochia, rad. opoponacis, dragacanthum aduftum.* nam corpus ficcum, indicat ficcum farcoticum fibi proportionatum, & fimile fibi, & eft indicatio vitalis à rebus fecundum naturam, vlcus vero humidum valde, tãquam quid præternaturam prẹditum excrementis copiofis præternaturam eft indicans præferuatiuum contrarium, & indicat contrarium, cõtraria contrarijs curantur in methodo medendi, & à rebus præternaturam indicantur ficuti fimilia fimilibus conferuantur fubftantia, quantitate, qualitatibus loco, & tempore, indicat igitur vlcus humidum valde, præfidium valde exiccans contrarium vt remoueat illam humiditatẽ: funt etiã medicamenta farcotica media, vt farina lupinorum, ireos, quæ corporibus mediocribus, & vulneribus mediocritatem inter humiditatem, & ficcitatem exercentibus funt accommodata: præterea funt aliqua farcotica, quæ nimis funt vehementia, & potius confolidatiua, & figillatiua funt, fed vfurpantur in minima quantitate permixta oleis, & ceratis, quæ frangũt, & debilitant vim eorũ: verbi gratia fit vna pars flos ęris & decẽ cerati, vt proportio fit vnius ad x. & xij. ratione corporis ficcioris, vel humidioris, vt ℞. floris æris drach. j. olei mirthini, ceræ an. drach. vj. enumeratis farcoticis variis pro varietate indicantium, & naturarum partium, & membrorum humidorum, vel ficcorum, vel temperatorũ, & vulnerum pariter ficcorum humidorũ, vel temperatorum: ijfq; fimul collatis fumit indicationẽ à rebus non naturalibus ab ætate inquiens: *fenes egent medicinis in quibus eft caliditas maior & attractio fortis*: dicet quis cum fenes fint frigidi, & ficci; fenectus. n. frigiditatem, & ficcitatem, & humidi radicalis adnotat priuationẽ, deberent potius fimilibus cõferuari quã contrariis curari: dicendum fenectutem effe morbum naturalem, qui non fimilia, fed potius contraria indicat: idcirco indicat farcoticum calidum magis, & attractiuum: nam caliditas auget calorem debilem, attractriua vis, fanguinem attrahit, ex quo tamquam ex materia gignitur caro. fi calor nõ effet validus, fi fanguis non attraheretur, caro in fenibus non enafceretur, cum frigidi, & ficci fint fenes, parum fanguinis obtineant, & poros ob ficcitatem claufos, & ftrictos, è contra euenit iuuenibus & pueris adolefcentibus, qui funt calidi, & humidi, vel ficci plurimum fanguinis obtinent, poros apertos, & calorem validum, qui eft inftrumentum accommodatum facultati concoctrici, & tranfmutatrici fanguinem in carnem. Pro fenibus laudat picem, thus, farinam hordei, fabarum, erui, rad. lilij, ariftolochiam, clymiam, & opoponacem, vt ℞. farinæ hordei, fabarum, ciui cũ vnc.


℞. rad. lilii. aristolochiæ opoponacis an. drach. j. picis, & thuris an. drach. ij. olei camomil. vnc. v. ceræ q. s. misce, & fiat vnguentum: vltimo, *& quando prohibetur medicina*, *&c.* docet quando medicina aliqua vsurpata non iuuat debere ad aliam declinare, sicuti etiam docet Arist. primo probl. quoniam vel non est accommodata natura partis vel nimis assueta, noua vero apponatur, & administretur. Secundo docet quomodo oia horum secundum rationem facienti non sit ad aliud transeundū. attamen cum medicamentis methodo administratis non cedat, & difficilis videatur curationis vulnus, tunc curatur cum eo, quod est proprium vlceribus. i. iis medicamentis, quæ solent admoueri in vlceribus difficilis curationis, & cachoethicis, atq; malignis de quibus ꝑpriis capitibus supra de curandis vlceribus malignis tractatū fuit: & de his tertio methodi medendi loquitur Galen. 2. & 3. quibus in locis haurit indicationes tum vitales à rebus secundum naturam, à temperie compositione, & vnitate partis vulneratæ, aut vlceratæ, & præseruatiuas à causis morbificis, & excrementis, vt concoquendi, detergēdi, corrodendi carnem superuacaneam exiccandi excremēta alterandi, repellendi attrahendi, & plura alia, & curatiuas etiam indicationes à morbo nempè soluta vnitate, quæ indicat curatiuum præsidium vniens, & ad pristinum statū reducens, quæ indicatio variis modis exercetur ligatura, sutura, & medicamentis exiccantibus, vnientibus, & cicatrizantibus vltimo.

De curatione vulnerum, quæ fiunt in capite. Cap. XII.

R*Egimen quidem ossis, & quid accidat ex accidentibus eorum timidis &c.* docet curationem vlceris, & vulneris ossis capitis, & accidentium superuenientiū, in secunda parte medicamēta, & eorum rectum vsum exponit. In tertia victus rationem accommodatam curationi vulnerum, & accidentiū. Inquit igitur in prima parte quomodo vulnus ossis capitis curetur, quomodo symptomata timida idest timorem mortis inferentia auferantur iam supradictum est. Verum incarnatiua vlcerum, tunc, quæ medicamēta sunt vsurpanda, nempe ait factam ex aloe, myrrha, olibano, & sanguine drac. vt sint medicinæ leues, & pulueres: at quia loquit̃ de vulneribus capitis, quæ eget maxima exiccatione, tum propter naturam ossium, tum pericranei, debent etiam leues esse ne exasperent. *quod si fuerit illic cursus sanguinis.* Hic curat symptoma quod solet sæpe contingere nempe sanguinis profluuiū hoc quidem sistendum est omni ingenio Chirurgicis Pharmaceuticis, & diæteticis præsidiis ne grumescat, ne ue putrescat in cerebri substantia, & finibus.

Quo ad victus rationem summopere laudat, vt æger cibetur cerebellis gallinarum assatis: hæc cerebella à ꝓprietate occulta, & simili proportione cerebrum petunt, et adiuuant, et vt assata adstringunt, et cursum sanguinis frœnāt. pro potu aqua granati muzi idest astringentis, et acidi confert: semper enim succus granatorum seu uinum uocatum, et ab Auic. aqua granati astringit uasa, inspissat, & infrigidat sanguinem, ne fluat. Quo ad medicamenta, et pharmaciam in medium affert emplastrum uirgæ pastoris, quod exiccat, refrigerat, repellit, et astringit, et fermentum purum, siccum, et puluerizatum: deinde emplastratio cum farina hordei, & simila confectis cum hysopo humida, et sauich hordei idest cremore, et calamento. sed hæc emplastratio potissimum confert attritioni eius, et concoctioni potius, quam attritioni, & fluxui sanguinis: ex hoc igitur. c. ex doctrina Auicennæ tria potissimum colligere, ualet Chirurgus. primo uulnera, et ulcera capitis egent medicamentis potius in pul. et maxime exiccantibus. Secūdo omne studium adhibere ne profluuiū sanguinis excitetur ob noxas imminentes, cui excitato succurrendum fore tum Chirurgicis præsidiis, tum diæteticis: tū pharmazeuticis: tertio attritioni, et dolori ex attritione succurrendum ne fiat noua attractio, et hęc de tract. primo libri quarti fen. quarta.

EXPOSITIONES IN TRACTATUM QUARTUM *Libri quarti fen. quartæ Auicennæ. Cap. I.*



E vulneribus neruorum &c. *Neruis propter vehementiam sensus eorum, & continuitatem suam cum cerebro accidunt ex vulneribus dolores vehementes valde, & læsiones valde magnæ sicuti spasmus, & permixtio rationis.* Studet Auic. in hoc capite quatuor explicare, & in quatuor etiam partes hoc caput diuiditur in prima enumerat symptomata, & accidentia, quæ aliquando superuenire solent vulneribus neruorum, & causas ipsorum manifestat. In secunda *verum oleum quandoque est necessarium, &c.* curatiuos canones enarrat horum symptomatum: in tertia præsagium *& fissura quidē aut fit, etc.* in quarta iterū documēta curatiua in medium affert vulneris neruorum, & symptomatum de his etiam Gal. 6. meth. & Paulus lib. 4. & primo sciendum neruum esse partem viuentem humani corporis similarem secundum sensum sentientem, & deferentem facultatem sensitiuam, & motiuam totam ex substantia cerebri, & per consequens esse partem spermaticā temperaturæ frigidæ, & siccæ substātię mucosę, & terrestris: tendinem, seu chordam etiam membrum conflatum ex neruo, & ligamento ad maius robur, & motum, & vi sensifica præditum esse: ligamentum esse vinculū, quod oritur ex osse, & tendit in os, & nullo modo sentit, neq; dolore affici potest. sed tantum vi naturali vegetatiua, et altrice gaudet: Cartilaginem esse pariter membranā, quæ ab ossibus oritur absq; sensu: possūt igitur vulnerari hæ omnes partes: sed cum vulnerantur nerui, vel tendines cum membra sensifica sint, grauiora excitantur symptomata, tum quia sensu prædita vehementi sunt: tum quia continuo in consensum ducunt cerebrum. tum propter medullarem substantiam. tum propter membra nas piam, & duram, quæ inuestiunt substantiam medullarem neruorum: primum symptoma est dolor vehemens, hic oritur ob solutionem continui nerui maxime sensitiui, oritur etiam spasmus idest conuulsio, quę est motus prauus musculorum retrahētium se se ad sua principia, fit hic motus, tum ob causam irritantem, tum ob materiam replentem, et abbreuiantem. *fit etiam per mixtio rationis*, idest delirium, eleuantur vapores ob dolorem, & vigiliam acres, et mordaces: qui spiritus animales nimis calefaciunt, & mouent, et intemperiem etiam cerebri calidam reddunt: præterea fit etiam apostema magnum, seu tumor, seu inflammatio, quia ob nimium dolorem fluunt humores, et ibi in maiori copia fluxi tumorem efficiunt, febres etiam apostema cōcitantur; tum ob dolorem spiritus, et sanguinem influentem: tum ob humores putrescentes in apostemate, *sitis, vigilia, & desiccatio linguæ*; sunt etiam symptomata, quæ oriuntur à vaporibus calidis, et siccis; hæc sunt symptomata, quæ consequuntur vl plurimum vul-

Marginalia: Neruus quid. Cap. 2. Cap. 54. Qualis. Tendo. Ligamentum. Cartilago. Dolor. Conuulsio. Delirium.

nera neruorum,*& similiter est dispositio vulnerum chordarum id est tendinum lacertorum*, id est musculorum, *& proprie in latere capitis eorum*, scilicet vult innuere eadem accidẽtia supra enarrata cõcomitari vulnera chordarum, id est tendinum, & præsertim si vulnus fuerit inflictum capiti earum chordarum: *& si aduenit eis putrefactio*, aliud symptoma enumerat, scilicet putrefactionem, nempe gangrænam, & sphacelũ aut *putrefactione*
Gãgrena. *affici, & augumentatur*: nam semper dum corrumpitur membrum, augetur ob calorem putredinalẽ, qui ebullire facit humores, sicuti apparet in lebete aqua pleno ad ignem: *& putrefactio quidem festinat ad eos*: reddit rationem huius symptomatis, cur accidat neruis, & ait id contingere ob naturam neruorum, qui cum frigidi sint, & viscosi, facile possunt corrumpi, & putrefieri a ma-
Putredo. teria calida, & humida: nam putredo est corruptio caloris naturalis, et proprij ĩ vno quoq; humido a calore ambiẽte, & frigiditate interna: cũ sit neruus natura frigidus calorem imbecillem habet, qui facile potest superari ab externo; sed aliquis dicet si neruus est siccus, quomodo potest ita facile putrescere, & si genitus est à calore interno, & a semine, quomodo est frigidus? dicẽdũ primo esse siccum in respectu, humiditate tamen viscida præditum esse, & esse calidum ratione efficientis, & materiæ seminalis in generatione: in re aũt genita frigidũ potius esse: quia calor ille dissipatus fuit, & potius à frigido cõ coctus, & quæ concrescunt à frigido 4. metheorum, dissoluuntur à calido: at neruus, licet siccus sit respectu, & humorum, & carnis, & membranarum ambientiũ ipsam substantiam; substantia tamen ipsa medullaris interna, quæ ortum ducit à substantia cerebri, est mucosa, & humida, & facile potest putrescere, et vinci à calore, vt frigida, & humida. enumeratis his symptomatibus docet curationẽ, & præsertim remediũ ponit dolori, qui maxime urgere solet, *& similiter aquæ frigidæ*, &c. sicut a-
Curatio. quę frigidę nocẽt neruis, & *calidæ quatenus putrefaciũt similiter & oleum*: ideo cauendum est in curatione vulneris nerui, & ab aqua frigida, & ab aqua calida, et ab ol. *verum oleum quandoque est necessarium*, *scilicet illud quod est calefactum propter necessitatem sedandi dolorẽ aut propter subtiliandas medicinas*: excipit duos casus, in quibus utile ęst oleumque; calidum potentia, & actu, quod habeat uim tum confortandi naturam nerui; tum sedandi dolorem, aut subtiliãdi medicinas, ut possint peruenire ad locum vulneratum, & huiusmodi oleum resistit qualitati humectanti: *& pungentes solæ quandoque proficiunt, &c.* præsagium ex vario vulneris modo docet
Præsagiũ. si *neruus est punctus, & punctura læsus*, oritur apostema, *sed tardius, & maturatio, & curationis susceptio tardior est*: si *est scissura, aut est cum detectione nerui, aut non, aut est secundum longitudinem, & secundum fibras longas, aut secundum latitudinem*, et per transuersum: si est vulnus secundum longitudinem, salubrius est, quia non secantur fibræ transuersĩ & virtus animalis motiua, & sensitiua à cerebro cum spiritu animali vel irradiatione fluere potest: si vulnus est per transuersum, & latitudinem fibræ, seu villus læditur, & maxime per incisionem, vnde nequeunt postea fluere spiritus animales & vires, vel est secundum partem incisus neruus, & magis læthale tunc vulnus, vel secundum totum, & est minus læthale; semper. n. cerebrum in consensum ducunt vulnera, & alia superiora symptomata efficientur, *& fit iterum multoties necessarium tunc abscindere vulnera tum.* docet in hac quarta parte quomodo curandum sit vulnus nerui incisi, vel puncti secundum partem, & ait oportere secundum totum abscindere, & secare: quia dum per transuersum incisus est neruus, fit spasmus & dolor vehementissimus; si totus abscinditur, cessant symptomata. Iterum præsagium de vulneribus in panniculis, siue cartilaginibus, & chordis inter se comparatis facit, *& Vulnera quidem in panniculis sunt leuiora*, inquiens vulnera panniculorum esse leuiora, & salubriora vulneribus chordarum, & neruorum: quia cartilagines non sentiunt, non ita magnum periculum portendunt, & fortiora medicamenta substinent, quam neruus vel chorda. Hæc sunt, quæ in hoc capite docet Auic. de curatione solutionis.

De curatione solutionis continuitatis neruorum. Cap. 11.

MEdicamen neruorum, est illud quod est calidũ & siccum, subtilium partium, æqualis caliditatis, ita vt non mordicet, &c.

Longissimum caput in medium ponit Auic. plura medicamenta exponens, quæ tamen omnia indicantur, vel à natura vulneris, vt vulnus est, vel à materia in ipso vulnere influxa, vel fluente ad ipsum, vel à natura propria, & temperie ipsius nerui: erunt itaque hæc omnia ad tria capita redigenda, ad curatiua, præseruatiua, vel vitalia: tum Chirurgica, tum pharmaceutica, tum diæteti ca, atque ad rectam eorum remediorum rationem: primo igitur gratia indicationis, & curatiuę, quæ eget exiccantibus, & præseruatiuæ ratione excrementi in neruo residentis; quæ expostulat exiccationẽ, & concoctionem atque abstersionem, ratione vitalis, quæ similibus gaudet, nempe siccis atque calidis, vt conseruetur temperies sicca neruorum, calidis, vt imbecillitas caloris custodiatur, augeaturque calor ad concoctionem, idcirco proponit primo naturam remedij his omnibus indicationibus satisfacientis, vt sit calidum, & siccum subtilium partiũ, vt valeat penetrare, & educere materiam; ne ibi tumorẽ efficiat, & apostema ęqualis caliditatis, scilicet non admodum vehementis nec admodum excedentis temperiem neruorum, vt non mordicet, exiccare tamen debet uehementer, quia exiccatio competit, & vulneri, et naturę neruorum atque temperiei nec non copiæ excrementorum, stypticum, acerbum seu astringens, austerũ esse non debet, ne materia morbifica intro reppellatur, & præsertim in principio: abstergens vero poterit esse, ut æs ustum, & scoria ęris, & præsertim abluta pluties aceto, vt magis penetrare valeat subtiliumq; partium existens, unde optime inquit Auic. *oportet, vt calefaciat cum mensura, & exsiccet cũ fortitudine* (*& si fuerit neruus detectus*) tradit in hac parte curationem vulneris nerui detecti: alia est .n. curatio nerui discooperti, & detecti: alia occulti, & in profundo: oritur igitur indicatio exiccandi; sed non admodum calefaciendi, vt medicamentum sit admodum exiccans sed non acutum: nam si acutum medicamentum neruum detectum attigerit, magnũ nocumentum affert, dolorẽ, & spasmum: idcirco pannum calidum, vt frigus deuitet proponit: 2. medicamentũ exiccans cum fortitudine æquale in caliditate sed non admodum acutum: 3. docet ne cito incarnetur; oportet enim vt materia euacuetur, in principio vero statim dolorem sedare oportet, qui solet neruo detecto contingere, pannis calidis, oleis, calidis actu, sed potẽtia temperatis, vt oleo omphacino, in quo etiam inest stypticitas: in hoc casu vtitur stypticis gratia scilicet humoris fluentis, & doloris; supra vero gratia curationis vulneris styptica improbauit: addũtur aliquando adipes, & alia emollientia gratia doloris, & caliditatis, *sunt*, vt inquit Auic. *supra tepidum propter frigida*, ut innuat his uerbis Chirurgum nõ debere admouere calida uehementer nec actu nec potẽtia, quia frigida est tẽperies neruorũ sin autem proportionata naturalis temperies destrueretur, (*& de illis, quę administrantur tunc*) enumerat medicamenta accõmodata dolori nempe emplastra cum syrupo acetoso cum, aqua cineris, cum farina fabarum, erui, ciceris, lupini amari, & succi hordei, scilicet ptysianæ, imo ista iterum administrantur, antequã apostematur: pharmaceutica præsidia euacuationem, & Chirurgica, scilicet sectionem venæ summopere laudat ante incarnationem quoniam semper prius est corpus euacuandum, & sanguine, & excrementis, (*& non sedes dolorem*) aduertit

tit iterum, ne sedemus dolorem aqua calida, sed potius oleo subtilium partium, in quo non est stypticitas. Supra oleum omphacinum, oleum stypticum probat: an quia illa stypticitas leuissima est; cum vero maior, & validior existit, vitanda sicuti aqua calida, quæ nimis relaxat, & alia, quæ nimis adstringunt. *quod si neruus ille fuerit discoopertus*. Hic aliam speciem vulneris nerui discooperti tradit scilicet cum fuerit incisio in longitudine, sumit indicationes pro curatione huius speciei; tum ratione vulneris tum ratione excrementi; tum ratione nerui, tum ratione doloris, & apostematis. ratione vulneris cum sit in longitudine, at discoopertū indicat vt statim cooperiatur carne, medicamentis exiccātibus; tum fasciis & ligaturis astringentibus, ne frigus lædat ipsum neruum.

Si autem disrumpatur in latitudine, in hac parte aliam speciem nerui discoperti enumerat, sed non incisi secundum longitudinem, sed secundum latitudinem per transuersum. Prima indicatio chirurgica est vt suatur ipsum vulnus. Secunda vt inhibeatur apostema, & putrefactio remediis supra enarratis: *qua propter non oportet, vt incarnetur caput vulneris*. ergo protrahenda est sanatio, ne materia ibi collecta apostema efficiat: imò si erit strictura, & foramen angustum amplietur, vt valeat emanare sanies, & ne dolor augeatur incarnantibus, igitur non est vtendum nisi post longum tempus, & exactam purgationem, & exiccationem, vulneris, & tutum sit, ac immune à copia excrementorum, deinde modum docet euacuādi saniem, & est quomodo agendum, scilicet *vt in die aut in nocte bis, aut ter soluatur vulnus*; emundato exiccetur gossypio, & sanies omnino abluatur: sit igitur medicamen moderate calidum; sed admodum exiccans, & abstergens; nimis enim calidum corrumpit temperiem nerui, & colliquat eius substantiam, imo si ex incuria, & inscitia Chirurgi fuerit nimis calefactum vulnus, ipsum refrigerare oportet: ceratum ex euphorbio expertum approbat, quia exiccat, abstergit, & non admodum calefacit hebetante caliditate à cera, & oleo experitur *illud super crus hominis sani*: præterea tutia abluta, vel vnguentum ex tutia, vel ex calce abluta additis oleis rosato, myrthino, & cera absque sale, & glutinum etiam ablutum optimum est, & mel. tutia abluta accommodata videtur, ne acuitas, & mordicatio tunc fit, *& si fuerit in eis stypticitas parua in curatione discooperti*, ecce quomodo contradictionem in verbis soluit: nam stypticitatem, scilicet paruam laudat, magnam numero improbat, & præsertim si infirmus est debilis complexionis, deinde docet neruos nobiliores à frigido aquositate, & vnctuositate arcere, ne discoopertus neruus lædatur: imò si admodum vehemens fuerit humiditas; gratia exiccationis probat *trocis. Andronis, Pauli, de vitriolo, & prassium cum vino cocto, aut cum oleo, in hieme vero cum ol. subtili*, hoc est quando agendum, *sed in æstate cum ol. rosʃ.* ne acris caliditas admodum excalefaciat: confert igitur thus, & glutinum albotin, & albezart. *Neruus discoopertus dignior alijs neruis est*, vt maiori cum diligentia curetur, & sanetur: ligamenta ignobilia, ac chordę, & tendines medium naturam habent: supra etiam Chirurgum admonuit, vt à frigidis & ab aqua, & ab humidis in cura vulnerum neruorum abstineat, ne vt humectet, refrigeret, atque relaxet. imo etiam ab oleo, quia relaxat nisi gratia sedandi doloris, sed oportet, vt oleum gratia doloris sit calidum, & tepidum actu, & potentia: deinde gratia excrementi detergendi, & saniei, vt humiditatem abstergas cum pannis, aut lana molli, aut gosypio, & etiam cum vino cocto, præsertim si non admodum copiosa fuerit humiditas, & super discoopertum neruum primo vinum coctum infunde, deinde oleum. nam vinum magis abstergit, & exiccat. sanie verò dempta facilius oleum penetrat, exiccat, & dolorem tollit. *Inquit Gal. accidit cuidam homini*, docet casum nerui puncti, qui male curatus à Chirurgo ignaro apostema, & putrefactionem, deinde mortem induxit: non oportet, vt Chirurgus male operatus fuit, in punctura nerui, statim incarnare, sed potius foramen amplum efficere, materiam à centro ad circumferentiam educere præsidio exiccantium, & subtilium partium; Chirurgus vero ignarus emplastrum incarnans primo posuit, quod fuit in causa, vt apostema oriretur: quia materia non poterat euacuari; deinde orto apostemate, seu tumore, vt illum emolliret, emplastra ex farina tritici, aqua, & oleo accommodauit; ita male administrata curatione mortuus est æger; solet si foramen adstringitur, & materia non educitur, oriri spasmus, dolor, tumor, febris, & alia symptomata: idcirco vt supradictum est, exiccantia subtilium partium admouere oportet, vt ea ad neruum affectum pertingere valeant: imò inquit his de causis *oportet vt sint fortioris caliditatis, & fortioris exiccationis, quam ea medicamenta, quæ administrantur in scissura* scilicet in vulnere per incisionem factam, quoniā medicamentum in vulnere per incisionem potest facilius penetrare, *& oportet, vt sit regimen*, dietam in hac parte tertia, & vltima, quæ conuenit vulneribus neruorum, & speciebus enarratis innuit breuissime: cum læthale sit vulnus, cumq; soleant plura symptomata superuenire grauissima, iure optimo ratio victus instituenda est tenuis subtilis admodum exacta, scilicet aqua hordei, vel cremor, vel panatellam in aqua confectam tribuere oportet, at si dolor fuerit: quia nimis vires dissoluit, & dissipat, & præsertim in vulnere secundum latitudinem, in qno potissimum venam secare, & medicamentum exhibere oportet, plenior victus administrādus erit. *Stratus eius sit mollis*, nempe lectus, *& membra propinqua vulneri*, per vngenda sunt oleis dolorem sedantibus, & repellentibus myrth. rosʃ. & similibus, ne ita facile humores fluant ad vulneratum neruum, dolores excitentur, atq; spasmus, hæc sunt, quæ fuerunt breuissime recollecta ex longo Auic. c. & quæ obseruanda erunt à Chirurgo in cura nerui vulnerati, aut discooperti, aut cooperti, aut incisi secundum longitudinem, aut secundum latitudinem, aut puncti: singula species determinatam curationem exoptat, vt dictum est, de his etiam loquitur Gal. 6. meth. & 3. de composʃ. *Cap. 1. et 3* med. per genera Aetius lib. 19 c. 27. Paulus lib. 4. c. 54. & *Cap. 27.* Gal. 5. aphor. 18. *Cap. 1.*

De medicinis vulnerum neruorum, & vlcerum ipsorum. Cap. III.

ENumerat varia medicamenta Auicenna, quæ videntur accommodata vulneribus neruorum, & varijs eorum speciebus animaduertens tempus anni calidum, frigidum, vel temperatum, ætatem ægri puerilem, vel iuuenilem, vel senilem; atq; temperiē calidam, frigidam, vel mediocrem magnitudinē, vel paruitatem, vulneris profunditatem, vel superficiē incisionem secundum longitudinem, vel latitudinem, atq; puncturam. si hæc omnia Chirurgus animaduertat nulli dubium est posse recta methodo medicamenta cōponere, & composita admouere quemadmodum etiam docet Gal. 6. meth. 2. 3. de composʃ. med. per genera 2. Paulus lib. 4. c. 54. & Aetius lib 14. c. 17.

In tres partes potissimum diuiditur hoc caput: leuiora medicamenta in prima parte exponit, in secunda mediocria, in tertia vehementiora: obiter, etiam in fine medicaméta putrefactionis sicuti etiā alio in cap docuit enarrat scilicet gangrenæ, & sphacelo *Glutinum albotim est de melioribus medicinis vulnerum neruorum infantibus, & mulieribus, & illis, qui vehementi humiditate abundant*: nam licet sit gumma calidum, & siccum in secundo tantum gradu existit, & puluerizatum cum

pauco oleo, quod ipsum leuit, & viscosum reddit, seu resina, mitius adhuc euadit, & maxime accommodatum temperiei, & ætati humidæ ægrotantis. si verò tēperies fuerit siccior, ætas iuuenilis, & habitus corporis durior, hæc sustinet, & indicat siccius medicamentum, & vehemētius: nā simile simile exoptat: ī illo igitur ideo addit euphorbium glutino albotin, aut verus, aut recens, aut paruum, aut multum, pro vt complexio siccior magis, vel minus erit: exemplificat de euphorbio recenti videlicet Rec. euphorbij scrup. xij. cerati, aut glutini albotin scrup. iij. m. admisceatur etiam præter euphorbium aliquando lac tithymali, quod est mirabile, aut assa, aut serapium, aut opoponax. Hic medicamenta vehementiora enarrat nitro, & spuma eius, & sunt, *sulphur. flos lapidis asy, dragacanthum, cinis purgationis æris, conglutinatio auri*, & hæc, vel sicca, vel permixta oleo, vel ceræ, attrahunt omnia hæc ex profundo: præterea conferunt etiam farinæ lolii, cum aqua cineris, emplastrata sordicies vasorum apum, sed inter initia summopere probatur gluten illud albotin. In augumento emplastrum basilicū ablutum aqua maris, *aut medicamentum compositum a Galeno ex cera resina, euphorbio, pice, ol. vel oleū balsami*, quod subtilitate sua, & mediocri caliditate velociter resoluit, & presertim cum vulnus cū pūctura fuerit absq; apostemate, & putrefactione; vtile etiam est emplastrum ex euphorbio; in habitu corporis subtilium partium, ex fimo vero columbino in spissiore: maior, vel minor quantitas euphorbij, & fimi columbini additur, pro vt tēperies, & habitus corporis siccior, vel mollior erit. si ęger rusticus, & duræ ceruicis extiterit; Rec. fimi columbini drach. ij. resinæ, olei hypericonis an. vnc. ss. m. si mollioris habitus, Rec. euphorbii drach. ij. olei, & resinę an. vnc. ss. & si foramen strictum fuerit, amplius fiat, necessarium est, *vt medicamen fortius sit eo, quod administratur incisione*, scilicet vulnere incisione facto: nam vt supradictum est difficilius permeant medicamenta in punctura, quam in incisione, *& quum accidit in vulneribus, &c.* hic obiter vt dixi in hac vltima parte, quæ potest quarta appellari, curationem putrefactionis scilicet gangrenæ, & sphaceli in medium affert, de qua etiam supra sermonem habuit: si adest putrefactio, oportet admodum exiccare, & calefacere, ne putredo serpat, ne ve calor naturalis imbecillior euadat, & corrumpatur: reserareq; meatus, & poros oportet, & materiam putrescentem educere, ne putredinali calore sanam partem inquinet: iccirco laudat serapinum, & farinam erui; possumus addere decoctum lupinorum, absynthii, dictamni, scordii, gentianæ, & huiusmodi: si aderit apostema, emplastrum conficiendum erit ex farina hordei, fabarū, erui cum aqua cinerum, idest lixiuio, aut aqua pura, in qua sit serapinum maceratum. Cum vero vulnus ad sanitatem peruenit, nempe in declinatione, atq; optimi puris signis apparentibus vinum coctum infundere oportet, & supertegere pannis calidis, atq; stringere; stricturam laudat in declinatione morbi; quoniam iam pus euacuatum est, concoctum apparuit, & detersum omnino est vulnus, quo tempore eget potius cicatrizantibus, & vnientibus, sicuti è contra in principio, neque astringere oportet, neq; cicatrizantibus vti; sed educantibus excrementa vulnerum, & concoquentibus, atq; detergentibus, ne ibi collecta excrementa sui acrimonia putredine, & sordicie, & febrem, & apostema, & spasmum, & putrefactionem inducant.

De Apostematibus, quæ accidunt neruis vulneratis. Cap. IIII.

I*Am scitur ex eis, quæ promisimus, &c.* iterum, vt exponit, studet Auic. curationē tradere apostematum, quæ superueniunt neruis vulneratis sicuti a Gal. sumpsit 6. methodi 2. & 3. de compos. med. per genera: Apostema quod superuenit, duplex est, vel est mediocre, vel validū, de hoc secundo tractat inquiēs, *si phlegmon est fortis inflammans valde, tunc oportet, vt administrentur in curatione eius medicinæ f. E& cum aceto, & lapidibus mineralibus quas dixi, & plurimum eorum est in tract. 2. med. secūdum genera.* semper enim medium debet correspondere morbo: extremis morbis extrema sunt administranda remedia. mediocri mediocria. at tractat de vehementi inflammatione, vehemens etiam præsidium in medium affert, quod correspondet indicanti; sed præterea non solum quid agendū cognoscere oportet; sed etiam rectam administrationem quando, quantum, quomodo, & vbi. proponit medicamentum hoc nempe Rec. calcanth. drach. j. & scrup. ss. draganthi drach. ix. ss scoriæ plumbi vnc. ij. & ss. corticum thuris drach. j. ss. bezart vnc. j. ceræ drach. vi. ol. vnc. ix. aceti fortis lib. ii. & quarta; *terantur medicinus siccæ, & infundantur cum aceto decem diebus, & soluantur, quæ soluuntur, & misceantur infrigidentur, ac agitantur motu exquisitissimo*, donec æquentur. Docet formam medicamenti, quod est admodum exiccans, refrigerans, & repellens, ex quo manifeste potest etiam vsurpandum. tum in principio gratia repellendi. tum in augumento gratia exiccandi influxum humorum, & quia sœpe cum inflammatione dolor annectitur, proponit etiam gratia doloris anodina inquiens, *oportet, vt destilletur super membrum infirmum ex oleo bis, aut ter in die*: oleū scilicet vt calidū, & humidū anodinū est, potest esse, & rosaceum, & violaceum, & amygd. instillari bis, aut ter in die, est quando agendum, quia sępe solet infestare, oportet etiā pluries repetere anodinum: superponitur postea lana infusa *ol. & aceto calefactis caliditate æquali:* nā & lana emollit, & lenit dolorē, & infusa ol. & aceto reprimit, repellit, & partim lenit dolorē. *æquali caliditate*, vt doceat medicamenta anodina prædita esse caliditate mediocri, & ęquali nō excedenti, quoniā & humanum corpus æquale est caliditate, *& nil deterius neruis, & nocibilius quā frigidum*, inter emplastra recenset factum ex aceto, melle, & cinere, & farina erui, aut farina fabarū, aut hordei: vltimo loco proponit emplastra tanquam etiam vltimo loco administranda: quia vtilius est ol. vel lana infusa aceto, & oleo quā emplastrū tum ad sedandū dolorem, tum ad reprimendū: quia emplastrū nimis calefacit, poros etiam cutis infarcit, & aggrauat partem dolentē: proponit illud quod conficitur ex aceto, melle, & cinere habens vim partim repellendi gratia aceti, partim resoluendi, exiccandi gratia cineris, & mellis, & partim leniendi dolorem gratia farinæ fabarum, & hordei: acetum, & repellit, & ad penetrationem conducit, vt materia influxa facilius exiccetur à melle, & cinere, atq; farina erui; farina vero præsertim hordei est refrigerans, dolorem lenit. fabarum vero detergit, exiccat; erui vero eo magis, vt hoc emplastrum, vt non solum in principio, sed magis in augmento conueniunt. ex his Chirurgus scitie poterit, quid agendum, & quomodo componenda sint medicamenta in singulo tempore inflammationis, & hæc de capitulo quarto, 1. Aphor.

De attritione neruorum, & eorum torsione. Cap. V.

C*Vm neruis aduenit attritio, tunc si non fuerint cum eo vulnera neque apostemata adhuc &c.* curat attritionem neruorum. Auic. & in tres partes diuidit provt attritio, vel simplex est vel vna cum dolore,

dolore, vel cum apostemate, & dolore, vel cum apostemate absq; dolore: quo ad primam partem, si attritio molestet absq; apostemate, sed vna cum dolore, oportet dolorem sedantibus vti: nempe oleo anethino calefacto, ol. de rutha, emplastra mellloti, maluauisci, emplastro ex pinguedinibus, ol. rosl. viol. cum pinguedinibus gallinæ, anseris, & ol. amygd. dulci: à tota substantia, & proprietate caro ostracorum mirabilis est, & coepa bis cocta, nempe in aqua elixata bis: deponit enim acrimoniam, & acutiem, & euadit optimum medicamentū dolorē sedans: si vero adfuerit vna cum attritione apostema, at dolor tamen ingens fuerit, oritur indicatio potius succurrendi, & opem ferendi attritioni, & dolori quā apostemati: idcirco nō oportet ea quæ rumpunt, vt aquam cineris, & similia, quæ solent admoueri in apostematibus, tunc vsurpare; sed eamet, quæ conueniunt simplici attritioni: si verò tertiò adfuerit attritio, & apostema, & magis vrgeat apostéma, quā dolor, oportet potius apostema curare, doloremq; eius sedare, quam attritionē, proponit in hoc casu plura medicamenta mediocria, mitia, & vehementia. primum confectum ex vuis, vino, pauco aceto, & oleo in maxima quantitate: pauca quantitas vini præscribitur potius ad penetrationē tanquam ad vehiculum, maxima vero quantitas olei, tanquam basis medicati sedantis dolorem, vua, & vinū ad neruos confortandos lana sordida imbuta his liquoribus superponitur, *& si fuerit hac læsio in iunčturis*, admonet Chirurgum à partibus affectis diuersis, diuersam etiam oriri indicationem, & curationem; nempe attritio nerui erit in parte carnosa: quia dolor non ita validus erit, & facilius tumor ad maturationem peruenit, leuiora etiam medicamenta administrantur. at si in iunčturis: quia neruosæ partes sunt, dolorem ingentem concitant, & symptomata grauiora: idcirco omne studium vt dolor sedetur medicamento, quod maturandi, & resoluendi cum stypticitate moderate valeat, vt semper ei, quod magis vrget incumbendum sit, videlicet si dolor non vrget, attritioni, & apostemati curam adhibe, si dolor magis infestet, anodina administra: pro apostemate aqua cineris, vt rumpatur, vulgo aqua fortis, vel capitellum, acetum, & vinum, & in declinatione apostematis, aqua cineris cum sorditie balnei simul mixta vtilis erit. in tertia parte, *quod si fuerint in cute vulnera, etiam tum necessaria sunt illa, in quibus sunt exiccatio fortis, & aggregatio, & strictura*: si præter attritionē, & apostema etiam vulnus aderit, oportet tunc exiccare vehementer stringere, & aggregare: medicamentum accommodatum erit farina fabarum, acetum, & mel. simul mixtū, validius exiccat, si addatur farina erui, vel rad. lilii. verum si curatio vulneris spernitur, saltem attritioni incumbendum erit, ne nerui apostemate afficiantur. Auxiliatur caro ostreatum, ceratum ex sale emplastrum olibani, & myrrhæ, & si dolor adfuerit, addenda pix, *caueat semper in torsione neruorū ab aqua, & non approximatur, neq; calida, neq; frigida*. frigida semper semper neruis inimica est: calida vero laxat robur eorum, sed erunt admouenda olea, in quibus virtus aromatica, & styptica vigent, & calefacta, vt calor nerui validior euadat, humor educatur, & calefacta magis penetrent, & calorem, & vires neruorum conseruent: species etiam aromaticæ optimæ sunt, vt ex cinnamomo, cariophilorum, nuce muscata, maci ciperi, & similibus, oleum phisticorum, addita cera, vt ex his doceat Auic. plures species attritionis curādas, vel simplices, vel annexas aliis: alia quidem pertinet curatio ad simplicem attritionem, alia ad attritionem cum apostemate. & alia cum vulnere, semper tamen si dolor infestet, ei est succurrendum. tanquam maxime vrgenti, & periculum inferenti, ne vires resoluantur, ne spasmus superueniat, ne inflammatio ue concitetur: humores enim ad locum attritum, & dolore affectum confluere solent. enumerauit, et medicamenta pro singula specie curanda maxime accommodata, & eorum rectum vsum, non sat est, vt Chirurgus agnoscat se posse adhibere medicamentum aliquod, nempe pro sedando dolore oleum anethinum, & ruta ceū, sed recta administratio huius medicamenti est animaduertenda, an calidum, vel frigidum actu, an in multa, uel in pauca quantitate, an semel, bis, ter ut in die. locus semper patet, vbi adest dolor, & attritio: circa quantitatem, modum, tempus, locum cōsiderare oportet, vt rationali methodo omnia administret; docuit etiā non solum medicamentum, & rectam administrationē, sed modum componendi, non casu, & empirico modo sunt simul conficienda medicamenta, sed arte, & ratione, pro vt affectus, & natura partis exigit, basis copiosa, vehiculum, mitius, & corrigens: idcirco vt supradictum fuit, olea in maxima quantitate posuit, acetum in minima, & vuam, & vinum in mediocri: quia oleum respicit sedationem doloris, quæ vrget, & indicat sui remotionem, & vt facilius penetret, acetum addidit; vinum vero, & vuam gratia naturæ neruorum: quia semper, tres illæ toties repetitæ indicationes, & tria illa indicantia sunt animaduertenda, vitalia, præseruatiua, & curatiua, vt satisfacere valeamus recta methodo, & medicamēto inueniēdo, & componendo, & adhibendo: natura partis sibi similia exposcit, substantia, & qualitatibus naturæ morbi semper contraria, et curatiua, natura causę præser uatiua, sed contraria substantia, qualitatibus et motu. Hæc pro expositione huius capitis.

De indicijs neruorum corruptorum, & de curatione, duritie neruorum, & eorum torsione. Cap. VI. & VII.

QVandoq; *accidit frustis neruorum corruptio hoc multoties accidit a verberatione, &c.* in primo capite breuiter enarrat signa neruorum corruptorum, & docet etiam modum curandi. si nerui corrupti sunt amplius non sentiunt, vel non mouent, & filamenta longa, et alba extrahantur: idcirco ne huiusmodi corrupti, & propinqua inquinent, docet iure merito Chirurgicū ipsos statim extrahere extractione leui, & mediocri. in secundo capite primo in prima parte enarrat causas, quæ duros neruos efficiunt. In secunda duritiem neruorum curat. Durities neruorum originē ducit, tum ab intemperie, tum à soluta vnitate, & tum à causis aliquando externis, intemperies calida, & sicca neruos indurat: aliquando soluta vnitas, & cicatrix, sed potissimum humores, fluentes vt pituita crassa uel melancolica, uel alii humores exusti, qui tendunt ipsū neruum, & ibi tenuioribus partibus dissipatis crassi euadūt: durities & à materia ipsa dura, & à minima copia aliquando prouenit: enumerat Auic. causas externas procatharticas verberationem scilicet & casum: quia verberatio, et casus dolorem inferunt, calorem excitant. vnde fluunt humores, & iam fluxi sui uel qualitate, uel copia indurant, cognoscitur durities tactu, cū premitur pars, & præsertim si stupor oriatur; stupor enim est quando non sentit pars, uel quando imminute sentit: quia facultas animalis sensitiua impeditur à duritie neruorum, *& cura duritiei neruorum, proxima est curationi apostematum durorum.* In hac secunda parte proponit curationem neruorum eandem esse cum curatione apostematum durorum. oritur indicatio duritiem emolliendi, intemperiem siccam humectādi, materiam crassam, & duram attenuandi. caueat semper Chirurgus in affectibus duris ne nimium calida administret, ne ve frigida condensantia, sed semper emollientia, & humectantia admiscere oportet, ne dissolutis tenuioribus partibus crassiores, & terrestriores remaneant, & duriores euadant, atq; tophaceæ: idcirco iure optimo primo dicit Auic. plura medicamenta emollientia se enumerasse in antidotario, & aliqua etiam ponit hic, & primo leue emolliens. Videlicet Rec. bdellii iudaici drach. x. muci

laginis maluauiſci, rad. lilij an. drach. ij. vuæ congelatæ & aquæ q. ſ. fiat emplaſtrum, bdellium diſſoluit, at mucilagines maluauiſci, & rad. lilij tanquam calida, & humida emolliunt, & duritiem tollunt; item rec. ammoniaci diſſoluti, & galbani aceto an. drach. iiij. euphorbii drach. j. fœcis ol. unc. ij. m. ammoniacū, & euphorbiū, & galbanum attenuant humores craſſos, & diſſoluunt, at fœx olei emollit. Item rec. ſem. maluæ, alteæ, ſem. lini an. unc. ſs. uini cocti q. ſ. fiat emplaſtrum, uel rec. diaquilonis ſimp. unc. j. ſtercoris caprini unc. s. ol. amyg. dul. q. ſ. m. hoc eſt ultimum in perfectione emollientis, & reſoluentis, ſtercus caprinum attenuat, exiccat, atque diſſoluit, diaquilon uero emollit. hæc tradit tanquam exempla medicamentorum, quæ ſolent uſurpari in tumoribus duris curandis.

De numero ægritudinum oſſium. Cap. VIII.

QVia ut plurimum nerui os attingunt, & mouent; ideo curatis affectionibus neruorum conſilium eſt Auicennæ in hoc capite 8. *in oſſibus autem accidunt ægritudines, &c.* enumerat ægritudines illas, quæ ad Chirurgum pertinent oſſibus contingentes, quæ quidem, uel dependent ex complexione corrupta, ſeu corruptione totius oſſis deperdita propria forma oſſis, uel ex ſolutione oſſium quę fit, uel inciſione, uel fractura, uel diſſolutione, uel putrefactione ulceratione, & excoriatione; *ſed in hoc loco*; in hac ſecunda parte capitis, ait ſe neq; de fractura, neq; de dislocatione agere uelle in tractatu ſequēti, nunc uero ſe uelle de alijs affectibus oſſium loqui auxilium quærentem à Deo tāquam à primo opifice; natura dirigente intuitū Chirurgi ad inuenienda accommodata remedia.

De ventoſitate ſpinæ, & corruptione oſſis. Cap. IX.

V*Entoſitatis ſpinæ cauſę ſunt humores acuti*: hic de ſpina uentoſa tractat, atque per cōſequēs de natura, atq; de cauſis eius: diuiditur igitur hoc caput in duas partes; in prima enumerat cauſas, tum internas, tum externas, quæ uentoſitatem ſpinæ producere poſſent; in ſecunda, & ultima colligit definitionem; ſed maioris, & facilioris doctrinæ gratia dicendum ſpinam uentoſam, ſeu uentoſitatem ſpinę eſſe morbū ipſius oſſis, dum ab aliqua cauſa interna os ipſum corrumpitur et deperdit unitatem propriam, et temperiem: hinc etiā efficiens, forma, et ſubiectum expendit: ſubiectum eſt os quod patitur: forma eſt corruptio ipſius oſſis, et præſertim temperiei, et unitatis, non poteſt oriri corruptio mixti alicuius, quin deperdatur temperies eius, mixtio, et unitas: dicitur uentoſitas. quia uidētur oſſa intumeſcere, et uento agitari, hinc ſequitur dolor non ratione oſſis: quia oſſa non ſentiunt, ſed ratione membranæ, et perioſtij, quod cingit os ipſum, hoc ſenſu exquiſitiſſimo pręditum eſt, et dum os corrumpitur; et intumeſcit; nimis diſtenditur; et ab humore corrodente ipſum; os etiam corrumpitur; et moleſtatur tanquam à nimis excellenti ſenſibili: efficiens cauſa vt inquit. Auic. ſunt humores acuti penetrantes in os. & corrodentes ipſum. hæc eſt immediata cauſa cōiuncta ſcilicet humores, huiuſmodi quidem acuti ſunt, penetrant os, dum nimis corrodentes, acres, calidi ipſum corrodunt, ipſius temperiem corrumpunt, & vnitatem ſoluunt, vt non mirum ſi improprie appelletur etiam vlcus: quia ſicuti propriè fit in parte carnoſa ab humore corrodente, ita etiam in oſſe corroditur ſubſtantia ipſius ab huiuſmodi humore, & aufertur continuitas ſubſtantiæ, & vnitas: hi humores, vel ſunt billioſi, vel melancolici aduſti, vnà cum ſero aliquo tenui, vel pituita tenui ſalſa, vel eſt tumor in cauernis oſſium contentus ibi putreſcens, & acrimoniam caliditatem tenuitatem adeptus. Sœpe medulla ipſa oſſium corrumpitur, & putreſcit: ſœpe etiam à venis deferuntur huiuſmodi humores, & ab hepate calidiori, vel à pituira ſalſa à capite demandata, vel aliquando à tumore circa os adiacente, qui diuturnitate temporis corrodit ipſum os: hæ ſunt cauſæ ventoſæ ſpinæ. Diſtinguitur à dolore iuncturarum: quia hæc eſt in carne, & ventoſitas ſpinæ eſt in oſſe: deinde quia corrūpitur os, & non caro, & per partem poſt partē egreditur fruſtum aliquod ipſius oſſis; ſegregatur igitur notis, & ſignis à dolore iuncturarum *dixerunt quidam*, improbat definitionem allatam ab aliquibus aſſerentibus ventoſitatem ſpinæ eſſe ſpaſmum in toto corpore propter vlcus, *& non affirmatur*, rationem non reddit: quia tacite ſupra cauſas enarrans ipſius ventoſitatis ſpinæ, etiam reſponſum dedit huius definitionis nō eſt propriè ſpaſmus: quia hic accidit neruis: non oſſibus; poteſt tamen contingere, vt propter dolorem, qui aſſociatur ventoſitati, ratione perioſtij per conſenſum; ſpaſmus oritur propter vlcus: hæc particula non in alijs eſt: quia vt dictum eſt ſupra, licet impropriè, adeſt vlcus in ventoſitate ſpinæ: attamen propriè loquendo vlcus potius pertinet ad partē ſarcologicam, quam ad oſiticam. hæc in hoc capite explicuit, in ſequentibus verò præſertim in xj. curationem affert, ſed primo in decimo de corruptione oſſis tractat, quia corruptio diſtinguitur à ventoſitate ſpinæ.

De Natura corruptionis oſſis atque ſignis. Cap. X.

C*Vm oſſi accidit corruptio &c.* De ſignis corruptionis oſsis pertractat, multaq; enumerat, quę educūtur, & à natura oſſis corrupti immediate 2. à cauſis corrumpentibus, & 3. à partibus circumiacentibus: verum quia ſigna conſequuntur eſſentiā rei, prius eſt dignoſcendum quid ſit corruptio, deinde pertractandum de ſignis patognompnicis ſeu dignoſticis 2. de ſignis aſſidentibus, & 3 de conſequentibus, & ſuperueniētibus oſſis corruptio: generice accepta, eſt permixtio naturæ ipſius oſſis ad non eſſe nullo ſenſibili remanente: *Corruptio quid ſit.* tranſmutatur, quia ſubſtantia nempe forma ipſius oſſis corrumpitur ad non eſſe ad nouam formā, quia non amplius eſt forma oſſis quæ aderat primo, nullumq; ſenſibile remanet, ſcilicet temperamentum, & quæ conſequuntur temperamentum, quia temperies oſſis, tenuitas craſſities, denſitas, color, & vnitas deperditur, & hæc corruptio eſt tranſmutatio, quæ pertinet ad ſubſtantiam, & ad nouam generationem: quia vnius corruptio, eſt alterius generatio, attinetq; ad prædicamentum ſubſtantiæ; ſicuti morbus ſymptoma; atque alteratio totius ad prędicamenta accidētum, & qualitatis pertinent: nū mutatur ſolum temperies quæ eſt alteratio ſecundum qualitatem: tantum & ſecundum magis, & minus intenditur, & remittitur: non eſt mutatio ſecundum locum, neque ſecundum augumentum, & decrementum, ſed tranſmutatio de eſſe oſſis ad non eſſe oſſis, quæ appellatur corruptio. & fit pluribus cauſis tum internis, tum externis ſed immediate à cauſa aliqua admodū excedēte calida, vel frigida, humida, vel ſicca, vel a tota ſubſtantia, vt venenum, vel aliqua corrodente, vel putrefaciente ſeptica, quæ vim habet diſſoluendi temperiem, & mixtionem oſſis: hæc cauſa, vel poteſt eſſe humor aliquis, vel temperies partium circumiacentium, vel aliquod apoſtema, & morbus: vel ab externis aer maleficus, vel aliquod medicamentum appoſitum, idcirco ſigna enumerat, quę vt dixi triplicia ſunt. primo ait *carnem ſuper ipſum os molleſcere, & mollem fieri*, quia cum os ſit corruptum, caroque oſſi adhæret, noxam patitur, & mollis euadit: quia etiam os mollius fit, neque poteſt caro proprium temperamentum obtinere, nam & ipſa incipit putreſcere contactu oſſis corrupti: 2. fit fœtida, & virulenta; quia facile cū craſſa ſit, & cum putreſcere poſſit, cumque fœtore corrū

pi

pi,oritur fętor,praua exhalatio qualitatibus primis, & secundis molesta olfactu, tertium signum est quia facil lime ad os tenta,seu specillum penetrat,& hoc probabi le signum,si caro est mollis,& putrida,fibræ etiam corru ptæ sunt, & facile penetrat tenta carnem , & os , quartũ signum est,ossis corrupti: quia specillum , seu tenta non inuenit,os durum lubricum,& renitens , sed lene , molle,facilem penetrationem præbens,sicuti cõtingit in carne putrida,& putrefacta;verum dum corruptio ossis est in principio non hæc signa exacte inueniuntur,sed cum omnino putrefactum est ; alia signa sunt, quæ in fieri in ueniuntur : alia quæ in facto esse, sicuti apparet in herbis, & plantis, dum nouellæ uigent, de terra ; quia diuersa est planta ab ortu, ac dum crescit,& in statũ perue nit,quando vero omnino corruptum est os,illa signa superius descripta apparent,imò tunc,& panniculus, scilicet periostium est corruptum,dum vero in principio om nia sunt debiliora,& imbecilliora,vnde Auic.doctissime inquit,*& illud propter corruptionẽ eius,quæ incepit*, scili cet iam in facto esse, *& illa quæ incipiet* , scilicet in fieri, quitũ signũ enumerat,*& cũ discoperueris eã ab eo*,s.car nẽ ab osse *inuenies os mali coloris*;impossibile quidẽ est, os esse corruptũ,& colorẽ album,& naturalem conseruare;quia deperdita est forma tẽperies , & quę cõsequũ tur temperiem:hæc sunt v.signa, quæ denotant secundũ magis,& minus ossis corruptionem in fieri, & deinde in facto esse; *& multoties antecedit ipsum apostema,& cor ruptio carnis aut membri in primis (mors deinde venit ad ipsum)* exemplificat in hac vltima parte exemplo. q. vt plurimum solet contingere , non semper tamen quia ab alijs causis corrũpitur os,& alia accidẽtia anexa habet sępe tamẽ apostema vnam assuciatur,& antecedit corruptionem carnis,& membri, & tertio , cum iam omnino corruptum est os,*mors venit ad ipsum* , scilicet corrumpitur omnino os,& corrumpitur membrum, quæ corruptio appellatur mors: quia corruptio quæ contingit mẽbro uiuenti,& animali mors,& interitus appellatur,quę vero contingit mixto inanimato potius corruptio generice dicitur , hæc sunt quæ veniunt expendenda , vt Chirurgus agnoscat quid sit corruptio in genere, quid corruptio partis viuentis,hominis & quæ signa in fieri, & in facto esse præsto sunt,sæpe enim os interius corrũpitur,& iam est corruptum à tenuibus , & malis humoribus,quod dignoscitur ex quatuor I. v.illis signis.

De Curatione ossis corrupti. Cap. XI.

C*Vratio corruptionis ossis est eius fricatio, ipsius destructio,aut eius abscissio, &c.* plures oriuntur indicationes pro corrupto osse curando, tũ præseruatiuæ à causis corrumpentibus,quæ indicant remotionem per contraria,tum curatiuæ,quæ indicant ablationem ossis iam corrupti, & curant corruptionem iam factam:omnis enim morbus,est in facto esse,eo magis corruptio,quæ pertinet ad substantiam , & deperditã formam: vitalis indicatio conseruationem naturalem similibus exposcit.sed materiæ,quæ possunt auxilium , & opem ferre,aliæ sumũtur,ab Auic.à fonte Chirurgico,et aliç à fonte pharmaceutico,3.verò exẽplificat per varias partes humani corporis , & primo fricatio , est si os leuiter corruptum , sufficit fricatio aliqua re aspera, & lima vt tollatur iam corruptum,& ipsius destructio , aut eius abscissio,aut abscinditur ascia,scalpello, aut ipsius serratura.scilicet serra, vertibulo,necessario est 1. fricare,& radere,tandem vero,si his non cedat corruptio,ferro candẽ ti cauterizare oportet,vsque ad os sanum,vt totum corruptum auferratur;inde frustula ossis cadunt:verum etiam medicamenta sunt vsurpanda, quæ corruptum os nimis exiccant,remouent,& in fusta,& cortices redigant,quæ si separantia, & segregantia siccitate,& calore partem corruptam à sana,de quibus medicamentis superius multa dicta sunt, vbi de fracturis sermo habitus fuit, Medicamentum est Rec. Aristolochiæ, ireos myrrhæ aloes, corticis opoponacis,scoriæ æris,corticis pini ana p.æ.mirabile est hoc medicamentum: verum si profundior fuerit corruptio : oportet os ipsum excauare , vel terebra vel alio ferro vsque ad medullam , & si medulla corrupta aderit,& ipsam adimere oportet, & exiccare medicamento,vel ferro candenti,vsque quo,& sana medulla,& os integrum,& sanum apparet:*verum quando est os corruptum* exempla quædam proponit,& notanda, ne aberret chirurgus,quia non omnia omnibus sunt accommodanda,determinata pars aliquando determinatam curationem exoptat,& quæ conuenit vni , alteri incongrua videtur:veluti si os coxæ, & anchæ aut spõdili dorsi fuerint corrupti,non est tentandum ossa ipsa ad sanitatẽ redigere supra positis indicationibus : ratio est,ne neruí lędãtur,ne venuca,& spinabis medulla afficiatur,qua læsa & spasmus , & alia symptomata superueniant,sed oportet inhibere tum medicamentis internis exhibitis reuellentibus humores,tum externis infrigidantibus,ne caro corrumpatur:infrigidatur epithematibus, quæ supra descripta fuere, velut empiasttum ex pentaphilo, sandalis plantagine,& similibus:nõ sunt tamen vsurpanda admodum infrigidantia, ne temperiem partis , & neruos corrumpant;sensumque,& calorem,sed quæ possunt resistere putrefactioni,repellere humorem fluentem, & attemperare:emplastrum etiam ex oxalide seu acetosa soncho oxilapato,cicoreo, & huiusmodi .

De modo serrandi os corruptum . Cap. XII.

PLures modos docet serrandi ossa corrupta: quia etiam plures sunt indicationes , & indicantia : alium modum serrandi indicat os discoopertũ cor ruptum : aliud os coopertum carne , & alium spondili dorsi:si caro cooperit,& tegit os corruptum , oportet vt caro sensim auferatur , & deinde postea serra auferatur os:si vero os costæ aut aliud os sub quo est tunica,sit serra auferendum, caue,ne partes vicinæ tangantur , ideo laminam sub imponit : præterea si caro fuerit discooperta absque alia cautela ex omnibus lateribus serrari poterit os. vnum tñ notadũ affert,respectu iuncturarum, & vicinitatis partium nobilium, primo non est serrandũ os cum propè iuncturas adest potius sensim , & sensim est extrahendum: pariter si nobilem partem attingat: un de,& caput coxæ,& anchæ , & spondylorum serra non auferuntur, sed potius sensim abstrahuntur, ex his Chirurgus discere valet , quid indicent partes & difficiliæ quõ sunt administrandæ : sæpe quidem sicuti os corruptum indicat sui remotionem serra, ita nobilitas partis , & vicinarum prohibet,& tutiorem modum indicat admouendi remedium,& os corruptum tollendi:virtus tũ partis tum vniuersi aliquando prohibet , aliquando etiã deformitas partis, semper tamẽ, quæ neruos lædũt,sunt administrãda, & quæ non solum saluti,sed concinnitati, & pulchritudini respondeant:nam nobilissimi ægrotantes sæpe sæpius mortem exoptant, quam deformem habitum corporis , vel membri : sit igitur dexteritate Chirurgus, & prudentia præditus in his moliẽdis extremis remedijs,vt cum iocunditate, & securitate mederi valeat.

De extractione frustulorum , & reliquiarum ossis fracti seu corrupti . Cap. XIII.

ETiã in cõsolidatis vlceribus Indicationes pariter, & indicantia,quæ sunt peragenda in frustulis ossis corrupti,vel fracti admonet , & remedia omnia ad extrahenda ipsa,frustum ossis , cum segregatum sit,omnino indicat sui remotionẽ : quia nequit amplius con-

conglutinari, sed expellitur, & denuo soluit continuum in 3. partes caput hoc diuiditur: in prima docet regulam vniuersalem in secunda aliam regulam, cum expellitur à natura in 3. *si autem vis scire, &c.* medicaméta proponit, quæ solent facilem exitum præbere frustis. regula est uniuersalis, vt cũ frustula sint ossis potius *dimittantur naturæ*, quæ facilius tutius ea foris extrudit, quam chirurgus extrahat, tempus natura cognoscit separationis quando scilicet à carne, & alijs annexis sunt omnino segregata, quæ Chirurgus interne dignoscere nequit, nam si violenter extractum est, inducit vlcera fistulosa, ob doloré, ob spasmum, & ob fluxum humorum, qui dolore, & calore attracti illuc fluant: *quum ergo expellit ea natura ad cutem*, regulam particularem, & indicans particulare proponit nempe quid agendum, quando natura ad cutem expellit frustula illa, & iam apparent, & iam separata sunt, tunc extrahe, & iucũde amoue illa, *deinde locum incarna*, & malum cura: signum est tunc naturam vincere, & concoquere, & expulsiuam vim quod superuacaneum est posse expellere: ita contingit in morbis quia ab humoribus pendent, cum sint concocti humores natura facilius, vel p sudoré, vel vrinã, vel aluũ expellit, ita cũ cõcocta sunt in vlcere excrementa & frustula illa ossis omnino separata, absque dolore emittit, segregat, & expellit cito, illis amotis incarnare oportet, vt calor partis conseruetur, & statim ad sanitatem ducatur, & ne maior imbecillitas membri oriatur, iterum docet propter causas superius allatas non esse cum violentia extrahenda frustula illa: in tertia proponit medicamenta quæ facilitãt extractionem nimis exiccando, & segregãdo siccitate ossa, & à carne, & ab alijs ossibus primo R. olei veteris, ceræ citrinę, fordiciei vasorũ apum an. drac. j. euphorbij vnc. j. lactis tithymali, aristolochiæ an. vnc. ss. m. vel R. amoniaci, & bdelij dissoluti an. vnc. j. ol. de lilio q. s. fiat emplastrum. Hęc sunt duo medicamenta vt inquit Auic. quæ extrahunt ossa cum velocitate, & facilitate, scilicet tuto, cito & iocunde, quæ tria sunt duo: nam facilitas respicit, & iucunditatem, & securitatem, sicuti velocitas breuitatem temporis: & hæc Chirurgus animaduertere debet, vt ei ex voto omnia succedant.

De Medicinis fracturæ ossis. Cap. XIV.

FRactura, est soluta continuitas ossis in plures partes diuisi, aut per transuersum, aut per lõgum: cui curationi duo potissima remedia accommodantur manus, scilicet Chirurgica præsidia, & pharmaceutica sed in hoc capite medicamenta tantum proponit potissimum tria mitia, mediocria, & vehementia, quæ indicantur à fractura à soluta vnitate ossis indicante sui vnitatem: vtiuntur medicamentis exiccantibus, aut callum gignentibus inter os & os, de quibus plura in trac. proprio de fracturis dictũ fuit: & primo Rec. myrrhæ, mes, an. drac. x. aloes, maluauisci albi, acaciæ an. drac. v. luti drac. xx cum albumine oui fiat emplastrum, & ponatur præsertim si aderit inflammatio: albumen oui refrigerat, acacia refrigerat, & astringit: aloes, & lutum exiccant, & mirrha: valodius medicamentum proponitur aliud Rec. foliorum aletil, cupressi, myrthi, salicis an. m. s. coquatur, & pistentur: deinde adde gallæ, rosæ, cæparum narcisi, sandal. rub. boli armenæ, laudani saufel. Kamaha altheæ, acaciæ, meliloti, sampsuci an. drac. j. m. & cum prædicto decocto, & herbis contusis fiat emplastrũ uel R. mes excorticatorum drac. xx. balaustiorũ acatiæ drac. j. m. & est valde forte; probantur etiam folia myrthi, laudanum, gallia, crocum, & lutum: et iterum Rec. mugath, mes, altheæ, acaciæ, luti, aloes, myrrhę, an. drac. ss. cum aqua myrthi q. s. m. fiat emplastrum: limatur quę pars fracta, præsertim in principio habet vim, & repellendi, & exiccandi. Hæc sunt quæ Auic. in trac. 4. de solutione continuitatis neruorum 14. capitibus tractauit & summe vtilia Chirurgo breuissime collegit.

TRACTATVS DE VVLNERIBVS.

De subiecto, fine, vtilitate Chirurgiæ. Cap. I.



MEdicina inuenta est experiẽtia, queęst ob seruatio eiusdem rei sæpe visæ, sectam Empiricorum formauit, constituta verò deinde ratione, & experientia sectã rationalium produxit, quæ causas affectuum, signorum, & curationis speculatur, demum Methodica secta in lucem edita est, quæ ex communitatibus perspicuis, & manifestis sensui, scilicet stricto, & laxo originem duxit: inter rationales Medicos Chirurgici constituendi sunt: nam tota rationalis medicina quo ad partem curatiuam triplex est, alia Diætetica circa victus rationem versatur; alia Pharmaceutica circa medicamenta; alia Chirurgica circa manuum opera; sed quęlibet harum partiũ bifariam perpenditur, vel pro medio tantum, quo consequimur sanitaté, vel pro arte, & medio: i presẽtia Chirurgia secundo modo considerabitur, quæ est ars, qua sanitas præcipue externarum partium corporis humani quo ad compositionem, & vnitatem aut temperiem præsens conseruatur, vel amissa recuperatur (manuum opera): cũ sit ars, est recta ratio effectiua, quæ opus externum humano corpori intendit, sed distinguitur ab alijs medicinæ partibus: tum quia solum circa compositionem partium, & conformationem in debita magnitudine, figura, situ, numero, superficie, cauitatibus, laxitate, raritate, densitate versatur: tum in debita, & conuenienti vnitate partium constituitur, vnde si compositio, & conformatio, & vnitas, non excedit, neque deficit à statu naturali, tunc sanitas, quæ pertinet ad Chirurgum, præsens, est, si aliquo pacto vitietur, est recuperanda: præterea distinguitur ab alijs potissimum medio, & instrumento, quo sanitas præsens conseruatur, vel amissa recuperatur, quod est manuum ministerium, constans in sectione partium, suitione, & adustione, vstione ferro, vel medicamentis, distractione, appositione plurium medicamentorum, frictione, ligaturis, & pluribus alijs: Subiectum itaque huius artis chirurgicæ erit humanũ corpus quo ad partium externarum compositionem, & vnitatem sanandum, & finis chirurgici aderit sanitas externarum partium circa compositionem, & vnitatem præsens manu tenenda, vel deperdita resarciẽda: sed subiectum Chirurgicum constat ex quattuor humoribus sanguine, pituita, melancolia, & bile, & ex tribus spiritibus vitali in corde, qui calorem vniuersi corporis, & motum arteriarum, & cordis souet, animali qui in cerebro diffunditur sensuum & motuum origo, & instrumentum, naturali, qui in hepate, & venis animæ vegetatiuæ organum apparet: præterea ex partibus solidis, quæ plures sunt in vniuerso corpore similares, dissimilares, spermaticę, sanguineę atque mixtæ; in quarum symmetria qualitatum, compositione, & conformatione atque vnitate potissimum sanitas reperitur: nam in spiritibus, & humoribus sanitas subiectiue non adest, sed tantum effectiue.

Subiectũ Chirurg.

Finis.

Verum quoniam à simplicioribus, & facilioribus est incohan-

inchoandum, vt docet Gal. in primo Met. à Vulneribus exordium erit sumendum: deinde ab vlceribus, postremò à tumoribus, & luxationibus; sed in his curandis, affectibus desideratur Chirurgus iuuenis, præditus ratione, & experientia, manuum firmitate, & robore, oculorū acie exquisita, animi fortitudine, & constantia; cum pręterim vtilissima, & præstantissima sit ars Chirurgica, & inter partes Medicinę origine secunda: primo enim victus ratio excelluit, dum statim orti comedere, & bibere natura consueuimus, secundo homines altercantibus erratis in victu, iniurijsq; externis, vulneribus, vlceribus, tumoribus, & luxationibus correpti fuere.

Chirurgi qualitatis

Vtilitas ãtiquitas & præstanzia Chirurgie.

De Vulneribus in genere. Cap. II.

VVlnus à Gal. & Hip. quadrupliciter usurpatur sępe ab his confunditur cū vlcere, & primo nomen vulneris accipitur pro qualibet noxa, & affectu, vnde 3. de articulis, & alibi dicitur ab Hip. oēm morbum esse vlcus. secundo accipitur pro soluta vnitatę inflicta carnosis partibus. tertio pro soluta vnitate incisione facta. quarto, & vltimo erit accipiendum vulnus pro qualibet soluta vnitate partium omnium solidarum præter ossa, quæ Vulnerata potius fracta dicuntur, & fractura affici, & non solum incisione, sed punctura, contusione perforatione & ruptura, qua propter vulnus erit soluta vnitas partis mollis humani corporis propter vulnerans. Equidem hæc diffinitio, constat ex genere, quę est soluta vnitas in facto esse, non solutio in fieri, vt in doloribus: partes vniuersi corporis à formatrice, & alteratrice, ita vnitæ sunt, vt vnum quoddam constituant, quæ si distinguantur ab vulnerante instrumento, fit soluta vnitas, quę vt distinguatur à fractura ossium, causa materialis, quæ habet rationem differentiæ, enumerata fuit: quippe (partes molles humani corporis;) etenim in humano corpore partes duæ sunt, aliæ duræ, vt ossa, quæ fracturam patiuntur, aliæ molles, quæ vulneri obnoxiæ sunt, vt caro, neruus, arteria, venæ, musculi, ligamenta tunicæ, glandulæ; & partes dissimilares, cerebrum, cor, hepar, ventriculus, intestina, renes, vesica, vrinaria, testes, & adhuc magis dissimilares, vt tota manus, cubitus, humerus, crus, coxa, & thorax, abdomen: causa efficiens vulneris est, (vulnerans instrumentum) quod est mouens motum, vel immobile, & omne mouens, aut mouet tractu, aut pulsu: idcirco quinque causæ, seu sex, quæ annumerantur à Galeno, & Auuicena, scilicet instrumentum pungens, perforans, secans, contundens, rumpens, distrahens ad duo rediguntur impellentia, & trahentia, vel ad tertium ex his duobus mixtum impellens, & trahens simul: nam instrumentum pungens, & perforans facit solutam vnitatem pulsu, secans etiam pulsu, pariter diuellens, attractu verò forcipes, & alia instrumenta adunca, quæ annexa corpori valeant attractu vnitatem soluere: præter, hæc distinguitur vulnus ab vlcere proprie, cum vlcus à corrodente succo interne genito, vel externe applicito fiet; vulnus, vero non à corrodente, & abradente materia sed à vulnerante aliquo horum modorum supra enarratorum, vt cauterium seu fonticulus, ab acri medicamēto inustum potius vlcus fit appellandū quam vulnus, quāuis alij aliter sentiant, generica vulneris essentia explicata, scilicet forma materia & causa efficiente.

Definitio.

Differentiæ species vulners sunt depromēdæ, quæ proprie ab essentia vulneris fluunt, & triplices sunt primæ dicuntur formales exortæ à soluta vnitate, quæ cum quātitatem adnotet continuam, & disiunctam, producit has differentias, vt vulnus aliud sit longum, vel breue, magnum, vel paruum, profundum, vel superficiale, æquale, vel inæquale, figura orbiculari, vel triangulari: vel aliæ à parte affecta oriuntur tot differentię, quot sunt partes, sic aliud est vulnus nerui, aliud arteriæ, aliud cutis, aliud carnis, &c. à causa efficiente proprie etiam oriuntur differentiæ, vt aliud sit causa vulnerans pulsu, aliæ tractu, reliquæ, verò differentiæ vulnerum, non proprie à natura emanant; sed ab accidentibus externis, & per accidens adiunctis, vt veluti à tempore, vt aliud sit vulnus recens, aliud vetustum, aliud inflammatum, & tumore vexatū, aliud non, aliud malignum, & venenatum rebelle, & cacoethe, aliud benignum, & facile sanabile, aliud cum profusione sanguinis, aliud nō, aliud cum ablatione partis; aliud sine deperditione eius; sed de his differentijs, quæ ab accidentibus superuenientibns oriuntur posterius erunt aliqua expendenda.

Differētia

Indicationes, seu intentiones pro vulnere sanando pariter ab essentia vulneris emanāt, & potissimum à forma & materia: idcirco duæ sint curatiuæ à soluta vnitate, quæ est morbus in facto esse, & indicat sui curationem, & vitales, quæ à natura partium nascuntur & custodiūt tutelam illarum similibus conseruandam expostulant: quot enim sunt partes, tot temperamenta compositiones & vnitates obtinuere à natura, sed prima indicatio curatiua à soluta vnitate exorta est, vt soluta vnitas vniatur quæ pluribus modis à Chirurgo vniri debet, vt labia disiuncta simul denuo cohęreant, & nequid intercidat imprimis potest vniri sutura, fibulis, & ligatura, & demū medicamentis exiccantibus, quæ proprie non vniunt: quoniam vnitio est opus naturæ non medicamentorum, sed hæc remouent impedimenta, quæ in vulnere contingere solent; natura enim ad partem vulneratam ratione vel vacui, vel doloris, vel caloris, vel etiam ratione tutelę solet sanguinem ad vulneratam partem transmittere: ex hoc verò duo excrementa gignuntur tenue, quod concoqui exoptat: vnde concoquentia medicamenta seu digestiua appellata adhibentur; alterum vero excrementum crassum, & sordidum abstersiua, seu mundificatiua, seu detergentia medicamenta indicat, remotis his impedimentis cicatrizantia medicamenta, quæ sicca sunt, & exiccantia administrantur: nam cicatrix est caro de nouo genita, quæ cum mollis sit, & cutis vicem gerere debeat valida exiccantia, quæ vnitatem conficiunt esse debent, si vero vulnus non per primam intentionē, quæ simplex est vnio absque medio, sed per secundam, quæ est vnio cum mellio, scilicet cum noua carnis regeneratione fieri debeat, carnem generantia, seu sarcotica expetuntur: vltimo cicatrizantia repleta cauitate à carne iam producta. Instrumentum vulnerans cum sit externum nihil indicat ex vsu artis, cum indicatio solum hauriatur à re pręsenti in corpore. indicationes, vero ab alijs speciebus vulneris formalibus, & materialibus atque superuenientibus, accidentibus particulatim propriis capitibus erunt enarrandæ: nam in hoc primo tractatu natura vulneris generica, & eius generica curatio in mediū affertur, pro vt est simpliciter inciso absque deperdita substantia carnis.

Cicatrix.

Præsagium tripliciter consideratur, primo an ager sit sanandus, vel moriturus. 2. an breui, vel longo tempore 3. an materiæ remediorum inueniantur, vel nō pro vulnere sanādo; idcirco si quæratur in præsagio seu prognostico, an ęger sit moriturus an ne, ante indicationes locādum pręsagium, ne inutiliter depromantur indicationes, si æger interiturus esset; si verò expetitur an materię præsidiorum inueniantur, hoc loco ponendum est pręsagiū, quod à collatione virium corporis cum actione vulneris emanat: nam si actio vulneris ita potens erit, vt vires ægri vincat, morietur æger, si vero e contra sanabitur; si ęqualis erit pugna, erit actio dubia, & victoria; magna erit quidem actio vulneris, aut propter magnitudinem ipsius, aut propter præstantiā partis, aut propter cacoetiā, seu malignitatem, si vero his tribus careat vulnus, actio erit debilis, seu mediocris, vnde in præsentia præsagium depromitur, & à soluta vnitate & à parte molli 3. ab accidentibus annexis; si vulnus erit longum, magnū, profundum, rotundum, difficilius erit curatu, quam si paruum, breue superficiale, & rectum, si pars erit ignobilis, vt cutis, & simplex caro, periculum non minatur, si vero nobilis, atque præstans, vt cerebrum, cor, hepar, testes, &

alia

alia, mortem portendit. Annexa vero accidentia vt dolor vulneratæ partis, profusio sanguinis, inflammatio, venefica labes, tumor, conuulsio, & huiusmodi, quo grauiora, & sæuiora insultant, eo magis periculosa, & lethalia euadunt; & hæc de generico vulneris præsagio.

Nunc verò postremo loco agēdum est de materia pręsidiorum seu causis salubribus, quibus vulneris sanitas recuperatur; & hæ materiæ auxiliorum a triplici fonte deducuntur à Chirurgico, pharmaceutico, & Diætetico: primus in lucem ponit omnia remedia chirurgica ferro, vel manu præstanda, sectio seu incisio venæ, & arterię, et carnis, membrorum amputatio, vt cucurbitularum cum scarificatione appositio, hyrudinum administratio, cauterium, frictiones, ligaturæ, puncturæ, pilorum euulsio, ferulis percussio. Pharmaceutica, vero præstat medicamenta, & aluum lenientia, & totum corpus euacuantia, Clysteres: deinde alterantia, & concoquentia, & corroborantia; externa vero emplastra, cerata, vnguenta fomenta humida, & sicca digestiua, mundificatiua, sarcotica, repellentia, intercipientia, defensiua, reuulsoria, deriuantia. Diætetica in medium affert rectam victus rationē instituendam in sex rebus non naturalibus videlicet cibo, potu, somno, vigilia, motu et quiete, inanitione & repletione, animi accidentibus & aere, vsuque venereorū: atque horum omnium rationalem vsum, & administrationem circa quid, quātum, quomodo, quando, & vbi, etenim singulum remedium tā chirurgicum, quam pharmaceuticum, & Diæteticum expostulat, vt adhibeatur quando cui, quantum, quomodo, & vbi oportet, quæ omnia diligentissime à Medico sunt præscrutanda, vt tuto cito, & cum iocunditate, vt inquit Gal. medeatur.

Cura simplicis vulneris petenda est, vt supra diximus à duabus indicationibus satisfaciendis a soluta vnitate, & à parte læsa, & primo læsa pars sui salubritatem indicans, exposcit, ut conseruetur eius temperamentum similib. qualitatibus, & ne humor copiosus ad ipsam fluat, quare ad hunc fluxum humorum animus est dirigendus: nam non solum partem salubrem reddit; sed prohibet, ne soluta unitas agglutinetur: gratia ergo tū partis; tum solutæ unitatis compescendus est humorum fluxus præsidiis, tum chirurgicis tum pharmaceuticis, tum dięteticis: compescitur profectò reuulsoriis auxiliis, repellētibus intercipientibus, & incrassantibus, & deriuanti-

Reuellētia bus. Reuulsoria pręsidia dicuntur ea, quę humorem fluētem ad locum vulneratum à termino à quo fluit, in partem oppositam secundum rectitudinem vasorum retrahunt, vt si vulnus erit ante, reuellitur retro; si in latere sinistro ad dextrum, si sursum deorsum; si intus ad extra: animaduertitur tamen semper oppositio secundum vnum diametrum, non secundum omnes: nam nimis tarda foret reuulsio.

Repellens. Repellens vero medicamentum respicit terminum ad quem fluit humor, & huic loco applicitum retro impellit humorem fluentem. nam frigidum, & siccum atque astringens est, vt his valeat poros astringere, & venas, ne aditum humori præbeant.

Intercipiētia seu Defensiua. Intercipientia ferè dicuntur illa medicamenta, quę habent vim repellendi adstringendi, & comprimendi uasa, ne humorem admittant; Vulgo defensiua appellantur; Incrassantia uero potius internè per os exhibentur, & sunt refrigerantia omnia exiccantia, & adstringentia: nam cū humores fluxui accōmodati potissimum sint, bilis, & sanguis tenuis, dum incrassantur, & refrigerantur non facile mouentur, & hac ratione humoris fluxus compescitur, pręterea etiam uenas adstringunt, & vniunt.

Deriuantia. Deriuantia vero sunt illa medicamenta, quę à loco propinquo parti affectę educunt humorem, vel fluentem, vel iam fluxum; uerum materie horum pręsidiorum, & rectus usus erit exponendus, & primo ex Hippocratis sententia primo de fracturis, & Gal. 4. meth. 6 duo sunt potissima remedia reuellentia, sectio uenę, & medicamentum purgans, sed ne Empirice curatio instituatur tunc erit secanda uena, quando magnus affectus erit in sangui-

De secanda Vena. ne, qui quidem magnus esse potest, uel propter propriā magnitudinem essentiæ, uidelicet quando nimis copiosus sit sanguis, ut uasa distendat, & repleat, uel quando nimis fluat, uel quando qualitate uitiosa nimis calida, tenui, uel a tota substantia uenenosa, putrida sit infestus, uel erit magnus affectus propter pręstantiam partis uidelicet quando sui pręsentia lędit aliquam principem partem, uel tertio erit magnus affectus quando cacoetia scilicet malignitate præditus erit; his decausis sanguis mittendus est, per sectam uenam, sed oportet etiā ut permittentia sint, uidelicet ut uires corporis permittant, & Adoloscentię, usque ad decimumquartum annum, & senectutis non habent uirtutem ualidam pro sectione uenę sustinenda ex Gal. sententia: sed Cęlsus, & Rasis asserunt aliquando inueniri robustum senem, & ualidum puerum, & infantem quibus tuto sanguis per uenam incisam detrahi potest, quod tamen summa cum prouidentia, & raro faciendum est: quoniam non solum uires pręsentes animaduertere oportet; sed etiam futuras, & perseuerantes usque ad morbi sanitatem: secabitur igitur uena quando uires ualidę permittent, & indicans, scilicet affectus magnus in sanguine præsens erit in ęgro vulnerato, quantitas sanguinis mittendus erit pro robore virium permittentium, & quantitate, & uehementia indicantis: nā si magnus est insultus ipsius sanguinis; atq; vehementiæ, in magna copia est mittendus videlicet vsq; ad lib. unam, vel duas, & tres, si mediocris in mediocri quantitate; si parua in parua quantitate: quomodo verò sit detrahendus, vel foramine amplo, vel stricto, indicatur à sanguine qualificato scilicet crasso, vel tenui, nam crassus eget amplo foramine, tenuis vero stricto: vires etiam, & tempus anni permittunt, vel prohibent; vires debiles strictum foramen expostulāt, ne inaniātur spiritus, fortes verò, & validæ permittunt amplum foramen, æris caliditas, vt in æstate adiuuat tenuitatem sanguinis, hyemis frigiditas fluxum prohibet, quare foramen amplum erit faciendum: præterea tunc temporis erit secanda vena, quando præsens aderit indicans, & nihil prohibet, vt primis diebus inter initia morbi statim est secanda vena: nam ex Hip. primo aph. *29. 2. aph.* in principiis morborum, si quid videtur mouendū moue, tardare autem malum quapropter incidenda erit vena primo vel 2. die, vt inhibeatur fluxus sanguinis, qui statim ad vulneratam partem solet profluere, tum transmissus pro tutela illius partis; tum attractus à parte vulnerata calida dolore affecta, & vi vacui: solent inhibere sectionem venæ aliquando excrementa in primis viis cōtenta. ideo primo aluus lenienda est clystere, vel aliquo leniente medicamento, nisi impediat virium lapsus, animi deliquium, vt virium restauratio expectanda sit; tempus particulare erit saltem per horam vnam, & mediā ante cibum, quod vt plurimum obseruandum est, vbi verò, cum plures venæ sint in vniuerso corpore inciden- *Quę vena secanda* dæ, erit animaduertenda illa vena, quæ ab opposito loco partis vulneratę sit locata, & ea incidenda: nā sanguis ibi subsistens incipit fluere ad vulneratam partem; quare ille retrahendus erit: si igitur vulnus fuerit in thoracis parte sinistra, cum incipiat fluere ab hæpate, tundenda erit vena brachii dextri, vel pedis sinistri; reuellit enim à supra ad infra recto tramite, per diametrum longitudinis: pariter si vulnus inflictum cruri, vel coxæ sinistrę, detrahitur sanguis à brachio sinistro, vel à pede dextro: solent Medici Gal. & Hipp. humanum corpus pro secāda vena diuidere in duas partes videlicet supra renes, & infra renes, & plurimum vulnera infra renes expostulāt sectionem venarum poplitis, & pedis. Hoc tamen notandum aliquando tantam esse copiam sanguinis supra renes ratione iecoris officinæ sanguinis, vt etiam sanguis sit mittendus primo per venas brachiorum sectas, & postea per venas poplitis, & pedum saphenas: si uulnus uerò supra renes erit, per cubitorum uenas erit extrahendus: in mulieribus enim & etiam uiris gratia reuulsionis à uenis pedum etiam educitur.

Pueris d[...] quando [...] senibus v[...] na secan[...]

Non solum venæ sectione, sed crurum scarificatione,

Scarificatio crurũ. cucurbitulis, & hirudinibus sanguis reuellendus est, & euacuandus, scarificatio igitur crurum est incisio satis profunda, & longa cutis, & carnis cruris; adeo vt sãguis fotu spongiæ imbutæ aqua calida large fluat, prius tamen, quàm sectio administretur, ferulis, & virgulis cœditur illa pars, vt quasi stupore afficiatur, vt tumore crescat; hoc remedium potissimum est administrandũ pueris, senibus, & mulieribus, si menstruæ purgationes deficerent, vulnus supra inflictum fuisset, & uires non admodum potentes essent: hirudinum etiam applicatio sanguinem reuellit, præsertim si impetus ipsius sanguinis non admodum vehemens sit vel ad anum, & vires non validæ, ætasq; puerilis, vel vteri gestatio, vel huiuscemodi alia phibeãt; nã in pueris infra xiiij. annũ, & prægnantibus, vel mediocri fluxu sanguinis infestante hirudines applicantur venis brachiorum, vel pedum: aliquando etiam venis narium, vel post aures, & venis hæmorroidalibus circa anum: rectus vsus harum hirudinum videlicet quando, quantum, quomodo, & vbi sint administrandæ, superius dictis de venę sectione patet; reuellitur etiam sanguis cucurbitulis scarificatis applicitis modo partibus supernis, modo infernis, pro ut pars vulnerata inferna, vel superna erit; quarum administratio potissimum accommodata videtur pueris, & mulieribus, & etiam aliquando loco sectionis venæ, & præsertim si non validæ, & robustæ essent vires, vel impetus sanguinis mediocris foret, vel prius secta fuerit vena, & ne denuo reiteretur propter virium imbecillitatem cucurbitulæ sunt affigendæ, habent magnam vim attractu sanguinem compescendi: postremo sunt administrandæ cucurbitulæ sine scarificatione locis longinqua fluxione tentatis, et maxime inter se cõsentientibus venarum concursu; vt si vulnus sit circa vterum, cucurbitulæ manibus appositæ retrahunt sanguinem, è contra si vulnus circa manus esset, sunt apponendę cucurbitulę regioni vteri. his circa sanguinis detractionem expositis; sciendum frictiones, et ligaturas admodum conferre ad sanguinis detractionem, & Chirurgica esse præsidia.

Hirundines.

Cucurbita scatificata.

Cucurbita non scarificata.

Electiua purgatiua. Inter pharmaceutica præsidia medicamenta euacuantia sunt præponenda, quæ appellantur electiue educentia, seu euacuantia à proprietate formæ, et à tota substãtia: nam cum humores alieni à natura sanguinis magno aliquo affectu excedentes, vel propter essentiam, vel pręstantiam partis, vel cachoetiam, et malignitatem mediate, vel immediate lędentes copia, motu, vel qualitate indicent, ac præmostrent sui euacuationem; tanquam admodum noxij humano corpori: ita in præsentia, cum fluant ad vulneratam partem, vel immineat periculum fluendi, statim inter initia sunt expurgandi, et eo magis Hipp. et Gal. lib. quos, et quando purgare oportet, asserunt tenues, & serosos humores inter initia esse euacuandos: crassos uero, & lentos prius esse concoquendos, & extenuandos: idcirco initia quando tenues, & serosi humores fluere solent, statim erunt educendi medicamentis purgantibus, & magis si abundauerint in corpore vulnerato, quod perspicuum erit; si tẽperatura ægri erit calida, & sicca, & tempus anni calidum: euacuat tenues humores scammonium, reubarbarum, mãna, & syr. ros. sol. senna, elect. de succo ros. cassia, vt si non aderit febris, poterit exhiberi huiuscemodi medicamentum syr. rosati solutiui vnc. iij. elect. de succo ros. drach. ij. decocti cordialis. q. s. m. & p. b.

Tenues, & serosi humores inter initia purgãdi.

Si verò febris aderit, tempus anni calidum fuerit, vel ætas prohibeat puerilis, vel temperatura ęgri admodum calida, reuellendi sunt humores mitiori medicamento, q̃ vocatur leniẽtia, vt ℞. floris cassiæ no. extractæ drach. x. pulpæ tamarind. drach. ij. m. f. b. cum nebulis. Si in potione æger medicamentum cupiat ℞. syr. ros. solut. vnc. v. seri caprini depurati. q. s. m. f. p. Exhibet aliquãdo Hipp. collocyntidem, & elleborum, pro reuellendis humoribus. Sed cum hæc medicamenta sint vehementissima, cauenda sunt, nisi maxima vrgentia indicet horum exibitionem, & erunt exhibenda correcta. Videlicet ℞. ellebori nigri præparati drach. j. ß. colocyntidis præparatę, seu trochiscorũ alandal, q̃ idẽ est drach. i. cinam. scrup. s. ponẽda sũt sẽper aliqua aromata, vt huiusmodi medicamenta corrigantur, fiat inf. s. a. in decocto florum, & fruet q. s. & facta diligenti expressione adde syr. ros. sol. vnc iiij. m. f. p. b.

Quando verò erunt exhibenda medicamenta; duo sũt tempora, primo dum fluunt humores: nam in præsentia loquimur de medicamentis pro succis reuellendis; & deinde si medicamenta sunt vehementissima, ieiuno stomacho sunt administranda horis quatuor saltem ante cibum; si verò sunt lenientia, quæ maxime familiaria sunt naturæ, ut cassia, & manna, hora ante cibum sunt administranda. Clysteres etiam vim reuellendi obtinẽt. ideo cum alij sint mites, alij mediocres, alij vehementiores, erunt inijciendi pro impetu, motu mediocri, vel maximo, & humorum fluentium, & pro virium imbecillitate, & robore; atq; ætate ægrotantis. Mites clysteres erunt parati videlicet ex lib. j. decocti com. vel ex lib. j. s. cum hordei, vel seri caprini vnc. iij. mellis ros. simpl. olei ros. vnc. ij. salis p m. pro clyst. Mediocris erit videlicet ℞. decocti boraginis, buglossæ, lactucæ, acetosæ, prunorum violarum. Mercurialis, betæ lib. j. ß. electuarii lenitiui, cassiæ pro clys. an. vnc. ß. olei ros. olei violati an. vnc. ij. m. pro clyst. vehemens. Clys. erit ℞. decocti Mercurialis lib. j. collocint. drach. j. foliorum sennæ drach. iiii. anisorum drach. j. infundantur hæc in dicto decocto s. a. & exprimantur: deinde adde elect. de succo ros. drach. iii, mellis rosati simp. vnc. iii. m. p. clys. *Clysteres.*

Ex his normis Clysteriorum alii parari poterunt congruentes ætati, temperaturæ, anni tempori, & succis peccantibus; repellẽtia medicamẽta sunt, quæ cohibent humorem fluentem ad terminum ad quem, nempe retropellunt à parte vulnerata humorem; quatenus vasa constringant: ideo circa partem vulneratam pro repellente vtimur posca, i. aqua, & aceto, vtimur aqua rosacea vel oleo rosaceo, omphacino, vel myrtino, vel decocto lactucæ plantaginis rosarum, vel vnguento rosato sandalino vel albumine oui cum aceto, vel decocto ex foliis rubi, vitis, prunorũ, & huiusmodi aliis, uidelicet ℞. decocti plantaginis rosarum, lactucæ lib. i. aceti rosacei vnc. i. m. pro repellente: lintea imbuta huiusmodi decocto circumponantur parti vulneratæ: Rec. decocti corticum myrobalanorum, granatorum, cotoneorum an. unc. iii. omphacii vnc. ii. succi limonum: vel arancii, vel citri vnc. ß. m. pro reppellente. *Repellẽtia.*

Vehementissimum tandem erit repellens confectum ex decocto radicum pentaphyli, bistortæ, rhamni, nucum pineorum; nucum cupressi, gallæ immaturæ, hypocistidis cum aceto rosato, & vino nigro: administranda sunt huiusmodi medicamenta vsq; quo timor est, ne humor ruat ad vulneratam partem, cessante fluxione, & timore abstinendum est à repellentibus, vnde statim inter initia semper circa partem vulneratam sunt apponẽda: præterea modo mitiora, modo mediocria, modo vehementissima pro vt mitior, vel mediocris, vel vehemẽs erit indicans, & humorum fluxus. Sed quando, an calida, vel frigida, vel tepida erunt administranda; licet semper frigida actu, & potestate indicentur à materia fluente, quia frigidum condensat, & repellit: attamen vires partis vulneratæ, & calidum innatum, atq; temperies requirunt sui conseruationem similibus: idcirco hyeme potius calida administrantur, uere, & autumno tepida, æstate frigida; pars uero uulnerata si frigida erit potius, ut conseruetur eius calor, tepida expostulat; si calida, frigida. locus accommodatus erit semper pars circumiacẽs uulneri, ut undiq; uulnerata pars defendatur, & conseruetur à fluxu humorum, & inflammatione; postremo sunt usurpanda defensiua tali modo uocata, quia defendunt ab inflammatione, à fluxu sanguinis, à dolore, tumore, conuulsione spasmo, partẽ uulneratam, & sunt pariter medicamenta frigida, & sicca, & admodum *Defensiua.*

dum adstringentia, quæ triplicia erunt alia mitia, alia mediocria, alia uehementia, pro ut indicans, uel mite, uel mediocre, vel potens. Defensiuum mite erit succus plantaginis, aqua rosacea cum aceto, erit oleum myrtinum, rosaceum, & cotoneorum: mediocre erit videlicet Rec. boli armeni, sanguinis draconis, balaustiorum, myrtillorum an. drach. ii. cerę citrinę vnc. v. aceti optimi m. f. vnguētū defensiū: aliud Rec. pul. rosſ. rubearū, sādalorū rubeorum, corticis granatorum an. drach. iii. succi plantag. vnc. ii. ceræ q. s. fiat defensiuum. Vehemēs erit Rec. balaustii, gallæ immaturæ, corticis granatorum, radicis mori nigri an. drach. iiii. succi hypocistidis vnc. i. ceræ, & aceti q. s. m. f. linimentum: ex his etiam poterimus parare decocta pro defensiuis locus accommodatus est pars ex carnis: nam in ea parte solent apparere venæ adeo vt valentius astringantur a medicamentis, vt si vulnus erit in cubito, adhibeatur defensiuū supra cubitum; si in manu, circa carpum ponatur; si in crure supra genu: quomodo vt diximus de repellentibus, & quando, & quantum eadem sunt obseruanda de defensiuis. Notandum tamen ætatem, habitum corporis, & tempus anni plurimum posse: nam ætas puerilis habitus mollis, & habitus exquisitus leuiora defensiua expostulant, è contra habitus durus, & senilis ætas valentiora.

Dub. Sed contra hæc dubitabit, cum laxiora sint vasa, & ampliora in iuuenili ætate, & puerili, Vehementioribus defensiuis vidētur egere. Sed licet hoc verùm sit: attamē

Sol. facilius uasa, cum tenera sint, adstringuntur; è contra in senili ætate duriora. In crassantia sunt interna exhibenda, vt syr. decocta, quæ refrigerant, & humectant succos, & hac ratione immobiles reddunt, qui pariter erunt

Incrassantia interna. leues, vel mediocris, vel vehementes, vt satisfaciant motui succorum, & correspondeant. ideo solent præscribi statim huiusmodi syr. Rec. decocti lactucæ, boraginis acetosæ, plantaginis vnc. v. pro syr. à dulcibus, & a syr. officinarum abstinendum, quia facile bilescunt, & succos reddunt acres, & fluxiles. Mediocris syr. rec. decocti rubi, foliorum vitis vnc. ii. emulsionis seminum melonum vnc. i. succi granatorum vnc. ß. m. vehementissimus erit Rec. succi cotoneorum, omphacii an. vnc. i. ß. decocti plantaginis, prunorum hypocistidis vnc. iii. Verùm si aderit febris, à uehementissimis caueat Medicus: quia solent nimis uasa adstringere, & obstructiones parere, & respirationi, & uentriculo noxam afferre; locus patet: quia per os exhibentur: quantitas iam descripta est: quando tepidi sunt exhibendi, uel etiam frigidi æstate; quando uero scilicet inter initia: quia tunc suspitio est humoris fluentis.

Etiam per diætam, & uictus rationem compescitur fluxus, quæ cum triplex sit alimentalis medicinalis, & mixta; in præsentia mixta vsurpatur: quia ut alimentalis indicatur à viribus, vt medicinalis indicatur à re præter naturam scilicet à motu pręter naturam humoris, idcirco virtus ratio erit refrigerans, & humectans, vt ptisana hordeacea, & panatella, cū emulsione seminū peponum. ius alteratum, lactuca, & boragine: addere licet succi arancii citri, limonis, omphacii, aliquid: pro potu verò aqua hordei cum iulapio rosſ vel cū succo granatorum: quantitas pro exigentia virium, & motus humorum erit vsurpanda, nimis, & mediocris, & præsertim vsq; ad quartum, & septimum diem, quies corporis, & animi instituenda est, aer eligendus frigidus, aut temperatus, somnus conciliandus, aluus mollis, & fluida conseruanda: à vino abstinere oportet nisi vires admodum imbecilles forent, aut propter ætatē, aut propter sanguinis fluxum, & si exhibendū erit, sit potius oligophorum, & nigrū; à carne pariter abstineat, & ouis, nisi virtus prohibeat, & saltem vsq; ad quartum diem, qui solitus plurimum terminus inflammationis.

Solutæ vnitati satisfacere oportet, si erit absq; deperditione substantiæ, sed simplex vulnus per incisionem

Glutinare his præsidiis, videlicet glutinantibus: glutinare vero est opus naturæ, quæ coalescere facit inuicem distantia, in quo tamen opere requiritur etiam Medici artificium; vt ait Galenus arte medicinali 91. quatuor exposcit natura à Medico, primo, vt labia vulneris ad contactum adducat. Secunda vt vnita conseruet. Tertia vt pręcaueat, ne quid labiis uulneris intercidat. Quarto ut particulæ uulneratæ salubrem substantiam conseruet; sed de hac ultima superius actum est, de tertia oculi chirurgi, qui acute inspiciet, sufficiunt pro primo, & secundo egemus deligatura, sutura, & fibulis, atq; medicamentis cicatrizantibus.

Ligatura. Quo ad ligaturam, hæc indicatur à labiis vulneris disiunctis, & hæc vt asserit Auic. 4. quarti tract. 1. cap 3. & Gal. & Hipp. lib. de offic. med. & Cel. l. 5. c. 26. triplex est vna dicitur retentiua, quę habet munus retinendi medicamenta supra partem vulneratam, & hæc mitius stringit, utimur hac potissimum in vulneribus capitis. Secunda deligatio appellatur glutinatoria, & ad mutuum contactum labia adiungit, & adiuncta conseruat, & hæc est accommodata vulneribus secundum longitudinem factis, arctiusq; stringit. Tertia appellatur expulsiua, & hæc vsurpatur in vulneribus cauernosis similibus ad extrudendam materiam ibi collectam; in præsentia loquimur de secunda de qua etiam Galeno loquitur 4. met. 4. fit ex fascia linea, neq; nimis molli, neq; nimis dura: quia dura comprimeret, mollis non astringeret, conficitùr ex tunicis vetustis, & debet habere duo capita: modus deligandi, vt statuit Gal. 2. de off. med. com. 13. est, vt ponatur in medium fascia super vulnus, & extremæ partes hinc inde inuoluantur, sed alter modus tutior videtur, vt ponatur medium fasciæ super oppositam partem vulneris & extremitates ad vulnus stringantur, & inuoluantur, & hoc pacto labia vniantur magis accommodata seruantur. Tertius modus qui non omnino inutilis est, ad iungenda labia, ut ab uno initio inuoluatur fascia, sed potius hic modus est ad arcendam inflammationem accommodatus, quàm ad labia coniungenda. nam circumuolutiones inferne strictæ prohibent fluxū humorum: & deinde sensim stringuntur super uulnus, cùm adhuc magis circa superiorem partem: quia supra ad infra ruere solent humores, & habent rationem huiusmodi circumuolutiones strictę, defensiui, & reprimentis: aliquando hæ fasciæ vino austero nigro, uel decocto ex plantagine, & rosis, & uino nigro, uel aqua rosſ. & albumine oui madefiunt: aliquando etiam sub fascia ponuntur puluinaria duo unū hinc, & hinc ex linteis triplicatis, uel quadruplicatis, & imbutis ut supra, q̄ magis cōseruant labia unita cum simplici ligatione fasciarum: formantur, etiā huiusmodi puluinaria ex gosypio, lana, stuppa, & huiusmodi, ad tuendum calorem natiuum uulneratę partis; modus astrictionis, & ligationis cognoscitur ex dicto ægrotantis, facili eius tolerantia, & debet percunctari ægrum an nimis laxe, uel stricte afficiatur, ne aliquis error contingat; hyeme pro frigore euitando copiosiores ligationes esse debent, æstate pauciores.

Sutura. Sutura uero est aliud instrumentum labia uulneris adducens, & pariter triplex est à Guidone relata, vna dicitur sanguinis suppressoria, & fit quando nimia copia sanguinis ruit, & medicamenta opem ferre non valent, suitur totum vulnus acu, sicuti pellis, & calciamenta, secunda dicitur conseruatrix & hæc accommodatur vulneribus dilaceratis, in quibus deperdita est caro, vt vulneris labia sic dilacerata aliquantulum coniungantur, tertia vocatur glutinatoria, seu incarnatiua, & maxime apta est vulneri simplici, & à Guidone diducitur in quinque species; notandum est autem ante suturam glutinatoriam esse mundandum vulnus vino nigro austero, ne sanguis concretus vel pili interiaceant, frigidum vsurpandum est vinum æstate, & maxime in sanguinis fluxu, è contra tepidum; prima species vt sumatur acus longa, leuis, cuspide triungulari, caudam excauatam habens, cum filo lineo, cera alba, uel diadraganto, vel aqua rosacea madefacto, ne secet labia vulneris, sitquè filum lene, & æquale, neq; nimis tenue, neq; crassum, &

Fibu[...]

traijcitur

traijcitur per vnum labium manu dextra,finistra propellitur alterum labium,& æqualiter vnita labia stringantur,aliquando etiam perforata cannula comprimitur alterum labium,& per cannulam traiicitur,acus; quãto celerius,& leuius fiunt huiusmodi traiectiones, eo minus dolorosæ sunt;secunda species suturæ glutinatoria est traiecta acu per vtrunq; laterũ: deinde per idem foramen rursus relinquitur ansula,in qua solemus apponere festucam,& deligamus nodo,tertia sutura est dum sumuntur tot acus filum trahentes,& relinquuntur in labiis, & circum ipsas reuoluimus filum;sed huiusmodi est nimis dolorosa, duę reliq; species suturæ à Guidone relatę non sunt veræ suturæ,& præstantior est prima, cũ minus dolorosa sit,atq; admodum concinna,& pulchra,sed tot pũcta,seu suturæ sunt faciendæ, quot magnitudo vulneris requirit,quod dicit Gal. 3. meth. vltimo; si vulnus erit per longitudinem factum,& breue, sola deligatura sufficiens erit;si longum,sutura accõmodabitur; si vero per transuersum,eo magis indicatur sutura: quia labia magis disiuncta apparent, & difficilius musculis contractis vniuntur: in transuersis spatium inter punctum, & punctum erit vnius digiti transuersi; in vulneribus verò per longitudinem maius spatium relinquitur, sed numerus punctorum à magnitudine vulneris indicatur, si fuerit longitudinis duorum digitorum transuersalium,tunc vnum tantum punctum sat est; si trium digitorum duo, si quattuor digitorum tria; si quinq; quatuor, & sic consequenter locus punctorum, si vnus requiritur tantum in medio vulneris ponitur,si duo diuiditur vulnusin tres partes;si tria in quatuor: igitur si duo puncta dentur, æqualiter ab extremitatibus distare debent, si tria necessaria sunt, primum in medio locandum est; deinde ad vtriusque partem relictis adhuc in medio vnum, quod si quatuor requiruntur puncta,duo primo in extremis partibus infiguntur,& duo alia in medio,quod si quinq; expetuntur,duo ad extremas partes conficiantur, vnum in medio totius vulneris,& duò alia hinc,& hinc: nam ex hac ordinata sutura,& numero punctorum labia vulneris ęqualia vniũtur,sin minus distortia,& turpia euadũt; pariter si sex requiruntur, semper duo in extremo primo facienda sunt ordinem superiorem sequendo; in transuersis vulneribus hic ordo est seruandus, ut puncta frequentiora fiant,vt iam dictum est, verum si puncta sunt imparia conficienda, in medio semper punctum collocãdum est,in punctis paribus oportet partiri: quo ad reliquum est ipsius vulneris,inter puncta data in portiones æquales,quæ quidem sunt danda æqualiter,sed aliquando prohibere solet arteria,& vena nerui,& tendo; vnde ad latus declinare oportet,in qua re peritia anatomes vtilitatem maximam affert, sed quia modus suturæ expetitur etiam à profunditate,& superficie,quæ indicatur à magnitudine vulneris,sciendum ex Gal.tertio meth. magnum vulnus superficialibus suturis contentum esse, vitandæ sunt semper arteriæ, venæ,nerui,& tendines:tempus suturarum erit quousque perseuerabit soluta vnitas: nam tanto tempore administranda remedia indicata, quo indicantia sunt præsentia, nisi quid impediat; solet autẽ inhibere perdurationem punctorum tempus anni, nam in æstate,& calida regione puncta si diu perseuerẽt, solent incidere labia vulneris, & disrumpere,pariter ętas puerilis,& mollis,caro laxa,& præstantia partis,vt facies manus,collum,pectus,ne appareat turpitudo; statim prima die,vel saltem tertia,vel quarta solẽt puncta incidi,et secari; sed notandum in transuersis vulneribus vsque ad septimum,& octauum diem,in longis vero, & maximis vsque ad quartum: nam longa vulnera sola deligatione vniri solent:remanet vt de fibulis dicamus, quæ sunt remedia,quæ vniunt,& labia adducunt; sed ex qua materia conficiantur,non satis patet apud Authores: nam alii ex ære,alii ex argento,alii ex ferro, & alii ex ligno confici putant,& sunt instrumenta vtrinq; adunca, ad similitudinem semicirculi,sed admodum dolorosæ sunt et his temporibus inusitatę,& ferè Chirurgici ignorant, quid sint fibulæ,et ex qua materia conficiantur,de his Cel.lib. 5.c.26.et Gal.de medicamẽtis secũdũ locos, & ad Glau. verum loco fibularum ita nocentium aliæ fibulæ ex lino glutino componuntur,& præsertim vsurpantur; tum in vulneribus faciei,colli,manuum:tum in maximis,& secundũ obliquitatem,conficiuntur ex duobus puluinulis petiis lineis glutine,applicitis hinc,& hinc labis vulnerũ his puluinulis adhærent funiculi ex filo ab vtroq; latere inter se per digitumtransuersalem disiuncti,vel plus,pro vt vulnus erit magnum,vel transuersum,vel longum,& positis prius medicamentis super vulnus postea funiculi simul adnodantur strictè,adeo vt labia vulneris simul adiungantur,& sicuti de punctis dictum fuit supra,ita de funiculis erit asserendum: Gluten vero, quo puluinuli, & petiæ,seu lintea ad labia vulneris glutinantur;varium est pro tempore anni:nam in æstate abstinendum est à cera,& oleo,& eo magis vbi vulnus maximam saniem parit,quæ abradit glutem,vsurpant aliquando fabri lignarii ex caseo confectum;aliquando poterit confici videlicet sanguinis drac.boli armeni,sarcocolę an.drac.j.oui albuminis q.s. m.& fiat glutẽ;aliud Rec.masticis, thuris, corallorum rubeorum an. drac.j.albuminis oui.q.s.cum paucoaceto fiat gluten, vel Rec.draganti, farinæ volatilis,fulginis fabrorũ,sarcocollæ an. drac. j.ss. albuminis oui q.s.cũ aqua ros.m.fiat glutẽ, vel R.gypsi drac.ij.thuris dracãthis,farinę volatili an.dra.iij.albuminis oui,q.s. cũ aqua rosata fiat glutẽ.hoc erit administrãdũ in vulnerib. vt supra dictũ est. Cauẽdũ tamẽ,vt in inferiore parte vulneris relinquatur foramẽ,per quod pus, & sanies fluere valeat;adiũctis labiis vulneris,statimq; 1.die aliquo horũ auxiliorũ pro exigentia vulneris nẽpe suturę deligationis,fibulę seu glutinis,& administratis remediis pro reuulsione,& fluxu humorũ;tũ repellentibus, tum defensiuis;tũ incrassantibus,& aliis tum Chirurgicis quã pharmaceuticis,& Diæteticis,quæ omnia primo die sunt administranda,vel 2.tandem eodem tempore;soluta vnitas indicat ẽt medicamẽtũ vniens,quod vt plurimũ debet esse siccum in 2. gradu,& eo magis pro magnitudine vulneris,temperatura ęgrotantis,& partis vulneratę:nã pars vulnerata sicca,mediocri siccitate facilius sanatur quã humida,& scatens humoribus:vnde ex Arist. sententia 30. problematũ sicuti plantæ tenellę facilius conualescunt, quam veteres;ita vulnera in pueris, & parte mediocriter molli,& calore valido prædita facilius sanescunt, neque ita tamẽ aduersatur Gal.qui asserit pro vnione vulneris indicari exiccantia,et partes siccas facilius consolidari:nã Gal.nõ de plantis,quę,non ita copioso humore abundãt nec venas,& arterias,habẽt;sed de humano corpore vulnerato loquitur,quod est refertũ humoribus, & inflãmatione corripitur:adeo vt non solum medicamenta exiccãtia indicentur à soluta vnitate;sed ab excremẽtis, quę generantur in ipsa,quæ egent detersoriis, seu mundificantibus,& concoquentibus seu digestiuis vocatis.

Et primo de digestiuis,seu cõcoquentibus,q̃ indicãtur à crudo humore,& sanie,quę generãtur in vulnerata parte,circa quod medicamentũ quid quantũ quando,et vbi considerabitur,alia sunt cõcoquentia simplicia, quę sunt calida,& humida,& modicè sicca,quasi calorẽ natiuum partis vulneratę adiuuantia,ut est thus,resina picea, seu laricina,seu teribinthus ciprius, oleũ mastichinũ, & oui vitellus: ex his conficitur digestiuũ compositũ,quod erit triplex,vel leue,vel mediocre,vel vehemens,pro vt expetitur à vulnere,& à temperatura partis,de quibus Gal. 5. de simp. med. facultatibus c. 16. videlicet si corpus erit humidũ vulnus dolorosũ. Rec. olei ros. comp. vnc.j. oui vitellius dimidiũ m.fiat digestiuũ:si corpus erit siccũ R. olei mast. vnc.j.resinæ terebintinæ drac. iij.oui vitelli dimidiũ m.fiat:si vulnus vero ĩ ficciore parte fuerit,& corpore adulto Rec.resinę abietinæ drac.j.olei ros.drac.iij. farinæ hordei m. in siccioribus corporibus R.farinæ fœnu græci, & seminis lini an.drac iij.farinę hordei vnc.ss. terebinthinæ vnc.j.pinguedinis gallinæ vnc.ss.succi apii q.s.m.verum aliquando hęc concoquentia mixta admi-

Ligatu[ra]

Sutura.

Fibula.

Gluten.

Vniens est siccum.

Digestiua seu concoquentia.

nistrantur, quę habent vim detergendi, vt Rec. mellis rof. simplicis vnc. j. vitelli ouorum numero j. m. tam diu sunt administranda hæc concoquentia, quo pus appareat album, lene, & æquale, & bene olens, cum tale apparuerit, detergere oportet, & euacuare mundificantibus detersoriisque medicamentis, quæ pariter alia sunt leuia alia mediocria, alia maxima, & vehementia sunt, quæ calida, & sicca, alia frigida, & sicca, & inter simplicia numeratur saccharum, farina fabacea, farina ciceris, terebinthina, farina hordei, lupinorum, & ex his possumus medicamenta conficere videlicet R. mellis rof. simp. vnc. ii. farinæ hordei q. f. m. pro detergiente. Mediocræ erit Rec. resinæ terebinthinæ vnc. ii. farinæ lupinorum unc. fs. mellis rof. q. f. m. vehemens Rec. succi absinthii, succi apii ana vnc. ii. resinæ abietinæ vnc. i. farinæ lupinorum drac. ii. m. Notandum etiam pro vsu medicamentorum detergentium partem vulneratam siccam, & exquisiti sensus ratione temperiei naturalia siue exiccantia similia expostulare, at ratione exquisiti sensus leue detergens postulare; partem vero humidam obtusi sensus, & in hyeme mediocre, vel vehemens, sed potissimum à vehementia, & magnitudine sorditiei puris mitius, vel vehementius indicatur detersorium: cognoscitur verò accommodatum esse detersorium, si non amplius mordicet labia vulneris, neque colliquet substantiam partis; nam vt docet Gal. 3. meth. 3. cum detersorium nimis vehemens est, non solum non detergit vulnus; sed colliquando carnosam substantiam magis sordidum reddit; idcirco mitiora detersoria sunt vsurpanda, vt mulsa aquosa, farina fabarum, hordei, erui, manna thuris, signum verò vulnus esse optime detersum est dũ labia vulneris sunt rubra, sensu exquisito prædita, non humoribus male olentibus imbibita, adeo vt medicamẽta, quæ prius non mordicabant, incipiant mordicationẽ afferre, desistendumq; hinc à detersoriis: deterso vulnere nihil aliud efficiendum est nisi, vt remoueantur excrementa, quæ possint vnionem impedire medicamentis exicantibus in 2. & 3. gradu: nam sarcotica mitiora in primo gradu debẽt esse: quia exiccant tantumodo excrementa influxa, sed Cicatrizantia non solum ea excrementa exiccare debent, sed propriam humiditatẽ partis: quia cicatrix est caro dura, & vicem cutis obtinere debet: à magnitudine, & natura vulneris indicantur cicatrizantia mitiora, & vehementiora temperatura etiam partis nobilis, vel ignobilis humida, vel sicca, sensus illius exquisitus vel obtusus, tempus anni calidum, vel frigidum, vel temperatum permittunt, vel prohibent mitiora, vel vehemẽtiora cicatrizantia: si paruum vulnus sit, & in superficie, sola araneorũ tela, & rasura corii cicatrizat; pariter puluis rosarum, plantaginis albumen oui, quod prima die superponitur vt arceat inflammationem, & fluxum humorum, & labia adiũcta, & exiccet, vel radicis, pentaphili, puluis millefolii, elleborus, sambucus, ceratum de cerusa in æstate, in hieme diapalma, vt ceratum barbarum, si maius sit vulnus Rec. boli arme. sang. drac. gallæ immaturæ an. drac. ii. m. fiat puluis: aliud etiam Rec. caudæ æquinæ foliorum salicis, corallorum rubeorum farinæ volatelis an. drac. i. m. f p. poterit etiam parari in forma vnguenti addita cera, & oleo his pulueribus etiam spongia vino nigro imbuta cicatricia inducit; pariter filamenta sicca; adest etiam oleum, quod vocatur hispaniolæ, quod cicatricem inducit paucis horis: poterit etiã parari oleum ex herba resina, & radice draconteę, centaurea, cauda equina, & mille folio; fit etiam hoc oleum admirabile. Rec. olei vetustissimi, vnc. iv. resinæ picęę vnc. viii. frumenti integri drac. i. fs. perforatæ drac. ii. radicis cardui sancti drac. ii. thuris puluerizati vnc. ii. vini albi lib. i. infundantur omnia, & postea decoquantur ad consumptionem vini, quo consumpto exprimantur omnia, & colletur oleum; aliud etiam. Rec. hyperici. m. i. millefoleii m. fs. foliorum quercus, fructus vlmi an. vnc. fs. gallarum immaturarum drac. iii. mitridari, vnc. i. rof. rubearum, plantaginis an. m. fs. olei communis lib. 3. vini nigri lib. 4. m. infundãtur per duos dies. S. A. deinde ebulliãt vsque ad consumptionem vini, postea exprimũtur omnia, & colentur; adest etiam oleum camphorę chymica arte confectum; sunt etiam plura alia olea, quæ balsama artificialia vocãtur: inter vehemẽtiora vero est calx vsta, æris squamma, calcitis, æs ustum, fissum alumen, & mysi: poterunt hæc in puluere administrari, & etiam in forma cerati vt R. antimonii, cerusæ, minii, spongiæ marinæ, tutiæ, cartæ combustæ an. drac. i. ceræ, terebinthinæ an. vnc. fs. olei myrthini vnc. i. m: & fiat Ceratum: adest etiam ceratum de minio, diapalma, tetrapharmacũ, puluis aristolochiæ, herbæ reginę, balaustiorum, hypocistidis, & plura. quæ valent cicatricem inducere, hoc vnũ est adnotandum, ne turpis, & deformis fiat cicatrix, vel in colore; vel in figura, vnde æqualiter labia sunt adiungenda, & præsertim cum simplex sit vulnus, si colore cicatrix nimis rubra sit, abluenda cicatrix est, aqua plantaginis, aqua rof. aqua ex corticibus ouorũ, fraxinellę. vel albũ plumbũ admouendũ; si nigra erit cicatrix, æruginisq; & plũbi vsti partes æquales puluerizatæ administrentur, & hæc de curatione vulneris per simplicẽ incisionẽ facti.

Mundificantia seu detersoria. — *Cicatrizãtia.* — *Albumã oui.*

De Vulnere cum deperditione substantiæ. Cap. III.

CVm iam pateat, quid sit vulnus simplex, solũ est dicendum de vulnere cum deperdita substantia: nam in simplici vulnere, indicationes, & indicata remedia supra exposita fuere: deperdita vero substantia indicat sui restaurationem, quæ non potest restaurari, & regenerari, nisi à facultate vegetatiua, calore natiuo, & temperatura optime dispositis, & à sanguine probo, tanquam ex materia fit caro, & pars deperdita, hæc vnica est indicatio vulneris cum deperditione substantiæ; verum quia caro rectè procreari non potest, & repleri pars caua, nisi prius concoquentibus humores influxi ad vulneratam partem concoquantur; nam concoquentia calida, & humida cum sint, pus mouent; calorem natiuum adiuuant, & roborant, etiam detersoriis .f. expurgantibus pus iam factum eget: quia cum calida, & sicca sint, exiccant, & expurgant iam factum pus, expurgato pure, & vulnere iam emundato sarcotica, seu carnem generantia sunt vsurpanda, & postremo cum caro ad æqualitatem membri peruenerit, cauitatemq; repleuerit, sicuti aderat in statu naturali, cicatrix inducenda est, sed oriũtur nonnullæ dubitationes, & primo videtur esse aliqua dissensio inter Rasim, & Hip. & Gal. quia Rasis docet Chirurgum primum vti digestiuis, quę sunt calida, et humida: deinde mundificantibus, & 3. cicatrizantibus, & hic est communis vsus Chirurgorum, at Hip. & Gal. asserunt primum esse administranda ea, quæ siccant, & refrigerant; Dicendum hos authores inter se non dissentire: quia vario respectu vera docent; nam Rasis dum respicit materiam influxam, iubet primo administrari concoquentia Hip. & Gal. animaduertentes non fluxam materiam, sed fluẽtem asserunt circa vulnus non in vulnere esse vsurpanda adstringentia, & exiccantia 2. dubitatur si concoquentia debent esse calida, & humida: quia conseruant tali facultate calorem innatum partis, & temperiem, cur chirurgici vtuntur potius calidis, & siccis, nempe terebinthina, melle, succo apii, & huiusmodi, quæ potius mista ex detergentibus, & concoquentibus: dicendũ Chirurgos velle duabus indicationibus eodem tempore satisfacere, pus mouere, & mundificare: deinde huiuscemodi terebinthinam thus, & alia habere vim emplasticã, quæ humidis natura humida est, & siccis: sicca cõmunis mos est Chirurgorum à primo vsque ad septimũ maturantia administrare, à septimo vsque ad vndecimũ detergentia, ab vndecimo vsque ad finẽ sarcotica; sed hunc vsum, & morẽ imitari optimus Chirurgicus non debet: quoniam indicatio non oritur à tẽpore, sed à natura vulneris, puris temperatura, corporis ętate, & aliis: etenim in

Contrad. inter Rasim Hipp. & Gal. — *Conclusio.* — *Dubitatio.* — *Solutio.*

magno

magno vulnere longiori tempore erunt administranda concoquentia,& detergentia;eo magis si temperatura ægrotantis erit humida,& regio frigida, & humida, & tempus anni hyemale; Signum optimum est Chirurgum à concoquentibus desistere debere, cum sanies, erit concocta, optima,crassa, alba, æqualis, lenis, & bene olens, quæ si acciderit secunda, vel tertia die, illico erit desistendum à concoquentibus,& statim vtendũ mundificantibus; eo magis cum pus citius generetur in tempore æstiuo,ætate puerili, calidis naturis,tardius verò in contrarijs, incumbendum verò tanto temporis detersorijs, quousque expurgatum sit pus, labia vulneris sint rubra, neque nimis sicca, neque nimis humida, & sensum naturalem obtinuerint, quæ cum talia fuerint, tunc expostulant sarcotica,& replentia cauitatem, & generantia carnem, in cuius generatione sicut in alijs con coctionibus duo excrementa gignuntur tenue, & crassum,quæ indicant exiccantia tanquam remouentia illa excrementa, quæ impediunt regenerationem carnis. *Sarcotica.* sarcotica triplicia sũt minima,mediocria,& maxima,& alia sunt simplicia, alia composita, alia in formam vnguenti; alia in formam pulueris; simplicia sarcotica in primo gradu sunt, thus, farina hordei, farina fabarum, in secundo sunt iris, aristolochia, panax; in tertio dictamnum, scordium,inter composita mitissima est vnguentum de betonica.secundo vnguentum matris siluæ, vnguentum de tutia.tertio isis; sed pro magnitudine vulneris,temperaturæ ægrotantis, & tempore anni variantur huiusmodi: nam in paruo vulnere, natura ægri humida cum sensu exquisito, vnguentum de betonica erit administrandum,quod conficitur, ex succo, & cera, & oleo,vel puluis ex mastice, & malua, in maiori vulnere, & temperatura sicca, paretur vnguentum ex folijs marrubii cum oleo rosato, & caricis:vel Rec.resinæ terebinthinę, vnc.ß. thuris, masticis,fœnu greci ana drac.j.cum oleo, & modica cera fiat vnguentum: in maximo vulnere sicciori parte, & sensus hebetis,in æstate adhibeatur vnguentum de tutia, in hyeme vnguentum isis, de matre sylua,& cum siccior sit pars natura,dimissis oleis, & vnguentis subrogentur pulueres sarcotici, vt Rec. thuris,resinę colofoniæ,fœni græci ana drac. ii. m. fiat p. vel Rec. masticis, betonicæ,mille folii,tutiæ preparatæ, cornu cerui vsti ana p. æ. q. m fiat p. ten. qui inspergitur labiis vulneris, & in profundo,vt caro augeatur, & crescat vsque ad superficiem; supra verò semper imponitur vnguentũ pariter sarcoticũ, quod & detinet pulueres,& fouet calorẽ partis,excrementaq;absumit superuacanea.

De cura Vulneris profundi. Cap. IV.

VVlnus profundum nihil differt ab vulnere simplici absque deperditione substantiæ;nisi quia simplex vulnus superficiale est, & hoc in profundum per puncturam,vel acum vel perforans aliquod instrumentum vt eius diffinitio sit soluta vnitas partis mollis à perforante,perforans vero multi forme potest, esse: vnde,& multiformem figuram vulnus profundum consequi potest, aut torundam; aut triangularem, aut quadrangularem aut lateralem,& huiusmodi alia: pariter à parte affecta,& vulnerata varię oriuntur differentię prout variæ,& multiplices possunt esse partes; manus, brachia,spatula,thorax,dorsum, crura, tibiæ, & huiusmodi: à soluta vnitate provt multum,vel parum erit soluta,& provt magis vel minus profunda: præsagium salubre erit,si vulnus erit inflictum minus profundum, et in parte ignobili; insalubre,& lethale;si profundum, & pars princeps, & nobilis erit; eadem indicationes sunt desumendæ in vulnere profundo pro eius curatione, ac in vulnere simplici iam dictæ. Animaduertendum tamen potissimum circa medicamenta administranda localia, vt ad imum, & profundum deueniant, ne in superficie foramen claudatur,& glutinetur & in profundo maneat cauitas, quæ saniem,& pus colligens tandẽ disrũpitur:idcirco si adeo profundum fuerit vulnus vt tuto Chirurgus possit ex aduersa parte foramen infigere, vt sanies ab vtraque parte salubriter egrediatur,debet illud foramen cum cautela,& summa prouidentia facere, sin vero non admodum profundum sit, & negocium ex aduersa parte non vrgeat, medicandum tantum est foramen illatum,& cum turunda tenta, vel taxta appellata,quæ ex variis materiis conficitur pro temporum ratione,vulnerisque: in principio egemus turunda digestiuis imbuta, postea mundificantibus,& tertio cicatrizãtibus: forma turundæ varia erit conficienda pro figura vulneris,& longa,vel breuis pro longitudine, vel breuitate profunditatis, materia turundæ aut fit ex linteis obuolutis,aut ex lamina plumbea,aerea,argentea, fit etiam ex stuppa ęsipo,gosypio, inuolutis,quæ maxime exiccant; fiunt etiam ex radice gentianæ,ex medulla sambuci, canna surgi,ex spongia vehementer contorta, & hæ turundæ summopere exiccant,combibunt,& dilatant profunditatem: nam aliquando foramen ita strictum est, vt non possit egredi sanies,vel recte curari; in principio stilo tentandum est,qua parte vulnus profundum vergat, & deinde tenta imbuta albumine oui cum sale imponenda cum iocunditate: postea ablata altera die sunt turundæ imponendæ cum digestiuis expurgantibus, vel postea mundificantibus:sunt etiam aliquando abluenda profunda vulnera,modo liquoribus,& decoctis, digestiuis,modo mundificantibus: sunt aliquando etiam parandæ ex larido porcino pręsertim in vulnere inflicto à sclopeto, & puluere,vt dolor mulceatur:si vehemens dolor erit, abluatur decocto maluæ,alteæ, hordei, lactucæ plantaginis semper viui,seminum peponum portulacæ, florum violarum,& huiusmodi, mundificato vulnere, cicatrizantibus erit vtendum cum pulueribus intro proiectis,& turunda etiam ijs inspersa quæ abbreuiatur,pro vt cauitas vulneris repletur sensim,& sensim, quod manifeste conspicitur ex optimo pure, & carne genita: de reliquis præsidiis Chirurgicis Pharmaceutis, & Diæteticis nihil dicendum: quia oportet sicut in vulnere simplici iam dictum est,ea administrare,pro exigentia indicantium, & hæc de vulnere profundo.

Quid. — *Prognosticum.* — *Turundæ.* — *Ablutio.*

De Cura carnis supercrescentis. Cap. V.

CAro supercrescit,& alia etiam, vt fungi,acrocordones, verrucæ aut ex nimia copia sanguinis, aut copia excrementorum, aut imperitia Chirurgi,dum mundificantia, & digerentia nimis mitia vsurpat,quæ sunt in causa,vt vigeant in vulnerata parte excrementa: quapropter oritur indicatio carnem supercrescentem minuendi, & auferendi, & fungos omnino extirpandi; si ab imperitia Chirurgi hæc oritur, facilior est sanatio,si vero ab intemperie, & habitu corporis ægrotantis difficilior: nam vulneratum corpus lue gallica afficitur, vel intemperie,& fluxione, vel malo habitu cacochimo,& cacohetico;adeo vt excrementa gignantur crassiora,& maligniora,quæ impediunt vulneris sanationem,& carnem, vel excrescentias putridas inducunt; vnde Hip. & Arist. inquiunt; difficilius sanari in senibus,& iis qui hydrope laborant; nam optimo sanguine quantitate,& qualitate eget pars vulnerata; idcirco si copiosa excrementa, & aliena à natura sanguinis abundant, oportet ipsa concoquere concoquentibus, & syr. & decoctis, & concocta expurgare aliquo medicamento, & ea reuellere longinque ab vulnerata parte; atque compescere fluxum; de quibus medicamentis alterantibus, & euacuantibus supra dictum fuit. Diæta etiam maxime confert: at si sanguis abundat, oportet eum detrahere atque reuellere sectione venæ, vel scarificatione crurum, vel applicatione hyrudinum, vel cucurbitularum sacrificatione, postea Diæta refrigerante

gerante, & exiccante vti, & deinde syrupus refrigerantibus exiccantibus; atque incrassantibus, postremo localia sunt imponenda, & si ignorantia adest, & imperitia Chirurgi vtentis nimis blandis medicamentis digestiuis, & mundificantibus, oportet vehementiora adhibere; localia vero medicamenta quæ adimunt supercrescentia, alia sunt mitia; alia mediocria, & alia maxima, & vehementia pro miti, vel mediocri, vel maximo indicante vsurpanda, addita temperatura, habitu, & sensu corporis; nam in ætate puerili, habitu molli, & tẽperatura calida, & humida mitiora sunt vsurpanda, in ætate Adolescentiæ, habitu, & temperatura mediocri, mediocria: In ætate virili, temperatura calida, & sicca, & habitu sicco, vti agrestium virorum vehementiora, quæ absumunt, & corrodunt supercrescentias. Mitia sunt spongia sicca filamenta, stuppa, lana combusta, caro porci salita macra, cinis ficus, sarmentorum, quercus titymali, ostreæ adustæ, puluis radicis plantaginis, bistortæ, fuligo camini; Mediocria sunt acqua aluminosa, aqua salita, flos nitri, aloes, puluis scordij, dictamni, sabinæ. Vehemẽtiora calcitis, ærugo ferri, viride æris flos æris, semen vrticæ, radix vitis albæ, calx viua cum melle, ex compositis est vnguentum egyptiacum, oleum ex sulfure, ex vitriolo, puluis nigri veratri, v. g. Rec. calcitidis calcanthi ana drac. i. mysios torrefacti, æris vsti ana drac. ß. m. fiat p. vel Rec. cartæ combustæ, plumbi vsti, æris vsti, squammæ ferri ana vnc. j. sulfuris viui vnc. ß. m. fiat p. præcipitatum plurimum valet cum vnguento rosato admistum, vel absque vnguento formatur etiam hic puluis, qui etiam carnes in collo vesicæ pudendo aufert absq; dolore, aluminis, æruginis, auripigmenti, calcitidis ana drac. ij. per octo dies aceto acerrimo perfundantur atque in sole trita, atque exiccata diutius terantur, & siccantur, aqua fortis, quæ reperitur apud Aurifices inter secreta numeratur hæc aqua Rec. aquæ fortis libram j. præcipitati drac. ij. aloes, opij ana drac. j. m. & leui ebullitione, facta colletur: hac aqua tangantur supercrescentia, aliquando secantur, vel ferro candente inurunturadhibitis defensiuis circum circa.

Absumentia seu corrodentia.

Auferens carnem in colle vesicæ et pudẽdo absq. dolore.

Aqua fortis.

De Vulnere venarum, & arteriarum, & pariter de curatione profusionis sanguinis. Cap. VI.

IN omni vulnere inciduntur venæ, & arteriæ; sed quia minimæ sunt, ijs cura non adhibetur; sed tantum ijs, quæ maximę sunt, vt venæ iugulares, capitis, vena magna, venæ brachiorum: coxarum, & pedis; cognoscitur vero an vena, vel arteria sit vulnerata facillime in genere sanguinis profusione; verum dum vena inciditur sanguis effluit crassus, rubicũdus absque impetu, & saltu; dum vero arteria secatur sanguis egreditur flauus, subtilis cum impetu, & saltù: difficilior est sanatio arteriarum quàm venarum: quia arteria durior est, & semper mouetur, vena è contra; idcirco cum sanguis maxime profluat, viresque infringat, huic symptomati potissimum remedia sunt administranda, ne æger vitam cum sanguine fundat, secundo solutæ vnitati remedia sunt petenda; Chirurgica, pharmazeutica, & Diætetica; tam vniuersalia, quam topica & particularia, & primo vniuersalia usurpantur ante topica: inter Chirurgica 1. secanda est uena à latere opposito, uel cucurbitulæ sunt applicãdę, uel scarificationes, faciẽdę uel hirudines apponendæ; nam retracto sanguine in contrariam partem, facilius soluta unitas curatur; inter pharmaceutica lenienda est aluus cum cassia, pulpa tamarindorum, uel syrupo ros. sol. cum aqua plantaginis: syr. ẽt sunt administrandi, ex decocto acetosæ, lactucæ, boraginis, plantaginis, pilosellæ, centinodię, cum syrupo granatorum, myrthino, rosato, & his similibus; qui sanguinẽ incrassant, atque refrigerant; inter Diatetica accipitur ptissana hordacea, panatella cum seminibus melonum, pedes vitulini, castratorum, hædini, aguini, suilli, oua recentia, cum aqua rosata potus sit aqua hordei cum uino granatorum, uel aqua plantaginis calybeata cum succo coroneorum, uel decoctum ex sorbis, mespilis, coroneis, cornibus, acatia, prunis, moris, cum diamorone, uel syr. mirtino rosato, & his quiescat ęger absque motu animi, & corporis, loco obscuro, frigido ut coerceantur humores fluentes; topica uero præsidia circa locum affectum, & uulneratum gratia sanguinis fluentis erunt posca, succus solatri, uinum austerum, succus plantaginis, in his lintea madefacta nempe loco affecto imponuntur, & etiam imbuta aqua frigidissima; præterea defensiua etiam medicamenta apponuntur, & labia adducuntur ad mutuum contactum, uel sutura, uel ligatura, & aliquando adunco ferro attollimus uas uulneratum, & filo cera illinito uas ligatur hinc, & hinc ab utroque latere; demum supra ponimus cinerem cochleatum, & gallarum, cum farina uolatili, & aqua rosata, caro etiam cochlearum cum thure, & myrrha contusa apponitur: deinde gosypio combusto, linamentis malefactis cum albumine oui, & pulueribus adstringentibus inter quos pulueres alij sunt mites, ut gypsum, mastix, terra lemnia, bolus armenus, farina uolatilis, thus pingue, ut Rec. thuris, aloes puluerizati ana drac. j. cum albumine oui m. Item Rec. sanguinis drac. sarcocollæ gum. arab. ana drac. ß. resinæ unc. j. m. Validior est Rec. pilorum leporis, gallæ immaturæ, sanguinis Drac. gypsi ana drac. j. cum albumine oui. m. adest etiam puluis spongiæ combustæ si iis non cedat, ad Caustica deueniendũ, & ferro candente comburatur uas uulneratum, supra uero gluten, & uiscus superponendum, & strictæ fasciæ imbutæ uino austero, & nigro; ligandum, & supra illud aliud gluten est imponendum, Cauendum tamen ne in causticis administrandis, uel ferro tendines, & nerui lædantur, inter medicamenta Caustica, chalcitis, mysi atramentum sutorium eligatur, ut Rec. uitrioli romani drac. xx. thuris, aloes, arsenici ana drac. iiii. gypsi drac. x. sanguinis Drac. hypocistidis ana drac. iii loco uulnerato puluis hic apponatur. Maior diligentia est adhibenda in uulneratis arteriis, ideo superioribus administratis aliquando: quia continuo mouetur arteria debemus si fieri potest eã utrimque deuincire, & postea omnino per transuersum incidere; si hoc impossibile sit, ferro candenti comburatur, & denuo si nequit hoc fieri spongiis siccis, uel linteis imbutis albumine oui, & inspersis pulueribus adstringentibus, ut supra adglutinetur, defensiua uero undique supra, & infra uulnus adhibeantur: aliquando uero attrahitur superna cutis, quæ foramen claudat, ut sanguis ibi concrescat, & exiccatus adglutinet. Situs membri læsi, & uulnerati debet esse altus, ne sanguis deorsum ruat, extra uero plura alia administranda localia; nempe epythemata refrigerantia, & exiccantia cor, & testes, ligaturæ dolorosæ, quæ attrahunt in contrariam partem sanguinem, & quæ impediunt ne fluat, nimia strictura; cucurbitulæ etiam sine scarificatione coercent sanguinem fluentem, balneum, frictiones, inunctiones, ex oleo mastichino, cotoneorum rosato omphacino, mirtino, & tandem omnes indicationes tam vniuersales, quam particulares sunt cito expendendæ; nam ex nimio sanguinis profluuio non ex vulnere moritur æger; idcirco statim remedia, & Chirurgica, & pharmaceutica, & Diætetica præscribere oportet, viresque semper manu tenendę, cum alimentis accommodatis refrigerantibus, & incrassantibus.

Chirurg.

Pharm.

Diæta.

Topica.

Caustica.

In vulnere arteriæ.

Situs membri.

De

De Vulneribus neruorum, & primo de punctura cum conuulsione, & dolore. Cap. VII.

Nerui acceptiones. NEruus aliquando accipitur pro ligamento, quod est membrum similare sine sensu, & motu sed tantum ligat ossa, & oritur ex osse, & terminat in os: secundo accipitur neruus pro tendine musculorum, qui tendo compositus est ligamento prædicto, & neruo, & habet vim mouendi, & sentiendi: nam musculi desinunt in tendines, qui etiam vocantur cordæ: tertio accipitur neruus pro parte similari, quæ oritur, vel a cerebro, vel à spinali medulla, & habet facultatem sentiendi, & mouendi: de vulnere igitur sentientis, & mouentis atque tendinis sermo est: vulneratus igitur neruus punctura est soluta vnitas ipsius nerui per puncturam, quare *Punctura nerui qd.* indicationes oriuntur vniendi solutam vnitatem, atque excrementa digerendi, & euacuandi partem neruosam, salubrem conseruandi, & quia sæpe cum punctura nerui solet accidere maximus dolor, & conuulsio, quæ duo *dolor quid* symptomata mortem inferunt, sciendum primo dolorẽ esse tristem sensationem nerui factam à solutione continui, atque nimis excellenti tangibili cortumpenti sensorium tactus, in præsentia punctura, est quid excellens tangibile acutum, quod soluit vnitatem nerui, quæ erat sensorium tactus; neruus vero admodum sensitiuus maxime sentit dolorem, qui dolor postea spiritus inanit, & dissoluit, & attrahens humores subtiliòres, & spiritus tãquam fluentes ad tutelam nerui, est in causa, vt tunicæ neruorum repleantur, & inflammentur, & ex illa in*Conuulsio quid,*flammatione, & repletione oritur conuulsio dolorosa, quæ est retractio, & abbreuiatio membri cum dolore, ob musculos retractos: retrahuntur vero, & breuiantur ob repletionem; nam dum replentur per latera, abbreuiantur secundum longitudinem sicuti cordę, tela aqua *inflammatio mẽbranæ.* imbuta, inflammatio etiam membranarum nerui facta à succis inflammatis producit solutionem continui, & dolorem atque etiam abbreuiationem nerui: hauriendę sunt igitur, & indicationes à dolore, qui leniendus est proprijs Anodinis, videlicet medicamentis calidis, & humidis, vel modice calidis, & siccis, conuulsio etiam nihil ex vsu artis indicat, nisi vt distendatur membrum; sed causæ conuulsioni succurrendum, nempe humoribus corporis, qui sunt euacuandi leniter, & placide: inflammatio etiam erit tollenda; sed non frigidis sed modice calidis, & temperatis, & causæ inflammationi opitulandum calidis, & humidis, atque euacuantibus, tum per locum affectum, quæ dicuntur digerentia aperientia, laxantia, & anodyna, tnm per euacuantia à toto, & reuellentia, quę inhibent ne fluant succi ad punctum neruum: qua propter pręsidia & Chirurgica, & Pharmaceutica, & Dięterica sunt administranda, & maxima cum pręmeditatione: quia neruorum vulnera vt plurimum lethalia sunt, ratione doloris, & conuulsionis, & aliquando sensum, & motum membri auferunt, inter Chirurgica presidia vniuersalia erit sectio venę administranda in opposito latere; si aderit indicans, & permittens, vel alijs ingenijs erit sanguinis extrahendus, scilicet cucurbitulis scarificatis, hirudinibus, malleolorum scarificatione pro indicantis natura, & permittentis, inter pharmaceutica aluus subducenda est, medicamento leniente accommodato, vel Clisteribus, de quibus supra, & syr. in tractatu vniuersali de vulneribus. Diæ*Diæta.*ta erit etiam instituenda, tum penes aerem, qui potius calidus est eligendus, nam frigidum est inimicum neruis, & parabitur aer calidus arte, vel natura: somnus, & vigilia sit moderata, pariter animi, & corporis motus mediocres, cibus, & potus tenuis & refrigerans, ne humores ruant ad inflammatam partem.

Sed maxima diligentia adhibenda circa topica præsidia nam, si foramen nimis strictum sit, oportet leniter, & blande dilatare, vt sanies egredi valeat; quoniam sœpe contingit, vt non expurgata sanie ob stricturam foraminis, inflammatio dolor, & conuulsio concitetur, (& mors): pręterea à frigidis, et narcoticis stupefacientibus, & adstringentibus abstinendum est: quia nerui temperatura frgida, & caloris natiui imbecillitas ab hijs extinguitur, & licet neruus sit frigidus, & frigidis videatur delectari, & conseruari: attamen dicendum esse frigidum in respectu ceterorum membrorum, & calidum calidiore aere ęstiuo, vt ait Gal. quare calidis gaudeat, & se tuetur, vti docet Gal. qui inter olea laudat inprimis oleum costinum, vulpinum, camomellinum, liliorum alborum, hyperici, vt inter initia digestiua parentur, ex resina, & melle rosato, & oleo hypericonis, & absquę, tenta; sed guttatim infundendum est digestiuum; foramen tamen si altum, & profundum erit, turunda imbuta digestiuis; pulueres etiam summopere laudentur, ex calamento, origano, sthęcade, hyssopo, dictamno, & bis terque in die fouenda est pars oleis prędictis, & digestiuo; postea vero mundificantibus vtendum, & tandem cicatrizantibus, modo mitioribus, modo mediocribus; modo vehementibus, vt aliquãdo accedere liceat ad olea destillata, videlicet ad oleum de spica ex guàiaco, gariophyllis de cera, summopere etiam confert resina, quę ex noua Hyspania defertur, vocata *copal, & animæ:* verùm symptomatibus, quę solent concomitari puncturam nerui, auxilium pręstandum est, & primo si aderit inflammatio magna, & vrgens, emplastrum hoc parandum erit videlicet ℞. farinę hordeacę. fabarum ciceris, erui ana vnc. j. cum oximelle, q. s. m. fiat emplastrum, vel Rec. decocti florum camomelli, anethi, florum violarum lib. ss. farinę hordeacę vnc. iij oleum amygdalarum dulce, de vermibus ana vnc. ij. m. fiat emplastrum, emplastrum etiam pharmocopolæ de matre silua, de melliloto, dealthea, ad litis oleis anodinis inflammationi auxiliãtur, at si con- *Pro inflãmatione.* uulsio infestet, videlicet brachij, quoniam nerui mouentes brachium originem habent à vertice spinalis medullę, fouendę sunt illę partes omnes oleis emollientibus, *Pro cõuulsione.* vti camomellino, anethino, liliorum alborum amygdalino, sępe, & sępius: si verò crus conuellatur quia nerui crus mouentes ab osse sacro ortum habent, liniendum, est os sacrum, & circumuicinę partes oleis predictis, vel fomentis, & decoctis ex athęa, aneto, camomelino, radice liliorum alborum, & huiusmodi plurimum adiumenti afferre solent, spongię imbutę in decoctis prędictis, vel oleis, omentum castrati lotum, & decoctum in his oleis, catuli viui exenterati, columbi, pulmones castratorum, sanguis calidus leporinus, emplastrum ex cera noua, simplex resina, & plura alia, quę uim habeant modice calefaciendi, & emolliendi: pinguedines omnes, adipes, axungię, suillę, gallinarum ceruorum, piscium themali, oleum carauitę, oleum a Reuerendis Patribus Insulę Tremeti vocatũ Artenæ, emplastrum etiã ex gumma emni, gumma arabici, bdellio, opoponace, thure, ac myrrha partes ęquales dissolutis cum oleo vulpino: his met remedijs, & auxilijs etiam dolor emulcitur, & hęc de punctura nerui, & symptomatibus.

De cura Nerui abscissi. Cap. VIII.

NEruus abscissus, vel est nudatus, uel non est nudatus; nudati uero nerui curatio est exercenda, indicationibus supra relatis, hoc unum notandum, quod ei non est imponendum medicamentum calidum, & siccum, & acre, quia retrahuntur nerui, & nimis exiccarentur: quoniam cordæ à nimio calore exicatę retrahuntur, idcirco ne id cõtingat, & ne ue dolor augeatur, medicamenta sicca imponenda sunt, sed non admodum calidum, neque mordax, neque acre, ueluti calx lota, cum aqua hordei, uel cũ decocto maluę, anethi

camomelli, fœnugręci permixta cum oleo rosato, uel pōpholix lota ros. in multa copia. vel oleū hyppericonis cū therebintina abietina, cæteraque omnia metalla lota pluries, & cum oleo ros. vel de lumbricis permixta erunt accommodata remedia; verùm si neruus erit transuersim totus incisus, nullum affert periculum, & curatur sicuti vulnus carnosum, quia non amplius coalescit; sed pars remanet sensu, vel motu priuata, at si non erit totus incisus; sed tantum per transuersum cæsus, erit periculum conuulsionis, & inflammationis, de quibus supra, diximus, & curandum erit vulnus sicuti si punctim esset cæsus neruus hoc tamen discrimine, quod si nudatus erit, cauendum est à nimis exicantibus, vt dictum est; si non nudatus erit neruus, sanies expurganda est, & foramen apertum custodiendum; de Chirurgicis præsidijs vniuersalibus, de pharmaceuticis, Dietæticis nihil dicendum, solum topica præsidia eligenda fuere, vt supra dictum est, vt prima cum stuppa albumine oui, & sale, vel toto ouo albumine, si dolor erit ingens, postea digestiua, & tādē detersoria, postremo cicatrizātia erunt adhibēda.

De Cura nerui contusi. Cap. IX.

COntusio est quædam affectio nerui facta ab aliquo duro instrumento, cum solutione quadam media continui subiectarum partium; non est necessarium, vt soluatur vnitas cutis à contundente, vt fiat etiam vulnus, sed solutio continui, vt partes, & neruus, quæ continua vnione, & naturali erunt conformatæ, per instrumentum contundens quodammodo disuniantur adeo, vt neruus contusus ab aliquo duro instrumento, vel est cum vulnere adiunctus, vel est absque vulnere, sed cum simplici contusione, si erit cum sola contusione: quia vt plurimum sanguis, & humores ad partem contusam fluunt, oportet reuellere humores fluentes omnibus remedijs Chirurgicis, pharmaceuticis, & Diætæticis, & pariter fluxus coercere incrassantibus, intercipientibus, & defensiuis: demum circa locum contusum administretur hoc emplastrum, quod vim habet emolliendi, & digerendi humorum fluxum, & dolorem leniendi, vt emplastrum dialtheę, de matre sylua, de meliloto, vnguentum alabastrum, vel Rec. farinæ fabarum, erui ana, vnc. iij. oximelis, q. s. m. fiat emplastrum, vel Rec. foliorum, maluarum, florum, camomelli, betonicę, hyssopi, organi, foliorum maluæ, fœnu greci ana m. ss. decoquantur in sufficienti quantitate aquæ; deinde contundantur, postea adde vermium terrestrium coctorum in oleo communi, vnc iij. olei camomellini, violacei ana vnc. ij. m. o nnia simul, & fiat emplastrum. S. A. præterea possumus conficere emplastrum, aliud ex radice cyclaminis cum sale, & melle, & maiorana, & decoctum ex mentastro, & pulegio summopere confert; & si cum vulnere erit contusa cutis, & caro subiecta, erit curandum, vt supra: contusio, vero nerui pariter, per ea, quę habent vim leniendi, & extrahendi leuiter humorē fluxum; inter cætera summopere laudetur cæpa contrita in melle, & cocta. Item radices aristolochiæ coctæ, & cōtusæ in melle, radix liliorum, sapa, euphorbium cum fæce olei, diaquilon cum styrace liquida; præterea duo sūt symptomata præter contusionem, & inf quæ contingere solent contusioni, dolor, durities, ac stupor, dolor

Pro dolore

sedatur anodynis, & præsertim in hoc casu oleo camomelino anethino, liliorum alborum, oleo vetustissimo, pinguedinibus, & axungiis gallinæ, Anatis, medullis suillis, vitulinis, oleo irino pręsertim hyeme, de ruta, de castoreo, altea decocta malua summopere confert ad dolorem sedandum: si aderit stupor, & durities, oportet

Pro stupori et duritie.

mollire id quod durum est: deinde mollitum digerere & euacuare & stuporem remouere, his quę habent uim aperiendi, & laxandi substantiam medullarem nerui imbibitam angustatam succis, & humoribus propter contusionem: adhibeantur semper prius, quę sunt administranda pro totius prouidentia ante topica præsidia; sed inter topica hæc sunt enumeranda, videlicet radices maluisci radix lilii, trita, & cocta in sapa, diaquilon simplex, & diaquilon cum pinguedinibus, emplastrum de meliloto adipes omnes axungiæ, suffumigium etiam ex lapide molari, aut lapide piritis cum aceto, vel decocto, ex floribus anethi, camomelini, liliorum alborum, radicis capparorum, origani, & huiusmodi, etiam hoc emplastrum solet duritiem emollire; vt Rec. pinguedinis gallinæ; Anatis ana vnc. ij. radicis ciclaminis, liliorum alborum maluisci coctarum in iure pingui ana vnc. ij. olei anethini vnc. j. nitri collocintidis ana drac. ss. m. fiat emplastrum, vel Rec. olei vetustissimi vnc. iij. olei capparorum liliorū alborum ana. vnc. j. collocintidis, florum camomillę ana drac. ij. ceræ, & terebenthinæ ana vnc. j. & fiat, ceratū quod uim habet mollificandi, & digerēdi; sed de tumoribus præter naturam aliàs dicendū erit.

De Vulneribus Capitis. Cap. X.

VVlnus capitis, aut est simplex per incisionem cutis, aut est cum amissione substantiæ ipsius cutis, cura horum vulnerum supra tradita fuit; sed si vulnus vsque ad os pertingat, si non admodum in osse sit fractura, & incisio; lima, uel scalpello abradendum est os; nam si absque limatura, & scalptione rima illa ossis, & fissura relinqueretur difficilè vulnus sanaretur, & post sanationem frustula ossis incisi expellerentur per cutem; ossa enim incisa non amplius coalescunt; si fissura ossis ita profunda fuerit, ut ultra mediotatem ossis deueniat, & timor sit, ne internæ partes cerebri inflammentur, & ne ue sanguis extraneus defluxus putrescat in substantia cerebri, & membranarum, quod cognoscitur; quia post inflictum uulnus patiens uel euomuerit, uel ceciderit in terram, uel etiam dolorem, & grauitatem capitis persentiet, fluxum sanguinis à naribus, uel ore, uel auribus habuerit; cognoscitur etiam rima atramento sutorio, an penetrat, & medicamento, ex thure, farina fabarum resina, therebinthina, & aceto: nam si exiccatur medicamentum Signum est ex Paulo, & Celso fissuram ad cerebrum penetrare; tunc tuto, cito, & cum iocunditate antę quartam diem potissimum, erit incidenda cutis atque pericraneū, quod uulgo dicitur trapano, erit os cerebri perforandum leui manu, & caute, ne dura membrana, & pia cerebri lædatur, sed circa locum perforandum primo sunt hæc adnotanda, ne in temporibus, & lateribus capitis sectio fiat, propter musculos temporales, qui maxime sensitiui sunt, & facile conuulsionem, & inflammationem patiuntur: pariter cutis frontis non est incidenda per longitudinem: quia vicem musculi obtinet eleuando palpebras oculorum; sed potius est incidenda per transuersum, & latitudinem: pariter semper sectio facienda est ali;s in locis, secundum rectitudinem fibrarum musculorum, non autem per transuersum fibras musculorum incidere: quia sic incisis fibris motus musculorum deperditur: præterea dum craneum perforatur cauendum est ne sutura coronalis, sagittalis, lumbdoidis tangatur: quia membrana cerebri his suturis adhæret, vnde si craneum his in locis perforaretur, membranæ inflammarentur, & cerebrum etiam comprimeretur: quia ipsæ membranæ amplius illud non attollerent: pariter cum caput diuidatur in ociput, & sinciput, non est ignorandum vulnera in sincipitè infirmissima esse ad resistendum; in ocipite, vero firmissima, in anteriori parte æquo modo se habere, vnde si aliquis esset moriturus, facilius obiret ob vulnus inflictum in sincipite, quam ob vulnus occipitis, medio modo vulnus anterioris partis præterea neque in temporibus sunt moliendæ perforationes propter copiam venarum, & arteriarum, & plexus internos; nam lęsa aliqua illarum partium, sæpe ob nimiam sanguinis profusionem moritur æger; deinde

etiam

" etiam quia in hac parte tenuissima est pars cerebri cum " ventriculis; idcirco ex Hipp. dicendum omne capitis vulnerus, licet exiguum sit, esse lethale, eo magis cũ uulnus peruenerit vsq; ad substantiam cerebri; quamuis, vt inquit Hip. & Gal. 6. aphor. contingunt aliquando vulneratam substantiam cerebri, & portionem aliquam im minutã esse, & tamẽ saluantur ægri, rarò tamen id cõtingit; quia substantia cerebri non coalescit, neq; membranæ dura, & pia mater, nisi validum robur sit ægrotantis, ætas florens, & aëris temperies accommodatissima, quę aeris temperies semper plurimũ conducit; nam humida & frigida aduersantur cerebro, calida, & sicca, & maritima vtilis est; vnde facilius sanantur in ætate, quàm hyeme, in regione, aere calido, & sicco, quàm humido, & frigido, etenim cerebrum cum sui natura frigidissima, & humidissima inter ceteras humani corporis partes sit, eget pro conseruatione calidi innati, calore, aeris ambiẽtis natura vel arte: deinde calidis medicamentis, & tegumentis, quando verò erit craneum perforandum iam patet ex dictis: sed præsertim id faciendum est, quando fissura erit profunda, & timor sit, ne partes internæ inflãmentur, recesseritq; vomitus vel casus, uel vertigo, uel contusio magna fuerit, vt suspirio manifesta oriatur sanguinis egressi è venis internis cerebri; vnde ante quartũ, vt dixi, facienda est perforatio, contingit aliquando vel ob inscitiam Chirurgi pretermissam fuisse perforationẽ vel ob ignorantiam, uel adstantium impedimentum; verum si post quartum apparuerit aliqua conuulsio brachiorum, uel uigilia, uel delirium, vt ex ijs argumentari deceat collectam esse materiam, & putrescentem in mẽbranis, & externis cauitatibus cerebri, molienda est perforatio, vt possit euacuari per foramen materia collecta, & pus, atq; digeri, & alterari medicamentis, quę infunduntur per foramen, hac tamen cautela, quia sæpe ęgrotantes moriuntur: modus perforandi uarius est, pro uarietate uulneris, & uarietate instrumenti perforantis; demum si fissura, & uulnus ita patens erit, & apertum, ut toto craneo inciso, manifeste appareant membranæ cerebri, non est amplius foramen perficiendum; nam p uulnus poterit materia, & pus egredi, solum frustula cranei sensim, & sensim erunt forcipe extrahenda, & si quid ossis cranei à nimio percutiente, & vulnerante fuerit inflictum in membrana, & substantia cerebri: quia & dolor, & inflammatio, & uiolenta compressio, & inhibitio motuum animalium fit, leniter, & placide erit frustulũ attollendum forcipe, uel alio instrumento accommodato: remanet solum, ut remedia administrentur pro foramine facto: nam uulnus cutis capitis, & eius incisio uel cum deperdita substantia, uel sine deperdita substantia sananda sunt pręsidiis, quæ in capite de simplici uulnere, & cum amissione substantiæ præscripta fuere; idcirco perforato craneo, ut plurimũ solent Chirurgi instillare oleum rof. vel simpl. uel comp. uel omphacinum, prius tamen uulnere emundato, atq; tunicis internis gossypio: oleum prædictum concoquit, & modicè coercet inflammationem, & humores fluentes: deinde solent addere oleum hypericonis: pro digestiuis uero, & detergentibus infundunt, uel mel. rof. uel syr. rof. addita myrrha, uel thure portione croci pro ætate, & temperie ægrotantis, atq; sensus acutie, nam aliquando ægrotantes membranas exquisitissimi sensus obtinuere; ita calidas, & siccas, ut vix perferre possint syr. rof. si è contra humidissimum fuerit cerebrum hebetisq; sensus mẽbrana, patiens senile in hyeme regioneq, humida, calidiora tegumenta sunt administrãda. oleum hypericonis, oleum anethinum, camomelinum cum resina, terebinthinæ cum puluere dictamni, & betonicæ, mel simp. & si putridum magis fuerit uulnus, uehementiora ẽt detergentia adhibeãtur extra semp lineamina, & stuppa sunt madefacienda in aliquo decocto, uel uino alterato ex rof. mastice, foliis oliuæ, betonicæ, & his pro tempore uulneris corrførst respondente principio, augumento, statu, & declinatione, quæ pariter temperatura cognoscuntur ut

Tempus perforandi.

Modus perforãdi.

superius dictum fuit, & substantia, & quantitate puris, ex colore labiorum uulneris: immediate super foramen ceratum aliquod capitale imponitur, & super hoc spongiæ filamenta uel stuppa; tandem uero cicatrizãtia imponuntur; nam foramen illud ossis repletur à natura quadam carne callosa, quæ uicem ossis gerit, & tandem postea externũ uulnus curatur: si uero supereuerit, ut aliquando solet contingere caro aliqua, uel fungi, utendum est mitioribus remediis supra enarratis, capite de cura supercrescentis carnis; de repellentibus uerò, intercipientibus, & aliis præsidiis; tum topicis, tum uniuersalibus Chirurgicis pharmazeuticis, & dieteticis, nil aliud dicendum est, nisi in uulneribus capitis fere hæc omnia maiori diligentia administranda: quia læthalia sunt uulnera, secanda erit uena, sanguis extrahendus, aluus lenienda, humores concoquendi, & incrassandi, & uires tenuissimo uictu, & refrigerante sunt conseruãdæ, ut sola panatella in aqua, uel iure, solus cremor ptisanæ usq; ad septimum administretur: potus sit aqua sacharata, uel aqua hordei, uel ius pulli longum, si uires imbecilles essent.

De cura vulneris capitis cum symptomatibus videlicet inflammatione, delirio, conuulsione, vigilia, dolore, memoria, deperdita, & alijs. Cap. XI.

HAec symptomata solent contingere, quando uel maxima contusio cranei uenas internas duræ, uel piæ meningis dilacerauerit, & sanguinem diffuderit, ut hoc putrescente oriatur inflammatio membranarum, & cerebri, quæ est in causa delirij, & ne ob spiritus animales inordinatos rectè phantasmata, & ordinata possint offerri intellectui, & uentriculos anteriores cerebri excitant, ut uigiliæ oriantur, uel à materia acri, & mordaci vellicantur membranæ cerebri, quæ vellicatæ contrahunt neruos quos inuestiunt, & nerui contrahunt musculos, & musculi membrum; adeo vt contractio horum omnium fit conuulsio ab acri, & mordenti succo; nã oritur duplex alia cõuulsio à materia repelente tunicas neruorum, uel à causa nimis exiccante illas tunicas; deperditur, & memoria ob inflammationem prædictam; aliquando & ob humorem frigidum, & humidum compulsum à contundente instrumento; aliquando ab osse contuso comprimente ventriculos cerebri; vulnus etiam magnum hæc omnia producere solet; sed curatio horum symptomatum maxime dependet à curatione, vel vulneris, vel fracturę cranei, idcirco remota causa, scilicet vel fractura, vel vulnere, remouentur effectus, & symptomata enarrata.

De cura fracturæ cranei non pertingentis ad duram meningem, seu membranam. Cap. XII.

CAput constat primo ex capillis, qui copiosissimi sunt, ad tutelam ipsius, & ad expurgationem excrementorum, quę in cerebro gignũtur; secundo adest cutis crassa; sed in posteriore parte occipite crassior existit, quam in sincipite, & hæc cutis maximè sentit, tuetur craneũ, tertio reperitur pericraneũ, quod est membrana tenuissima, os capitis tegens, & ambiens, sensu exquisito prędita est, & originem trahit à dura mẽbrana; idcirco si aderit fractura cranei, uel pericraneum erit vulneratum, uel non, si non, & fractura maxima sit, vt cogatur Chirurgus secare pericraneum, nam si terebra perforaretur, maximus dolor excitaretur. Quarto adest craneum, quod est capitis os, quod in plures

res partes secatur secundum suturas iam enarratas, coronalem, sagittalem, lambdoidem, & temporales; de fractura igitur cranei dicendum, quæ vel est cum vulnere, cum incisione cranei, vel pericranei, vel est absq; vulnere; sed à contusione tantum quid sit vulnus, & quid contusio supra dictum fuit, atq; quomodo sint curanda vulnera capitis: reliquum est, vt pauca dicamus de fractura cranei non pertingente ad duram meningem, & hæc est soluta continuitas ossis cranei ab aliquo instrumento vulnerante, appellatur soluta vnitas in osse, potius quam vulnus: quoniam ossa cum dura sint, & frangibilia, diuiduntur in partes in quas secantur: causa efficiens eadem est, quæ potuit vulnus infringere vel est contundens, vel incidens, uel perforans, vel distrahens vel impellens: adeo vt ad duo capita redigantur scilicet instrumentum violenter, vel impellens, vel violente attrahens, quoniam omne quod mouetur à loco suo naturali, vel mouetur ab aliquo instrumento impellente, vel ab aliquo attrahente, vel tertio mixto ex vtroq;: cognoscitur verò fractura, vel sensu, vel aliquo instrumento, nempe atramento sutorio: nam quousq: atramentũ penetrauerit, eo vsq; pertingit fracturam, vel medicamẽto aliquo exicante, vt emplastro betonicæ, vel emplastro ex farina fabarum, thure, resina, quod si nimis exiccetur, significat fracturam pertingere ad duram membranam; si verò non exiccetur signum est non totum craneum fractum esse; adest etiam alterum signum nempe si ore, & naribus clausis eleuetur aliquid circa craneum, vel egrediatur aliqua humiditas, vel vapor: nam pia, & dura mater continuo eleuatur, & eo magis si os, & nares clausæ erunt, aliud apparet signum tactu; nam persentitur manibus vna pars magis altera eleuari, atque aliquandò moueri: his omnibus cognoscitur craneum fractum esse; sed oritur maior difficultas: quia aliquando locus contusus est in vna parte, & fractura excitatur in altera opposita, & hoc à Celso fuit animaduersum lib. 6. exemplo vitri, quod si contunditur iu vna parte, in opposita frangitur, quod proprium est corporum durorum, & frangibilium, & quotidiana experientia confirmat id verum esse; qua propter summa diligentia adhibenda est à Chirurgo præsertim si maxima fuerit contusio, & sine vulnere, ut manu tactuq; diligentissime deprehendat, an circa contusam partem percipiat fracturam & partes inæquales, an etiam circa partem oppositam circa quam solet circa tertiam, & quartã diẽ apparere vel tumor, vel liuor, vel dolor, vel saniosa humiditas, vel relaxatio cutis ab osse, uel frustulũ aliquid ossis perforans pericraneum deprehenditur, his cognitis

Cura. curanda erit fractura, & primo si aderit tantum rima facta per incisionem scalpro incisorio vtendum est potius, quàm raspatorio vsq; quò deueniatur ad os sanũ: prætereа supra ponendum si leuis erit rima, puluis ex betonica, sthecade, rore marino, pulegio, calamento peonia; si validior erit rima, conficiendus est puluis ex dictamno, & scordio, gentiana, aristolochia, opoponace: pariter si fractura fit per puncturam, uel per contusionem, quæ non pertingat totum os cranei, raspatorio vtẽdum, pulueres supradicti inspergendi, & etiam ex his pulueribus erit conficiendum aliquod vnguentum, hic etiam tempus morbi obseruandum est: nam alia medicamenta sunt vsnrpanda in principio, alia in augumento, & alia in statu, & alia in declinatione; in principio, uel detectum erit os à pericraneo per incisionem, puncturam, uel contusionem; adeo vt appareat os ipsum fractum, & tunc non est necesse os pericraneum incidere; sed statim erit albumen oui cũ stuppa imponendum: deinde poterimus sequenti die imponere emplastrum, si erit æstate confectum ex farina hordei, oleo ros. & postea cum pul. ros. & betonicæ: nam in principio inhibenda est inflammatio, astringendum est, & exiccandum; si hyems erit, licet addere vinum, uel sapam, in augumẽto administrandum erit vnguentum ex betonica, & maiorana exiccantia, & eo magis si aliqua suspitio appareat humoris extrauenati infra craneum, & meningem; verùm si pericraneum non erit lœsum, craneum uero sit fractum contusione, si appareat rima manu deprehensa, vel aliis signis tumorq; circumcirca insurgat, pericraneũ secandum erit secundum crucem; deinde abradenda est fractura vsq; ad os sanum: postea vero pulueres supradicti; tum emplastra imponenda sunt, & quo maior erit fractura, & dolor capitis, uel inflãmatio vigeat; in principio inhibenda est inflammatio; tum sectione uenę; tũ medicamentis expurgantibus; tum diæta, quæ semper in quolibet uulnere sit, & fractura licet minimum sit, exquisite est instituenda absq; vino, carne, ouis, præsertim usq; ad quartum, & septimum diem. topica uerò præsidia in principio minima adhibeant. ut Rec. farinæ fabarum unc. iiii. olei ros. unc. iii. pulueris myrtillorum ros. eufragiæ an. drach. i. poschæ q. s. m. f. emplastrum in augumento, uerò Rec. farinæ lupinorum, fabarum an. vnc. ii. olei ros. camomellini an. unc. iii. pulueris betonicæ, ros. an. drach. i. oximelis. q. s. m. f. emplastrum, & in his persistendum medicamentis quousq; tumor aliquis apparuerit, circa fracturam saniosus liquor emanauerit. hoc vnum tamen sciendum; ut æger ab aere externo tueatur, caputq; foueatur præsertim in hyeme calidis, æstate uero temperatis, in fine uero unguentum isis, & de matre silua erit usurpandum: habent enim uim exiccandi, & attrahendi ad extra humores transfusos, labia uulneris, nempe cutis capitis erunt curanda, sicuti supra dictum fuit de vulneribus capitis.

De cura fracturæ cranei pertingentis ad duram meningem, videlicet de cranco fracto secundum omnes partes. Cap. XIII.

PAriter dicendum, si totum craneum fractum est usque ad duram meningem; uel est fractum cum pericranei læsione, & incisione, uel absque incisione; sed contusione tantum, & deinde rima, uel est satis aperta, ut ualeat egredi sanies, uel clausa est, ut retineatur sanies: demum tertio, uel æqualiter fractum est os, uel in una parte magis depressum, in una uerò magis eleuatum, & demum, uel squãna, uel frustulum ossis apparet ad extra, uel intus ad cerebrum pertingit: ex superius enarratis circa uulnera capitis, & fracturã cranei, cura, & signa horum omnium patent, sed tamen etiam in præsentia dicendum cognosci fracturam pertingentem ad duram meningem: quia apposito emplastro magis exiccatur: deinde quia naribus, & ore clausis eleuatur pericraneum, uel os præterea tactu, & symptomatibus magis uertigine scotomia, uomitu. delirio, capitis dolore, casu in terram, & aliis, eo magis si oculis detectum fuerit os craneum, & apparuerit rima, semper pericraneum est incidendum si nõ fuerit incisum: deinde craneum erit eleuandum, si depressum erit, & frustula adimenda, & adæquandum, si possibile erit, præterea rima aperta, & reserata habeatur: statim inter initia infundatur oleum ros. & myrthinũ ad arcendam inflammationem, superponãturq; emplastra supra enarrata in principio, & reliqua topica præsidia adhibeantur: quæ supra de uulneribus capitis dicta fuere scilicet concoquentia detergentia, & cicatrizantia; semper tamen capitalia præsidia addantur scilicet betonica, stecades, pulegium, calamentum, pœonia, melissa, eufragia, rosmarinus, quæ roborant caput, & innatum calorem cerebri fouent; si uerò rima aperta non fuerit, craneum perforandũ est ueluti diximus, & reliqua præsidia adhibẽda sunt q̃ in primo capite de uulneribus capitis exposita fuere, & tã diù persistẽdũ, tũ in cõcoquẽtibus; tũ in detergẽtibus, & aliis quousq, indicãs expostulet; materia cõcoquẽda est, tã diù, quousq; inflammatio

desideret,

desideret, vulnus detergendum est tanto tempore vsq; quo pus album, lene, & æquale apparuerit.

De cura duræ, & tenuis meningis, seu duræ, & piæ matris. Cap. XIIII.

SI vulnus capitis pertinget, vsq; ad substantiam cerebri secus duram, & piam meningem; primo spectandum venit vulnus cutis capitis, & fractura cranei; sed quia maxime letale videtur vulnus duræ, & piæ matris, huc consilium Chirurgici erit dirigendũ, oculis perspicietur, an tantum vulnerata sit dura mater, an etiam tenuis; si dura tantum, vulnus non erit ita perniciosum: quia venis, & arterijs non ita copiosis prędita est; tenuis verò copiosa venarum, & arteriarum facilè inflammatur, & inflammationem impartit substantiæ cerebri, quam immediate tangit, & cognoscitur tenuẽ esse vulneratam, dum apparet substantia cerebri, & etiã egreditur, qua propter omni diligentia studendum est in curando huiusmodi vulnere præsidiis Chirurgicis, pharmaceuticis, & dięteticis; statim enim si vires permittunt, & ætas, secanda erit vena, aluusq; lenienda, & syr. administrandi, refrigerantes, & incrassantes, ne humores fluant, victus ratio tenuissima vt sola ptisana in aqua, uel panatella cum saccharo exhibeatur vsque ad septimum, & vltra: potus erit aqua, vel aqua saccharata vel ex coriandris præparatis; si verò vires, vel ob nimiam effusionem sanguinis imbecilles essent; tunc tempori [illegible] erit sanguis extrahendus per sectionẽ ven[illegible] neq; vic[illegible] ratio, ita tenuis est instituenda; sed manu[illegible] vires copiosiore victu, iure pulli, ouis, & carn[illegible] potius calidus, & siccus, vel arte, vel natura, vu[illegible] capitis calore, & siccitate egẽt, quibus dest[illegible] brum facilè putrescit, optime igitur su[illegible] gumenta circa capita. verùm prin[illegible] auxilia topica, quæ vulnus tenuis, & du[illegible] respiciunt sunt diuidenda in quatuor indic[illegible] tuor tempora morbi; nam[illegible] mento, alia in statu, alia i[illegible] in principio cum adsit in[illegible] mores, inhibendi inflammationem, sum[illegible]ur oleũ rosatum, & oleum myrtinu[illegible]ra portione terrebinti cypri; tum gra[illegible] caloris innati ipsius cerebri; tum gratia e[illegible] quas superuacaneas humiditates, succus e[illegible]m, plantaginis cum puluere hypericon[illegible]i, non erit inutile remedium; oleos[illegible] in humidissimo cerebro omittenda [illegible] vice potius pulueres, & succi sunt eligen[illegible] sene siccora, & calidiora sunt vsurpanda; succum[illegible] rubi, & succum hypericonis, non erit ab re infundere mel ros. cum terebinthina, & pul. hypericonis, vel succum apij, cum terebintho, in statu vero molli detersorio vtendum videlicet Rec. farinæ milii vnc. ii. terebinthi cypri vnc. i. mitridati drac. iii. aquæ vitæ, succi ros. mellis rosati an. vnc. i m. instilletur, vel superponantur super tenuem, [illegible] meningem: oleum etiam spaniolæ, balsamu[illegible] dentale, & balsamum artificiale probatur; pote[illegible] huiusmodi medicamẽtũ Rec. mel rosati vnc. ii. [illegible]tamni, scordei; hypericonis an. drach. ss. mastic[illegible] cinnamomi an. scrup. j. m. in declinatione adhuc validiora exi[illegible]tia, & agglutinantia parentur, vt aloes pulueriza[illegible] dictamni, scordei, masticis, calamẽti, puluerizati an. [illegible] j. oleum etiam ex calamento probatur, sed dum hęc [illegible]dicamenta infunduntur pro temporis diuersitate; e[illegible] pacto etiam medicamenta extra apponenda ad vulnus cutis ipsius capitis, & superponenda semper stuppa madefacta in vino nigro cum rosis in principio: deinde calida addenda sunt, ut betonica ros. mar. saluia stecas; possunt etiam parari emplastra ex farina hordei cũ puueribus prædictis ex stecade, saluia, betonica, origano, calamento cum oximellite q. s. hoc vnum notandum, vt supra dixi, ut huiusmodi emplastra, & fomenta, quæ extra apponuntur correspondeant tempori ipsius vulneri, ætati ægrotantis, & temporibus anni, in hyeme calidiora sunt administranda, & aer cubiculi calidior reddendus; frigus enim maxime inimicum est membranis, & cerebro: sæpe solet contingere ex incuria Chirurgorum vel ex praua victus ratione, & crapula ægrotantis, vt superuacanea excrementa redundent in capite vulnerato, & aliquando oriantur fungi ex nimia putredine, succurrendum est igitur his erroribus tum tenuiori victus ratione syr. exiccantibus, lenitione alui, abstinentia ab oleosis medicamentis, vsu medicamentorum magis detergentium, uti vnguentum ægyptiacum, oleum calcanti cum aqua rosacea, uel plantaginis, pul. sauinæ, scordii cum terebintho cypri, puluis ex semine vrticæ, origano, calamenti, & aloes, hæc omnia putredini aduersantur, humiditates absumunt, & superuacaneas excrescentias depascuntur: quid erit agendum pro inflammatione, iam supra dict[illegible] & hæc de vulneribus [illegible] capitis. nam [illegible] cerebri est uulnera[illegible] præsertim [illegible]grotan[illegible] & curantur eo modo [illegible]

[illegible] Cap. XV.

T[illegible] dicitur [illegible] reg[illegible] ad [illegible] in [illegible] [illegible]ur pulmo, cor, a[illegible] magna pleura [illegible]mbit os sterni, & [illegible] si igitur uulneratu[illegible] [illegible]plex, uel cum d[illegible] in[illegible] externa thoracis, & non [illegible] sicuti cœtera uulnera sim[illegible] animaduertendum [illegible]icam[illegible] nientia sint pot[illegible] ctus respiciat; vt ptisana hord[illegible] panatella cum saccharo, vel c[illegible]m melonum: potus sit aqua hor[illegible] violato, & medicamenta topica [illegible] & cor, & pulmonem, adeo, vt abs[illegible]ullis veneficis medicamentis; & ad[illegible] facultati.

Si vero vuln[illegible] thoracem, uel secundum vnum latus, u[illegible] secundum vtrunq; erit, cognoscitur vulnus penetrans ex aere, q[illegible] vulnus expiratur sæpe, vel candela accen[illegible] vel [illegible]pio, uel lana prope foramen [illegible] appo[illegible] afflatur, qui egreditur p foramen h[illegible]modi mouetur: aderit etiam tussis, grauitas thora[illegible] verò pulmo erit læsus, & sauciatus, dignoscitur ex tussi frequenti, ex difficili respiratione, ex sanguine spumoso excreto, atq; aliquando ex portiuncula pulmonis per sputum reiecta; aderit febris: cordis verò vulnerati signum est maxima sanguinis effusio: sincope, & citissima mors; si secũdũ superficiẽ esset vulnus; tunc non poterit æger perdurare ad quartam: diaphragmatis vulnerati signa sunt deliriũ, difficultas respirandi, febris continua, dolor, tussis, sitis, & aliquando grauitas, & contractio, & risus sardonicus: per foramen aliquando dyaphagmatis sursum in regionem thoracis, lie par, ventriculus in collum intestina ascenderunt. Si arteria magna erit vulnerata; aut vena magna, aderit magna sanguinis profusio, & cum saltu, uel sine saltu, tussis & sputum sanguinolentum, difficillima respiratio, [illegible]citissima mors; magis lethalia sunt vulnera, quæ ex[illegible] posteriorẽ thoracis attingunt ob spinalem medul[illegible], neruos, musculos, arteriam magnam, & venam dorso affixas, minus lethalia erunt vulnera secundum partem anteriorem, eo quia anterior pars magis sicca videtur; & minus scatet humiditatibus. Si vulnus penetrauerit, erit prius curandum his tribus præsidijs chirurgicis pharmaceuticis, & dięteticis. Secanda erit vena, si vires, & ætas permittunt leniendaq; erit aluus, cum manna, & decocto hordei, vel cum syr. viol. sol.

mel.

mel. rof. fol. & decocto cordiali, vel cassia cum manna, syrupiquè omnes pectorales exhibeatur, ut syr. viol. de liquiritia, de capillis veneris, iuiubinus, myrtinus addito decocto hordei violarum, sebesten, iuiubarum, & huiusmodi, uel in iure, vel in aqua: ab acribus, & astringẽtibus, atq; acerbis cauendum; quia pectori inimica sũt; sed potius ea, quæ emolliunt, & calida, & humida, & refrigerant, eligantur inter initia tamen vulneris, vt inhibeatur inflãmatio, & fluor sanguinis, portio syr myrtini, & iuiubini non erit spernenda, sicuti decoctum symphiti, & syr. Fernelij de symphito, & de altea.

Victus. Victus ratio debet correspõdere; eligatur, et prissana hordacea in iure, vel acqua cocta cum saccharo, uel panatella cum saccharo, vel cum emulsione seminum peponũ, & si vires imbecilles fuerint, addatur ius pulli, cum penidiis, & farina amyli, ouum etiam sorbile viribus inualidis erit concedendum cum saccharo: potus sit posca præsertim si trombus sanguinis aderit in cauitate thoracis, vel aqua hordei passulata cum syr. myrtino in principio; in augumento cum syr. deliquiritia, de violis, de iuiubis, capillorum veneris, ad

Topica. topica verò præsidia dicendum materiam collectam in thorace tribus vijs expurgari posse, vel per os, vel per vrinam, vel per foramẽ vulneris: per os expurgatur, syr. expectorantibus dictis, & alio electuario parato, vti ex penidiis farina amyli, emulsione seminis melonum, & syr. viol. paratum, quod sensim, & sensim erit deuorandum, & huiusmodi lambitiua administrantur, vt materia collecta in thorace facilius educatur, sed in his lambitiuis addenda sunt aliqua astinentia ad naturam vulnerati membri; si aderit vulnus in pulmone, addatur pulmo vulpis, radix symphiti, & pulmonariæ; paretur etiam ex mulsa, & emulsione seminum peponum, addito puluere pulmonariæ, symphiti, pulmonis vulpis, diadraganti. sed in principio erũt administranda ea, quæ habent vim comprimendi fluxũ humorũ; in augumento, quæ abstergant, & cõcoquant, in fine, quæ carnem gignant, & cicatrizant, vt in fine addere liceat baccarum myrthi, rosarum rubearum, masticis, & specierum diadraganti frigidi: per urinam educunt superuatancas humiditates collectas in thorace, syr. prædictũ & decoctũ capillorum veneris, lupulorum, ceterac, seminum peponum; hordei, & de liquiritia, ius cicerum ruborum, & decoctum radicis fœniculi, & petroselini, si calor febris non inhibuerit; per foramen, verò uulneris expurgatur dum supinus decũbit æger, & nares, & os claudantur, vt aere contracto thorax expellat per uulnus, situatur etiam æger, ut ad decliuem locum decumbat, & fluat materia, sed an foramen sit apertum tenendum, uel ne diutius, dubitatur;

Quæstio an foramẽ sit apertũ tenendum. unde dicendum, si adsint signa sanguinis, & humorum collectorum in thorace, foramen apertum est conseruãdum caute tamen, ne frigidior aer ingrediatur, & si copiosa erit materia, ne in thorace manens partes nobiles lædat, cannula argentea, uel plumbea, uel lignea, uel linea conficienda erit, qua continuo fluat saniosa colluuies, & hæc cannula erit inungenda, & circumponẽda medicamento aliquo: si uero exigua, & pauca sit materia, aut nulla cannula admittenda erit, foramenq; strictum admittendum, & quam citissime sanandum, ne ex aeris contactu partes internæ lædantur, & spiritus dissoluantur. materia quæ solet per syphonem per cãnulam aliquam retortam in thoracem immitti, ut abluat materias collectas, & abstergat uulnus, est aqua hordei primo cum melle rof. uel aqua saccharata tantum, fra decoctum liquiritiæ, sebesten, hordei, baccarum m ti cum syr. de liquiritia, uel de altea, uel uiol. immissa huiusmodi decocto: nares, & os clauduntur æger: secundum partem uulneratam decumbit, agiturque thorax manibus lente, ut decoctum illud abluat undiq; partes thoracis; mulsa aliquando immittitur, & proijcitur; sed cauendum ab amaris, & salsis; sed amica naturę eligenda sunt, & suauia, & pro ratione temporis uulneris medicamenta sunt uarianda, & pro detergentibus utẽdum erit in materia crassa decocto hysopi, betonicæ, liquiritiæ; in carnis generatione decocto masticis, thuris, & liquiritiæ, in cicatrice inducenda decocto caricarum: passularum, radicis symphiti, masticis sandalorum: turunda postea semper erit aliquo medicamento illinienda, quod carnem gignat, & materiã attrahat, ut unguẽto damasceno, uel digestiuo, uel extersorio, & terebintho, & melle cum puluere iridis, ceratumq; sacrum ponatur extra ut attrahat, uel ceratum de betonica cum puluere hyssopi, & dictamni. hoc unum semper est adnotandum in uulneribus thoracis, ut materia collecta expurgetur medicamentis prædictis, & aliquando etiam uino albo cum melle, ut detergeatur, & calor partium internarum foueatur, & hoc præsertim in senibus, sed solet dubitari, an liceat in uulneribus thoracis, aut arteriæ, aut uenæ magnæ, aut pulmonis, ubi adsit maxima sanguinis perfusio, uti astringentibus medicamentis, sanè nullum dubium esse uidetur; quin indicatio sanguinis arcendi maxime polleat; idcirco inhibendus est sanguinis fluxus & per ea medicamẽta, quæ reuellunt, uti per uenæ sectionem per cucurbitulas, per hirudines, ligaturas, frictiones; tum per medicamenta, & syr. astringentes intus administratos; tum per iniecta syphone in fistula in thorace, ut si infundetur ex thure mastice, bolo arm. sang. drac. uel pulueres ex gummate arabico, sãdalis, plantag, symphito, rof. baccis myrti cum vino nigro austero, vel dec. plant. rof. rubi, symphiti, radicis mori nigri, corticum granatorum, myrobolanorum, vel cum vino granatorum, vel cum syr. de rof. siccis, vel myrtino: hæc omnia habent vim astringendi, & inhibendi sanguinis fluxus; post cuius inhibitionẽ in cætera sũt administranda, quæ ad vulnus curandum pertinent, concoquentia, detergentia, incarnãtia, cicatrizantia, sed his addenda sunt, quæ pectus, & thoracem respiciunt, de quibus supra, & pariter victus ratio alia est in principio administranda astringens, alia detergens, postea alia incarnans, & incrassans, & cicatrizans, & hæc de vulneribus ipsius thoracis.

De Vulneribus abdominis. Cap. XVI.

ABdomen dicitur illa pars, quæ à sępto transuerso usq; ad os pubis, in se continet ventriculum, intestina, hepar, lienem, renes, vesicã, & in mulieribus vterum, appellatur etiam medius venter, qui maxime dicatus est facultati naturali, nutritioni, & generationi: quapropter vel uulneratur secundũ partes externas, & superficiem absq; penetratione, uel per rectum, uel per obliquum, & tunc curatur vulnus, sicuti supra de curatione vulneris simplicis, uel cum deperditione substantiæ dictum fuit. Si vero vulnus penetrauerit musculos, & peritoneum; dignoscendum est primo ex immissione styli, si penetrauerit: deinde ex conspectione omenti, & intestini: nam dum ruptum est, & vulneratum peritonæum, egredi solent intestna, & omentum. demum quia aliquando per obliquum vulnus inflictum est, & non valent egredi intestina, & difficile etiam stilus immittitur per syphonẽ: vinum proijcitur, quod si remeat, signum est vulnus nõ penetrare; si permeat ad intestina. ergo vulnus ad internas partes pertingit; præterea vulnus abdominis penetrans, vel est satis apertum, & latum, vel aliquo stylo, ferro subtilissimo confectum est: si foramen exiguũ e, & penetrans, præmissa curatione vniuersali, diæta, Chirurgia, & pharmacia, turunda primo immittenda, est, abluta oui albumine, cum sale; circumq; leniendæ sunt partes oleo rof. & desuper spongia, uel stuppa madefacta in vino nigro, rosis, myrto alterato imponenda: quia cauendum est, ne aer externus interna viscera tangat, ne sui frigiditate internas partes peritonæum, omentum, refrigeret, & corrumpat: deinde secundo die denuo abluendum est vulnus decocto rosarum, plantaginis,

nis, menthæ in vino nigro addito melle rosſ. vt fiat absi-
tersio, & postea turunda longa ad longitudinem, &
penetrationem vulneris conficienda est, & lenienda di-
gestiuo, & postea detersorio, & tandem medicamento
cicatrizante, vel pulueribus cicatrizantibus. hoc tamen
notandum, vt sicuti inter initia stylo tentandum digno-
scere penetrationem vulneris, at tenta conficienda est
eiusdem longitudinis, ne remaneat aliqua pars immedi-
cata; ita post detersionem abbreuianda est turunda sen-
sim, & sensim, pro ratione carnis generationis. Alterum
verò vulnus penetrans abdomen amplum foramen ob-
tinens curatur habita prouidentia corporis totius Chi-
rurgicis præsidijs sectione venæ, lenitione alui, concor
quentibus syr. & præsertim diureticis, sed temperatis,
non autem calidis, vt humores collecti in abdomine eua
cuentur non solum per aluum; sed etiam per vrinam. de
mum diæta, quæ pariter erit refrigerans, tenuis, & emol-
liens in principio, vt panatella cum seminibus peponũ,
ptissana hordeacea cum emulsione seminum melonũ,
in iure alterato boragine, buglossa, capillo veneris, &
huiusmodi: postremo indicationes quatuor à vulnerata
parte oriuntur, & à consequentibus vulnus, & primo si
omentum, vel intestina egrediantur, primo intestina re-
ponenda sunt, si refrigerata fuerint ob diuturnam mo-
ram ad extra, & flatibus distensa, oportet fomentis ca-
lefacere, & flatus discutere. Videlicet ex fomento cum
spongia facto imbuta decocto camomeli, anethi, men
thæ, & pulegij, vel vino nigro alterato, rosſ. camomellis,
& anetho: foueantur etiam catulis exenteratis, vel gal-
linis, vel columbis. vel pulmonibus, vel sacculis, vel pã-
nis linteis calidis; aliquando etiam oportet ægrotantem
supinum eleuare, & in aduersam partem vulneris decũ-
bentem iacere, vt facilius intestina ad illam partem cor-
ruant. Si verò omentum exciderit, quia facile corrum-
pitur ab aere externo, si liuidum, uel nigrum apparuerit,
oportet filo ligare, ne venæ sectæ sanguinem emittant:
deinde secare partem liuidam, & calidis fomentis, vino
fouere, atq; intromittere; caput verò fili extra vulnus
retinendum. si omentum illud sanum fuerit præceptũ.
Hipp. omittendum est, & integrum reseruandum: sed
calidis fomẽtis, fotis & ablutionib. calor natiuus restau
randus; ratione vero vulneris oritur indicatio ad mutuũ
contactum inducendi, quæ indicatio absoluitur tribus
remedijs primo Chirurgicis suturis, quæ conficiuntur,
vel sutura. vel fibulis, vel conglutinatione; oportet enim
sutura potius penetrante acum consuere, non solũ carno
sas partes, labia vulneris: quia multum interest, ne aer
ingrediatur: facta verò sutura oritur indicatio, altero à
medicamentis cicatrizantibus, sed hoc requirunt prius,
vt excrementa, & fluxura, & quæ generantur in parte
vulnerata concoquantur, & abstergantur; idcirco confe-
cta sutura medicicamentis primo concoquentibus mi-
nime oleosis; deinde detergentibus; & postea cicatrizan-
tibus vtendum; sed hoc vnum sciendum, quod vulnera
abdominis egent potius exiccantibus, & citissime sanã-
tibus, & egent continuo fomentis calidis, vt calor con-
seruetur, & partes dicatæ concotioni, & generationi
sanguinis; sed hæc de concoquentibus, detergentibus:
quia aliàs de his dictum fuit, sat est pulueres vtiles esse,
& in hyeme ceratum barbarum, & ceratum diapalma
in æstate, & medijs temporibus. Tertia indicatio est, vt
conseruentur labia vnita, & ne quid intercidat, quæ in-
dicatio primo manu chirurgi expletur, & si quid est in-
termedium remouetur, & deinde suturis, & medicamẽ-
tis astringentibus, & vnientibus vtendum. Quarta est
inditio inhibens, ne quid ad partem affectam fluat; huic
indicationi satisfacit, tum medicamentũ per os exhibitũ
gratia compescendi humores fluentes; tum sectio venę;
tum medicamentum aliquid leniens per os exhibitum,
frictiones, ligaturæ, cucurbitulę sine scarificatione, &
scarificatę: demum medicamenta repellentia, admini-
strata circum vulnus, quod si vulnus fuerit circum he-
par, vel ventriculum, mitiora esse debent, ne impellant
humores fluentes ad nobiliores partes, & ipsæ nocumẽ-
tum maius accipiant. sat igitur erit, vti oleo rosſ. vel oleo
violaceo, vel dec. rosſ. vel plantaginis, vel aqua, & ace-
to, & hæc de vulneribus abdominis, tum cum penetra-
tione tum sine penetratione.

De vulneribus ventriculi. Cap. XVII.

VEntriculus est pars, quæ recipit omnia ciba-
ria, & potabilia, & quæ appetit cibum, & po-
tum, & quæ concoquit cibos, & conuertit in
chylum; adeo ut duę sint operationes principes ipsius
uentriculi, prima est appetere cibum, & potum, inde ori-
tur fames, & sitis, quæ potissimum exercetur circa os uẽ
triculi, concoctio celebratur circa fundum: constat ex ca
uitate cucurbitulari forma, tunicis duabus inuestitur pro
prijs, neruisque præditus est, maxime circa os stomachi,
venisque, & arterijs abundat: idcirco membrano-
sum potius est membrum, si igitur uulnus penetrauerit
ad uentriculum, vel offendit partem superiorem, quod
cognoscitur: quia erit læsus appetitus, aderit summus do
lor, & ingens ob copiam neruorum, difficultas deglutien
di, ob communionem cum gutture, & si uulnus erit pro-
fundum, & penetrans ad cauitatem cibaria, & potus in
concocti statim transitu egrediuntur, aderitq; singultus,
angor animi, & syncope, & citissima mors, si uero uulnus
potius fundum uentriculi infestauerit, concoctio lędetur
apparebuntque chyli portiones à uulnere; aderitque etiã
singultus, uomitus sanguinis, et cibi; sed minus lethale est
hoc uulnus in hac parte, adhuc minus si non utramque
tunicam secuerit; adeo ut non desperandum sit de salute;
sed forti animo medicamenta sunt administranda ægro
tanti: consuetæ igitur indicationes oriuntur; quæ à uulne
re profundo solent hauriri, tam circa medicamenta inter
na exhibenda, quæ potissimum locum habent in pręsen-
tia circa comesta, & bibita, quam circa illa quę locum im
mediate tangant, ut habita totius prouidẽtia uniuersali,
sectione uenæ, lenientibus; sed potissimũ clisteriubs: dein
de Diæta quæ tenuis, & parca instituenda est, ne uomen- *Diæta.*
do impediatur glutinatio, ne copia ciborum distenda-
tur uentriculus, & uulnus; nam uacuo existente uentricu
lo, corrugantur tunicæ, & labia uulneris melius se se tan-
gunt, & uniuntur: exhibeatur panatella in aqua calibea-
ta, uel ptissana cocta in iure alterato, plantagine, rosis pi-
loselle cauda equina, baccis mirti: non improbatur etiã
ferculũ ex farina amydi, & oriza in iure pingui, ex pedi-
bus uitullorum castratorum calybeato, habent enim hu-
iusmodi uim agglutinandi, & incrassandi, & siccandi:
pro potu utatur aqua plantaginis calybeata cum syr. de
rosis siccis, uel de mentha, uel myrtino; bibat etiam ui-
num granatorum, succũ cydoniorum, rubi uel diamor,
uel decoct. ex baccis mirti, & pilosellę. medicamenta
etiam, quæ intus sunt exhibenda uicem externorum me
dicamentorum obtinebunt: in principio oportet inhibe-
re inflammationem; postea concoquere, deinde deterge-
re, postremo unire; ideo primis diebus exhibeatur pro
syr. & repellente decoct. plantaginis rosarum baccarum
myrti, pilosellę cum syr. mirtino, & rosſ. deinde detergen-
tibus, & concoquentibus utendum erit, ut dec. scordij, di-
ctamni sandalorum rubeorum, caudæ aquinæ, foliorum
rubi cum melle rosſ. tandem pro unione administretur
saccharum rosſ. cum thure, & mastice, corallis puluerizа-
tis, administretur etiam puluis in ouo sorbili confectus,
ex mastice, thure, corallis, baccis mirti corticibus, myro-
balanorum, succus acacię, hypericonis cum pulueribus
radicis plantaginis pilosellę: extra uero primo, uulnus ip
sius abdominis curandum ut supra, at turunda non est
immittenda in uulnere uentriculi, quod potius dilataret
& noxam inferret: imo si possibile foret glutine aliquo,
uel sutura, uentriculus esset consuendus; extra tamen cõ
tinuo foueatur pro ratione temporis fomentis, & oleis in
principio, quæ habeant uim reprimendi, exiccandi, ut o-
leum ex cidonio, absinthio, & mastice: deinde fomẽto ex
uino

vino nigro alterato cum rof.plantagine balaustijs nucibus cupressi,gallis immaturis: vtile est etiam ceratum barbarum,& diapalma,nec non etiam emplastrum diaphiniconis , vel emplastrum ex plantagine,hypericonis oleo, mori nigro, millefolio in vino nigro ebullitis, & hæc de vulneribus Ventriculi:

De Vulneribus Intestinorum. Cap.XVIII.

INtestina sex sunt,tria appellantur gracilia , & tenuia duodenum,Ieiunum,& ilium,in quibus adest Chylus à ventriculo transmissus,& bilis,& sunt tenuuia dicta ob tenuitatem membranarum; crassa tria etiā sunt cæcum,colon,& rectum,in quibus adest stercus,& crassa appellantur ob crassitiem tunicarum: natura etiam intestina produxit gratia distributionis chyli , & stercoris, *Signa vulnus intestinorū gracilium.* si igitur vulnerātur intestina tenuia, cognoscitur:quia egreditur chylus,materia chylosa,vel bilis flaua, si intesti *Crassorū.* na crassa; vel persentitur odor fœtidus , vel stercus apparet:lethalia sunt magis in tenuibus intestinis ; tum quia facile inflammantur, tum quia difficillimè agglutinan- *Indicationes.* tur:minus læthalia sunt crassorum intestinorum,quæ egent pro curatione indicationibus , quæ hauriuntur in vulnere simplici:oportet enim labia ad mutuum contactum ducere,inhibere ne quid intercidat, & partem salubrem conseruare:quæ consequi possumus remedijs Chi *Venasectio* rurgicis;tum pharmaceuticis;tum Diæteticis;inter Chirurgica secanda vena,si ętas,& indicans pręsto sint:aluus *Clyster. Syrupi.* Clystere fluida reddatur syr. quę administrētur in principio,qui habeant uim refrigerandi,postea detergendi,et vltimo cicatrizandi,non solum enim per externa medicamenta curandum erit sed per os exhibita; idcirco,& syr. perdicti, & boli ex sacchato rof. bolo arm. corallis,sang. drac.hypocistide, acacia administrantur : pro consolidatione,pulueres etiā masticis , gummi arabici , trocisci de spodio,de charabe,de terra sygillata cum succo granatorum,vel cidoniorum . Victus ratio sit potius refrigerans in principio;in medio sit potius detergens , & exiccans: *Cibus.* vt pissana hordeacea simplex, vel panatella cum seminibus melonū;in fine vero addātur pulueres prædicti , vel coquantur in aqua calybeata,vel iurealterato plantagine rof.hypocistide acacia lycio: potus correspondeat,aqua *Potus.* hordei cum iulapio rof. vel cum succo cydoniorum , vel granatorum,vel dec.ex sorbis,mespilis,corijs, corticibus myrobalanorum,& huiusmodi:non improbantur etiam pedes vitulini,hędini,ferculum ex oriza,quę habent vim *Extra Sutura.* incrassandi. Extra vero primo sutura vnienda sunt vulnera si possibile est;deinde abluendum est intestinum vi *Ablutio.* no nigro tepido austero,& denuo reponendum est , ne aer frigidus ingrediatur , canaliculus tantum derelinquendus est , in quem turunda immittenda est , per quem excrementa ingredi possint , tum vero vulnus ipsum medicandum , vt supra, & tantum fomenta vnguēta,& alia extra superponenda,vt si apponatur spōgia imbuta in vino nigro austero, vel stuppa in quo menta, mille foliū,plantago,rosę,scordiū hypocistis,et huiusmo di alia ebullierint,vel possumus ex his conficere emplastrum aliquod,vel addita cera, & oleo ceratum conficere, summopere vtile est ceratum magistrale pro crepatis reformatum cum cerato diapalma,& barbaro,calefacit, enim exiccat,& consolidat;in fine vero turunda illinitur vel cum vnguento hyspaniolæ , vel cum oleo hypericonis;sed quia impossibile est, vt turunda vulnus intestino rū tangat;idcirco potius emplastra,& alia supra exarata apponuntur , quæ sensim , & sensim impartiunt intestina vulnerata;& fascia etiam stricti ligandi sunt patien- *Clysteres.* tes:non omittendi sunt clysteres non solum pro aluo sub ducenda; sed etiam,pro detergendo vulnere , & præsertim si aderit in intestinis crassis ; ideo parantur in princi pio detergentes aqua hordei,& melle rof. deinde magis exiccantes cum vino nigro alterato rof. foliis, rubi, plantaginis cum modico melle rof. decoct.recipitur etiam ba laustiorum,sorborum,mespilorum,mentę,millefolii lib. j. syrupi de rof.siccis, myrtini ana vnc.ij.m. pro Clystere & hæc de Vulneribus intestinorum .

De Vulneribus Vteri. Cap. XIX.

VTerus est membrum potissimum dicatum conceptioni gratia conseruandæ speciei , gratia ve ro indiuidui mulieris dicatus est expurgationi menstrui sanguinis , & vrinæ:positus est in infimo ventre inter vesicam,& anum, constat duabus tunicis ; hac ratione membranosum membrum appellatur,& facile distensibile;si igitur vulneratus fuit,vel erit secundum superficiem,vel vsque ad cauitatem; vulnus vteri cogno- *Signa.* scetur ex loco,& regione vulnerata , ex læsa actione ipsius vteri,& ex excremētis atque sāguine per vterū ema nante,vel ex uariis symptomatibus;nam solent,& deliria,& conuulsiones,& febres concitari,læthale aliquando est vulnus aliquando verò ad sanitatē reducitur imò *Progn.* hodiernis temporibus Gaspar Bahuinus , & Ronseus , *De extractione fœtus.* Pareus , & alii multa exempla in medium attulerunt , de mulieribus difficulter parientibus , quæ cum partum in lucem edere non possent ob angustiam oris vteri,coacti sunt àbdomen scilicet latus secare,& tandem etiam vterum secūdū longitudinē,& foras fœtū extrahere: de modo vero secandi vterum in huius modi casibus elegā ter tractarunt predicti Authores,& licet his sectionibus essent inflictæ Mulieres, attamen sanæ euaserunt , qua propter non ita formidādum est vulnus vteri : quia substantia vteri mucosa , & viscida est , facile vnioni accommodata, vnde remedia pro sanando vulnere uteri sunt in medio adducenda : nam alia sunt, quæ totum respiciunt,& prohibent , ne humores ad locum vulneratum fluant,ueluti,uenæ sectio,quæ brachio molienda est , & *Venę sectio.* deinde medicamentum leniens,uti cassia syr. rof. sol. & *Leniens.* huiuscemodi Chlisteres etiam non sunt improbādi, quę *Clysteres.* non solum emolliunt;sed refrigerant,frictiones , cucur- *Frictiones.* bitulæ supernis partibus adhibitę nō erunt inutiles, quo *Cucurbitula.* ad uero medicamenta quæ uulnus respiciunt ea sunt,quę toties in medium allata fuere,si peruulnus intestinum,et *Medicamenta pro vulnus.* omentum egredietur,intro locandum est;& locus fouendus: deinde tenta imponenda cum albumine oui, & sale circunq;circa illinienda sunt loca oleo rof.& myrtino,remota turunda altera diesi foramen amplum erit,sutura, vel punctis vniendum : deinde turunda digestiuo illinita inicienda,per vterum vero Clysteres vterini primo die ex decoctione plantaginis, rosarum, foliorū rubi proiicię di sunt cum melle rof.deinde magis abstersiui cum decocto hordei,saluiæ,betonicæ,plantaginis cum melle rof. tandem magis exiccantes,& cicatrizantes cum dec.scordij mille folij,pentaphili,gallæ immaturæ,corticum mirabalanorum,masticis,dictamni,vel in vino nigro,vel in aqua calibeata,possumus etiam pulueres cicatrizantes cū dec.intromittere,extra vero per vulneris foramen puluc res,tum incarnantes ex thure,& mastice;tum cicatrizantes ex aristolochia,saluia, dictamno,scordio,aloe, & similibus immittendus,vt vulnus vteri pertingat , & etiā turunda illiniatur non solum digestiuo, & medicamento cicatrizante; sed his pulueribus ; fomenta etiam spongia semper superponendæ sunt loco affecto imbutæ primis diebus vino nigro alterato rosis,plātagine,corticibus granatorum, rosis,folijs oliuæ, folijs mirti : deinde sequentibus addere oportet masticem artemisiam , dictamnum , & scordium : ceratum etiam in fine superponendum ex betonica ; tandem victus ratio semper tenuis, *Victus.* est administranda absque vino , carne saltem vsque ad septimum , si vires permittent, quæ erit pro ratione temporis , vulneris accommodanda, modo primis diebus refrigerans , & exiccans, modo magis exiccans sicuti syr. etiam hac ratione sunt administrandi, & hæc de Vulnere vteri . De vulneribus vero hepatis, renum vesicæ ex enarratis facile constat, quid dicendum solum

circa

Signa hepatis vulnerati.

circa cognitionem vulneris ; & loci affecti aliquid desideratur. Si hępar erit vnlneratum dignoſcitur ex virium iactura , ſanguinis maxima profuſione tum per vulnus ; tum per inteſtina; tum per os , atq; vrinam; adſunt etiã ſigna inflammationis febris acuta , & locus vulneratus ſecundnm regionem hæpatis præmonſtrat.

Signa vulneris renũ

Signa renum vulneris tum ex loco vulnerato cõſpiciuntur ; tum apparent ex vrinis purulentis , & ſanguinolentis ; tum ex dolore circa regionem lumborum.

Veſica.

Veſicæ vulnus deprehenditur: quia vrina egreditur , & potius per foramen vulneris, & citò mortem infert.

De Vulneribus venenatis. Cap. XX.

VVlnera venenata pluribus modis induci poſſunt: nam venenum vel à morſibus animaliũ venenatorum impartitur, vt à morſu canis rabidi, ſcorpionis, viperæ, cerasti, aſpidis, crocodylli, veſpę, phalangi, muli, equi , & hominis: nam hæc animalia, vel ſunt venefica per ſe , vel etiam quatenus morſu quodam virus emittunt , vel venenum diffunditur madefacto, & illinito enſe, pugione, ſagitta aliquo liquore venefico: de quibus liquoribus , & venenis non eſt pertractandum; ſed venena, vel ſunt à tota ſubſtantia , & à tota proprietate, atq; ſpecifica forma aduerſa humanæ

Venena à tota ſubſtantia.

conſtitutioni ; ut ſuccns Napelli, uiperæ ; vel ſunt ab excellenti qualitate manifeſta nimis frigida , vel calida, vel acria , vel mordacia, vel ſicca, vt arſenicum , ſublimatum, gypſum, argentum viuum, & alia;

Ab excellenti quabitate manifeſta.

Signa venenati vulneris.

ſi vulnus igitur erit venenatum, quod generice cognoſcitur, primo ex corruptione partis vulneratæ , ex nigrore , ex dolore acerbiſſimo, ex virium lapſu, dolore cordis, animi deliquio, ſudore frigido, vomitu, cordis morſu, & aliis, ſpecifica verò ſigna, & particularia, tot erunt, quot venenatæ ſpecies: nam vipera, napellus, arſenicum ſitim, calorem, æſtum preter alia inferunt , gypſum opiũ , potius calorem æſtum, & motum cordis ſuffocant , ita cicuta, mandragora, nam calida calidos affectus pariunt , frigida frigidos, & ea, quæ à tota ſubſtantia ſunt immediate cor infeſtant, ſpiritus corrumpunt, & calorem natiuum: cognita ſi poſſibile eſt natura veneni, quo vulnus

Indicationes.

eſt affectum ; aderunt tres potiſſimum genericæ indicationes aduerſum venenum, vt venenum eſt primo citiſſime extirpandum, & euacuandum à corpore : ſecundo ſedandi dolorem. Tertio aduerſandi bezaarticis, & alexipharmacis, quæ à tota ſubſtantia contraria ſunt veneno ; quo ad vulnus , orientur conſuetæ indicationes vniendi, & aliæ vnum in venenatis vulneribus eſt adnotandum, vt longum tempus detineatur apertũ ante, quã conſolidetur vulnus vt omni ex parte venenum euacuetur quemadmodum docet Gal. 13. meth. oritur poſtremo alia indicatio nempe amputandi membrum vulneratum, & hæc eſt potiſſimũ adminiſtranda , dum adeſt ingens periculum, ne venenum cor petat , ſicuti euenit de illo qui morſus à ceraſte digitum amputauit , caute tamen hoc agendum eſt, ne pars deformetur, aut mutila appareat , ſed vbi timor non eſt , neq; turpitudinis, neq; abſcindendi nerui, vel tendinis, vel ligamenti , atq; oriatur conuulſio , uel motus auferatur alicuius membri, poſſumus tuto partem vulneratam abſcindere , vel ſaltem circumcirca ſecare , vt venenum extrahatur, & educatur: idcirco pro curandis vulneribus à morſu potiſſimum canis rabidi, quod eſt exemplum cœterorum

Chirurgia

animalium veneficorum morſus , oportet quo ad Chirurgica præſidia primo cucurbitulam ſcariſicatam loco affecto apponere , vt extrahatur virus , vel ſectionibus factis extrahere : deinde cepæ , allium nuces , dictamnum, ſcordium , ſimul mixta apponuntur , vel teriaca , vel mitridatum , quæ habent vim exiccandi , & attrahendi; ſuperponitur etiam pullus gallinaceus , vel columbinus, vel pulmo arietis, quæ extrahunt virus; exugunt alij , quod periculoſum eſt, ore ; ſal teriacale ; ſal etiam commune à Celſo probatum , dictamum , ſcordium , camomellum , ſilueſtris lapati radices incoctæ emplaſtratæ : vnguentum hoc commendatur ℞. ceræ, picis nigræ, axungiæ veruecinæ, olei antiqui an. vnc. ſs. galbani vnc. j. m. Guido vtitur vnguento ex galbano, ſagapeno, opoponace , aſſa fœtida , de nira pipere , ſulphure, ſtercore colũbino axungia q. ſ. decocta etiam paranda ſunt ex prædictis , uel balneo ex maria ; vſtiones etiam molliendæ ſunt ; intus puluis adminiſtrandus ; quia tota ſubſtantia rabiei caninæ aduerſatur deſcriptus à Galeno ex gentiana, thure, cancris fluiatilibus; & hoc

Puluis Gal. pro rabie canina.

per plures dies : nam rabies perſeuerat , & latitat per plures dies, & annos: quoniam ſenſim , & ſenſim cum calida, & ſicca ſit, ſanguinem adurit, & totum tẽperamentum , vt inquit Auic. atrabilarem naturam inducit, ut aridi, & ſicci euadant ægrotantes, metuant ob

Rabies canina calida, & ſicca.

melancolicum ſuccum , aquam fugiant ob nimiam ſiccitatem, & deprauatam imaginationem, ſed Celſus in medium affert auxilium hoc : de repente , & improuiſo proiciendi in aquam, & in flumen, ut ſubmerſi aquam bibant , non tamen ſuffocentur ; poſtea recreandi ſunt oleo calido, & balneo, vt à frigiditate , & timore conuulſi non intereant. Victus ratio potius ad frigidum uergat : pariter ſyr. cordiales ſint , epitemata cordi adminiſtrentur , pluraq; ſunt alia à tota ſubſtantia

Victus ratio.

Appropriata.

vt pili ex cane rabido appoſiti ; morſus vero ſcorpionis curatur ipſo ſcorpione appoſito, vel oleo Matheoli præter alia dicta: ſic viperæ morſus ſanatur vipera ipſa apposita, quæ ſimilitudine , & à tota ſubſtantia attrahit venenum impartitum; iuuat etiam teriaca ipſa , & alia ſupra enarrata in cura canis rabidi;

Morſus ſcorpionis.

Viperæ morſus.

Dub. de ſectione venæ.

ſed dubitari poteſt de ſectione venæ , an vena ſit ſecanda , uel ne ; dicendum breuiter; ſi venenum intus impartitum eſt cordi, ſanguis ſumme abundet , reuellendus , & parce extrahendus , potius per uenas poplitis , & hemorroidales , quæ alliciunt uenenum à corde, ſicuti exemplo Bubonis nos docet Gal. poſſumus etiam tuto malleolos ſcarificare ; ſi uero extra tantum uenenum ſit , & adhuc maſſam ſanguinis non deuaſtauerit , non eſt ſecanda uena ; ſed potius per loca uulnerata, uel cucurbitulis , uel inciſionibus , eſt extrahendus , uel hirudinibus ibi applicitis ; uulnus uero , ut uulnus eſt præter adminiſtrationem prædictorum curandum concoquentibus; & detergentibus, at ſemper his adminiſtrãda ſunt, quæ habent uim

Alexipharmaca.

bezaarticam, & alexipharmacam, ut theriaca, mitridatum, ſcordium, dictamnum, radix lapati ſylueſtris pentaphili, gentianæ, ſulphuris , olei Mateoli , balſamina , terra lemnia, cinis cancrorum fluuiatilum, ſal theriacale, & alia enarrata; ſtercus columbinum, baccæ iuniperi, & lauri; ſed aperta diutius conſeruanda ſunt; tandem cicatrix conſolidetur medicamentis exiccantibus , cum additione prædictorum bezaarticorum.

Vulnera uero ab enſe uenenato , uel aliis inſtrumentis uenenatis præter dicta curanda ſunt tali pacto.

Signa veneni nimis calidi, & curatio.

Si uenena erunt à qualitate manifeſta nimis calida, & acria ſœptica, & putrefacientia, atq; admodum ſicca, ut ſuccus ceparum, ellebori albi, arſenici , quod cognoſcitur ex dolore , & ſenſu nimiæ caliditatis, oportet dolorẽ lenire, atq; adminiſtrare ea , quæ habent uim refrigerãdi, & humectandi: iniiciatur per uulnus lac calybeatũ , decoctum lactucæ plantagis, ſuccus roſarum, butyrum, & turunda illiniatur , oleo uiol. & roſato ; ſuccus etiam plantaginis, pentaphili, ſcorzonerę ſummopere auxiliatur , diuq; aperta conſeruentur: poſtea mundificantia adminiſtranda; quibus addere licet ea, quæ uim habeãt attemperandi calorem, & acrimoniam ;

Curatio vulnus venenati à tota ſubſtãtia.

Præcipitatum.

ſi uero uenenũ à tota ſubſtantia fuerit præter ea, quæ dicta ſunt in morſu canis rabidi ; oportet aliquando etiam immittere, uel iniicere theriacam , & pręcipitatum addere , quod uim habet extrahendi uenenum , & exiccandi ; conficitur etiam turunda ex radice gentianæ , pentaphili , ſcorzonerę, quæ habent vim alexipharmacam: ſupra vulnus ap

ponitur, vel gallina, vel columbus exenteratus; cucurbitulæ scarificatæ, & scarificationes administrantur, & venenum extrahatur, circumque circa defensiua sunt ponēda, & omnino inhibeatur, ne venenum ad cor impetum habeat, intus vero syr. qui ueneno resistant, & alia medicamenta, vt theriaca, mitridatum sunt exhibenda; extra vero cordi epitemata sunt administranda, vt vnguentū Guainerij cordiale, vel vnguentum ros. sandalinum cum speciebus cordialibus temperatum, fouendumq; est cor aqua ros. aceto ros. cum pauco vino, & croco. Diæta cor respondere debet vti in alijs vulneribus perscripta fuit; sed addere, etiam licet ea, quæ venenis aduersantur, vt acetosa, melissa, succus citri, arancii, limonis, quibus fercula condienda sunt: reliqua vero hæc quoad cicatrizationem, & consolidationem manifesta sunt.

Epitemata Cord.

Diata.

De Vulneribus ex fulmine, & ex puluere, pyrio, & tormentis bellicis. Cap. XXI.

VVlnera ex tormentis bellicis, & ex fulmine, vel intro penetrant cum ferreis plumbeis, vt quasi caua vulnera appareant, & profunda, vel sunt cum deperditione substantiæ, & membri, vel 3. cum fractura ossis: si primo modo, vel ferrea plumbea adhuc intus remanet, vel egressa est, si intus remanet primo auferenda est, & extrahenda, vel à parte opposita si prope cutem est, ea incidenda, vel per foramen vulneris, si possibile est, intus enim per foramen cannula immittitur, per quam cannulam, longum ferrum ad formam terebellæ, quæ terebella infigitur in ipsa ferrula, & sensim atque sensim extrahenda sicuti in minoribus bobardis palla seu pila ferro terebratro extrahitur vulgo appellatur caua palle; si vero pila extrahi non potest, relinquitur: nam sensim, & sensim natura solet ad partes infernas, & cutaneas demandare, deorsum enim ratione ponderis vergit, extra vero à natura extrusa, quæ onus ad partes ignobiliores relegare studet: si vero vulnus cauum est, curandum erit primo vt cauitas ipsa à malignitate pulueris, vel fulminis emundetur, fulmen, enim, & pyrius puluis ratione salis nitri, & materiæ adustæ, atque carbonis aliquam malignitatem contrahit abhorum tenui non solum substantia, sed succis, & intemperiem calidam, & siccam introducit; adeo vt difficillime curentur: quia dempta temperie partis præsertim vitiosis, & malignis succis impossibile est, vt vulnus à cicatrice inducatur: natura temperiesque ad cicatricem ducit vulnus, & optimi succi carnem gignunt, & vnionem pariunt: quapropter omnis diligentia adhibenda est, vt intemperies illa calida, & sicca remoueatur, per frigida, & humida natura illa sulphurea absumitur, et extirpetur, & optimi succi generentur, & demandentur ad partem vulneratam, ideo vt extirpetur, & absumatur materia illa virulenta, oportet, vt inquit aliquando, Hipp. ignem igne curare, vt ferro ignito per cannulam immisso exuratur vulnus, & cauterizetur, vel intromittatur per Clysterem vnguentum ęgyptiacum cum decocto scordei, & dictamni, & gentianæ. his absumitur materia illa venefica: verum quoniam remanet post exustionem factam, vel à ferro, vel à medicamento ęgyptiaco escara, oportet secundo eam remouere, quæ aufertur, vel turunda facta ex larido porcino, vel radice maluæ illinita butyro, vel ex petijs lineis illinitis axūgia porcina, vel butyro, vel vnguento ros. vel projcitur decoc. ex violis lactuca, cum butyro, quæ quidem habent vim emolliendi, & relaxandi illam escaram, qua ablata curatur vulnns sicuti cetera simplicia, & profunda primo digestiuis ex melle ros. & terebinthina addito ouo, & croco, vel ex succo apij farina lupinorum, hordei, & melle ros. vel ex decocto marrubij dictamni addita farina eruī melle ros. & terebinthina: expurgato, & emundato vulnere cauendum à cicatrice inducenda est; sed oportet diutius foramen conseruare, vt virulenta materia tutius possit expurgari: imo si claudetur breuiori tempore, quam oportet, vulnus, vel radice gentianæ vel medulla sambuci, vel surgi contorta, & intromissa vulnus apertum conseruandum est: post hæc cicatrix inducenda medicamentis alias enarratis.

At si vulnus erit cum deperditione substantię, vel mēbri, oportet illico partem affectam ferro candente inurerei euitandi sunt semper tendines, nerui, neruosęque partes, ne conuulsio, & spasmus oriatur, vel vnguentum ęgyptiacum imponendum, vel oleum calcanthi, vel sulphuris; nam hęc dicuntur caustica potentialia, sicuti causticum; ferrum candens actuale, vel instrumentum candens erit annexum, vel aëreum, vel ferreum, vel ligneū: facta inustione emolliens superficiem, vt butyrum cum folijs caulis, vel lactucæ; circum circa vero defensiua, et repellentia administrantur, remotaque escara, & crusta sunt adhibenda digestiua enarrata, postea abstergentia, & vltimo carnem generantia, & cicatrizantia, quæ nunc silentio pręterèunda sunt, ne inaniter hæc toties repetantur.

Quoad vero fracturam, & carnis contusionem, quæ efficiuntur aliquando à tormentis bellicis, & pila, oportet ea primo, quæ dicta sunt in fractura cranei animaduertere: nam vel fecit vulnus cum hac fractura manifeste, vel non aderit vulnus, si aderit vulnus primo vulnus ipsum, vt supra curandum est, igne inustionibus causticis, & aliis: fractura tamen non est negligenda: quia oportet, vt ossa fracta extrahantur à Chirurgo, uel ferro, uel sensim, & sensim à natura foras mittatur, membrum tantum secundum figuram naturalem reponendum est, & deligandū, ne uitiosum remaneat secūdū sitū, & figuram atque deturpetur: nam loco ossium solet natura callum seu callosam substantiam gignere, quæ durior euadens sensim, & sensim uicem ossis gerit, si non aderit uero uulnus, sed tantum contusio, fractura, oportet emplastrū, & dolorem sedantia apponere, & deinde circū circa defensiua, & repellentia, quę remoueant fluxum humorem, & postea fracturę consulere, quę si in partes, & frustula ossa diuisa obtinebit, oportet per partem aliquā minus nobilem frustula illa ossis allicere medicamentis & deinde uulneri iam facto à natura, ut ossis frustulum extra mittatur, & opem ferre, si uero aderit tantum fractura sine fractione, & diuisione ossis in partes, oportet membrum, & ossa secundum situm, & figuram naturalē accommodare, & deinde super imponere stuppam imbutam in oui albumine, cum aceto ros. bolo armeno, sanguine drac. puluere mirtillorum, & deinde ferulis hinc inde, uel lignis circum uolutis stuppa, uel fylo gosypio fulcire, & postea stricto deligare hinc inde, & reponere, secundum rectum situm, & naturalem, relinquereq; usque ad quartam diem, & deinde remouere, ne oriatur inflammatio abluaturque amota stuppa uino nigro alterato ros. myrtis plantagine, & menta, superponaturq; ceratum aliquod, ut diapalma, uel mollitiuum, circumq; circa semper illiniatur. pulueres oleo ros. myrtino, & tandem ceratum quod habeat uim callum gignendi, & consolidandi adhibeatur; ceratum pro crepatis, de pelle arietina, & similia de quibus postea in tractatu de fracturis.

Chirurgica pręsidia sunt semper administranda, ut uenę sectio, si aderit indicans, & permittens; lenienda que est aluus, & potiones, & syr. & dec. sunt administranda, & tandem uictus ratio correspondens, quę tenuis esse debet non solum usque ad quartum, & 7. sed ultra: quoniam morbus maximus, est maxime periculosus.

De

De sagittis, & quibuscunque alijs telis extrahendis. Cap. XXII.

VT cito,& tuto,& cum iocunditate extrahantur sagittæ, ferrumue aliud iniectum in humanum corpus, tria expendenda videntur: primum est natura,& forma sagittæ,& teli, secundo locus vulneratus,& tertio remedia,& auxilia pro extrahẽdis: quo ad primum sagittæ varias formas obtinent:aliæ sunt latæ,aliæ,mucronatæ, aliæ aduncæ, & aliæ acutam formam, aliæ latam habent; aliæ vero triangulares, vel vtrinque aduncam,vt non posfint nisi cum maximo dolore,& ampliatione vulneris extrahi: locus affectus, vel est in superficie corporis,vel in medio,vel prope alteram superficiem;si in superficie non admodum intra facile poterit extrahi telum, furcipe,vel manu; si vero in medio corpore erit situm,non tantum licet in contrariã partem propellere,ne duo vulnera oriantur cum maiori vitæ discrimine; sed per idem vulneris foramen alliciendum est,quod exequi post pluribus remedijs, vel dilatato foramine, vel diuersis terebris; si vero prope alteram superficiem, & alterum latus oppositum aderit ferrum,licet foramen nouum conficere e directo, & ferrum ipsum allicere: nam iter breuius est, & periculum minus:duo tantum semper obseruanda sunt in conficiendis nouis foraminibus,pro extrahendis sagittis, telis alijs nè venæ,nerui,arteriæ ac tendines lædantur ne ve oriatur conuulsio membrorum aut sanguinis profluuium,secundo si ferrum erit infixum ossi, vel erit secundum superficiem, vel medium: & tunc semper per idem foramen retro vocandum est,ne totum os offendatur, si vero transfixerit ferè totum os in oppositam partem, si quid aliud non impedjuerit, possumus ad oppositam partem allicere: maximum præterea discrimen est petendum à natura partis vulneratæ:nam,vel est musculosa, vel mẽbranosa, vel inseruit motui, & sensui, & sunt nerui, & musculi,vel inseruit cordi,vt arteriæ, quæ sanguinem arteriosum,vitaléque spiritũ deferunt, vel inseruit hæpati, vt venæ vniuersum sanguinem alentem vehunt vniuersi corporis pro nutritione, vnde non solum partes principes tutandæ sunt,vt cor hæpar,cerebrum sed etiam partes inseruientes nerui,musculi,arteriæ,& venæ,his enim offensis maximum semper vitæ periculum imminet, & cauendum est in extractione instrumentorum vulnerantium ne huiuscemodi lacerentur,operaque semper Chirurgi expetenda est,tuta iucunda, & breuis atque citissima:quapropter manuum lenitate ingeniique acie sermonisque affabilitate,& variorum instrumentorum inuentione ac præsidiorum præstare debet, præsidia igitur chirurgo inuenienda,& administranda, alia sunt artefacta,vel ferrea,vel lignea,vel ossea,vel aerea, quæ valent duplici modo opem ferre,vel habent uim non attrahendi sed impellendi in oppositam partem: si spatium tutius,& breuius erit in illa propellere, vel extrahere debemus ferrum infixum;si vero tutius erit, & breuius spatium per idem foramen, per quod proiectum retro retrahimus,vel terebra,vel forcipe prostrata,vel denticulata,vel alio modo,& forma constructa, vt exempla apparent apud Albucasim per eum, & Tagaultium, quæ exempla animaduertere oporter,aliaque inuenire accommodata extractioni, vel impulsioni infirmorum: quoniam melius aliquando terebra extrahit, aliquando melius forceps acuta, aliquando forcipes denticulatę, aliquando terebra cum tubulo, aliquando vero propulsorium Guidonis, vel propulsorium mas. ipsius Auctoris, tandem medicamenta,quæ extrahunt, vel sunt à manifesta qualitate agentia,nempe calida,& sicca,dilatantia, & carnem extrahentia,vt foramen latius excellat vt dictamnum, scordium gentiana, ammoniacum, sagapenum, aristolochia, stercus columbinum, cinis hirudinis, ranæ combustæ,cocleæque combustæ, vel sunt à tota substantia occultaque forma,vt magnetes ferrum trahit, & huiuscemodi alia: adest Auicenę emplastrum: summopere vsurpatur,quod recipit fermenti, mellis optimi, aut propolis ana lib. ß. visci quercini vnc. j. ammoniaci vnc. ß. olei q. s. m. & fiat emplastrum: radix arundinis contusa cum melle,& infixa sine dolore extrahit: petiæ lineæ etiam ipsæ valent,plura,quę sunt alia incantamenta, & ridicula omnino negligenda; poterit tum parari hic puluis Rec. scordij, gentianæ stercoris canis ana drac. ij. radicis arundinis drac. j. m. vel huiusmodi pulueres addita farina erui, & lupinorum additoque melle poterit emplastrum parari; penes etiam foramen supponitur lapis herculeus, scilicet vulgo magnes,& calamita,quę habet à tota substantia uim ferrũ alliciendi, & hæc &c.

Auxilia.

Chirurg.

Pharm.

Diæta.

Medicamenta extrahentia.

De Nasi, labiorum, & aurium resectarum restauratione. Cap. XXIII.

INquit Hipocrates 6. aph. 18. vesica discissa, aut cerebro,aut corde aut septo transuerso,aut aliquo ex tenuioribus intestinis,aut ventriculo, aut iecore, lethale est: & aph. 19. cum discissum fuerit os, aut cartilago,vel neruus,aut genæ particula tenuis,vel præputium, neque augetur,neque coalescit: eandem sententiam profert, primo de morbis numero septimo, & lib. de coac. prænor. nam cum hæ partes sint spermaticæ ex semine productę,& vi formatrice cum maximo calore si in homine rescindantur, cum deficiat materia seminalis, vis formatrix,& validus calor, non possunt amplius restaurari,& regenerari; vnde mutilatæ partes remanent, sed pro restauranda hac turpitudine Cel. lib. 7. cap. 9. Gal. etiam, lib. 13. meth. & ex professo Taliacotius, lib. 22. cap. 2. & Pareus tractarunt, Plinius etiam lib. 17. cap. 19. & primus in Italia præteritis tẽporibus fuit Siculus Chirurgus cognomento Branca; sed cum oriatur indicatio restaurandi partem deperditam vulnere acri, vel corrodente aliqua materia veluti si nasus, vel labia, uel aures resectæ sint,oportet eas restaurare, restaurantur generatione simili substantia spermaticæ optimo sanguine,calore valido,sed cum,vt plurimum; nisi in tenellis pueris aliquando restaurari non posfit simili substantia, oportet efformare aliquam similem,ex circumiacente carne, vel aliquo instrumento ficto,vel ex ligno,vel ex papiro, vel argento,vel linteis,v.g. si nasus deperditus sit pro turpitudine dissimulanda necessarium est, vt Chirurgus maximo ingenio,& artificio suppositiium formet, ex argẽto aut duplicato papyro; aut etiam linteis illius colore tinctis uagoque ex figuratis applicant, atque funiculis ad occiput reuinciunt, & hic est modus artificiosus; sed minus cruentus, & molestus. Alter modus est realis, quando ex viuente carne,& cute reficitur, & hic modus duplex est,prius alligatur brachium,vel ipsius patientis, vel alterius optimis atque validis vinculis regioni nasi: eo tantum modo,vt comedere possit liquida tantum,applicito brachio scarificatur pulpa ab ipso brachio, & sutura alligatur naso deperdito, secanturquè etiam partes nasi,vt facilius coalescant; quando vero caro brachij ita cum carne nasi vnita est, quod contingit spatio 40. dierum,tunc tota abscinditur à brachio, & denuo reformatur ad nasi formam septumque nasi effingitur atque formatur huiusmodi met carne, qui modus admodum molestus est,egetque summa ęgrotantis patientia, & Chirurgi industria,& labore:similiter etiam hic modus in labiis restaurãdis usurpatur pręter artificiosos modos supra enarratos;aures etiam,vel restaurantur cum fictis, & simulatis modis ex ligno,argento papyro,vel ex corio; sed modus realis est,vt secetur cutis extra aures,& ex illa cute efformetur denuo alia auris primo secatur idonee cutis tanta post aures, quanta conuenit pro restauranda

Aures.

deperdita, & excoriatis, & mutilatis partibus oportet ipsas adiungere sutura, diligentiq; cõmittere, sicuti in plantis & arboribus fiunt insertiones; facta verò sutura, medicantur medicamentis, quæ habent vim conglutinandi prius administratis concoquentibus et detergẽtibus; sed vnum notandum est, huiuscemodi instaurationes esse ad ministrandas potissimum pueris, adolescentibus, & ætate florentibus, non autem senibus, qui calore, & virtute formatrice valida destituti sunt, & præterea si minimæ, & mediocres sunt, facillime sanantur, si maximæ vero difficilius. Victus ratio vsque ad septimum, & 14. tenuis instituenda est, ne oriatur inflammatio, transacto vero inflammationis periculo victus paulo plenior est adhibendus, vt sanguis copiose generetur, & possit ad restaurandas partes opem ferre, & concurrere, bona cibaria comedat probique chymi, & potius viscidi, qui glutinandi vim possident, vt cocleæ, testudines, caro suilla, non tamẽ magna copia huiusmodi cibariorum minima est vsurpãda, quam caro vitulina, pullorum, auium, perdices sunt eligenda: oua etiam probantur, si vero corpus, vel nimis cachochymũ, vel pletoricum erit, oportet priusquam Chirurgus opus restaurationis incipiat, expurget, & detractione sanguinis vt inhibeatur fluxio ad partem vulnerandam, & vulneratam, & magis concinna figura partis restauretur: nam vbi in corpore cacochimo succi, & praui, vel nimia copia sanguinis abundat, difficilius coalitus partium reformantur.

Victus ratio.

De Manuum, & Pedum amputatorum artificiosa refectione. Cap. XXIV.

MAnus, & pedes sunt membra maxime dissimilaria, & composita ex varijs similaribus particulis ex osse, neruis arterijs, musculis, ex digitis, & alijs: quare difficillime, & impossibiliter à natura possunt reparari; sed tantummodo, ab arte, quæ à necessitate, & turpitudine inuenta est; ingenia hominum luctus necessitasque excitat, ad plurima inuenienda, cum igitur aut manus, aut pedes recisi fuerint aliquando bellico instrumento, vel ense, nihil aliud excogitandum, est nisi arte manum, vel pedem ex ferro, vel argento, vel ligno conficere omnibus numeris absolutum digitis, articulationibus, & motibus, qui in manibus sunt apprehẽsio, & dilatatio, quã aut stringitur manus, & flectitur coarctatione omnium musculorum internorum; aut extenditur, aut dilatatur musculis externis contractis, idcirco conficitur arte facta manus quibusdam funiculis, & ferris, vt alligata cubito valeat stringere ensem, accipere calamum, biretum, & plura alia munera obire quemadmodum docet Pareus lib. 22. afferens Parisijs esse quemdã fabrum Lotorigium, qui mirifice excellebat in conficiendis manicis ferreis: pedes etiam qui destinati sunt motui ambulationis, qui motus constat ex eleuatione pedis, & cõpressione, & fabricabat pedes, vel ferreos, vel æreos, vel argenteos, vel ligneos, omnibus iuncturis, & articulis aptos ad motum eleuationis, & depressionis strictéq; alligabat eos mutilatæ parti, & funiculis, etiam cruribus & multis machinamentis poterat ambulare, & pedem arte factum eleuare, & deprimere, hæc est tota restauratio, quam moliri potest Chirurgus: nam neque Chirurgica præsidia, neque pharmaceutica, neque Dietetica pro restaurandis manibus, & pedibus locum habent, solum si quid in mutilatis partibus ossis relictum fuerit impediens optimam compagem instrumenti arte facti, oportet secare, & adimere frustum illud.

De Oculorum, Dentium excussorum, palati exesi, linguæ secta, præcisi præputij, amputatæ virilitatis restitutione. Cap. XXV.

ACtio Chirurgi sicuti etiam tota ars Medica consistit in actione, quæ vel addit aliquid, quod deficit, vel minuit, & detrahit quod superuacaneum est: idcirco chirurgus vtitur pro his administrandis, & consequendis vstione, quę aufert superuacaneum, euacuat, roborat partem, exiccat calefacit refrigeratas particulas, & nimis molles, & humidas astringit; vtitur etiam sectione, quæ carnes supercrescentes adimit, acrocordones, uerrucas, & tumores, & abscessus euacuat cutem perforans, foramen dilatat vulneris, & tela, & sagittas extrahit, reparat mutilatas partes, vnit disiũcta labra, hernias curat, hidropem sanat sectione, & incisione abdominis, empiema, scilicet humorem purulentum thoracis foramine inter quintam, & sextam costam euacuat; vtitur tertio repositione: nam reponit intestina delapsa in scrotum, ani procidentiam, luxationes articulorũ, & situm deprauatum partium emendat. His potissimũ actionibus vtitur Chirurgus in arte exercenda, non sunt tamen omittenda remedia alia ex diæta, & pharmacia, & Chirurgia deprompta. sed oculos resarcire naturali actione impossibile est, nimis instrumentale, & nobile membrum est: ideò artificiosa fabrica extruẽdus est oculus, & in locum effusi reponendus colore, quantitate, figura assimilis alteri: idcirco factitius efformatur, ex argẽto, vel christallo, vel ex panno lineo, & alijs mixturis coloratur ad similitudinem alterius, & postea reponitur in capsulam oculi orbitamque ita concinne, & affabre vt inspectores decipiantur, & ne lędatur pars orbitæ, oblinitur oleo rosa & aqua rosata.

Acti? ... Chirurgi

Dentes etiam cum iam adulti reparari ætate non possint, arte concinnantur, ne quid impedimenti afferant locutioni, & pulchritudini, cuam defectus dentis turpitudinem affert, & sermonem impedit, deprauat locutionẽ, quoniam ad perfectam elocutionem formandam, & larynx, & lingua absoluta, & dentes desiderantur quapropter Chirurgus actionum, & membrorum restaurator, debet omni ingenio incumbere, vt dentes resarciantur arte facti colore, magnitudine, figura nummero, vt deperditi, ne dignoscatur artificium: formantur ex argento, & ebore, & reponuntur in lacunas dentium excussorum, & filo alligantur argenteo, vel absque filo stricte reponuntur, & accommodantur, ne decidere possint.

Signa ... dui v...

Palati exesi portio, quæ potissimum solet oriri ab humore acri, & mordaci, vel lue gallica infecto, debet reparari artificiosa curatione, cum ex huiusmodi læsione, & deperditione substantiæ sermo deprauetur, spongia repletur cauitas, quæ imbibita ab humore destillante magis infigitur: huic verò spongię alligatur, & affigitur subtilis lamina argentea, quæ prohibet ne spiritus exsufflatus a laringe dissipetur: imo reflexus sermonem format de quibus Pareus lib. 22. cap. 3. & 4.

Linguæ præcisio nullo modo reparari potest, neque à natura neque ab arte: construitur tamen artificium quoddam veluti scutella, quæ labijs apposita, & indita in os est in causa vt rite loqui possit patiẽs ideo illud linguę instrumentum ad formam coclearis, & scutellæ, seu aereum, seu argenteum efformatum intus in os ad similitudinem linguæ deficientis immittitur, & adiungitur ita studiose, & diligenter, vt reliquę portioni affixum valeat vocem articulatam edere, & animi sensus manifeste exponere de quo instrumento loquitur Pareus, lib. 22. cap. 5.

Præputium veluti Iudeis contingit, ob religionem, et

Maumettanis, Turcisque aliquādo amputatur, sæpe etiā ob morbum aliquem, vel aliqua iniuria amputatur. at si reparari debet, cum ex Hip. 6. aph. & ex rei natura irreparabilis spermatica sit pars, oportet eius vicem efforma re: idcirco membrana interna glandis incidenda, & diligenter prolonganda quousq; glandem contegat inserto prius inter ipsum præputium, & glandem emplastro desiccatiuo, ne agglutinentur aut digitale osseo efformato, vt disiungantur, immittitur etiam in vrinarium meatū tubulum, quo vrina effluat absque læsione, & ita reformatur preputium mutilatis: si vero contigerit, vt penis amputatus fuerit, cannula argentea, vel ligula efficitur, vt tute vrina emittatur affabreq; deligatur pectini, & etiam cuto incisa circum circa potest efformari virile mēbrum quo apparitione, & similitudine mulieres decipiā tur, per quod egreditur vrina: sed de his vide Pareum.

De fœtus viui, & mortui, nec non secundinarum in difficili partù, sectione, & extractione. Cap. XXVI.

Signa fœtus viui.

COntingit aliquando febre, vel aliquo casu mulierem grauidam interire, quo tempore si existit fœtus viuus, quod facillime cognoscitur ex motu ipsius fœtus, & præcipue si circa vmbilicum linteum madefactū vino, vel aceto imponatur: ideo statim os mulieris apertum est conseruandum ligno aliquo, vt aer ingrediatur atque etiam os vteri reserare oportet: nam ex apertione horum duorum locorum aer ingressus spiritus vitales, & respirationem infantis fouet; sed præter hæc Chirurgus diligenter debet secundum sinistrum hypocondrium nouacula vulnus secūdum longitudinem vsque ad pubem infringere, & deinde caute incidere peritonæum, & postea sinistra manu deprehendere, ipsumq; per longum incidere vsque ad secundinas: vulnere perfecto debet sensim, & sensim manuum intromittere, & fœtum leniter per foramen factum extrahere, quæ extractio diligenti studio, & manus dexteritate eget; hoc pacto etiam aliquando, Matre etiam viuente, vt narrat Rōseus extrahitur fœtus viuus, qui ob magnitudinem, uel crassitudinem oris vteri, non potest in lucem edi naturali partu; idcirco artificiosa Chirurgia hodiernis temporibus inuenit prædictum modum incidendi, & extrahendi fœtum viuum: superstite Matre editur partus Cæsareus: vulnus vero factum, & sutura curatur, & medicamentis cicatrizantibus de quibus alias.

Si verò mortuus fuerit fœtus, non egemus incisione; sed tantum oportet manum sinistram oleo illinitam immittere, & fœtum deprehendere, & in caput vergere, postea si magnus erit fœtus, & vulua stricta, oportet filo deligare umbilicum, ne secundæ intus remaneat, & postea oportet incidere, & secare ipsum fœtum, atque membratim extrahere, si vero totus integer egredi poterit, manus etiam dextra intromittatur, & mutuo amplexu manuum sensim, & sensim primo caput alliciatur: deinde pectus: imo semper si vel brachium, uel pes primo extra emitteretur, oportet prius intromittere, & secundum formam naturalem redigere ipsum fœtum: nam naturalis partus est ut fœtus secundum caput egrediatur, debet tamen medicus antequam ad opus Chirurgicum deueniat medicamenta experiri, quæ, & secundas, & fœtum ab vtero mortuū extrudere possūt, & hęc de difficili partu.

De Membrorum Amputatione. Cap. XXVII.

SOEpe à bellicis tormentis amouetur membrum, sępe à frigore eximio, uel uulnere, magno uel aliquo medicamento gangræna, & sphacelo corruptum necessario abscindendum uenit: nam ex Hip. oportet sanū à non sano abscindere, ne corruptio, & putrefactio sane parti communicetur; uerum cum uarię partes abscindendę ueniēt, uel digiti, uel brachiū, uel crus, uel fęmur, diuersimode ī his peragēdis negotiū est administrādum, & primo quo ad resciffionem digitorum oportet semper circa articulos, & nodos amputationem moliri, hac tamen cautela, ut prius defensiuum ponatur atque ut cutis retrahatur: deinde nouacula abscindenda est cutis, qua abscissa serra os secandum est, post cuius sectionē sanguis profluens sinendus est exire per aliquod spatiū, ut euitetur inflammatio, & deinde cutis suenda est, quę longa poterit circum ambire partem sectā, & super pulueres astringentes admouendi sunt, & ceratum cicatrizans imponendum, si uero crus erit amputandum, uel brachium, non est molienda amputatio circa articulos; sed relinquendus est truncus ille, qui inseruit, & motui, & pulchritudini atque usui, & pariter prius defensiuum super imponendum est, & cutis retrahenda, & postea uinculo liganda est pars atque nouacula circa uinculum cutis, & caro abscindenda usque ad os, quibus incisis serra auferendum est membrum corruptum, & denuo cutis prolunganda, ut ambiat partem recisam, & consuenda est cutis, postremo ceratum imponendum, & medicādum est illud membrum ac si uulnus adesset: semper tamen fouendum est membrum pannis calidis, stuppa, & gosypio: aliquando etiam, uel gallinam oportet excenteratā, uel columbum imponere, ut calor partis foueatur: Diæta semper tenuis est imponenda, recteque uictus ratio in sex rebus non naturalibus uidelicet cibo, & potu sommo, & uigilia inanitione, & repletione, animi motu, corporis, aere, & ueneris usu: Circa pharmaciam, non est amputandum membrum: nisi prius sit optime expurgatum corpus, & secta fuerit uena, ne oriatur fluxus humorum, & inflammatio, quæ semper est euitanda, & hęc de amputatione membri.

Consultationis de vulnere exemplum. Cap. XXVIII.

VErùm pro exercitatione in collegijs exercenda, duo sunt exempla in medium collocanda: inflictum fuit uulnus in faccie longitudinis trium digitorum Iuueni ætatis uigintiquinq; annorum, temperaturæ calidæ, & siccæ in hoc tempore hiemali, & regione temperata: uulnus tamen est absque deperditione substantiæ, quomodo curabis hunc Iuuenem, respondebis hoc pacto. Proponitur mihi curandus ab excellenti uestra Iuuenis annorum uigintiquinq; temperaturæ calidæ, & siccæ in hyeme, & regione temperata, qui uulnus accepit in facie trium digitorum absq; deperditione substantiæ; sed simplici incisione per longitudinem cum aliqua profunditate: circa hoc uulnus curandum quinq; uidentur primo examinanda, ut ordine, & methodo mihi à Galen. tradita rationalem curationem instituam; natura & temperatura ægrotantis, & reliqua naturalia, & non naturalia perpendenda: nam cognita natura ægrotantis, & temperatura facile possumus dignoscere non solum recessum à naturali statu; sed quę medicamenta expostulantur: secundo explicanda natura uulneris, & species: tertio indicationes hauriam, quarto præsagitionē instituam, cum sanandus, uel moriendus sit æger, quinto materias præsidiorum in medium collocabo quæ mihi idonea, & accommodata uidebuntur pro sanando huiuscemodi hulnere tam Chirurgica, quam pharmaceutica, quam diætetica.

Verbi gratia circa primū scilicet sex res non naturales quæ dicuntur, etiam necessario, & non necessario occurentia, quæ sunt hæc, aer an calidus, vel frigidus, vel humidus, vel siccus, & pariter regio, an calida, vel frigida, vel mediocris, vel temperata, & tempus anni an vernale, an æstiuale, autumnale, vel hyemale: nam plurimum

confert dignoscere hæc in sanando vulnere: quia tempora sicciora aer, & regio facilius conducunt ad vulnus sanandum, & salubriora semper sunt ex Hip. 3. aphor. imbribus, & regionibus humidis: quia soluta vnitas cõtinuatur siccis medicamentis, quę remouent excremẽta; è contra humida tempora augent excrementa, & fluxiones, quæ inhibent agglutinationem partium disiunctarum: pariter cibus, & potus, somnus, & vigilia, inanitio, & repletio considerabuntur in vulnerato, & consuetudo circa hanc victus rationem; nam si recta victus ratione etiam temperatã in qualitate, calida, vel frigida, vel tẽperata, vel sicca, vel humida, si in quantitate, aut multa, aut pauca, aut mediocri, si in ordine, vt quæ primo comedenda sunt, comedantur vt, quæ lubricant aluũ, quę facile corrumpuntur; quæ humida sunt primo comedãtur, postea, quæ difficilius; si circa quando agendũ, & comedendum est, vel dormiendum, vel vigilandum, non aberret, facilius sanabitur, quàm si praua victus ratione vtitur, & nimis, uel vigilet, uel dormiat, si non admodum repleatur vel inaniatur inanitione, vel repletione excrementorum fœcalium, vt aluus lubrica ei sit, vel sudore immodico, non laboret; vel aliqua euacuatione sanguinis vel retenta, vel exeunte afficiatur, vt si mulier nimia copia sanguinis per vterum laboret, vel retentæ sint menstruæ purgationes; vel sanguis hæmorroidalis, non mirum est, si erit retenta aliqua euacuatio, difficilius sanari vulnus; quia corpus tunc scatet prauis humoribus, è contra si nimis inaniatur propter aliquam copiosam euacuationẽ, vel per aluum, vel per vterum, vel per vrinam, vel per hemorroides, vel per sudorem, vel alio modo factã, vires tunc imbecilles euadunt, & nequeunt vulnus ad sanitatem reducere: propterea motus corporis, & animi passiones desiderantur moderatę. Venus vltimo, quæ enumeratur inter res non naturales in vulneratis molesta est. diligenter igitur hæc sex non naturales sunt considerandæ, & etiam moderandæ, ut & facilius æger sanetur, & facilius possimus dignoscere an vulnus cito, vel tarde sanabitur, vel salubre, vel lethale erit; nam si æger in his sex rebus nõ naturalibus enarratis moderate se habeat in qualitate, in quantitate, ordine tempore, & alijs, facile sanabitur; quàm si intemperans erit.

Secundo circa res naturales ipsius vulnerati, hęc sunt expendenda. primo, quæ eius temperatura erit, seu com plexio, an calida, uel frigida, humida vel sicca: nam calida, & sicca complexio dignoscitur ex copia bilis, ex habitu gracili, & hirsuto, & propensione ad iram, ex latitudine venarum; & motus gracilitate, & prõptitudine: calida vero, & humida dignoscitur ex abundantia sanguinis, & habitu carnoso, ex colore rubro, ex mollitie corporis; frigida, & sicca significatur ex gracilitate, & imbecillitate corporis, ex glabricie, colore albo, vel plũbeo vniuersi corporis, inertia, & pigritia vniuersi, paucitate excrementorum, à frigidis, & siccis facile læditur: frigida. & humida pituitosa est, pituita abundat carnoso habitu; sed phlegmatica pinguedine, colore albo, & his similibus; pariter habitus corporis ex his dignoscitur an gracilis, lacertosus, vel pinguis vel sanguineus; vel melancolicus; uel biliosus; uel pituitosus sit: demum cõpositio totius corporis ĩ figura magnitudine numero, su pficie, situ rectè à natura constituta sit; atq; etiam unitas partium; constat enim uniuersum corpus ex temperatura partium, compositione dissimilarium; si uero uel cõplexio, uel compositio, uel unitas recedit à symmetria; tunc corpus illud euadit uel neutrum, uel insalubre, uel morbosum; preter hæc consideranda est ætas ægrotãtis, an pueritia uel adoloscẽtia; uel iuuẽtus; uel uirilitas; uel senectus: demum cõsuetudo spectãda est: nam consuetudo est altera natura: hæc omnia pariter sunt expẽdẽda; tum quia his cognitis facilius uel difficilius uulnus sanatur: exempli gratia in corpore pituitoso tẽpatura frigida, & humida difficilius sanãtur uulnera quã in corpore sicco, in robusto, & ætate florente faciliùs, quàm in senе, & inualido; natura enim gignit carnem, & unit disiuncta, eo facilius cum ualida est.

Cognitio calida & sicca temperatura. *Calida, et humida.* *Frigida, & humida.* *Aetas.*

Circa tertium natura uulneris explicanda est differentiæ ipsius uulneris, & simul eius partes exponendę, quid sit soluta vnitas partis mollis facta ab instrumento vulnerante; soluta vnitas est forma, materia ipsius uulneris est pars mollis, instrumentum erit vulnerans, quod multiplex potest esse; latum vel acutum, breue, vel longum, siccans vel perforans. vnde dicendum; quod fuit instrumentum, & quale, quod vulnus fecit: deinde species ipsius vulneris explicanda est: an sit simplex, vel cũ deperditione substantiæ, vel secundum superficiem, vel pfundum; vel magna, vel parua, vel cum symptomatibus vel sine symptomatibus, & in qua parte sit inflictum vulnus, & quas partes lædat; multum enim interest, an vulnus sit in capite, & profundum; an in coxa, & crure secundum superficiem; quia, & variant prognostica, vel medicamenta sanantia: diligenter igitur circa hanc tertiã partem est explicanda natura vulneris: deinde partis vulneratæ, & tertio natura instrumenti uulnerantis.

Nox trib.

Circa quartũ indicationes uulneris oportet haurire, & si simplex est uulnus, hauriendæ sunt indicationes à simplici uulnere iam dictæ in cap. proprio, si compositũ est uulnus; compositas indicationes petere oportet, & satisfacere naturæ ipsius uulneris: nam si est simplex sine deperditione substantiæ, oportet unire, & excrementa remouere, & partem salubrem conseruare; si est cum deperditione substantiæ, oportet præter hæc carnem gignere sarcoticis medicamentis, & circa has indicationes oportet diligenter inquirere quid sit indicatio tunc pręsens, qualis sit, & quanta, & quando, & quomodo indicat, & ubi indicat, non enim sat est scire, indicare medicamentum siccum; sed oportet etiam scire an debeat esse siccum in primo uel secundo gradu, & an in puluere, uel unguento sit administrandum, & quando, & quo tempore sit applicandum, & cui parti scilicet uulneratę.

Circa quintũ cognita natura uulneris & receptis indicationibus, ne frustra remedia, & materias remediorum adhibeamus, oportet expendere an uulnus illud uel possit sanari nec ne, quod cognoscitur ex natura ipsius uulneris magna, uel parua, benigna, uel maligna, loco affecto nobili, uel ignobili, principali uel non principali, natura habitu, ætate ægrotantis, atq; etiam tempore anni, quæ uel difficilem reddunt uel facile curationem, ut supra diximus.

Circa ultimum, materias remediorum in medium proponere oportet, quæ uidebuntur aptæ, & accommodatæ ad sanandum illud determinatum uulnus; tam Chirurgicę, quàm Pharmazeuticę, & Dieteticę, & circa hæc sunt hæc consideranda, quid sit illa materia remedij, quæ expetitur pro uulnere sanando, quanta debeat esse, an mediocris uirtutis, & potentiæ, an maximæ, & an minimę. Tertio quomodo sit applicanda uel calida, uel frigida, uel temperata, uel in forma liquida, uel in forma unguenti, uel pulueris, uel in forma fomenti, uel emplastri, quando, & quo tempore est administranda, mane uel sero, in principio ipsius uulneris, uel in augumento, uel in statu, uel in declinatione; alia enim ut dictum fuit requirit principium uulneris, alia quando est in augumento, alia quando est in statu, & alia quando est in declinatione; prima sunt repercussiua; & agglutinantia, uel punctis; uel alio modo: deinde digerentia, & concoquentia: postea extergentia seu detersoria: demum carnem generantia, seu sarcotica, & replentia. vltimo cicatrizantia. ubi agendum scilicet circa partem uulneratam, an circum circa; ante in totovulnere iterno; ante ĩ fundo uulneris; ante circa labia; nam sœpe una pars uulneris eget cõcoquẽtibus, & altera detersiuis uel sarcoticis, uel cicatrizantibus: similiter circa Chirurgicas materias, & dieteticas hæc quinque sunt perpendenda, scilicet quid agendum, secundo quantum, tertio quomodo, quarto quando, & quinto vbi, &

Chirurgus

Chirurgus,qui circa singulum remedium administrandum hæc quinque non perpendit, tam in Chirurgicis materijs,quam pharmaceuticis,quam diæteticis, non poterit recte,& rationabiliter vulnus sanare; quando vero tibi occurrerit aliquod vulnus sanandum,oportet igitur, vt primo discurras,& perpendas res non naturales iam supra explicatas ipsius ægrotantis,secundo res naturales, scilicet ætatem consuetudinem,temperaturam, compositionem corporis ægrotantis: tertio speciem vulneris, & eius naturam:quartò indicationes ipsius vulneris simplicis,vel compositi, cum symptomatibus, vel sine symptomatibus,vel sine symptomatibus, quinto presagium, & sexto materias præsidiorum,quæ poterunt vulnus sanare,& circa has materias quinque perpendes,quid, quã tum,quomodo,quando,& vbi, & hæc breuiter de exercitatione circa vulneratos sanandos, & circa Collegia, vel scribenda,vel ore facienda.

Consilium pro vulnerato in Coxa. Cap. XXIX.

PRoponitur Iuuenis ætatis 25. annorum,temperaturæ calidæ,& humidæ,in regione temperata,& tempore anni vernali, qui assuetus est comedere optimos cibos,& copiosos;sed admodum exercitijs,& venationibus deditus,qui hoc tempore anni accepit vulnus profundum in coxa sinistra absque deperditione substantiæ;vulnus est profunditatis digiti lõgitudinis semidigiti inflictum ab ense lato,accidentia nulla adsunt, neque symptomata,solum motus ambulationis impeditur. Proponitur igitur hic Iuuenis curandus: qua propter vt recte curatio instituatur sex sunt primo consideranda, videlicet res non naturales ipsius ægrotantis, secundo res naturales tertio natura ipsius vulneris, quarto indicationes sunt petendæ à natura vulneris,& partis affectæ coxæ sinistræ,quinto præsagium est sumendum an lethale, vel salubre erit vulnus,an facile vel difficile, tarde vel cito sanabitur,sexto erunt proponenda presidia, & auxilia quibus hoc vulnus erit ad sanitatem redigendum.

Quo ad primum,cum ægrotans noster circa res non naturales male se habuerit,& præsertim circa quantitatem cibi;copiose enim comedebat tempore sanitatis, vnde excrementa plura erunt collecta in corpore, quæ poterunt sanitatem retardare, verum quia venationibus, & exercitijs operam dat,plurima huiusmodi excrementa erunt consumpta, aer, & regio non est incommoda pro salute ægrotantis, reliquę sex res non naturales erant ab ægrotante nostro optima ratione, & temperanter administratæ.

Circa,secundum,scilicet res naturales, habet ætatem Iuuenilem,quæ valida est,& multo calore abundat, & sanationem vulneris facilem reddit,temperatura eius est calida,& humida, quæ carnosum habitum demonstrat, & non incommoda sanationi.

Circa tertium cognita natura ipsius ægrotantis, vulnus manifeste patet, nam est simplex vulnus, & soluta vnitas partis mollis coxæ sinistræ cũ profunditate unius digiti,& lõgitudine semi digiti absque deperditione substantiæ,& facta fuit huiusmodi vnitas ab ense lato, vulnus hoc symptomata praua annexa non habet, neque malignitatem:idcirco oportet

Quarto loco indicationes, seu scopos, seu intentiones curatiuas,præseruatiuas,& vitales haurire, curatiuæ indicationes dicuntur,illæ quæ à morbo iam facto, scilicet à soluta vnitate capiuntur;hęc vero indicat sui vnionem: vnitur vero Chirurgia,& pharmaca, scilicet vel ligaturis,fibulis,suturis,vel medicamentis astringentibus,& exiccantibus;sed in præsentia cum sit vulnus profundum & breue,non eget suturis,neque fibulis, sed tantum medicamentis exiccantibus,præseruatiuæ indicationes dicuntur,quæ à causis morbificis, & impedientibus vnitatem partium disiunctarum hauriuntur, causæ vero quæ impediunt,duæ sunt, humor fluens, & humor iam fluxus, quare ratione humoris fluentis ad partem vulneratam oritur indicatio à termino à quo humor fluit reuellendi humorem ipsum fluentem, sed hæc reuulsio fit pluribus remediis Chirurgicis videlicet sectione venæ,vel cucurbitulis,vel hirudinibus, vel frictionibus; sed in præsentia cum sit Iuuenis sanguine abundans, cũ robore virium,secanda erit vena gratia reuulsionis brachij dextri;erit etiam molienda reuulsio medicamento leniente,& purgante,scilicet,vel cassia, vel syr. rof. solut. atque etiam medicamentis per os alteratibus,scilicet syr. refrigerantibus,& vrinam cientibus: deinde gratia humoris fluentis ratione partis vulneratæ ad quam fluit,oportebit vti reprimentibus,quæ reprimunt, & retardant humorem,ne fluat ad vulnus,oportebit etiam defensiua administrare circa supernam partem coxæ, quæ astringunt poros,& meatus venarum, & inhibent humoris fluxum:ab humoribus vero iam fluxis,& in parte vulnerata residentibus oriuntur excremẽta duo tenuia, & crassa, ratione quorum excrementorum oritur indicatio præseruatiua primo concoquendi, & detergendi excrementum crassum,vnde concoquentibus, & digestiuis primo vtendum est: deindę postea detergentibus gratia sordidi excrementi, quæ excrementa cum & concoquentibus,& detergentibus erunt ablata à vulnere,vulnus ipsum sanabitur,& tunc oportebit administrare medicamenta adstringentia,& exiccantia, quæ sunt indicata iam à soluta vnitate, declaratis indicationibus curatiuis;& præseruatiuis oportet indicationes vitales perpendere,quæ oriuntur à natura partis vulneratę scilicet temperatura compositione,& vnitate naturali sinistræ coxæ:nam temperatura ipsa parti vulneratæ vnita, disiunctam adiungit,& sanam reddit,non autem medicamẽta:quia carnem gignere est opus naturæ non Medici;medicamenta enim, & medicus solum impedimenta remouent;qua propter oportet salubrem partem conseruare similibus;nam simile conseruatur à simili: nam sinistra coxa,cum habeat temperaturam calidam, & modice humidam, oritur indicatio administrandi medicamenta calida,& modice humida atque parum adstringentia,ut conseruetur temperatura ipsius partis:hæc de indicationibus.

Circa quod facile est præsagium, quod desumitur à natura ipsius vulneris,& à natura ipsius uulnerati;sed cum uulnus sit simplex,& in parte ignobili,& eger sit ualidus temperaturaq; sit calida, & modice humida, cito sperandum posse ad sanitatem restitui præsertim cum non habeat annexa symptomata praua.

Vltimo erunt proponenda præsidia,quibus uulnus ad sanitatem restituatur;tum Chirurgica, tum Pharmazeutica; tum Diætetica,tum ratione ipsius uulneris; tum ratione humoris fluentis,& fluxi;tum ratione partis, & naturæ ægrotantis,& hæc præsidia pariter erunt tria, sicuti tres erant principales indicationes,curatiua, præseruatiua,& uitalis,sed ordinatione distincto, primo Chirurgica,tam curatiua,quam præseruatiua,quam uitalis: deinde pharmazeutica curatiua, preseruatiua, & uitalia,in medium collocanda à me erunt. Circa chirurgica gratia reuulsionis,& euacuationis primo erit secanda uena brachij dextri,& sanguis mittendus ad libram unã, quia nimia copia uiget in ęgrotante nostro,uiresque corporis sunt ualidę,tam in spiritibus,quam solidis partibus & carnosis; Iuuenis est ætate florens, optimis, & plurimis alimentis alitus;frictiones etiam circa supernas partes sunt administrandę non autem hirudines, uel cucurbitulę. *Vena sectio.* *Frictiones*

Circa pharmaceuticam primo lenienda erit aluus syr. rof. sol. ut excrementa primorum ductuum educantur, & retrahantur succi, ne impetum habeant ad uulneratam partem; postea uerò syr. cicoreacei, & refrigerantes sunt proponendi, ex boragine,cicorea,acetosa pimpinella quatuor seminibus frigidis extra uero primo stuppa cum albumine oui est imponenda, & tenta imbuta usque *Leniens.* *Syrupi.*

que ad profunditatem uulneris, remota sequēti die stuppa, & turunda non eget uulnus neque sutura, neque punctis, neque glutine sed oportet digestiuo, cum terebintina oui uitello, & oleo ros. confectam turundam imponere usque quo excrementum, & pus sit perfectum, albū, lene, & æquale, & parum etiam abstergere sordiciem ipsius uulneris uidelicet melle ros. cum farina lupinorum terebinthina, cū melle rosato deterso uulnere, quod dignoscitur ex sensu ipsius uulneris exquisito, ex carne rubra, & labijs mundis, & ex paucitate excrementorum, ut uulnus siccum iam apparet: quia consumpta sunt excrementa, que aderant in ipsa parte uulnerata, & humores iam amplius non fluunt, debemus unientibus uti, scilicet astringentibus, & exiccantibus utemur nempe puluerib. astringentib. uel myrrha, thure, mastice, uel unguēto de betonica, de matre sylua, uel huiusmodi aliis, sēper tn̄, habita ratione indicationis vitalis ipsius partis; quę indicat ut calor ipsius partis consaruetur, atque temperatura, cōpositio, & unitas: semper oportet fouere ipsam partem uulneraram, uel stuppa, uel spongia, uel linteis madefactis in uino nigro, & aqua alterata rosis, plantagine, mastice, sandalis, & aliis pro ratione ipsius uulneris, & inflammationis.

Signa deter si vulneris.

Diætetica præsidia, tam curatiua, quàm præseruatiua & uitalia erunt cōstituta in sex rebus nō naturalibus, quę tunc dirigunt ad sanādum uulnus coxę sinistræ infimū: aer primo: deinde cibus, & potus, somnus, & uigilia, inanitio, & repletio, motus, & quies animę, & corporis, et venus sunt consideranda: primo aer eligatur, uel arte paretur potius siccus, & modice frigidus, atque serenus, nō turbidus, & crassus seu nubilosus: deinde cibus, & potus sit exquisitus, & refrigerans, ut in primis diebus panatella in iure cum seminibus peponum usq; ad quartū absq; uino, & carne: deinde concedenda erit caro uitulina, uel pulli pręsertim si non aderit inflammatio: pro potu aqua saccharata, uel hordei, moderate dormiat, non admodū se repleat; imo alternis diebus saltem aluus fluida sit natura, uel arte: euitet motum ambulationis quia humores ad uulnus concitarentur: ab accidentibus, cogitationibus animi: à uenere abstineat, & hęc satis pro præsēti casu; hic igitur casus discriptus, erit tibi pro exēplo cęterorū, &c.

Aer.

Cibus. & potus.

Somnus.

Tractatus de Fracturis. Cap. XXX.

SIcuti vulnus mollis partis appellatur, quando ipsa pars soluitur à causa externa vulnerāte; ita fractura dicitur uulnus circa os, à causa externa seu interna frangente; verum quia exacta cognitio fracturæ, oritur ex notitia solutæ vnitatis sedis affectæ nempe ossis & causæ efficientis, scilicet violenti percutientis, operęprecium erit circa has tres causas digredi, & primo non nulla de ossibus dicenda sunt: nam os est membrum similare durissimum, & siccissimum à crasso semine excocto genitum à vi ossifica propter stabilitatem ceterarum partium humani corporis: nulla pars est durior osse, neque siccior, est similaris & vniformis, generataq; ex semine crasso, & terrestri; vnde deperdita non resarcitur; sed loco ossis gignitur callus, & porus: producitur à propria virtute ossifica, quæ tribuit formam ossis, & omnia accidentia, consequentia formam: finis, & vtilitas ossis communis omnibusquè conueniens, est stabilire partes omnes; habet etiam plures alias vtilitates; nam est causa rectitudinis: est causa varietatis motuum, & roboris; duæ sunt primæ, partes ossis; prima dicitur apophysis latine dicitur eminentia, productio exuberantia, proiectura, & processus, & hæc habet duos vsus primo est, vt ossa inuicem, & musculi, & ligamenta ex his colligantur: secundus est gerere vicem propugnaculi, vt in vertebris, et scapulis, hæc apophysis habet tres species pro varietate figuræ, prima dicitur Cephali: quia os pertuberans est rotundum vt caput, secunda dicitur Ceruix ex gracili, & acuta figura, tertia dicitur coragni, quia in acutum, & mucronatum finem desinit; rursum caput duplex est, vel rotundum, & maximum oblongūque, vt in osse fœmoris, vel depressius, & vocatur Condylon, & ceruix ratione figuræ ad similitudinem stili, uel ancore, vel rostri coruini; dicitur styloidis, An chiroidis, coracoidis, & quarto Mastoidis, ad mammarum similitudinem, datur altera pars ossis, quæ appellatur Epyphysis latine Appendix; huius vsus est vicem gerere operculi medullosis ossibus ratione insertionis: potest apellari Diartrosis, & cum hac dubia, & neutra vindicabitur Gal. à calumnijs Medicorum; si in his enarratis coarticularionibus fit morbus; debet appellari morbus in mala compositione; alterum genus compositionis ossis, quæ dicebatur symphysis, est vnio, & continuatio naturalis ossium, per quam ossa vnū videntur, & si læditur hæc vnio, fit morbus in soluta vnitate non autem in mala compositione, hæc symphisis habet duas species sub se; una dicitur sine medio, nam ossa mollia, & spongiosa sine medio coalescunt: pariter omnes epiphyses vniūtur per symphesim cum ossibus: quia molles, & cartilaginee sunt; alia est cum medio, cum ossa ficciora, & duriora vniuntur: medium vero triplex est, vt cartilago in costis, & ossibus pubis, & maxillæ inferioris; vel ligamenta vt in omni Diartrosi, vel caro, vt in osse hyoide, & scapulis. Numerus ossium ascendit ad cētum, & septuaginta vnum, vt patet ex numeratione: his enarratis de ossibus sciendum fracturam esse solutam vnitatem ossis à violento percutiente; cum enim frangitur, vel secundum rectum, vel secundum obliquum, & transuersum, vel secundum omnem superficiem, & secundum totum, vel fecundum tantum unam superficiē, semper soluitur continuitas ipsius ossis, quæ erta fuit in mistione ossis, & cum soluatur os, distinguitur à vulnere; causa efficiēs est violentum percutiens, non potest enim frangi os cum sit membrum durum, & siccum, nisi ab aliquo violēto percutiente, & duplex est, vel internum, vt contingit aliquando, vt motus violētur cordis, ita costas percutiat, vt frangat eas: externum est omne percutiens durum, vt saxū, ligna, ferrum, & huiusmodi alia instrumenta, per hæc distinguitur etiam ab alio morbo, qui solet contingere ossi, & appellatur caries, estque soluta vnitas ossis facta tantum à causa corrodente, vel interna, vel externa, quæ correspondet vlceri.

Quid sit fractura.

Quid sit os, & eius compositio quotuplex

Finis ossiū.

Partes ossis.

Symphesis

Fractura quid.

Caries.

Differentiæ fracturarum in genere à tribus desumuntur, à forma fracturæ, scilicet soluta vnitate; à materia, scilicet osse, & tertio à causa efficiente, scilicet violento percutiente: à forma igitur fractura erit magna, vel parua, æqualis, vel inæqualis secundum transuersum, vel secundum rectum: à parte affecta erit, vel fęmoris, vel cubiti, vel cranei, vel aliorum ossium: à percutiente vero erit vel perforans, vel secans, vel contundens, vel frangens, vel diuellens externum, vel internum, aliæ vero differentiæ, ex accidente erunt coniunctę: nam poterit esse fractura cum vulnere, vel absque vulnere, vel cū tumore, vel absque tumore, & gangrena: præterea, vel cum symptomatibus dolore scilicet, uel inflammatione signa quibus cognoscitur fractura in genere, hæc sūt primo percipitur inæqualitas ipsius partis fractæ, secundo crepitus, nisi æger admodum carnosus sit, & pars affecta, tertio dolor, quarto impotentia innitendi partem, quinto abbreuiatio ipsius partis, & tortuositas: quia musculi semper retrahuntur ad suum principium excepto brachio, & crure, in quibus duo sunt ossa, & si unum tantum fractum fuerit, videlicet radius, non abbreuiatur pars: quia remanet alterum os focile appellatum integrum et sanum, sed speciatim fractura cognoscitur, si erit transuersa præter supra enarrata signa aderit mollities super os fractum: quod os fractum non resistit, aderit etiam exuberantia partis; si uero aderit fractura per longitudinem membrū fractum: secundum latitudinem erit crassius, cognoscitur etiam ex signis præcedentibus aptis, & accommodatis ad frangendum.

Differentia fracturarum.

Signa fracturæ in genere.

Quo ad præsagium; quo maior erit fractura, grauior erit, & cum vulnere, & eo magis si aderit inflammatio, dolor

dolor, & gangrena; pueri etiam cum molles ſint, minus periclitantur, quam adulti, & ſenes, vetuſta difficilius curatur, quam recens, & tranſuerſa, quam longa, & in plures partes diſciſſa quam in pauciores.

Indicationes tres hauriuntur pro fractura recte curanda, aliæ dicuntur curatiuæ à ſoluta unitate oſſis, aliæ preſeruatiuæ ab humore fluente ad fractam partem, vel influxo; Vitales tum à viribus uniuerſi corporis, tum magis ſpeciatim à temperarura partis fractæ, conformatione, & compoſitione illius, quæ ſimilibus conſeruari debet; qua propter quo ad primam curationem curatiuam oportet fracturam vnire exiccantibus, & unientibus; pro quibus primo egemus extenſione, & coaptatione preſertim in fractura per tranſuerſum, quæ ſolet ut plurimũ contingere; opere præcium eſt enim primo partem fractam extendere; nam ſemper poſt fracturam cõtrahitur ſurſum à muſculis; ſed hæc extenſio accommodata fieri debet circa quantitatem, qualitatem, tempus; nam in fractura magna, & magni oſſis, uti femoris, & humeri, extẽſio debet fieri, uel uinculis, uel machinamẽtis, ſi erit mediocris, mediocris erit molienda extẽſio hominibus pluribus, ſi exigua ſolis manibus Chirurgi. Pueri facilius, cum molles ſint, extenſionem exoptant, ſenes & Adulti uehementiorem petunt: deinde manibus facienda eſt inunctis oleo camomellino, anethino, amygdalino dulci & violaceo, uel butiro, ut dolor leniatur, & caro emolleſcat ſtatimque. *De extenſione*

Quo ad tempus inter initia eſt facienda extenſio: nam quo recentior eſt, facilius extẽditur, & quo uetuſtior, difficilior; quia, & fluxi erunt humores, & inflammatio uigebit; uerum in ipſa extenſione ſemper ſpectanda eſt figura partis fractæ, & fibrarum, & muſculorum ut imitetur partem ſanam, atque etiam ſituetur: nam ut plurimum in parte fracta oritur tortuoſitas ob motum muſculorum; utlimo coaptatio expenditur, quæ ita accommodata eſſe debet ſecundum figuram, & ſitum, ut non differat a parte ſana, & ſecundum formam compoſitionẽ, figuram, ſitum, magnitudinem: dignoſcitur autem coaptatam eſſe partem; ſi membrum fractum ſano in figura reſpondeat; ſi ſecundo nulla cauitas: inæqualitas, & eminentia, dolorque uigeat in ea parte: itertio ſi membrũ aquale erit ſano, ſecundum lõgitudinem; ſed preter hec ut optima unio oſſis fracti ſeruetur, requiritur poſt extenſionem, & coaptationem, ut deligẽtur methodo, & arte: nam fracturam Chirurgus fruſtra dignouiſſet eam extenſionem accommodatam, & coaptationem coniunxiſſet, niſi coniuncta artificio conſeruaret, conſeruatur autẽ duobus potiſſimum medijs, deligatura, & poſitura de quibus inſequenti. *Coaptatio*

De Ligatura, & Poſitura partis fractæ. Cap. XXXI.

QVo ad ligaturam docet Hipocrates eſſe deligandum membrum fractum, vt unitum iam conſeruetur, arceatur inflammatio, & dolor; et fit ex ipſo Hippocrate tribus faſciis nõ admodum craſſis neque lenibus, neque admodum longis: prima faſcia incipit eligari ſuper os fractum admodum ſtringẽs ſurſumque uoluitur ut arceatur inflammatio, & dolor: ſecunda faſcia incipit iterum à loco affecto pluribus reuolutionibus, & in contrarium circum uoluta, ut exprimat humores iam fluxos: poſitis his duabus faſciis ponit Hippocrates plagulas, uel ſplenia quinq; uel ſex circa fracturam cerato inuoluta: dicuntur plagulæ, & ſplenia a forma oblonga ſupplente uin medicaminis agglutinãtis, & leniunt dolorẽ, ſuper quas plagulas ponitur tertia faſcia deligans has plagulas. Celſus, lib. 8. c. 10. ponit ſex faſcias imbutas, & tinctas oleo, & uino ratione plagularum; ſed hæ ſex faſciæ ſunt breues, prima uoluitur circa fracturã, ſecunda dimidio longior incipit à fractura, & deorſum circumducitur, & deinde ſurſum reuerſa deſinit; ſuper has latius linteum cerato oblinitum eſt obducendum, ut priores faſcias contineat, interdum licet ſuperponere pannum uel ſtuppam madefactã in uino nigro auſtero: deinde quattuor alijs faſciis obligare oportet, ut ſemper ſecunda ſit aduerſa primæ, & tertia ſecundę, & quarta tertiæ ſed hæc deligationes Hippocratis, & Celſi, licet uideãtur uariæ inter ſe non differunt; terminus in aſtringendo debet eſſe bona laborantis tolerantia; permanent faſciæ niſi dolor pręmat uſque ad tertiam diem; tunc ſoluendæ ſunt, & abtuenda pars fracta aqua tepida ut pruritus auferatur, & ſic iterum, vt prius deligandum eſt os fractũ, & conſeruandum uſque ad ſeptimum diem: quo tranſacto cum non adſit inflammatio ratione unionis oportet plagulas ſeu ferulas apponere; ſed loco ferularum, quæ apud nos non extant, ponimus uaginas enſium, & ligna leuia, ſtuppa, uel goſypio circumuoluta, ut pars fracta contineatur, & conſeruetur unita, ſituaturque in media figura, quæ minus doloroſa eſt; plures iuuentæ ſunt materiæ ex papyro carta, & alijs rebus, quæ inſeruiunt uice ferularum; optime igitur figuretur membrũ, & optime collocetur loco commodo, ne humores fluãt, figura media, ne dolor hauriatur, ſed remanet etiam aliud adminiſtrandum, vt omnino abſoluatur unio oſſis fracti: nam adhibita extenſione coaptatione, deligatura, collocatione, & figuratione, membri iam fracti ſecundũ rectam adminiſtrationem circa quantitatem, qualitatẽ, quando, & ubi remedii, oportet etiam, ut natura uniat, uel per medium, uel abſque medio in pueris, & tenel is nuperque natis, cum adhuc uirtus augumentatiua, & generatiua uigeat, calorque, & uis ſeminalis præſtet, vniũtur oſſa fracta abſque callo, & medio, in adultis, & imbecillis uniuntur callo, cuius generatio tentanda eſt poſt timorem inflammationis, & doloris; & ideo poſt ſeptimã generatur callus extrinſece, & intrinſece remediis adhibitis: nam eſt materia calloſã producta ex alimento craſſo ipſius oſſis à ui coctrice, & generatrice in ipſo oſſe gratia unionis partium diſiunctarum: qui callus aliquando ita durus eſt, & unit ut potius ſi membrũ denuo frangi deberet, in aliam partem frangeretur; intrinſece pro generando ipſo callo circa medicamenta adeſt ſuccus primulæ ueris pluribus diebus potus pul. radicum agrimoniæ in uino, puluis hyperici cum bolo arm & gummi arabico, extrinſece medicamentũ apponendum eſt ex farina uolatili, & oui albumine, uel ceratum ex pelle arictiua, uel Recip. bol. arm. thuris myrrhæ, aloes, acacię draganti, ladani, gallarum, nucum cupreſſi ana p. æquales in pollinem redacta, m. cum oui albumine, & modica farina uolatili, & fiat emplaſtrum: fiunt etiam perfuſiones, ex decocto granatorũ, & foliorum myrti, radicum vlmi, radicum, & foliorum fraxini, & plãtaginis, in hyeme poteſt adminiſtrari ceratum barbarum, et oxicroceũ in æſtate diapalma circa materiã. Dietęticam pro gignẽdo callo vinum primũ exhibendũ eſt nigrũ, & craſſum, victus ratio potius plenior, cibi ſint potius craſſi, & ĩcraſſãtes vt pedes, & vẽtres, & capita caſtratorũ vitulorũ hędi, veruecis, crura vaccina & ſuilla fercula ex oriza, farre in lacte, vel iurecoctis, non improbãtur lagana, caro teſtudinis, ſuccus limacum, & huiuſmodi: ſed præter hęc oportet etiam particularem deligationem adminiſtrare, pro gignendo callo, vt ſit potius laxa humores admittens quam exprimens eo tamen medio, vt callus ea magnitudine gignatur vt correſpondeat loco ſano, & ne turpis videatur locus fractus.

Plagulæ ſeu ſplenia — *Le ſtecche* — *Collocatio & figura mẽbri.* — *Calli generatio.*

Circa os fractum vero, per longitudinem hoc vnum animaduertendum præter dicta, deligatio magis ſtringatur vt docet Gal. 6. meth. cap. 5.

Circa indicationes præſeruatiuas, quæ hauriuntur ab humore fluente, & iam fluxo, oportet ratione influentis reuellere: nam à termino à quo incipit humor fluere in aduerſũ poteſt retrahere, ſi infra fluit ſurſum reuellẽdus eſt; ſi ſurſum deorſum; ſi ante retro; ſi ad ſiniſtrũ ad dextrum; inter reuellentia vero potiſſimum enumeratur ſectio venæ, quæ erit adminiſtranda in fracturis, dum ma-

gnus

gnus affectus erit in sanguine, qui quidem triplex esse potest, qui aut est affectus magnæ copiæ, & abundantię, aut est nimij motus, & impetus, aut est malæ qualitatis, & formæ: semper enim cum sanguis in humano corpore viget, affectus aliquo horum trium vitiorum, estque euacuandus, aut dum imminet periculum ne afficiatur: sed oportet, etiā vt adsint permittentia missiones sanguinis, & est valida virtus, quæ manifestatur ætate florenti, tempore anni uernali, regione temperata, temperatura calida, & humida, victu delitioso & pleno: etenim vires partim manifestantur à rebus externis, partim ab internis; sed non solum animaduertere an sit secāda vena, sed quando: id enim indicatur ab vrgentia præsentis indicantis: nam dum vrget magnus affectus in sanguine; illico tunc mittendus est; sed urget cum in principio humor vehitur ad locū fractum: idcirco reuellendus est, ne pariat inflammationem; ubi uero est secanda vena à subsistente loco affecto indicatur: nā si fractū erit crus dextrum, vena brachij dextri tundenda est, quæ oposita est per situm sursum, & deorsum: si fractum fuerit brachium sinistrum, secanda est vena brachij dextri, & e conuerso, si caput brachium dextrum, vel sinistrum à latere opposito: quoniam in reuulsione rectitudo vasorum seruanda est, & oppositio secundum unum diametrum; quantitas vero sanguinis mittendi molienda est, pro ut magnitudo affectus ipsius sanguinis erit: nam si sanguis affectus uehementer infestabit, in maxima copia mittendus est sanguis; si mediocriter, in mediocri; si minime in minima; præter sectionem venæ reuellunt etiam cucurbitulæ scarificatæ, & non scarificatæ, hyrudines, frictiones, ligaturæ, hæc omnia reuellunt humorem fluentem, & sunt administranda inter initia; pro vt humores fluunt in maiori, vel minori vehementia; nam si sanguinis affectus non erit ita vehemens, loco sectionis venæ erunt applicādæ hyrudines, vel cucurbitulæ, &c.

Medicamēta len.

Præter materias Chirurgicas etiam medicamenta habent vim reuellendi: idcirco administrantur in principio boli ex flore cassiæ, & pulpa tamarindorum syr. ros. sol. vel mel. ros. sol. ad vnc. v. vel R. diaprunis simp. lenitiui floris cassiæ no. ex. ana drac. vj. m. fiat b. per horam ante prandium, vel in potione dissoluantur cum dec. cord. q. s. reuellunt etiam intrinsece syr. & decocta quæ per vias vrinæ, vel per ambitum vniuersi corporis sudorifice humorem fluentem alliciunt, videlicet si educenda est materia per vrinam Rec. decocti boraginis, hordei, capillorum veneris, agrimoniæ, cicerum rubeorū, vnc. v. si per sudorem ℞. decocti hordei, ceterac feniculi; cicorię vnc. v. quæ quidem decocta valent etiam succum prædominantem alterare, & concoquere: nam si corpore ægrotante bilis abundaret addere oportet cicoreum, soncum, endiuiam acetosam, violam, si pituita origanum, betonicam, stecadem, si melancolia, boraginem, buglossam, capillum Veneris, fumariam, & huiuscemodi, &c.

Diureticū

Sudorificū

Circa indicationes vero præseruatiuas, quæ hauriuntur ab humore iam fluxo oportet ipsum humorem iam fluxum concoquere digestiuis, & concoctum in pus album conuersum euacuare detergentibus, & expurgantibus, ne impediat vnionem ossis fracti; sed de concoquentibus, & detersorijs alibi dictum fuit, quæ erunt vsurpanda in fractura cum vulnere; si vero non aderit vulnus sed tantum contusio, oportet, alijs concoquentibus, & detergentibus vti pro natura & humoris iam fluxi: nam opere precium est euacuare ipsum humorem decocto aliquo emolliente, & digerente, vt ex dec. maluæ; altheæ fœnugreci, melliloti, seminis lini, florum camomelli spongiaque imbuta hoc dec. vel pannus circumponitur, vel vtimur oleo, camomellino, rosaceo ęqualiter; non sunt tamen hæc administranda circa locum affectum, nisi quādo desierit fluxus humorum, & administrata fuerint omnia medicamenta reuellentia, vbi, quantum, quomodo iam patet.

Diæta.

Vitales indicationes explentur, tum intrinsecis, tum extrinsecis tum ijs, quæ respiciunt vires vniuersi, Diæta cibo, & potu somno, & vigilia, & alijs sex rebus nō naturalibus, attamen primis diebus tenui victu vtēdum est, quę valet inhibere inflammationem, & fluxum humorum; ideo vsque ad quartum, vel septimum exhibeatur panatella in iure, vel acqua pro viribus ægrotantis, & aqua hordei saccharata pro potu: correspondeat victus ratio ceteris indicationibus, vt supra dictum est; nam dum callus producitur, cibaria incrassantia potius administranda sunt, vti caro suilla, limaces, ptissana cum farina amyi oriza, pedes castratorum; vitulorum, & huiusmodi, quæ habent vim incrassandi, & succum crassum gignendi.

Vitales vero indicationes circa locum fractum indicat, vt locus fractus salubris conseruetur, & tueatur tum repellentibus medicamentis, quæ inhibent fluxum humoris, tum proprie ijs quæ habent vim conseruandi temperaturam partis, & callum iam fractum roborandi, & muniendi, ne facilius, denuo frangatur in: principio igitur dum callus fit, optimum est circa locum fractum adhibere fomenta quæ potestatem habeant, & facultatem, & humores alliciendi, & glutinandi, vt decoctum meliloti fœnu græci, seminis lini, gummi arabici masticis, non inutile est etiam ceratū diapalmæ, & diachylonis simp. callo iam facto illum firmare oportet decoctis astringentibus, & exiccantibus, ex plantagine, rosis, myrthis, in vino nigro confectis: ceratum etiam pro crepatis diapalma, emplastrum diafeniconis summopere auxiliantur: omitto olea quam pluta, & pulueres, & hæc de fractura in genere.

De fractura cum symptomatibus dolore, inflammatione, distorsione, macie, & alijs. Cap. XXXII.

PLura sunt accidentia, & symptomata, quæ solent concomitari fracturas, vti dolor, inflammatio, pruritus, deprauata figura, callus iusto maior, vel minor, partis gracilitas, atque macies, vulnus, & gangręna de quibus agendum est: quoniam fracturæ curationē impediunt.

Pro dolore

Si dolor ingens vrgeat adeo, vt vires ægrotantis resoluantur oportet, tunc temporis dolori mitigando incumbere tribus potissimum remedijs, tum ijs, quę causam doloris adimunt, & appellantur paragogica: causæ doloris præsentis solent esse fluxus humorum; hos igitur, & sectione venę, & medicamētis reuellere, & euacuare oportet: præter hęc sunt anodyna medicamenta quæ maximæ familiaria naturæ humanæ, & maxime similia calorem natiuum, & spiritus vitales instrumenta sensus tactus attemperant, hæ sunt omnes axungiæ, butirum, lac, oleum ros. camomelinum, anethinum, oleum amygdalarū dulcium, oleum confectum ex visco pomorum, axungia gallinæ, & pinguedo taxi, mirifice prodest, & lana succida infusa in oleo ros. & aceto simul mixtis: spongia etiam in oleo rosarum expressa, ex oleo lumbricorum, decoctum ex rosis, floribus camomeli, anethi, malua althea, dolorem demulcent; si his non cedat dolor, vtendum est anodinis improprijs idest narcoticis, & stupefacientibus, vt decoctū iusquiami mandragorę, papaueris, vel flore cassiæ cum granis quattuor opii, & oleo ros. q. s. sed ab opiatis, & narcoticis istis abstinendum est, ni dolor summopere infestet.

Narcotica

Pro inflāmatione.

Quo ad inflammationem cura inflammationis superius abunde exposita fuit, vt si inhibeatur fiens, & imminens, & curetur iam facta, ideo expendenda sunt, quæ supra dicta fuere, hoc vnum in præsentia notandum debere prudentem Chirurgum omni studio inhibere, ne oriatur inflammatio, & Chirurgicis præsidiis sectione venæ hirudinibus cucurbitulis, scarificatione, ligaturis, & alijs tum medicamentis, & purgantibus, & alterantibus intus, & extra; tum Diæteticis; sed in præsentia de topicis dicen-

dicendum: nam si inflammatio sit adhuc in principio, oportet repercutere, & reprimere humorem fluentem, & ipsum contemperare, veluti si recipiatur radix altheæ plantaginis, florum camomeli, violarum ana m. j. aquę lib. iij. coquantur, postea adde contusis his coctis farinę hordei, vnc. iij. sapæ, & olei rof. ana vnc. iij. aceti rof. q. f. vel aquæ hordei m. pro Cataplasmate, vel Rec. olei rof. myrthini ana vnc. ij. aceti rof. vnc. fs. m. pro inunctione, vel Rec. succi plantaginis, lactucæ an. vnc. iij. succi citri vnc. fs. m. si magis vrgeat inflammatio, & ad statum vergat in summo vigore consistens Rec. decocti balaustiorum plantaginis rof. florum camomelli vnc. iv. olei camomellini, rosacei ana vnc. ij. m. si vero inflãmatio sit in declinatione, adhibendum est fomentum, quod vim habeat resoluendi potius quam corroborandi, vti de coctum florum camomeli, meliloti, betonicæ, absintij in vino albo, vel ex rof. & pulegio calamento.

Repellentes & contemperans.

De Pruritu. Pruritus, est quædam tristis sensatio partis sensui tactus destinatæ ab humore aliquo acri qui irritet expultricem facultatem, & membra sensibilia disiungit, & molestat excedenti qualitate: hic humor tum fluit ad partem fractam, tum ibi detinetur; quare oportet poros, & meatus dilatare, & aperire, humoremque acrem, blandum, & mitem reddere, primo aqua calida tepida dulci, vel marina: deinde decocto maluæ, alteæ, violarum, vel decocto boraginis lupulorum, auenæ.

Deprauata figura. Sæpe contingit, vt post curatas fracturas membrum in figura sit deprauatum ob imperitiam chirurgi, vel errorem ægrotantis, aut prauam deligaturam; adeo vt cogatur ęger denuo callum iam confectum frangere, et de nuo secundum optimam figuram reponere membrum, verum si æger sit senex, & imbecillis, callus vetustus, non oportet denuo frangere, imminet enim periculum, ne æger moriatur; si vero Iuuenis sit validus, recensque callus, osque fractum exiguum, tuto potest iterum frangi, vbi tamen per multos dies antea remollitum sit axungijs fomentis emollientibus, & cerato ex diaquilone simp. cum pinguedinibus, vel lutis Sancti Petri, & Diui Bartholomæi, vel lotura lanarum, & œsypo: semper etiam digitis frictiones multæ fiunt circa callum, vt emollescat, & rumpatur, si vero callus durior fuerit, possumus etiam instrumento ferreo ad modum vitis circularis sensim, & sensim membrum extendere, donec rumpatur, ruptus vero curatur vti supra, etenim turpe est membrum distortum cernere, & aliquando etiam motus impedit.

Per callo Minori. Si Callus minor est pars debilis. motum ciere non potest, & fouea in loco apparet, & æger non vsus fuit crassis cibis, & glutinantibus sed potius friabilibus, & tenui victu, aut quia fasciæ nimis fuerint astrictæ, debet ergo diæta pleniori, & crassiori callus produci, & fasciæ sunt laxandæ, medicamenta astringentia mitiora administranda; imo perfusiones ex aqua calida vtiles sunt; quia sanguinem ad locum trahunt, donec pars rubefcat, & in tumorem attollatur non tam diu persistẽdum est in his perfusionibus, ne atractus sanguis euaporet; sunt etiam cerata circum apponenda; vt ceratũ ex diaquilone simp. vel cum pinguedinibus; si maior callus fuerit, tactu, & visu percipitur, comprimit musculos, & partes neruosas circumiacentes, dolorem infert, vel deprauat; omnis, enim actio læsa est tripliciter, vel quia fit imminuta, vel ablata, vel deprauata in hoc casu omnia sunt in contrarium facienda, quam supra, quo ad victum; tenuis, & attenuans esse debet, fasciæ strictæ sunt uinciendæ, callus resoluentibus, & digerentibus minor reddi debet, vti de cocto camomillæ, fænugreci, origani, serpilli, cerato, oxycroceo, emplastro ex radicibus altheę, meliloti decoctis in aqua, & addita axiungia anatis, & gallinæ, facta emollitione perfusiones euaporantes sunt moliendę ex decocto betonicæ, scabiosę, scordei, agrimonię, ceteraq; & diu persistendum in his, donec pars corrugatur.

Pro callo maiori.

Ad Gracilitatem, et maciē partis. Gracilitas, & macies, seu atrophia oritur quando pars fracta non nutritur secundum conuenientiam; sed aut imminute, aut deprauate, non nutritur vero aut propria ratione quia adsit aliqua intemperies calida, vel frigida, humida vel sicca, vel quia adest aliqua mala conformatio, & mala compositio, dum vel distortum est membrum, vel viæ strictæ à fascijs, vt sanguis permeare non valeat, vel ob solutam vnitatem arteriarum, & venarum quæ sanguinem alimentalem, & arteriosum deferunt pro nutritione, vel nutritio imminuta, vel deprauata fit ob paucum alimentum, vel prauum, si fasciæ sint nimis strictæ, laxandæ sunt, vt sanguis fluere ualeat, si vero victus nimis tenuis, & attenuans, cibi in maiori copia & incrassantes sunt administrandi: deinde etiam optimi chyli, & alimenti vti ptissana hordeacea, caro, suilla, uitulina, hędina, oua, balneum, administrandum est, & fouendus est locus ex aqua dulci, frictiones moliendæ, ut sanguis attrahatur, & exercitanda est pars. Picationes ex pice vtilissimæ sunt super linteum ducta multoties, velociter ablata, vt dolor quidem exitetur ratione adhærentiæ, et ratione pilorum, post quam vero pars rubra euaserit, & tumida, oportet ne euanescat sanguis potius, vel aliquo decocto frigido abluere, vel oleo rof. inungere.

Gangræna est quædam veluti corruptio partis ob dextructionem innati caloris, qui cum sit instrumentum vitæ, dum dissoluitur, etiam pars emoritur: fit aliquando, vel ob nimiam copiam humorum prohibentem calorẽ ipsum natiuum euentari, vel ob stricturam fasciarum: ideo copiam reuellere oportet, & iam fluxam euacuare, & poros aperire: idcirco abluere oportet lixiuio, in quo decoctum sit scordium, & plantago: deinde apponendum emplastrum, ex farina lupinorum, puluere scordij oxymelite cum modico lixiuio; aliquando incisiones sunt moliendæ, & ferrum candens inurendum.

De Curanda fractura cum Vulnere absque ossis denudatione, & segregatione. Cap. XXXIII.

SI fractura vulnus adiunctum habet absq; ossis denudatione, & ossis fracti separatione, oportet indicationes fracturæ, & vulneris explere, ne tamẽ inter se pugnent; quare quo ad fracturam: oportet ossa inuicem coaptare, secundum figuram naturalem, quam docet membrum sanum: deinde oportet ipsam figuram & fracturam aptatam per extensionem conseruare, ligaturis, & fascijs; sed in hoc casu fasciæ non sunt admodũ astringendæ, nec ferulæ seu plagulę sunt accommodandæ super vulnus, sed ad latera, pluresq; deligationes, sed laxæ moliendę sunt, quæ vicem strictioris uinculi obtinent: reliquæ vero indicationes fracturatum, scilicet, & quæ sanant fracturam, & solutam unitatem, & quæ prohibent, ne oriatur inflammatio, & quæ partem fractam tueri docent, sunt administrandæ vt supra dictum fuit in cura fracturæ: vnum tamen animaduertendum est gratia vulneris, nè ut dictum fuit, deligatio arcta sit, & dolorosa, & vt expurgetur pus tertia die est soluenda: gratia uero ulneris labia ipsa unienda sunt suturis, uel fibulis, uel tantum deligatione; deinde conseruanda sunt ipsa labia, ne aliquid intercidat, & uulnus curandum digestiuis, mundificatiuis, & incarnantibus, ut supra enarratum fuit in cura uulnetum: unum præstandum, ut semper astringentia medicamenta adhibeantur, nempe lintea circumuoluta, & madefacta uino nigro austero alterato mast. rosis, plantagine, uel ceratum picatum super ponendum est, præsertim hyemali tempore, uel ceratũ rof. in æstate, uel stuppa imbuta albumine oui alterato rof. pul. mastice, sanguinis Drac. bolo arm. quę omnia uim habent glutinandi fracturam, dolorem arcendi, & materiam fluxam exiccandi, & fluentem repellendi, quę uero sint administranda inter initia gratia materiæ influentis inhibendæ repellentia medicamenta, quæ euacuant humorem super abundantem, & sectio uenæ, quę

pari-

pariter sanguinem euacuat, & reuellit, & inflammationē compescit, supra dictum fuit, & etiam de glutinantibus, & vulnus, & fracturas, atque deligatione, & situatione membri fracti, de cōfiguratione, vt hoc loco amplius non sit tempus conterendum; sed omnia à proprijs capitibus petenda sunt.

De fractura Curanda osse non denudato frustulo tamen ossis recessuro. Cap. XXXIV.

TOtum negotium in cura fracturę absque ossis denudatione; sed frustuli ossis separatione positū est, vt recte primo sciamus, quando recessurum sit os, & vt facilius recedat: nam neque caro proba gigni potest, nec fractura vniri, dummodo os iam segregatum ab altero osse non recedat, causæ separati ossis, vel fuere impetus magnus instrumenti frangentis, vel forma ipsius instrumenti, vel aliqua interna causa nempe sanies, quæ tangens os sanum ipsum corrumpit, corruptū vero necessario secedere oportet: imo, & vulnera, & vlcera non sanantur, si os corruptum infra subiacet. signa, vero ossis recessuri docet Hipp. lib. 3. de fract. cap. 18. si sanies copiosior sit non correspondens magnitudini vulneris: deinde labia non coeant; sed inuersa videantur, tertio si ossa difficilius conformentur, quarto si os carne sit nudatum, necessario recedit & quinto si caro super crescens laxa, & spongia, & hebes sit, propterea citissime recedit os, dum citissima sit suppuratio, & excrescētia carnis; è contra tarde erit recessurum; verum omnia sunt opera caloris, & facultatis expultricis validæ, vel debilis: in hyeme, vero regione frigida in sene, & adultis, atque imbecillis corporibus difficilius segregatur os, & foras extruditur: è contra, vero in vere, & æstate regione calida ætate florente, corporibus validis, & robustis: nam vbi laxa, & mollis est caro; vbi validus calor, facilius expellitur os; vbi vero frigus, & siccitas, viget maximo conatu, & difficulter. *Signa ossis recessuri.*

His cognitis atque præsagio patefacto, an tarde, vel cito recessurum sit os ex iam dictis, an magno cum dolore & inflammatione, vel non, quod dignoscitur, ex magnitudine fracturæ, & frustuli partis sensitiuę, vel non curādum his indicationibus, primo inhibenda, est inflammatio, & dolor atque humorum fluxus, vt facilius sanetur fractura, & frustulum ossis remoueatur plagulis decussatim admotis ad similitudinem x. uel ✠. madefacto vino nigro alterato ros. myrthis, plantagine: nam plagulæ huiusmodi figura situata super partem fractam, vndiq; astringunt lęsum membrum, & propellunt saniem absq; dolore, ceratum etiam rosatum administrabitur, & omnia alia auxilia tam vniuersalia quam particularia, quę in sedando dolore, & inflammatione arcenda suprascrita fuere; sed quo ad curationem ossis recessuri, vel tentādum est volsella, & manibus, vt extrahatur, vel saltem medicamentis, quæ medicamenta duplicia sunt, vel à manifesta qualitate, vt oleum uetus cera citrina, propolis, euphorbium, tithimalas aristolochię, v. g. Rec. aristolochię drac. iij. tithimali drac. ij. Euphorbij drac. j. olei veteris vnc. ii. m. quæ tamen non sunt administranda nisi transacto tempore inflammationis; vel à tota substantia, & proprietate extrahunt os, vt scordium, dictamnum creticum, radix panaceæ, cinis lumbricorum terrestrium melli admistus, & impositus ceratum etiam sacrum calore ossa extrahit: in deligandis, vero fasciis hoc vnum obseruandum est, vt deligatura sit laxa, sed frequens, & copiosa vt pus valeat effluere, in reliquis vero scopis tum Chirurgicis, tum Pharmaceuticis, & Diæteticis, ea sunt remedia adhibenda, secundum tempus, locū, quantum, quando, sicuti in curatione fracturæ in genere docuimus. *Apropriata per extractione ossis.*

De fractura, cum Vulnere in quo os nudatum est. Cap. XXXV.

OS nudatum ab aere facile putrescit; ideo Medicus debet statim, vel cute coeperire os ipsum, vel reponere in propriam sedem manibus extēsione, & aliis machinamentis, vel si non valet neque cute cooperire, neque reponere, oportet serra scindere, vel ferro aliquo retuso, & resecto osse exuberante oportet fracta ossa cooptare, & membrum secundum figuram naturalem redigere, vt saltem si aliquod remaneat ex necessitate impedimentū motus, ne turpis figura mēbri appareat: vtitur Hipp. pro recte figurandis, & cooptandis ossibus, cuneis, & scalpellis, & Trochleis, vt ossa magis extendantur, quam musculi: in cæteris, vero indicationibus, tum curatiuis, tum præseruatiuis, tum vitalibus, expendendæ sunt, quæ in curatione fracturarum in genere recitatæ fuere: & hæc de fracturis, &c.

TRACTATVS DE VVLNERIBVS

Expositiones super tractatu 3. libri 4. fen quartæ ipsius Auic.

De Vlceribus. *Cap.* I.



IN vniuersali sermone de vlceribus cum supra tract. primum Auic. etiam quartæ de vulneribus generatim, & speciatim exposuerimus, hunc, vero ordinē, & Methodum faciliorem imitati, hunc tertium tract. Auic. de vlceribus appellatum exponere, quam breuissime nostræ partes erunt.

Vlcera generantur à vulneribus, & exituris eruptis & à pustulis, &c. longissimum hoc cap in 3. partes diuiditur, & ad tria capita ego redigam, & omnia quæ diffuse per ractat Auic. in prima parte communem, & vulgare Dēfinitionē vlceris, & eius causas enumerat, in secunda differētias vlcerum, quæ à triplici fonte exurgunt nempe à forma, & soluta vnitate cum deperditione substantiæ, ab effectrice cā scilicet materia corrodente & tertio à loco affecto: hę sūt tres proprię differētię, accidentales vero nonnullæ deprehenduntur, vel à tempore; vel à Chirurgo curante denominato: enumerat etiā in hac secunda parte signa, & differentias, & causas: at in tertia, & vltima parte signa, prognostica recenset, quę salubria, quæ insalubria, & quæ neutra, his tribus capitibus explicatis, & omnia, quæ docet Auic. in hoc cap. erunt declarata, & quo ad primam partem Vlcus definitur *solutio continuitatis in carne faciens saniem, & pus* hęc est vulgaris apud Chirurgos descriptio vlceris: prout *Definitio.*

est

eſt ſolutió continuitatis, denotatur forma, tollitur qui-
Forma. *Subſtãtia.*
dem caro in vlcere non ſolum ſeparatione ſimplici, ſed
ablutione,& deperditione ſubſtantiæ, & hæc dictio (*ſo-*
lutio continuitatis) hæc duo adnotat in carne eſſe ſubie
ctum vlceris commune: quia adeſt etiam ſubeictum
particulare, vt arteriæ venæ cutis, manus, pes, oculus, ſed
qa ĩ genere loquitur,& vniuerſaliter vniuerſale ſubiectũ
proponit nempe carnem, & per carnem intelligit omnẽ
partem ſarcologicam diſtinctam,& ſeparatã ab os, theo-
logica; os nempe impropie vlcere contaminatur. parti-
cula (*faciens ſaniem, & pus*) diſtinguit vlcus ab alijs
ſolutionibus unitatis: quia vulnus ſimpliciter poteſt eſſe
ſolutio vnitatis ſimplex, & abſque deperditione ſubſtã-
tiæ,& poteſt eſſe in carne: poteſt etiã producere ſaniem,
& pus, at ſecundario: in vlcere, vero poteſt etiã principali
Differẽtia vulneris, & vlceris
ter: fit ergo in vulnere inciſio, vel perforatio, & ſoluta
vnitas, antequam oriatur pus; at è contra in vlcere fit pri-
mo pus, acriſq; humor, aut ſanies, quæ eſt imperfectum
pus,& non dum concoctum,& tunc poſtea ex illa ſanie
oritur corroſio partis,& ſolutio vnitatis, quam diſtinctio
nem, ſi non nulli agnouiſſent, nõ ita turpiter damnaſſent
In calumniatores Auic.
Auicenam tanquam minime intelligentem naturam, dif
ferentiam atque defectus vulneris, & vlceris: quia
manifeſtiſſime apparet in hac definitione forma, locus
affectus,& efficiens,& hæc omnia diſtncta à natura vul-
neris: quia ſi vulnus eſt ſolutio vnitatis, eſt illa ſpecies,
quę fit ab extrinſeca cauſa,& nõ fit à ſanię primo,& prin
cipaliter, licet ſecundario producat ſaniem,& pus: imò
ſi recte deſcribitur natura vlceris collecta ab Auic. medi
co,& Chirurgo clariſſimo nõ põt aliomodo deſcribi, quã
hoc nempe. Vlcus eſt ſolutio continuitatis cum deper-
dita ſubſtantia in carne hominis producta à ſanie,& pu-
re: à pure præſertim in apoſtematibus, quæ maturantia di
ſrumpuntur,& in vlcus degenerant, quia omne vlcus ſi-
ue ſit humor internus acris, & mordax, ſiue ſit alioqui
medicamentum externum applicitum, vt vexicans ſepti
cum adurens, non poteſt vnitatem ſoluere, quin pariat
primo ſanioſum humorem, qui immediatetũc exulcerat:
de hoc ſanioſo humore tanquam cauſa coniuncta loqui-
tur Auic. non autem de illo, qui producitur poſtea, poſt
generationem vlceris,& in iam facto, ſed de eo, qui eſt
cauſa generationis in fieri, manifeſtè hãc doctrinã, et ſẽtẽ
tiam explicat Auic. inquiens, *& non facit pus, &c.* hic
quidem enumerat cauſas anteriores, quæ valent gigne-
re illum ſanioſum humorem, vel purulentum immedia-
tum authorem ipſius vlceris, nam cibus, & ex hoc hu-
mores geniti conuerſi ad corruptionem, peruenti ad de-
bile membrum, ipſum corrumpunt,& exulcerant,& pa-
riter humores vicinos. Externe vero vnguenta,& lenien
tia, & mollificantia nimia humiditate aut vnctuoſitate
poſſunt humores in membro ſanioſos reddere, & acres,
& per conſequens, aduiuare immediatã cauſam exulcera
tionis, ſicuti alia acria medicamenta: differentiam ponit,
Differẽtia inter virus,& ſorditiem.
& quod eſt de genere pus ſubtile, &c. Inter virus & ſor-
diciem: quia pus prædicatur de his duobus, virus eſt pus
ſubtile genitũ ex aquoſis humoribus vitioſis, et ſordicies
eſt res genita ex craſſo humore, à ſpiſſa lenta, & coa-
gulata aut alba aut, ad nigredinem decliuis ratione hu-
moris aduſti,& melancolici, aut ſicut fex: ratione ſangui
nis: poſita hac differentia obiter etiam ait oriri duo indi
cãtia diuerſa,& indicata, ſcilicet virus egere exiccãte: qa
aquoſum eſt: ſordiciem vero egere abſtergente quia eſt
craſſa,& lenta, abſtergentia vero, emundant craſſitiem
lentorem: & hæc de prima parte, *& Vlcera ſunt appa-*
rentia, & ſunt habentia profunditatem; hæc eſt ſecunda
pars in qua ſpecies enumerat vlcerum,& cauſas ipſarum
ſpecierum,& aliquando præſagium, multaſq; ſpecies, &
differentias recenſet, tum à forma tum ab effectrice, tũ à
loco affecto,& tandẽ accidẽtaliter ẽt à ſuperuenientibus
& extrinſecis, vlcera ergo alia ſunt apparẽtia, circa ſuper-
Differẽtia à loco affecto.
ficiem: alia profunda;& hæc eſt differẽtia à loco affecto
profunda, vel ſunt fiſtuloſa,& calloſa, aut abſque callo
recõdita,& cauernoſa apparent; abſconditum eſt vlcus
dum eſt inter cutim,& carnẽ; cauernoſum dicitur quod
ſub carne inflectitur: alia ratione non nulli appellant ca
uernam, ſeu cauernoſum vlcus, quandoeſt dilatatum,
& profundum inflexuoſum, fiſtuloſum vero quãdo ſtri
ctum, & durum,& oſtracinum.

Fiſtulæ.
Præſagium ponit ipſius fiſtulæ *mala eſt illa fiſtula,*
quæ non ſentit, & quo profundior, & ſenſu priuata, eo
magis deleteria; pręterea ſpecies fiſtularum recenſet: alia
eſt æqualis,& alia obliqua ratione figurę, ratione loci a-
lia tangit neruum,& hæc dolet vehementer à qua ema-
nat ratione nerui humiditas ſubtilis, tenuis, vel aſtringit
ad os, vel ligamentum: in hac dolor non viget, & mate-
ria diffluens ſubtilior, & decliuior ad citrinitatem appa-
ret; ſi ad venas, vel arterias, egrediatur fex, quia ab his ſã-
guis, ichor emanat, quia fęcoſus craſſus, & ſubniger cer-
nitur, ſi ad carnem quia huius excrementum eſt craſſum
humiditaſq; emanat viſcoſa, craſſa, turbida,& cruda pre-
henditur: deinde fiſtulæ alia habet orificia plurima: alia
vnum tantum, à pluribus orificijs plura, & varia excre-
menta concitantur, ab vno, vnum,& vnus color, *& vlce-*
Differẽtia accidentales vlceris
ra quidem diuidantur in ſpecie diuiſionum, &c. Differẽ-
tias accidentales recenſet vlceris, quæ differentiæ ſuper-
ueniunt accidentaliter,& raro, non à forma cauſa, & lo
co affecto, vt plurimum, ſed raro: ab his vero dicit vlcus
aliud eſſe doloroſum: aliud doloris expers, vel cum apo-
ſtemate,& inflammatione, vel non: mundũ, vel immun
dum ratione ſuperuacanei humoris,& copioſi, vel ſordi
dum, vel non putridum, vel non: obiter: ait *meridiem &*
humiditatem aeris ſua caliditate nocere vlceri: quia ca-
liditas,& humiditas auget putrefactionem, acredinenq;
humorum,& ſaniem: præterea vlcus aliud eſt ambula-
tiuum: aliud molle ratione tactus, aliud durum: quia la-
bia,& circumiacentes partes molles, vel duræ ſunt, quo
ad qualitates primas: aliud eſt calidum aut frigidum
mollia vlcera cognoſcuntur, dum pili decidunt: quia ſi-
Signa vlceris molliſ.
cuti ob nimiam humiditatem herbæ,& plantæ, non na-
ſcuntur,& ortæ intereunt obruto calore, ita etiam ob ni
miam humiditatem,& acrimoniam alimenti, vel partis
folia deperdũtur,& areſcunt plantę: pręterea alia ſunt vl
cera, quæ foras *emittunt virus citrinum, & calidum, &*
comburens, & hæc, dicit ſumantur à cauſa efficiente, &
ratione præſagij *mala ſunt, & difficilis conſolidationis*:
imo aliquando corrumpitur calor naturalis ipſius partis,
& putrefactio, ſcilicet gãgræna excitatur, vel quod corro
dit eſt tantum acutum,& acre, ſed non putrefacit, *ſed cũ*
ambulatiuo putrefactiuo febris annexa videtur, Gal. hęc
vlcera corroſiua appellat ignem perſicum, & formicam
ambulatiuam. Summe not. eſt differentiam illam hu-
moris corrodentis, qui eſt, vel cum putrefactione, vel cũ
acuitate, & acrimonia tantum: quia ſummè intereſt
pro curatione: quia *vlcus putrefactum eſt compoſitum*
ex vlcere, & ægritudine putrefacta. Præſagia de vlce-
re duro, *ſi illud viride aut nigrum* cernatur *malum eſt,*
& vlcera frigida ſunt mollia, & alba, quieſcientia pro-
pter medicinas calefaciẽtes: nimius calor euertit,& in ci
nerem vertit, & tandem frigida apparent corrupto ca-
lore naturali, *calida vero ad rubedinem decliuia dele-*
ctantur frigore.

Signa vlceris mali. Signa.
Signa vlceris mali eſt color corporis malus, aut albus,
aut plumbeus, aut citrinus quod etiam adnotat malam
intemperiem hepatis, lienis, gignitur in hepate ſanguis
excrementa collinguntur in liene, & veſica fellis, quæ
ſi p.n. afficiãtur; aut ſanguis aut excrementa in vniuerſo
corpore morboſa apparent, *& difficile*, quo ad præſa-
Præſagia.
gium *conſolidantur* huiuſmodi *vlcera*: nam conſolidari
non poteſt niſi temperies partis naturalis ſit, & ſanguis
probus, qui reſtauret deperditam ſubſtantiam, & caui-
tatem repleat. at ſi mala adfuerit intemperies, vitioſuſ-
Signa humoris acris in vlcere.
que ſanguis, quomodo poterit vlcus ad ſanitatem pro-
duci? Cognoſcitur vlcus fieri ab humore acri, et morda-
ci, atq; acuto, ſi vigeat, pruritus,& calor; ſin uero è *contra*
frigidæ, & *albæ*, *et Vlcera generata ſucceſſione* ęgritudinũ
aliquãdo longis in morbis, vel acutis natura, vel indicãs

bene, vel male vlcus aliquod producit deponēs ad locū il
lū saniosam materiam corrodentē substantiam, *& hæc vl*
cera mala sunt quoniā natura expellit ad earesiduū cor-
Signa salubria vlcerũ, & vulnerum. *ruptionis superfluitatū sicuti ulcera, quæ pilos deycīūt*.
Signa salubria vlcerum, & vulnerum sunt cū saniora ap-
parent, & pus album, læue æquale minime fætidum ap-
paret, & cito; velociterq; cocti puris signa cernūtur, e cō
tra læthale vlcus dicitur, *cum ratio destruitur ægrotan-*
Maligna vlcera. *tis* apostemata circumiacentia, *& vlcera leuia videntur*;
maligna, vero vlcera dicūtur, quęvel ab humore maligno
fiunt, & corruptis cibis: cognoscuntur, quia pustulæ ma-
læ apparent, & putrefactio, ambulatio, & corruptio,
Benigna. difficultas sanationis, è contra si succedat benigna viden
tur: quia operatio naturæ secundum naturalem cursum
apparet, & pus saniesq; laudabilis cernitur alba, lenis, æ-
qualis, minime fætida, producta à caliditate innata. Aliā
speciem vlceris causas, & præsagium enumerat, vlcus a-
liud facit spasmum, alia scrufulosa sunt, corrosiua, *cancer*
Mala. *rosa; & hæc omnia mala in quibus non generatur sanies*;
præterea si superueniat apostema, & subito occultetur,
& si neruis proxima sint, & si dorsalia, & præsertim om-
nia vlcera mala sunt, quæ principi parti adnexa sunt, vel
symptomata grauia inducunt, fluorem sanguinis, sin-
copē, delirium spasmum, dolorem ingentem, vigilias vo
Bona. mitum, & similia; *bona vero ulcera sunt, ut* supradictum
est, *in quibus pili nascuntur qui ceciderunt*, pus album, et
concoctum appareat, & symptomata grauiora mitescāt;
Ratione subiecti. ratione vero corporis, & subiecti vniuersalis in quo vl-
cus apparet, differētię sumuntur, salubriora sunt vlcera q̄
contingunt corpori temperatæ complexionis medio-
cris habitus boni sanguinis: e contra mala; ætas etiam
in iuuene, & adolescente facilius sanantur: quia & calor
Aetatis. validior & temperies, & boni succi, & pauca vigeant ex-
crementa è contra in senibus, in corporibus pluribus ex-
crementis vitiosisq; humoribus refertis, ratione loci par
ticularis, facilius sanantur dum sanies facile fluit, &
Ratione loci particularis. egreditur, quam dum retinetur, & corrumpit vicinia;
præterea aliā speciem recenset, *& de vlceribus in quibus*
nascitur caro, &c. vlcus aliud habet carnem supernascē
tem, & aliud in quo non supernascitur ante mundifica-
tionem ob nimiam copiam superuacanei humoris, si nō
nascitur vero melius, at dum fit post mundificationem
optimum est: quia tunc repletur cauitas illa si vero *cor-*
roditur putrefit, & destruitur substantia carnis, diffici-
le consolidatur, aut tantū in fundo, & pręsertim dum vl
cus est antiquum, & annosum: imo tunc etiam inficit os,
& sicuti Hip. ait non possunt consolidari, nisi os extra-
hatur: nam dum per annum sanies os pertigerit, sanè ip-
sum corruptioni præparauit.

Differentiam ab humore melancolico recensens ait:
melancolica vlcera non sanari: quia melancolia destruit.
calorem natiuum tanquam vitæ inimica, quæ in calido,
& humido consistit, vltimo inter causas præsagij enume
rat differentias ex parte corporis: nempe sanum, uel ę-
grum, uel neutrum refertū bonis, uel prauis humoribus,
ab externis ratione aeris, tum ratione formæ, ipsius ulce-
ris, ulcera rotunda, ut docet Arist. difficilius sanātur, quia
longius distant labia, dura uiridia nigra, ostracosa, &
similia supra enarrata; magna difficilius, quam parua, pro
funda quam superficialia; mūda quam immunda facilius
curantur, ita quæ paucorum excrementorum sunt quā
multorum, quæ saniem albam minime fætidam; e con-
tra quam plumbeam, citrinam, nigram, acrem, sordidā,
fætentem; corpora sana facilius, quam ægra, quæ habi-
tu prædicto ita bono sunt, & temperie, quam quæ malo
habitu etiam temperie consient; de his omnibus loqui-
tur Gal. & in 3. methodi medendi: uerum ut dixi inter
initia. Auic non determinata ordine; sed sparsim, & con
fuse loquitur de natura ulceris, de eius speciebus, causis,
& signis atque de præsagijs sæpe loquitur in genere, mo
do in specie: iterum in genere, & iterum in specie, sed fa
ciliori uia, & ordine colligere, licet primo, ut dictum
fuit supra naturam ulceris: deinde eius differentias à tri-
bus illis fontibus exhaustas; deinde signa dignostica,
& manifestantia formam causam, & locum affectum:
deinde signa præsagientia ratione formę, loci affecti cau
sarum, & symptomatum superuenientium; ad hæc capi
ta omnia, quæ supra dicūtur ab Auic. longaq; oratione
possunt breuissima redigi, &c.

De Indicationibus curationis Vlcerum. Cap. II.

CVrationē vlceris pertractat Auic. in hoc capite
quod diuiditur potissimum in 3. partes; in pri-
ma genericas indicationes affert, quæ cōueniūt
vlceri, vt vlcus est: in secunda enumerat indicationes spe
cificas, quæ cuilibet speciei vlcerum conueniunt: in ter-
tia materias præsidiorum non nullas recenset quæ potis
simum solutioni sint accommodata, & eas examinat cir
ca quantitatem qualitatem, tempus, & modum agendi:
in prima cognita natura vlceris 3. indicationes enumerat *1. Indicatio*
soluta vnitas indicat curatiuum præsidium nempe vniēs,
vnitur vero exiccātibus, ergo omne vlcus ratione morbi
& solutæ vnitatis *exiccatione indiget*; excipit Auic. vl-
cus factum ex attritione lacertorum, & ipsorum contu
sione, in quo vlcere, quia maior est indicatio, & vigentia
quæ oritur ex attritione lacertorum, & ipsorum cōtusio-
ne, quam quæ ex vlcere, & soluta vnitate: idcirco non
licet exiccantia administrare in hoc vlcere, sed po-
tius emollientia, & humectantia; quia attritio lacertorū
eget anodinis, eget emollientibus, ne oriatur dolor, & in
flammatio, quæ & spasmum inducere valet, & vires in-
fringere: secunda indicatio, est carnem deperditam resar *2. Indicatio*
cire, & curatiua est; tertia quæ est præseruatiua, & oritur *3.*
à causa morbifica, & excrementis saniosis, vel purulentis
tanquam causis principalibus ipsius vlceris, indicat con-
coquens, & detergens; concoquitur sanies aquosa seu hu
mor actis, & mordēs tenue, seu excrementū tenue (quod
idem est) & sordidū detergitur; quarto concoctis, & de *4.*
tersis humoribus, carneq; etiam resarcita, cauitate, re-
pleta partis oritur indicatio, vitalis conseruandi tempe-
riem, compositionem, & vnitatem partis naturalem: his
elicitis indicationibus genericis enumerat eas atque ma
terias Auic. in præter medicamenta enumerat curren-
tes *penetrantes*, materias, de quibus omnibus vt ait lo-
quutus est in cap. de vulneribus; *& quo maius, & profun*
dius est vlcus, eo maiori *& vehementiori exiccatione* in-
digere, sicuti e contra aliquando, vt medicamentum ad- *Stricturæ causa.*
hæreat, addere licet aliquando medicamentum visco-
sum: de ligaturis, & stricturis causas enumerat; admini-
stratur strictura, primo vt sordicies effluat excepta orifi
cio: deinde vt medicamentum adhæreat vlceri 3. vt vniā
tur labia, & tamen est cautè molienda, ne dolor oriatur,
ne pars inflammetur, & ne fluxio aliqua concitetur, qui-
nimo semper inhibere oportet inflammationem, & flu-
xionem humorum; quoniam vt inquit *non est possibile*
cum apostemate vlcus curare: at si inhiberi nequit, stu-
dium est adhibendum, vt curetur apostema abque noxa
vlceris, vel vlceri etiam curam adhibeas, *& similiter* *Vlcus cū gengrena.*
quando corrumpitur: enumerat speciem vlceris cum gan
græna, & sphacelo, signa sunt *corrumpitur in circuitu,*
caro uiridescit, & nigrescit; oritur gratia curationis in-
dicatio tunc incidendi partes illas demortuas, & extrahē
di sanguinem: deinde etiam cucurbitulis; postea oritur
indicatio exiccandi, & detergendi, cum spongia sicca,
tum medicinis exiccantibus: deinde curat vlcus fluxio- *Curatio vlceris cū fluxione.*
ne vexatum, & tunc oritur indicatio, vt tum repella-
tur id quod influit repellentibus, tum reuellatur, resol
uentibus: nempe *phlebetomia, aut solutione ventris,*
aut vomitu, & si in vlceribus fuerint frusta ossium, &
paniculi, aut alia, non properes in extrahendo, &c.
admonet Chirurgicum non, debere vt supra dixit,
cum violentia extrahere, sed munus naturæ, dimit-

tere

tere,& medicinas exiccatiuas apponere in vlcere,scilicet non profundo,oritur tantum indicatio *consolidandi medicamentis non mordicantibus*:in sordidis necessarium, est medicamentum abstergens,& mordicans, & præsertim in primis diebus,quia sordicies sensum hebetat: idcirco maiora mordicantia,& vehementiora primis diebus sunt danda: deinde leuiora;præterea,& dolorem,caliditatem,inflammationem, & carnis generationem supernascentis prohibere oportet,atque nimis citam consolidationem; quia cum sordidum sit vlcus, & per consequēs infectum excremēto crasso,lento,& viscido nequit tamen cito emundari,tutius igitur est tempus protrahere,& *multoties est vlcus molle, super quod oritur caro mala*. Nūc speciā vlceris curat cū supercrescentia carnis. igitur oritur indicatio infrigidandi, repellendi humores exiccandi,& carnem corrodendi,succus solatri cum bolo armeno,& aceto,infrigidat,exiccat,repellit, & carnē supercrescentem minuit;epithemata de sandalis, & camphora infrigidata cum niue,*& oportet in vlceribus dolorosis* tunc curat vlcus dolori annexum, & pręsertim huic dolori succurrit anodynis,& refrigerantibus; nam dolore sedato citius curatur vlcus, iterum curat vlcera sordida supradictis.remouet dubitationem de carnem radicantibus,cur carnem supernascentem corrodit sanam uero non lędit, hoc fit ratione partis diuersæ caro sanæ resistit,supercrescens vero tanquam mollis, & laxa pręternaturam cedit: aliam etiam dubitationem remouet de oleo,quod vt supra alias dictum est vlceri vt vlcus incommodum videtur tanquam calidum, & humidū, sed aliquando tum ratione doloris administratur, tum vt cōpositum potētia exiccans, vel repellēs,astringēs,vt ol.de cherua,myrth. mast. imo quo magis pars vlcerata, aut in superficie aut in profundo deuastata fuerit, aut sensu exquisito,aut hebeti prædita;tunc magis aut minus medicamenta vehementia,vel leuia sunt administranda:semper tamen pars vlcerata in quiete conseruanda est, cum motus,& humorum fluxum concitet,& labia disiungat, vnum etiam in vlceribus oculorum admonet, ne incuria Chirurgici aliquando palpebra cum oculo per excrescētiam carnis coniungatur,pariter absconsiones, & cauernæ perpetuo sunt diligenter, & accurate emundandæ ne sanies intus detenta,sanas partes deuastet, & fistulas gignat, *& vlcera quidem vicinātia arterijs,& nasis magnis*, cum vlcus pertingat ad arterias,& venas magnas, facile suscitatur inflammatio,& dolor,& humorum impetus, ęo magis si corpus mala superfluitate pręditū sit: idcirco indicationes haurit curandi hoc vlcus: nēpe primo totum vniuersum euacuare oportet,& emundare, reuellere,tum medicamentis euacuantibus, tū sectione venæ; deinde apostema curare oportet, quo non sanato vlcus ad sanitatem redigi nequit præterea repellentibus, quæ,& exiccant,& refrigerant,& repellunt, ne ad tumorem moti succi fluant, tumor vero curandus proprijs indicationibus,quæ respiciunt humorem iam fluxum, & tumorem in facto esse; de quibus omnibus exactius in propriis capitibus de tumoribus,& de vlceribus,nec non de singulis speciebus vlcerum:quia vt breuiter colligere licet in hoc capite & indicationes genericas haurit vlceris,vt vlcus est: deinde curat multas species vlceris, nec non simptomatibus succurrit,quæ vt plurimum solent superuenire vlceribus nempe dolori, fluxioni, carnis supercrescentię, inflammationi, & similibus: obiter plura remedia affert:de quibus omnibus etiam Hip. lib. de vlceribus,& Gal. 3. methodi sermonem habent.

Curatio vlceris tum super crescentia carnis.

Vlcus cū dolore.

Dubitat.

De Curatione vlcerum Virulentorum.
Cap. III.

N*Ecessarium est,vt in eis administrentur,&c* in hoc cap. Auic. primo de natura vlceris virulenti,& curatione agit: caput potissimum in v. partes diuiditur:in prima indicationes accommodatas virulento vlceri elicit,& proponit: in secunda rectam administrationē,circa quantitatē medicamēti abstergētis: in tertia,vero quātitatē,& mēsurā sarcotici,in quarta parte materias enumerat exiccantes, tum mundificantes tum replentes,& sarcoticas, & quinto regulas nonnullas proponit atque rationes:cognita natura vlceris virulenti quæ est, solutio vnitatis in carne facta à sanie, vel pure virulento,sanies vero seu pus virulentum est aquosum excrementum,& tenue putridum,tamen & fętens, atq; acre,ad differentiā sordidi, quod à prædominio crassum est,nec non fętidum, & acre: semper tamen hæc sanies virulenta exedit aquositate,putredine fætore,sicuti, & pus alias sanies benignas; facilius hauriuntur indicationes,& curatio aptatur: nequit Chirurgus indicationes, & medicamenta indicata inuenire,inuētaq; recte vsu applicare,nisi perfecte dignoscat naturam vlceris virulenti,formā,effectricem,& locum affectum: oritur igitur indicatio tum curatiua tum præseruatiua tum vitalis, sed potissimum gratia excrementi aquosi, & gratia solutę vnitatis oritur indicatio maxime exiccandi illam virulentiam,quæ in aquositate, & alijs vitijs consistit,potissimū tollitur exiccatione:deinde mūdificatione,quatenus sordida est 3.quia semper caro deficit corrosa, & māca: oritur indicatio carnem gignendi,& cauitatem replendi potissimum in hoc vlcere,in quo,& profunditas, & corrosio viget,semper tamen prius, quam sarcotica administrentur,exiccare oportet concoquentibus, & mundificātibus in 2. parte,*& cum tu administraueris medicamen & non inueneris humiditatem minui aut videris eam* augeri, docet circa quantū agendū in administratione medicamenti abstergentis,& mundificantis veram normā: hoc indicatur à sordicie,& crassitie excremēti quod perpetuo gignitur ī vlcere,& debet esse proportionatū actioni nociuę ipsius excrementi,non debet virtute deficere, neque excellere vehementia,sed quanta est sordicies,tanta debet esse vis, & actio ipsius abstergentis medicamēti,vt agens cum victoria vincat, & superet abstersionē: si autē in minori quātitate aut facultate deficiat,humiditas,scilicet excrementum sordidum non minuitur sed potius augetur:quia non tollitur sicuti intemperies a medicamento in minori gradu posito, sed excremētum debet vinci,vel ab æquali sed potius a minori virtute,& agente,& tunc oportet ipsum,& in quantitate,& in qualitate & vi agendi augere,vt euadat abstersiuum vehemētius & exiccatiuum, vt aliquando addere liceat mel. medicamentis stypticis,balaustia,alumen,aut ol. aut aquā aluminis, in quibus maxima viget exiccatio: e contra si medicamentum abstergens nimis calidum,& vehemēs fuerit,non solum exiccat,& abstergit excremētum sordidū, sed præter rationem substantiam partis viuentis naturalem colliquat, & hinc vberiora apparent excrementa,et liquidiora quia excedit,& temperiem, & humiditatem corporis, & copiam, & vim excrementi, oportet igitur ipsum medicamētum mollius,& mitius reddere, & vim ipsius exiccatiuam, & abstersiuam, & stypticam imminuere,v. g.redigere ad mitiorem,& mediocrem virtutē: in 3. parte,*& serua hoc præceptum in medicinis facientibus nasci carnem vlcerum,&c.*pariter regulam ante oculos collocat componendi medicamētū sarcoticū,quod neque nimis mite,& imbecille, neque nimis vehemens, & validum sed proportionatū habitui, & tēperiei ęgrotantis,calori natiuo,& concoctrici virtuti esse debet; caso quidē nō à medicamentis,sed ab anima mediantibus instrumentis,prædictis exoritur si corpus ægrotantis tē-

peries,& habitus calida, & ficca in 2. fint; sarcoticum me dicamentum æquali virtute, & facultate præditum esse debet: nam indicatur à viribus,& natura partis præsentis quæ defectum carnis patitur, & expostulat sui regenera tionem; qua propter si nimis deficit nimisq; imbecille sit medicamentum,humiditates superabundant, & prohibent generationẽ carnis, si nimis excedant,pariter, & materiã ex qua gignitur caro,absumunt,scilicet sanguinẽ & facultates agentes, & transmutantes ipsum sanguinẽ in carnem à symmetria naturali auocãt,& profundius potius,& calidius,& magis simile cum ostraçoso vlcere red ditur; quia absumitur propria substantia partis, nimis exiccatur, atque callosa euadit, percipitque æger manifestam mordicationem ab excellent sarcotici medicamenti *& scias quod medicamentorum exiccantium ulcera,&c.* in hac quarta parte regulas nonnullas affert de exiccantibus,expetuntur exiccantia,& potissimum in vlcere virulento, sed cum hæc alia sint frigida in primo alia in 2. seu 3. seu 4. gradu, & pariter alia calida, quæ sunt in 3 aut 4. gradu, frigida vt iusquiamum albũ,& opiũ,& radix mãdragoræ,licet exiccant, sunt tamen euitãda: quia frigiditate calorem natiuum extinguunt, & facultatem concoctricem, sensumq; adimunt, & partem sphacelant; pariter quæ calida sunt in excessu, sicuti resina,& pix,calorem corrumpunt, virtutem dissoluunt, substantiam partis spiritus; quapropter hæc ad temperiem sunt redigenda non simpliciter sunt vsurpanda huiusmodi frigida neque calida, sed simul permiscenda sũt & ad temperiem, & accommodatam mixtionem redigantur, *& medicinæ quidem mundificantes*; in hac parte vltima materias medicamentorum proponit, et primo mundificãtes, scilicet abstergẽtes,inquies omnes esse desiccatiuas,enumeratq; alumen,gallam, corticem granatorum, corticem thuris farinæ hordei eius sauic, siue cremorẽ,flores papaueris rufi, folia arboris culicum; emplastrum ex folijs nucis rec. emplastrum de nuce, vino decocta hęc omnia valde exiccãt humiditates absque nocumento linimentũ ex mordasengi, idest litargirio, aceto,& oleo quãtũ sufficit, & diu agitetur, donec albescat deinde adde antimonij,calcuce ceumenum,idest æris vsti gallarum,balaustiorum sanguinis drac. aluminis climię argenti, ana p. æ. optime terantur, & sit sexta pars de vnoquoque; respectu litargirij optime admisceantur omnia, & hoc admirabile est vnguentum exiccans,& emundans virulentiam; præterea aqua aluminis summopere probatur,repercussit,& exiccat; hæc tamen omnia si aderit inflãmatio,& apostema nocet; preterea deco ctum cyperi iuuat,& præsertim decocto myrobolanorũ citrinorum, emblicorum, belliricorum, nec non etiam decoctio ceterach, & folia asedre sunt bona: & hæc est vltima pars huius capitis in quo quinq; illa supra adnotata pro recta curatione vlceris virulenti collegit Auic.

De Curatione Vlcerum sordidorum.

Cap. IV.

Portet vt in eis administrentur medicinæ abstergentes;&c. Volens Auic. curationem vlcerum sordidorum tradere primo indicantia proponit,& 2. materias indicatas in medium affert, & tertio rectam medicamẽtorum administrationem docet; & ita in 3. partes caput diuiditur: verum scire debet vnus quisque celeberrimos medicos aliquando sola medicamenta proponere, quæ recte cognita nobis manifestant indicãtia,& hæc naturam morbi; ergo si proponitur ad Auic. mel cum puluere aristolochiæ: hoc medicamentum habet vim abstergẽdi,& exiccãdi, ergo indicatur ab indicãte medicamentum abstergẽs; abstergens indicans oritur quidẽ à nã excremẽti sordidi, ergo à primo ad vltimũ,& ab vltimo ad primum raciocinatur esse sordidum vlcus, ex quo oritur indicans abstergens, illud medicamentum abstergens; proponuntẽ contra aliquãdo Auctores Doctissimi, vel solam naturam morbi, vel solum indicans examinant: nam horum alterutro cognito cętera per se innotescunt, v. g. si vlcus est sordidum, ergo oritur indicatio abstergendi, vel è contra; si enarratur abstergens indicans necessario vlcus debet esse sordidum, & materiæ præsidiorum abstergentes admouendæ sunt; breuitatis gratia sępe Hipp. vsus est hoc modo loquendi, at Auic. tanquam interpres fidelissimus obscura dilucidans omnia palam manifestat; idcirco volens sordidorum vlcerũ curationem tradere, cũ vlcus sordidum sit solutio vnitatis in carne facta, vel à sanie, vel a pure crasso, vel viscoso cũ fætore, statim vrgentissima indicatio, & principalis oritur abstergendi,& euacuandi sordiciem; nam hæc magis nocet, magis infestat,& viget,& per cõsequens cęteris indicationibus aut non ita principaliter animaduer sis, hæc sola consideratur: inquit igitur *oportet* necessarium est maxime viget, *vt in eis* scilicet vlceribus sordidis *administrentur medicinæ abstergentes*, & statim nẽpe quãdo agendũ, scilicet *incipiatur inprimis ab eo, quod est fortis mordicationis*, & hoc est quantum agendum, & specificum indicans; nam cũ sordicies sit magna, magnum abstergens, & vehemẽs est administrãdũ neq; vt tacitæ obiectioni respõdeat est, vt sępe cõtingit à leniori medicamento inchoandum, sed à forti, & vehementi atque accommodato illi sordiciei: quia si lene esset, non valeret sordiciem adimere. sed potius ipsam augerent; *dein de gradatum perueniatur ad illud*: in hac secunda parte enumerat materias præsidiorũ, & auxiliorũ, inter quas tanquam admodum vehementes recenset tapsiam aristolochiam cum melle,& pauco aceto vt v. g. Rec. tapsiæ, aristolochiæ ana drac. j. mellis vnc. ij. aceti p m. tapsia & aristolochia tanquam amara,& calida abstergunt, & exiccant; mel etiam tamquam materia excipiens abstergit,& emundat, acetum vero tanquam vehiculum vim horum medicamentorum introducit, repellit humores fluentes, vt frigidum,& siccum, putredini resistit, atque fetori; aliud Rec. glutinis albothin ol, ros. aut butiri an. p. æ. vel Rec. rad. lilij drac. ij. mellis q. s. vel. Rec. farinæ erui, opoponacis, mellis, & aceti q. s. inter composita abstergentia primas sedes occupat emplastrum indũ, vnguenta omnia viridia cum flore æris,& simplicia, aut permixta cum ammoniaco, aut emplastra corticalia, aut emplastra facta cum farina erui, aut emplastrum de sale, laudatur etiam ab Auic. trociscus niger, & trociscus viridis, de quibus omnibus egit ipse, Auic. in antidotario ad quem locum recurrere debet, qui eorum compositionem colere studet: *& medicinæ ex exiccatiuis*: quia non solum abstergere, quam exiccare, modo æqualiter, & modo magis exiccare, quam abstergere, ratione temporũ morborum principij augumenti, status,& declinationis, in principio magis abstergẽdum, quia tunc magis viget sordicies,& infestat in augumento cum remota sit portio sordidi excrementi æqualiter,& abstergentes, & exiccantes materiæ sunt admouendę, in fine status, & declinatione potius exiccatiuæ quam abstergentes, & in maiori copia sunt vsurpandæ; quia iam omnino ferè remota sordicies,& oritur indicatio vlcus carne replẽdi & labia disiuncta vniendi, quæ duo efficiuntur exiccantibus: exic cans medicamentum à predominio cum leui abstersione formatur Rec. aluminis fęcis ol. mellis an. vnc. i. m. vel Rec. cerusę, polij, mellis an. p. æ. verum si uehemens fuerit sordities, quod erit in principio R. prassij, vnc. ſs. mellis, vnc. i. vel Rec. emplastrum de olijuis salicis, vel aqua salita quę apellatur abluẽs, decurrens, quia abluit,& fluit & præsertim hęc utilia videntur in ulceribus profundis, & sordidis, cauẽdum tamẽ ab his, si fuerit apostema seu inflammatio adiuncta, quia hæc vt calida, & abstergentia, & vt exiccantia nocent apostemati, & inflãmationi; ex his discant iuniores quomodo sint intelligẽdi Auctores qua ratione,& methodo progrediantur, qua arte sint curanda vlcera non experientia tantum, sed ratione.

De cura Vlcerum profundorum, & cauernarum, & absconsionum. Cap. V.

I*Sta indigent in curatione sua, vt carne repleantur, & illud quidem non fit nisi cum vbertate cibi, & sanguinis, &c.* semper Auic. ad id intendit, quod magis viget; multæ quidem sunt indicationes examinandæ in curatione vlcerum profundorum, & internorum, & absconditorum: nempe concoquere oportet tenue excrementum, sordidum emundare, & crassum, labia vnire, sed etiam cauitates, & deperditam carnem resarcire, & replere; huic indicationi potissimum in hoc capite studiũ adhibet, vt curet vlcus, quantus profundum, quatenus cauernosum, & quatenus absconditum, hic enumerat omnia remedia, in medium affert præsidiorum materias, vt vlcus cauum repleatur, non neglectis tamen aliis indicationibus suis temporibus, & commune præceptum est, medicum omnibus indicationibus satisfacere debere, si possibile, sin vero saltem vrgentiori, & rectã administrationẽ perpendere: quando agẽdum conuenit hoc tempore medicamentum concoquens, & non abstergens: deinde abstergens, & non incarnans, incarnans, & non cicatrizans, omnia loco tempore, & mensura sunt admouenda sicuti in præsẽtia Auic. potissimum indicationes, indicãtia, & materias, quę valent replere cauitates recenset.

Diuiditur cap. in 3. partes in prima enumerat indicans, & causas; in secũda rectã administrationẽ, & in tertia materias præsidiorum; quo ad primam oportet carnẽ deperditã regenerare, & per cõsequens cum ipsa caro sit opus naturæ, & in opere efformando reperiatur, materia ex qua, tum propinqua, tum remota, & causa effectus introducens ipsam formam ratione effectionis oportet partis vlceratę temperiem, & habitum esse naturalem, vt tanquã instrumẽta facultatis concoctricis, & transmutãtis valeant sanguinem in carnem cõuertere deperditam: materia ex qua conficitur ipsa caro, & cõmunis, est ipse sanguis probus, qui attrahitur à parte, euadit ros; deinde gluten, & tandem assimilatur: sanguis gignitur ab hepate tanquam à causa efficiẽte, & ex chylo tanquam ex materia: chylus vero ex optimis cibis: idcirco iure optimo inquit Auic. *& illud quidem non fit*, scilicet carne non replentur loca ulcerosa, cauernosa nisi cum vbertate cibi, & sanguinis vbertas non solum sufficit nutritioni, sed regenerationi deperditæ: cibus est tanquam causa materialis remotissima, & sanguis immediata, & principalis: oritur igitur indicatio gratia carnis regenerandæ vehementer exiccandi, & mundificandi simul: quia & excrementa vlceris tenuia, & crassa exiccare oportet, & abstergere, & etiam partis atque sanguinis rectam administrationẽ: quorum indicantium affert in secunda parte, *& oportet vt situs eorum, &c.* quæ consistit in quãtitate, quando, modo, & vbi, qualitas vt situs partis sit accommodatus, vt à cauernis, & profundis sinibus valeat fluere virus, & sanies, plurimum confert, vt semper decliuis fluxus iuat, quo magis partes internæ liberæ ab excrementis remanent, at si situs natura talis non sit, arte paretur vt orificium sit ad inferiora: deorsũ omnia excrementa, & grauia tendunt, & facilius impetum habent: quando vero aut natura aut arte orificiũ tale non possit accõmodari, neccessario aliud remediũ chirurgicũ expetitur scilicet sectio illius sinus, & cauernę vsq; ad radicẽ sectione exquisitissima, quæ cauernã nõ relinquat, vt vndiq; valeat chirurgus ipsas cauernas emundare, & optime exiccare gosypio, lana, ablutione, succis, & aliis medicamẽtis: facta sectione, quæ semper secundũ rectitudinem fibrarum musculi molienda est ne fibrę, aut nerui incidãtur neuè noxæ ad motum; & ad sensum summo ægrotantis discrimine, & chirurgi infamia inferantur: cum igitur factum fuerit orificiũ, & exquisita, & rationalis sectio cognita ex Anatome natura partis, constitutione, cõformatione, & unitate requiritur ligatura ab orificio usque ad radicẽ, & presettim in principio superior pars magis stringitur, ut sanies, & pus facilius decurrat deorsum, & partes vnitæ calore, & ui roborentur eò tamen modo, ne dolorosa sit ligatura, quoniam dolor, & vires prosternit, & fluxionem auget, & inflammationem concitat: demum si neque abscindere possibile sit ratione nobilitatis loci, vel neruorum, vel musculorum, vel alterius impedimenti, oritur indicatio, ne absque remedio relinquatur æger abluendi cauernas decoctis exiccantibus: mundificantia vero non debent destruere natiuitatem carnis: quia si admodum abstergentia sunt, non solum excrementa detergunt sed sanguinem optimum exiccãt, qui debet esse materia ex qua caro gignitur, *& nos quidem iam experti fuimus emplastrum*: enarratis indicantibus, & causis generantibus carnem tum remotis; tũ proximis, et recta administratione plurium remediorum in tertia hac parte materias recẽset carnem generantes, ideo ait se expertũ fuisse emplastrum Apostolorum summa cum vtilitate, & cẽtauream esse mirabilem valde, & ireos, & farinam erui: omnia tamen supradicta medicamenta sunt admouẽda primo locis cauernę cum iniectorijs tam decoctis mundificantibus, & lauatiuis, ut Rec. vini lib. ij. mellis vnc. iv. m. uel ℞. aquam ciceris, vel aquę maris, uel aquę aluminosę hęc omnia, & lauant, & exiccant: cauendũ tamẽ, ut supra alias dictũ fuit ab his, & à uino, si apostema adfuerit; supra partem ulceratam imponit ẽt emplastrũ, & alia medicamenta, & super orificium vlceris ad complexionem partis attemperandam, & ad orificium, uel pro expurgando, & attrahendo excremẽto, si opus fuerit, uel ad glutinandum iterumq; in fine docet optime esse ligandum membrum: quia, & ligatura, & medicinæ, & situs humiditas plurimas euacuãt, quibus enumeratis pars exiccatur, & conglutinatur: ex his, quæ docet Auic. in hoc cap. plura addiscit chirurgus in curandis ulceribus profundis, tum uera remedia plurima, & uaria, tum rectam administrationẽ remediorum: quia ut toties dictũ est, non sat est medicamenta inuenire, nisi etiam iuuenta recta administratione, & usu explicentur quanto, modo loco, & tempore: unum dubium tollendum erit cũ Gal. & *Dubitatio.* 2. de tumoribus 2. ad glauconẽ & 3. & 4. methodi medẽdi atque Hip. dixerint aquam euitandã esse in ulceribus: dicendum eam aquam esse uitandã, quæ uim refrigerandi, & humectandi habet, non autem eam quæ exiccandi abstergendi, ut aluminosa, & aqua maris, & uinum, imo per hæc nobis reliquit exempla plura alia, & decocta, & aquas conficiendi, et succos qui iniiciendi erunt in cauernas, sicuti uinum, & mel, & decocta scordii, abrotani, gẽtianę aristolochiæ, iridis rof. rub. mille folii centaureæ, et similia, quinimo omnia, quæ exiccant, & abstergunt, et incarnant, aut in forma liquida, aut in forma unguenti aut emplastri aut cerati sunt usurpanda.

De Curatione Vermium vlcerum. Cap. 6.

SOlẽt aliquãdo in sordidis ulceribus atque cauernosis oriri uermes, qui animalia uermicularia sunt genita ex materia crassa putrescente à calore natiuo animalis, & licet materia illa putrescat, putredoq; sit ratione humani corporis: ratione tamen uermis generandi illa materia est naturalis, & calor etiam; sunt tamẽ signa ingentis putredinis, & imbecillitatis caloris partiũ, qui nequit concoquere excrementa illa neque putredinẽ inhibere. *de rebus conferentibus ad illud*, uermis, ut uermis animal indicat ut interficiatur, & abradicetur interficiunt ipsum omnia amara, quã sunt caliditate, & siccitate, uita ipsorum positam in calido, & humido nimis exiccant, & dissoluunt, uel ea, quæ frigida, & sicca sunt, cõferunt. Hic enumerat succũ calamẽti fluuialis, qui annuus est, & plures alias medicinas quas recitauit in c. de uermibus auriũ; ueluti decoctionẽ, uel pul. absynthii, cẽtauri gentianę, scordei, dictamni, uel oleum, uel fel tauri & pisciũ amygd. amaræ, lupini, staphisagria inter frigida. & sicca acetosa, bolus armenus, terra sigillata cornu cerui, succus citri, limonis, arancii, hæc omnia extinguunt

calorem putredinalem, putredini resistunt, & calori, & humiditati vermium noxam inferunt: extincto calore, absumpto humido extinguitur vermis: mortuum verò oportet ipsum euacuare abluentibus lauatiuis, & hęc de curatione vermium in iam facto esse, & dum orti sunt: de causis vero inhibentibus ipsorum generationem pauca dicenda, quia oportet excrementa illa fœtida euacuare, & concoquere, & abstergere: his confectis nequit generari vermis. euacuatur habita prouidentia totius corporis cacochimia, aut plenitudine; euacuata parte alterata, & emundatis cauernis à sanie summa ac exacta diligentia, atq; partibus circumiacentibus, ne fœtor ea immundities appareat: deinde concoctis succis digestiuis, quibus addere licet partem medicamentorum exiccantium, aut refrigerantium, aut calidiorum putredini resistentium: deinde mundificantibus his administratis, cognitisq; his indicationibus, quæ tum in generatione vermium, tum in iā genitis admouendæ sunt, facile locus vlceratus præseruabitur à uermium generatione, aut curabitur. si iam geniti fuerint.

De cura carnis supercrescentis in vlceribus. Cap. VII.

O*Portet vt non creetur caro, &c.* caro duplex nascitur in vlceribus, uel tempore debito quātitate, & qualitate veluti post mundificationē cum vlcus replet cauitatem debita mensura, substantia, quæ conuenit, & tunc naturalis est caro, & ad hāc generādā, requiritur materia conueniens nempe sanguis vberrimus: quia non solùm nutritioni satisfacere debet, sed deperditæ carnis restaurationi: requiritur etiam facultas concoquens, & transmutans ipsum sanguinem in carnē. His duobus debet Chirurgus opem ferre, auxiliis accōmodatis: nempe victus ratione, & medicamentis pharmaceuticis atq; Chirurgicis, de quibus remediis in hoc capite tractat Auic. & diuidit in tres partes in indicationes, materias indicatas, & rectam earum materierum administrationē: generatur etiam alio caro, sed præter naturam, quæ neq; tempore conuenienti fit, dum supercrescit antequam vlcus sit optimè expurgatum, vel quia nimia quantitate luxuriat, & exolescit, uel quia eius substantia non est bona, neq; similis deperditæ, de hac etiam carne supernascente, & præter naturam obiter, loquitur Auic remedia afferens: quo ad primam partem *oportet vt non creetur caro donec mundificetur*; tempus accommodatum generandi carnem innuit, scilicet postquam vlcus sit mundum, & posteaquam nutrimento scilicet sanguis copiosum fuerit attractum; attrahitur quidem naturaliter sanguis ad generationē carnis, postquam vlcus perfecte ab excrementis liberum est; ante verò minime attrahitur naturaliter; sed potius augeret inflammationem etiam incrementa; quo tempore, post mundificationem si à natura non traheretur sanguis, arte eliciendus est medicamentis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diœteticis, & tunc oritur indicatio replendi cauitatem carne, quæ cum sit calida, & humida, requirit etiam medicamenta similia, sed cum aliqua exiccatione, tñ in primo gradu, & pro ratione temperiei ipsius ægrotantis, & habitus corporis duri, vel mollis: *cum ergo mundificata est*: colligit in hac secunda parte rectā administrationem sarcotici medicamenti circa tempus, vt non sit administrādū nisi eo tēpore, quo fuerit mundū vlcus, & secundo quid agendum scilicet non debere esse neq; mundificatiuum, neq; abstersiuum cum fortitudine: sin aliter sanguis absumeretur, & caro; vt supra toties dictum est, non solum noua oriretur; sed genita potius colliquaretur, remittit hanc tractationem ad caput de vlcere virulento, & obiter, vt dictum loquitur de carne præter naturam supercrescente illis verbis; *imo quantum ad carnem, quæ creatur cum est vehementis humiditatis; aut partæ exiccationis, & de his quæ minorent exiccationē; eius est additio in cera, & ol &c.* supercrescit præter naturam caro, aut intrinsece, aut extrinsece: extrinsece à nimia copia sanguinis, & excremētorum, atq; nimis humida intemperie partis vlceratæ; extrinsecè ab ignorantia Chirurgi, quia medicamēta administrat nimis paucæ exiccationis, cum nimia copia ceræ, aut ol. nam hæc nimis humectant, augent excrementa, & sorditiem, & carnem supercrescere inordinate faciunt, sed debet exiccari, *vt ingrossetur, & inspissetur, & minoretur eius vnctuositas*: hic regulam tradit, quomodo gratia carnis optime generandæ sint adhibenda remedia; debent esse accommodata exiccantia temperiei, & habitui ægrotantis, vt inspissetur sanguis vberrime fluxus, vel attractus, & medicamento vnctuosiori debet minorari, minuendo ceram, & oleū, addendo è contra exiccantia, in maiori quantitate, vt mel. modus agendi, qui indicatur ab vlcere patiente, & à carne generanda, quæ cum mollis sit, à molli medicamento etiam commodius nascitur; ideo inquit conuenientiorem esse vsum emplastri, quam puluerum, licet velociter sit generatio, difficilior tamen est eius generatio cum pulueribus, & tardior; imò quandoq; induratur quo tempore si callosa sit oportet, & pulueres admittere, & supimponere etiam emplastrum. supra multa exposuit de sarcoticis in capite de vulneribus, hoc loco tamen non nulla digniora scribit, veluti antimonium adustum, sarcocolam, glutinum, limacias adustas, plumbum vstum, & vitrum mirabile est in exiccatione, semper tamen ea regula animaduertenda est, vt fortiora corporibus durę carnis, & habitus adhibeantur, vt est nitrum politum, & centaurea, mediocria mediocribus, & dracōtia, achorus plumbum vstum, & temperata temperatis, & antimonium sarcocola, & reliqua in hoc capite, & de carne superuacanea adimenda, & de carne debito tempore generanda in substantia quantitate, & qualitate voluit Auic. doctrinam offerre, & regulas relinquere, vt Chirurgus tutiori methodo ualeat se se exercere in his casibus, & cognoscat carnem semper esse adimendam, cum gignitur ante vlceris mundificationem, & post mundificationem esse illam summopere conciliandam debita, quantitate, & qualitate, tum cibis, qui sanguinem copiosiorem gignant, tum medicamentis sarcoticis: chirurgica relinquit, quæ gratia sanguinis attrahendi vsurpantur; præsertim in membris cauatis, & vt frictiones, vel ligaturæ cucurbitulæ, siue scarificationes, & picationes adhibentur: vt sanguis omni ingenio ad ulceratam partem deducatur, vt possit conuerti in carnem.

De curatione vlcerum corrodentium. Cap. VIII.

IN hoc tract. empirice potius, & practice procedens Auic. solum modo videtur sœpe sœpius enumerare materias præsidiorum, & rectam earum administrationem relinquens indicationes, & naturam vulnerum, & vlcerum. attamen ex dictis rationalis Chirurgicus elicere debet rectam, & perfectam curationem ex cognita natura vlceris, & specie: iccirco in hoc capite cū studeat medicamenta adhibere vlceri corrosiuo, & fraudulento. sciendum primum quid sit vlcus corrosiuum, & fraudulentum, quomodo cognoscatur, quæ sint indicationes, quæ fluunt ab ipso vlcere, & quæ materia pręsidiorum exoptatur, & primo vlcus corrosiuum, & fraudolentum est illud vlcus productum ab humore acri, qꝫ sensim, & sensim depascit, & corrodit vicinas partes; imò cum sanata fuerit pars, aliam vicinam inficit, & denuo repullulans in lucem prodit tanquam fraudulentū; hac ratione facile cognoscitur, & indicationes hauriuntur iure merito ab Auic. quę respiciunt vniuersum corpus, & membrum vlceratum: sumopere expetitur, vt corpus vniuersum sit liberum ab excrementis, & viscera principalia attemperata, ne iterum regenerent, sin aliter

Vlcus corrusiuum quid.

Indicationes.

nunquam

nunquam sanabitur hoc vlcus, his de causis Auicenna doctissime in prima parte huius capitis proponit, vt mūdificetur corpus, & membrum: mundificetur corpus vniuersum missione sanguinis, purgatione humorum acrium alterantibus decoctis refrigerantibus, & humectantibus, & cibis pariter frigidis, & humidis; mēbrum verò vlceratum post quam vniuersum corpus mundum fuerit, est cum ventosis scilicet cucurbitulis, *& applicatione sanguisucarum super ipsum, & permutatione cōplexionis eius cum epithematibus, & rectificatione cibi absq; tarditate, & dilatione*: nam dilatio nocet vehementer, & vlcus incurabile raddit, & auget corrosionē, vt necessarium sit aliquando membrum incidere: his de causis plura Chirurgica remedia scilicet appositionē cucurbitularum cum scarificatione loco affecto, hirudinum laudat, quæ remedia post totius purgationē euacuant humores acreis, & corrodentes, & per consequēs refrigerant. iubet etiam apponenda epitemata frigida, & sicca, quæ vim habeant attemperandi acredinem, & caliditatem humorum, uel frigida, & humida, & victus rationem refrigerantem, & humectantem, sed hæc omnia citissime sunt admouenda absq; temporis interuallo, ne augeatur malitia complexionis, quo aucta difficillimum est negotium, *& confert corrosiuis, &c.* in hac secunda parte incipit exponere materias remediorum, quæ respiciunt vlceri, & corrosiuo subtili, & ambulanti: iccirco aqua frigida, & aqua myrti, & aqua ros. & aqua virgæ pastoris laudatur petiis lineis, vel spongia his imbuta, & applicita, nec non vinum stypticum, aut acetū permixtum, aqua ros. si aderit caliditas ingens sola aqua plurimum, & frigida pluries adhibenda, vinū verò omittatur si adest: aliaq; infrigidantia, & exiccantia poterūt ex vsu administrari *& si fuerit illic putrefactio*, curat etiam hoc symptoma, quod solet contingere: nam cum corrosiuum, & fraudulentum est vlcus, facile gangrenam, & sphacelum scilicet putrefactionem, & mortificationem carnis annexam habet, ideo oritur indicatio prohibendi putrefactionem illam, & amouendi iam factā ijs remedijs quæ habēt vim exiccandi, & abstergēdi: putrida verò conseruantur aqua maris, ne amplius putrescant, imo salita omnia, & carnes diu imputrescibiles manent facultate salis: nam aquositas illa, quæ solet esse causa putredinis sale consumitur; vsurpatur etiā decoctum scordij, dictamni, gētianæ, lupinorum quæ vim habent exiccandi, & absumendi aquositatem illam: *amplius melior curatio, &c.* ne humores corrodentes occupent vicinas partes oritur etiam indicatio, non solū exiccandi, sed astringendi, & refrigerandi: frigiditas caliditatis, & acrimoniam obtundit siccior exiccat, & stypticitas, & astrictio roborat partes, & calorem natiuū earū, atq; vias intercludit: laudat igitur, & omnia styptica frigida, & sicca, quę remitunt putredini, *vt cortices granatorum, lentes, folia masticis, semen* ros. spinā ægyptiacam, & grana myrti, ex his fiunt, & decocta, & emplastra: tandem addere licet alumen, quod uim habet maxime exiccandi, & astringendi: conficitur etiam emplastrum *cum folys acetosæ, & ramis eius bullitis*, cum vino; valentius euadet emplastrum *ex bolo armeno cū syrupo acetoso, aut ex cucurbita sicca adusta cum arnoglossa, & folys oliuarum cum sauich.* i. cremore hordei. Hæc sunt remedia, & indicationes quas recenset Auic. in hoc capite pro curando vlcere corrosiuo, uel adiuncto sphacelo, & gangrenę. Verum aliquis obiiciet, cur Auic. frigidæ aquæ affussionem administrat, cum toties Hip. dixerit aquam inimicam etiam vlceribus, et non nisi vlcera vino esse profundenda, aliud esso loqui dicendum de curatione vlceris, ut ulcus est, quod indiget exiccatione, aliud esse loqui de specie vlceris determinati, aut de curatione causę vlceris, aut de curatione symptomatū: licet vlcus, vt vlcus non egeat aqua frigida, causa tamē vlceris in specie, ut humor acris, et mordax magis ualet ad indicādum aquam frigidam, quam indiccatio vlceris ad prohibendum: idcirco respiciens acrimoniam, et feruorem causę, et intemperiem partis nimis calidam, frigidæ acquæ affusionem laudat Auic. imò non desunt hac tempestate, qui non solum ulcera hæc corrosiua; sed uulnera omnia solius frigidæ, et dulcis aquæ ablutione curant, et cum ratione hoc agunt, quia sui frigiditate repellit humores fluentes, prohibet ne oriatur inflāmatio, exiccat, et abstergit, et emundat ab excrementi ulcus, et uulnus quæ emundata facilius sanantur: hac curatione superstitiosæ mulieres susurramenta, & verborum quorundam formulam adiungunt, quasi nō naturali, & manifesta vi sed incantatione hæc curatio proueniat. sed falso: omnia enim hæc fiunt virtute aquę manifesta, & filamentorum, quæ exiccant, & vlcus, & vulnus mundum semper conseruant, vnde facile his adhibitis sanatio procedit.

Obiectio.

De curatione vlcerum putridorum, & malorum. Cap. IX.

HOrum malorum vlcerum curatio, melior est mundificatio corporis, aut membri ipsius. si corpus fuerit mundum cum eo, quod mundificat, &c. Docet in hoc capite recta methodo curationē vlcerum putridorum, & malorum scilicet malignorum, cum[q]; dicat putridum, affert in medium putredinem excedentem, non ordinariam: quia licet putredo omnibus vlceribus sit adiuncta, ratione saniei, & puris, tamen in hoc vlcere putrido maior esse debet intensione, aut remissione, & cum recenseat mala ulcera per hæc verba innuit, maligna cacoethica, & difficilè sanabilia: plures causæ enumerantnr, quæ & putredinem malignam, & excedentem, & malignitatem afferunt, & inter internas potissimum est humor acris, & mordax, quæ aliquando, vel qualitate manifesta, & sordicie, vti caliditate, & humiditate, vel caliditate, & siccitate acrimonia excedit, vt corrumpat bonos humores, & resistat vehementer sui acuitate medicamentis, uel habet annexam aliquam formam aduersam ferè naturæ humanæ, atq; ferè venenatam: vnde maligna proptiè dicūtur. ab externis oritur malignitas, ueluti ab aere, uel aqua, uel cibis ferè venenatis, & maleficis, & medicamentis adhibitis, vel ueneno ipso exhibito, vel admoto: ideo oportet indicationib. & remedijs satisfacere oībus speciebus vlcerū putridorum, & malignorum, & præsertim animaduertere, quæ in hoc capite docet Auic. qui in prima parte duas haurit indicationes potissimū vna est corpus vniuersum mundificandi; non potest enim sanari vlcus nisi vniuersum euacuetur ab excrementis, & humoribus vitiosis putridis, aut malignis. secunda respicit membrum vlceratum, & hæc variis, & multiplicibus remediis cōficitur; tum Chirurgicis, & Pharmaceuticis, tum dięteticis, & circa quando agendum: quia omnia in hoc vlcere vigent, & non dat inducias, inquit *non oportet, vt sit dlatio in curatione horum: nam eorum putrefactio addit ipsorum malitiam*; scilicet tanta est vis, & malignitas humorum, vt si curatio prtoraheretur, & statim remediis opem ferre non studeret Chirurgus, augeretur malitia, & malignitas: statim igitur emundato corpore vniuerso, cucurbitulæ scarificatæ, seu hirudines parti vlceratæ apponantur, vt sanguis ille malignus educatur, quo educto, & euacuato tuto epithemata rectificantia complexionem possūt admoueri, vt si adfuerit nimis calida, & sicca, frigida, & humida sunt vsurpandę. si calida, & humida, frigida, & sicca. imò aliquando, ita magnum est vlcus, vt corrumpat ipsum membrum, *tunc cauterio cum igne, aut medicamento acuto, aut incisione euellenda est caro corrupta vsq; ad sanam carnem, quæ dignoscitur per emanationem sanguinis boni, & coloris naturalis, & labia* extant etiam rubra: medicamē acutnm escaroticum, & causticum remouens ostracitatem: vt ol. de sulph. aqua fortis, post cuius vsum superponitur butyrum, vt excara remoueatur: aliquādo etiā inciditur

Causam interna malignitatis.

Externa.

membrum

membrum ipsum, uel serra secatur, quæ supradicta sũt c. 8. hoc etiam loco sunt reponenda ad remotionem putrefactionis, vt aqua maris: ℞. etiam farinæ hordei, farinæ erui an. vnc.ij. aluminis vnc.ſs. aquæ maris, vel decocti lupinorum q.ſ. fiat emplastrum, uel ℞. carnis piscium solitæ lib.j. medullæ panis ſiccę vnc.j.aristolochię rad. caulis, rad. ſiclæ cucumeris asinini, sem. lini an. vnc.ij. passularum, aut ficuum, aut mellis q.ſ. m. & fiat emplastrum, vel Rec. cœpæ decoctæ cum melle, aut cucurbitæ ſiccæ combustæ, fol. oliuarum Rec. an.m.i.cum melle, uel aqua maris q.ſ.uel Rec. aristolochię, ſucci fol. alcheruæ amarorum an. unc. i. floris æris unc. ſs. aquæ q.ſ. fiat lenimentum; cui addere poteris ſuccum cucum. asinini, vt fortius euadat medicamentum, vel Rec. aristolochiæ, gallarum, ol. an.p æ. m. quod medicamentũ & vlceri, & in circuitu eius erit affigendum: exiccant carnem corruptam, & remouent, inhibent putredinem & partem sanam conseruant: validissimum est Rec. calcis, vitrioli an. unc.j. arsenici vnc. ſs. aquæ q. ſ. m. uel Rec. alsuriæ lib. i. uitrioli unc.x. draganthi unc.iiii. aceti fortis q.ſ. bulliant omnia ad consumptionem aceti, & hoc est corrosiuum ualidum, uel Rec. uitrioli, dragãthi an. unc.xx. corticum ferri unc.xvi. gallarum vnc.x. aquę q.ſ. vel aceti bulliant ad consumptionem aquæ, & aceti vel Rec. ſalis vnc.i. aluminis vſti, corticũ æris, abrotani vſti vnc.ſs.m.cũ aqua, vel aceto f.e. uel ℞. sarcocollę ęris vſti, gallæ, floris æris, aristolochiæ an. vnc.i. glutinis q.ſ. cum aceto fiat emplastrum, & administretur, vel Rec. sublimati unc. j. aluminis rochæ drach. ii. opii drach. i. amyli drach iii. dragacanthi drach. v. aquæ rosarum quã tum sufficit: dissoluantur diu, & fiant trocisci secundũ artem: post mundificationem vlceris medicamentum vltimum expertum Rec. draganthi rubei vnc. xxiiii. calcis vinæ vnc. xvi. aluminis tantumdem, & corticum granatorum, thuris, & gallarum an. vnc. xxxii. ceræ 120. olei antiqui lib. j. m. & fiat vnguentum secundum artem, vel Rec. plumbi vſti, sulphuris, æris vſti, cerusæ plumbi, thuris, litargyrii, clymiæ, ammoniaci, opoponacis, masticis omnium drach. ij adipis renum vaccæ, resinæ, glutinis alimbat idest arboris persici, ol. myrtini, ceræ an. drach. iii. soluantur quæ sunt soluenda, terantur terenda, & secundum artem fiat vnguentum ex Galeno vero Rec. scoriæ æris vnc.j floris æris vnc.j. ceræ lib. ſs. ol. myrth. q.ſ. fiat empl. secundum artem: his enarratis omnibus medicamentis, quæ potius respiciunt putredinem excedentem, & malignitatem absumendã, & exiccandam, & carnem aliquando corruptam remouendam quã vlcus, plures sunt quia, & mediocria, & debilia, & maxima recenset Auic. vt potissimum Chirurgus, & eligere quæ conueniunt naturæ putredinis, & malignitatis: ſi debilis, debile medicamentum, ſi medioeris mediocre, & ſi vehemens validum medicamentum vsurpetur in tertia, & vltima parte curationem adhibet vlceri nimis humido, & malignis humoribus radundanti; vnde probat chartam combustam trociscos andronis, cucurbitam ſiccam combustam, aut lanam sordidam combustam, aut emplastrum foliorum cupressi, aut fol. dulp. idest platani adustorum; hæc omnia mirificè exiccant, & putredini resistunt: de quibus vlceribus doctissimè „ tractat Gal. quarto methodi, & Hipp. 2. aphor. 91. quæ„ cunque ait medicamentis non curantur, ferrum curat, „ quæ ferro non curantur ignis curat, quæ igne non curantur, ea existimare oportet immedicabilia. colligere igitur oportet ex hoc capite in prima parte Auic. doctissimè indicationes principales, in secunda materias præsidiorum varias, & multiplices enumerasse, & rectam administrationem eorum remediorum quę potissimum malignitati, & putredini resistunt: in tertia, & vltima medicamenta potissimum maligno vlceri ob nimiam humiditatem, & copiam putridorum excrementorum, & malignorum enumerasse, & hæc de capite nono.

De curatione vlcerum difficilis consolidationis, & maxime malignorum. Cap. X.

S*Cias quod vlcera difficilis consolidationis, &c.* in hoc capite tradit curationem Auic. ulcerum difficilis consolidationis, quæ vlcera, cum varia sint, & ob varias causas difficilè consolidentur varia etiã remedia exposcunt. diuiditur his de causis caput in tot partes, quot sunt species vlceris difficilis cõsolidationis, & materias remediorũ sigillatim proponit: in prima parte unum animaduertendum circa cognitionem ulceris difficilis consolidationis examinat; inquit enim ulcus difficilis consolidationis præter corrosiua, & putrida habere hoc proprium, ut sit difficilis consolidationis: corrosiua, & putrida semper *ambulatiua sunt*, ac cum ulceribus difficilis consolidationis non semper est ambulatio: præterea causæ tũ extrinseca, tum intrinseca cur difficilè sanetur aliquod ulcus, uel est intemperies ipsius partis ferè habituata, uel calida, uel humida, uel calida, & ſicca, uel fluxus perennis materiæ malignæ, & uirulentæ, uel mala compositio, & conformatio ipsius partis cũ tumore: non potest enim ulcus sanari, ſi intemperies, tumor, & fluxus non tollatur; fistulæ etiam difficile curationem recipiunt, tum ob callosam substantiam, tum ob fluxum humorum: externæ causæ adiuuant mala victus ratio ægrotantis, aer, & tempus anni, *& canon in curatione eorum vlcerum est*; explicatis causis, & speciebus ulceris difficilis sanationis indicationes, & indicãtia proponit in hac secunda parte: intemperies indicat sui remotionem per contraria, ut rectificetur, & redigatur ad statum naturalę: hoc uult significare Auic. per uerbũ illud (rectificetur.) ſi intemperies erit nimis calida, & humida refrigerare, & exiccare oportet externe, & interne: ſi calida, & ſicca refrigerare, & humectare, uel frigida, uel humida, uel frigida, ſicca contrarijs indigẽt alterantibus, *aut ſi fuerit malitia sanguinis*, quasi dicat ſi non ab intemperie, sed à causa, & à fluxu humoris uitiosi, & maligni oriatur hæc difficultas sanãdi, sanguis hic uitiosus, & copiosus indicat sui euacuationem, ut qualitate peccans indicat alterantia, & concoquentia, ut mouetur, & fluit ad locum uulueratum, est reuellẽdus, ut acris, & mordax refrigerantibus, et humectantibus, leniendus. ſi nimis paucus eget amplificatione, & in copia ipsum generante, quare cibus qui generat sanguinem eligatur contrarius, ut ualeat uitiosum sanguinem attemperare, copiosum minuere, aut paucum generare, & ſi sanguis nimis sordidus fuerit aut humidus oportet nimis abstergere sorditiem, & mollitiem scilicet humiditatem illam excrementitiam exiccare, & ſi causa fuerit excretio superflua, ſi inuicem exiguitas, & inopia fuerit ipsius sanguinis, ut hecticis, & tabidis oportet humectare substantificè, & augere sanguinẽ optimis alimẽtis, & intemperiem ſiccam, & hecticam; pariter humidis cum humectatione æquali adimere, *& de eo quod bonum est de illo est, vt facias eas sudare*: in hac tertia parte ponit primo in medium materias rimediorum, quæ ualent succurrere ulceri difficilis sanationis: propter intemperiem nimis ſiccam, atq; tabidam, necnon propter inopiam ipsius sanguinis; ex copioso enim sanguine, & bono ulcus ad sanitatem redigetur, inquit enim *facias ea sudare cum aqua calida vsqueque ſudet membrum rubeat, & inflетur*; oportet igitur partem illam ſiccam humectare aqua calida cum spongiis madefactis vsque quo sudet inclusiuè, & rubeat, & infletur; rubor, & inflatio sunt signa sanguinis copiose attracti, & auocati à calore aquæ; vti vlcus humidius euadat, non tamen eo progrediendum est, ut sudor sanguinem iã confluxum euacuet, neq; ad maximam molem magnificandum est membrum, imò ne sanguis attractus euaporet, docet ex sententia Hipp. & Gal. debere pannos infusos in aqua tepida apponere: nam tepor illius aquæ habet rationem

frigidi

frigidi condensat, astringit poros, & ipsum sanguinē fluxum retinet: frictiones etiam summopere auxiliantur & emplastra picca, quæ attrahunt sanguinē; *& si causa fuerit malitia dispositionis accidentis curat*; in hac parte aliam speciem vlceris difficilis sanationis licet hoc contingit ob carnem superabundantem, & à nimia copia sanguinis, & excrementi vitiosi; tunc temporis scalpellare, incidere, & scindere carnem ipsam oportet, & excrementa vitiosa superuacanea admodum exiccare, *& si causa fuerit vitis ambulatiua*, sciliçet varia, tunc aliā speciem curat difficilis sanationis ob varicem: & tunc in hac quinta parte oportet varicem incidere, & sanguinē extrahere, aut ipsam varicem ligare, & scindere. difficile enim est hoc vlcus ob varicem repletam humore melancolico, *& si causa fuerit debilitas membri*; in hac sexta parte intemperies aliquas curat, & frigidas, & calidas, quæ omnes sunt redigendæ ad statum naturalem, licet ut plurimum calida, & humida intemperies vigeat, quæ fluxum humorum allicit, & sordida excrementa gignit, tunc infrigidantia, & styptica sunt admouēda de quibus supra: si fuerit fistula eam remouere oportet, vt infra patebit c. xj. *& si os corruptum fuerit in causa*, vt super enarratum fuit, incidere oportet, & detegere os, quod corruptum omnino remouendum, ligno, vel medicamētis, vel ferro, adducit exemplū Gal. de adolescēte fistula in pectore affecto quæ peruenerat ad os sterni pectoris, detectum fuit os, quod aderat corruptum illud incisum tandem sensim, & sensim ablatum fuit, ne tum panniculus læderetur ablato osse, cor manifeste conspiciebatur, & eius motus, sanatus est ille adolescens, & nata est caro in membro illo, & cauitas repleta. vltimò, *& hoc dixit*, aliam speciem vlceris difficilis sanationis recenset, nempe omnia vlcera antiqua, & quæ sanguine copioso, & vitioso abundant, difficillimè sanantur, oritur tunc indicatio magnam copiam sanguinis euacuādi à parte ipsa vlcerata: quia euacuato sanguine in maxima quantitate excrementa pauciora euadunt, & temperies ipsius partis validior fit: his speciebus enumeratis in vltima parte proponit plura medicamenta, quę respiciūt vlcus, vt vlcus est difficilis sanationis, quæ vim habent exiccandi, & consolidandi vlcus, nec non excrementa vitiosa; *medicinæ verò præparatæ ad difficultatem consolidationis, & dominantibus dispositionibus sunt sicuti scoria æris, & flos æris adustus, & non adustus scoria ferri, conglutinatio auri colcotar. i. vitriolum, & dragāthum*, ex his conficiuntur cerata: adde semper alumen, & gallam, quæ & hæc medicamenta refrangunt, & stipticitate astringunt, ne humores fluant, verbi gratia exemplū dat; Rec. chymiæ, cōsolidationis auri, aluminis an. vnc viii. floris æris, corticum æris an. drach. j. gūmi cupressi drach. iiii. ceræ, & ol. q. s. m. vel Rec. ceræ, & gummi pini an. drach. vii. clymię drach. iiii. colcothar drach. iij. ol. myrth q. s. m. & fiat ceratum, uel Rec. colcothar clymiæ an. unc. i. aquæ maris, uel aquę agrestę, q. s. fiat linimentum, aut aqua calcis, uel ℞. æris usti, resinæ, salis gemmæ an. unc. ii. ceræ, & ol. myrth. q. s. m. & fiat unguentum, conficiuntur etiam alia multa ex farina erui, ireos, aristolochia adusta ære usto. medicamen bonum est Rec. limaturæ ęris, ferri, an. unc. j. cum aquę aluminis fiat massa, & concocta, & anguillæ salitæ aduruntur in furno; deinde terantur, & administrētur, uel pulverizata; aut fiat ex eis, & ex lithargirio emplastrū, emplastrū aureum uocatum. Rec. lithargirii aurei lib. i. ceræ rad. almezereon an. drach. xxxvi. floris æris drac. xviii limaturæ auri tritæ, limaturæ litargirii an. drach. xxxx. ol. antiqui lib. iii. m. & s. a. prius litargirium, & aurum, & flos æris, & deinde reliquę medicinæ proijciantur, & s. a. fiat emplastrum, aliud Rec. ostracorum, furnorum cinis uenarum, plumbi combusti, an. unc. ss. ol. myrthil. q. s. m. & fiat emplastrum. adnotandum quod supra etiā adnotauit Auic. semper medicamentis calidis, & siccis admodum attrahentibus, & exiccantibus admiscere aliquam portionem medicamēti frigidi styptici, atq; astringentis, ut alumen gallam, ol. myrth. draganthum, & similia, ne fiat attractio humorū, & calor natiuus ipsius partis conseruetur: aliud proponit etiam nempe Rec. litargirii unc. i. ol myrth. aceti acuti q. s. misceantur omnia, & inspissentur, uel Rec. corticum æris, floris æris, calcis ablutę an. drac. ii. fiat puluis, mellis q. s. m. uel Rec. pul. solus administretur, uel Rec. ęris vnc. i. cerę unc. x. m. aut cerusę, aluminis an. drach. viii. corticum ęris, salis gemmæ, thuris, floris æris, corticum granatorum an. drach. ii. salis drach. i. ceræ drach. x. ol. myrth. q. s. m. & fiat ceratum: in hoc adiungit ol. myrth. thus, corticē granatorum, quæ oīa astringunt. not. etiam; cum dicit Auic. (parte) per hoc nomen possumus mensuram ad placitum eligere, uel drach. vel unc. uel ss. monuit tamen gratia dosis, & proportionis, uel Rec. litargirii, & ol. an. lib. i. gallarum non perforatarum, aristolochię an. unc. i. ammoniaci unc. i. minuti thuris unc. ii. m. & fiat linimentum lento igne, & agitetur cum rad. cannæ; hæc sunt omnia tum species ulceris difficilis consolidationis, cum omnia indicantia, tū omnes materiæ præsidiorum, quæ recollectæ fuerunt ab Auic. in hoc capite de quibus etiam diffuse locutus est Gal. 4. meth. c. 27.

De Curatione fistularum, & coriorum. Cap. XI.

IN *fistulis vero, & earum indicijs, & speciebus ipsarum iam dictum est, & de regimine cursus*, quatuor proponit in hoc capite examinanda Auic. primo pręsagium fistularum supposita iā natura, & essentia ipsarū, secundo differētias, & species: tertio regimen scilicet remedia, & rectam materierū administrationē. Quartò tacitè relinquit naturam fistulæ considerandam ex remediis adhibitis, & in medium allatis. *Fistulæ quid.* Hæc omnia superius dixit se tractasse: attamen breuiter in hoc capite explanat. Sed ut ordinate, & methodice sermo habeatur à fine ad ea, quæ sūt ad finē, natura fistulæ, seu siringhę, seu ulceris cauernosi examinabitur, quæ nihil aliud est: quam ulcus cauernosum, profundum, callosum, & ferè indolens à fluxione pituitosæ, seu melancolicæ materiæ cum intemperie frigida factum; sinus profundus sēper est modo in carnosa parte, modo musculosa, modo circa articulos, & ut plurimum dolorem non affert, quia labia & sinus profundus callosus est, & materia pituitosa, & uiscida infarctaq; quæ quidem materia continuum fluxum habet, & intemperiem frigidam fouet: his de causis fistula inter ulcera disepulota enumerat scilicet difficilis sanationis: quia & intemperie frigida, & fluxione pitui- *Differentiæ fistulæ.* tuitosa afficit, quæ duo difficilem sanationem efficiunt, pręsagiūtq;. differētiæ eliciūtur a natura fistulosi ulceris, quia aliæ fistulæ sunt recentes, & facilè extramittunt materiam fluxam: aliæ antiquæ, & difficile admittunt humores: & aliæ admodum callosæ, & aliæ non: aliæ à materia pituitosa, & aliæ à melancolica, & alię mixtę difficilius curantur: alię pariter, quę circa neruos, & articulos ortæ sunt, maiorem difficultatem pariunt, debet etiam, & ætas ægrotantis, & uictus ratio tempusq; anni animaduerti: his expositis Auic. incipit curationem *curatio autem propria fistulis diuersificatur*, inquit curationē diuersificari prout diuersæ sūt species fistularū: nam alia remedia sunt admouenda pro fistula recenti: alia pro antiqua, & alia ex humore pituitoso, & alia ex melancolico, alia dum callus adest magnus, & durus, antiquus, uel recens, uel absq; callo existit; proponit pręsidia, tum Chirurgica, tum pharmaceutica, & earum rectam administrationem, quæ potissimum respiciunt callum, humorem fluentem, intemperiem, & cauitatē sinuosam, quæ indicat, ut carne repleatur, & carne genita cicatrizetur, intemperies calidis est adimenda, humores iam fluxi sunt euacuandi, fluentes reuellendi, & deriuandi, callus omnino adimendus, & extirpandus, qui Chirurgicis remediis adimitur incisione nouaculis, uel

medi-

medicamento cauſtico, uel ferro candenti; poſt cuius uſum pluries butyrum, & axungia ſunt imponendæ, ut eſcara remoueatur: at cum fiſtula, eſt prope neruum, aut membrum principale, & ſublime, non poſſunt hæc adminiſtrari, ſed potius medicamentis mitioribus conãdũ eſt callũ adimere. inter quę ſummopere probatur ab Auic. cauterium quod fit Rec. ſalis ammoniaci, arſenici, ſulphuris, floris æris, argenti uiui an. p. æ. extinguatur argentum uiuum, cui adde limaturæ ferri, ſalis alcali, calcis, an. drach. i. ſublimentur in uaſe terreo, & fiat puluis, qui iniicitur in fiſtuloſum ſinum, et ſeparat callum à carne, qui extrahitur forcipibus. ſed butyro ſępe illinienda eſt pars, ut quieſcat dolor, hec eſt cura tradita ab Auic. fiſtulæ antiquæ, et calloſæ fraudolentæ. *de fiſtulis verò, quæ eſt recens, & currens*; aliam ſpeciem fiſtulę licet recentis, et fluxione facili, & decliui tentatę tradit, et incipit non à ferro, aut igne, ſed à medicinis fortibus à decoctis, et aquis, uti eſt aqua ſaponis, aqua maris, aqua cinerum, aqua picis cum arſenico, aut ſale ammoniaco, aut aqua ſublimata ex uiridi ęre, aquę etiã thermales, thetutii, aponi ſunt admodum utiles, et aqua etiam in qua decoquentur ſal alfeali, calx corticũ ouorum, & calx lapidum ſummopere auxiliatur: cum ergo mundificata fuerit ablato callo oritur indicatio mundificandi ſinum cauernoſum, intemperiẽ adimendi, humorem fluxum exiccandi, et euacuandi, et tandem oportet carnem gignere, et cicatricem inducere: pro intemperie, & humore laudatur medicamentum de cheruа, emplaſtrum de arſenico, & medicamentum compoſitum. Rec. draganthi, ſalis, æris vſti, floris æris an. drac. ij. olei myrth. ceræ q. ſ. m. vel Rec. centaureæ yreos an. vnc. ſ. farinę erui vnc. ij. lixyuij q. ſ. vel ceræ, & ol. fiat vnguentum. radix ſcolopendriæ replet cauitatem, & ſuccus etiam cucumeris agreſtis cum glutino albotin, aut ſuccus rad. gentianæ, aut flores æris, aut ammoniacum, hęc omnia poſſunt admoueri, & in formam vnguenti, aut pulueris vel Rec. vrinæ infantium lib. j. in mortario plũbeo agitetur: donec ſpiſſeſcat, vel Rec. medicamentum Alexandrinum videlicet Rec. opoponacis, draganthi aſſati, vitrioli, floris æris aluminis an. drach. j. cantarid. drach. ſs. fiat pul. aut emplaſtrum, aut aggregetur cum aceto, in quo decoctæ ſunt cantarides, vel Rec. aloes, floris æris, litargirij, corticum ouorum, calcinatorũ an. drach. j. cum aceto, uel melle q. ſ. permiſceantur, & plures aliæ *ſunt medicinæ fortes; quas diximus in c. 8.* quia alibi enumerauit, & quæ valent callũ adimere; vt rad. brioniæ, gentianæ, elebori, cucumeris agreſtis, & plura alia breuiter admittit in præſentia, *& cum apparet caro bona, tunc adminiſtra conglutinantia*, cum iam callus ſit ablatus, & humores iam exiccati, vlcuſq; mundificatum aſferat, tunc admouenda ſunt ſarcotica, vt yſis unguentum, de betonica, & deinde conglutinantia, vt diapalma, *& quando eſt propè eam os corruptum*: quia ſępe prope fiſtulas os corrumpitur ob perpetuum contactum materiæ ſanioſæ, non oportet ad ſanitatem reducere fiſtulam, niſi os corruptum auferatur: quia iterum foramen ab oſſe corrupto efficeretur; os igitur remouendum eſt medicamentis admodum exiccantib. & ſegregandum à ſano: poſtea verò vlcus eſt mundandum. De fiſtulis abunde loquitur Hipp. libro proprio c. 5. & Gal. lib. de tumoribus, & Paulus lib. 6. c. 77. & in proprio tract. plura fuere enumerata, & expenſa. ſed hęc pro pręſenti capitulo dicta ſint.

De Carne addita ſuper vulnera. Cap. XII.

IN curatione illius ſunt neceſſariæ medicinæ abſterſiuæ, & exiccatiuæ, & quanto magis ſunt minoris mordicationis, tanto ſunt melioris, &c. hoc caput pertinet ad excreſcentiam carnis, quæ vulneribus ſolet contingere, ſed hæc duplex eſt alia eſt carnis generatio naturalis, & opus naturę licet rectè operantis, dum carnem producit in ſubſtantia, quantitate, & tempore conuenienti: alia eſt carnis generatio præter naturam, dum vel nimis mollis, vel in nimia copia, uel extra tempus accomodatũ enaſcitur: de hac vltima carnis generatione loquitur in hoc capite; quæ cum ſit ſuperuacanea nõ eget ſarcoticis, ſed potius è contra deſtruentibus carnem ſuperfluam, & ſupercreſcentem: ſupercreſcit caro, vt ſupra dictũ fuit alio in capite, vel ratione materiæ ſcilicet ſanguis nimis copioſi, & abundantis, qui fluit ad partem vulneratam, vel ratione roboris ipſius facultatis concoctricis, vel ratione vtriuſque: nam caro cum ſit opus naturæ factum à facultate concoctrice tranſmutante ſanguinem in ſubſtantiam craſſiorem, & ſpiſſiorem, neceſſe eſt, vt non ſolum materia tranſmutabilis ſit accõmodata, & apta; ſed etiam vt facultas tranſmutans ſit valida, agens ſit in ſubiectum bene diſpoſitum. oritur igitur in ſecunda parte huius capitis, indicatio hanc carnẽ ſupercreſcentem eradicandi: eradicatur, & remouetur contrarijs, nempe frigidis, & ſiccis, internis, & externis. interna exhibita frigida, & ſicca exiguum ſanguinem gignunt, coercent impetum eius, & calorem partis, & virtutem tranſmutantem imbecillitant. extra verò ſunt frigida, & ſicca, quæ aſtringunt poros, & meatus, ne fluat ſanguis, exiccant nimiam humiditatem, quæ ſi non valeant etiam calida aſtringentia, & abſterſiua adminiſtrãtur, quæ colliquant, & inſpiſſant: idcirco inquit *neceſſariæ ſunt medicinæ abſterſiuæ*; quæ amarę ſunt, & aſtringunt, *& exiccatiuæ: ſed quanto magis ſunt minoris mordicationis*, quia ſunt minus calida, & acuta, *tanto ſunt melioris*. in tertia parte, *& quod trociſci ad hoc*: incipit enumerare materias remediorum accommodatas, & primo enumerat trocis. Andronis, Paſſionis, Polibij: ſed adnotat eos debere eſſe recentes & non antiquos: quia vetuſtate vires medicamenti, & facultates reſoluuntur; præterea fęces aceti ſunt vtiles, aqua arſenici admodum vehemens eſt remedium, cortices æris, oſtraca aduſta, *duæ ſpecies eritiorum aduſtorum cum carnibus ſuis*. ſed hæ admodum aſtringunt: præterea flos lapidis aſij, gluten auri, & ſcoria, vitriolum ſcilicet colcotar, & draganthum aduſtum, quod adimit vim aduſtionis, & mordicationis: calx etiam, & extincta, & non extincta, & ſal alchali, vnguentum de viridi, æris, ægvptiacum, apoſtolorum. Trociſci fictilicus, & pul. confectus ex corticibus æris, & iminuti thuris, cottum combuſtum, & cartapetiæ lineæ, & filamenta, & plura alia ſunt, quæ valent exiccare, & humiditatem abſumere: ſemper tamẽ, & natura ægrotantis, tempus anni, ætas, & natura ipſius carnis eſt examinanda: ſi admodum mollis, & ſuauis erit caro, in tempore veris, ætatę puerili; ſubſtantia carnis admodum mollis, & laxa eget leuiſſimo exiccante, & abſtergente: ſola filamenta ſufficiunt: cottum, uel ſpõgia, uel leuiſſimi pulueres ex fictili. ſi robuſta eſt caro, & habitus, vt contingit ruſticis, & hominibus laboribus deditis, & exercitiis, ualidiora conueniunt, vt ſquamma æris, flos æris, calx extincta vitriolum, & trociſci antedicti: non omnia omnibus ſunt accommodata; ſed perpetuo eſt obſeruandum quantum agendum, vt reſpondeat medium actioni peccantis, & quid agendum ſpecificum qualitate lædentis, vt ſi caro eſt mollis, vt duo medicamentum exiccans, vt duo, eſt admodum hæ ſunt, quæ in hoc capite Auicenna animaduertit, & nobis ante oculos ponit, vt tuto cito, & cum iocunditate, atq; cum ratione curemus ægrotantes non autem empiricè.

De regimine vlcerum disruptorum post consolidationem. Cap. XIII.

C*Vratio post earum disruptionem*: sæpe contingit, uel ignorantia Chirurgi, vel imperitia ęgrotantis, vt vlcus, vel vulnus citius consolidetur, quā oporteat, excrementa non fuerunt concocta, non dextera, nō euacuata penitus, sed omnia diminuta præpostere tamen ad cicatricem vulnus deductum fuit, uel aderat os corruptum, quod cognitum non fuit à Chirurgo idcirco leui de causa denuo excitatur vlcus diligēs tū Chirurgus in hęc errata nō incurrit: quia cognita natura vulneris, & partis vulneratæ pspecta natura ęgrotantis temperie, & habitu corporis debito tēpore scilicet post totius puris concoctionem carnem gignit, & tandē cicatricem inducit: si verò contingat, ut aliqua de causa disrumpatur, quid est agendum? non ne ostendit Auic. paucis verbis, & præsertim enumerat causam, quę vt plurimū solet euenire, nempe os quod fuerat corruptum, uel fractum, oportet igitur ipsum extrahere exiccantibus, & extrahentibus ipsum os, in secunda parte huius capitis tradit materias harum indicationum: hę sunt *folia papaueris nigri emplastrata cum fol. fici, & sauich, aut sem. hiusquiami albi, & calcadis æqual. partibus emplastrata.* duo enumerat medicamenta: folia fici admodum calida, & sicca sunt, & exiccatiua, sed sauich, & folia papaueris attemperant, & sua frigiditate inhibent inflammationem: semen calcadis pariter calidum est, at semen hyusquiami lenit caliditatem illius, & prohibet, ne partes inflammētur, sola verò calida non administrat Auic. licet valeant extrahere ossa, & notent iuuenes, ut sciant, & traditas receptas ab Auic. medicamentorum considerare, & denuo proprio Marte formare, & fingere, atq; perscribere; methodo omnia sunt tractanda non experientia, & fortuna; cum medicamentum est nimis validum eget corrigente, cum plures sint indicationes contrariæ componenda sunt medicamenta ex contrariis, vel ęqualibus, vel inæqualibus; semper tamen vrgentiori est incumbendum. idcirco aderat indicatio inhibendi inflammationem attrahendi os corruptum, & inhibēdi, ne nimis calidum medicamentum læderet: qua propter fol. papauer. nigri, & sauich addito fol. fici, refrigerant, inhibent inflammationem, & attemperant nimiam caliditatem folii fici, & sic dicendum de sem. hyusquiami albi, &c.

De eradicatione vestigiorum vlcerum, & vulnerum. Cap. XIIII.

I*Ndiget eradicatio vestigiorum vlcerum*? cum intendat tractare Auic. de eradicatione vestigiorum vlcerum, & vulnerum, duo nobis proponit examinanda, & in duas pariter partes caput diuidit. in prima enumerat indicationes, in secunda materias remediorū, quæ valeant satisfacere his indicationibus: vestigiorum vlcerum, et vulnerum sunt signa illa in cicatrice remansa, quæ cuti naturali non correspondent: non correspondent autem pluribus de causis, vel ratione substantiæ: quia illa cicatrix differat à cute naturali substantia propria, vel quantitate, quia vel nimis aucta sit, vel nimis pauca, & exigua; qualitate quia, vel nimis calida, vel frigida, vel nimis mollis, vel aspera, vel figura, & situ non habet figuram æqualem cuti, vel distortā: his omnibus modis vestigium illud non correspondet, ac cutis cum æqualiter totum membrum ambire debeat, vt turpitudo non appareat, oportet ipsum illud vestigium ad similitudinem ipsius cutis, quo ad fieri potest, deducere; nempe vt euadat similis substantiæ, quantitate, qualitate, colore, figura, & situ. oritur igitur indicatio abstergendi, & mundificandi, quia in illa parte adsunt excrementa, & humores, qui non conueniunt, imo, vel vt plurimum, vel rubri, vel nigri, æquale tamē si vestigiū est forte, forti medicamento deleatur, si mediocre, cum mediocri, si minimum cum minimo *medicinæ autē mundificatiuæ fortium virtutum.* ennumerat in secunda parte materias, & primo fortiores, vt squammam ferri cum lacca, tripheram, calcem cum melle, succum calamēthi, vel albuginem oui, arsenicum, & lapidē piperis cū melle, vel succo calamenthi, uel albugine oui, *medicinæ autem leues*; lenibus mitiores recenset vt fabarum farinā ciceris, seu raphani, lutum molle. hæc omnia in pollinē aspersa valent delere vestigia abstergunt, exsiccant, vt rubrum colorem dimittant; hoc in loco docet pariter Auicenna, quid, & quantum agendum, si vestigium est magnum, & vehemens, forte medicamentum expostulat, & indicat præsertim, si nimis resistit, si paucū, leue, etiam leue medicamentum: nam perpetuo indicāti correspondere debet indicatum, ne excedat vim indicantis: alia mitiora auxilia enumerat, vt cortices peponis, adipem asini, oleum de lilio, quod velociter delet vestigia vlcerationis, aut verberationis: plura alia sunt dicenda: quæ in cap. de decoratione enumerat: ad illud igitur caput transeundum est: & hæc de hoc tract. 3. de vlceribus: à quo tractatu breuissimis verbis indicantia materias præsidiorum, & rectum vsum ipsarum materierum habita collatione cum natura vlceris, & ægrotantis, naturales nempe res, & præter naturam indicationes, præsagia, & materias triplices præsidiorum Chirurgicas, Pharmaceuticas, Diœteticas animaduertit semper Auicenna, sed potissimum vrgentiora: quæ omnia si Chirurgus inuestigabit, summa cum laude Chirurgicam artem exercebit.

TRACTATVS DE VLCERIBVS.

De natura, & causis vlceris. Cap. I.



EXplicata natura vulneris tanquā faciliori, & simpliciori (à facilioribus.n esse inchoandum docet Gal.) oportet secundo loco vlceris naturam, & curationem expendere, quæ composita indicationes exposcit; quia vlcus non solum vnitatem solutam, sed substantiam deperditam habet annexam; atq; causas corrodentes; verùm vlcus triplici-

Acceptio vlceris.

1 ter vt plurimum vsurpatum est ab Hipp. & Galeno primo accipitur lib. de inæquali intēperie, & lib. de articulis pro omni affectu præter naturam. Secundo pro qualibet soluta vnitate in carne, osse, neruis, & tam ab externa causa, quam ab interna, & confunditur cum vulnere, vt nos docet Gal. in primis lib. Met. med. Tertio, & magis propriè vsurpatur nomen vlceris pro soluta vnitate, cum deperditione substantiæ facta ab aliquo erodente, per quæ sanè distinguitur à vulnere, & non rectè distinxit Auic. existimans solutam vnitatem absq; pure, & sanie vulnus esse appellandum, eum verò incipit pus, & sanie 2 3

& saniem conficere vlcus definitur vlcus propriè, & eius natura explicatur dum dicimus *vlcus est soluta vnitas* partis humani corporis cum deperditione substãtiæ ab aliquo corrodente. Tres sunt causæ forma efficiens, & subiectum, seu materia in qua, quæ naturam huius vlceris constituunt, & declarant: soluta vnitas est quãdo pars separatur, & diuiditur à naturali vnione elemẽtorũ, p hãc solutã vnitatẽ cõuenit cũ vulnere, & hæc est forma ipsius vlceris: partes humani corporis, sunt subiectũ vlceris, & hæ aliæ similares, aliæ dissimilares, & aliæ carnosę, & sãguineę, & alię spermaticę, & ex semine ortæ, & alię internæ, & alię externę; potest.n vulcus occupare, & internas, & externas. Sed potissimũ ad Chirurgũ attinet de externis vlceribus pertractare *cum deperditione substantiæ*: non solum enim continuitas soluitur in vlceribus; sed adimitur aliqua portio ipsius partis, per quam deperditionem distinguitur à vulnere: nã vulnus, vt vulnus est, solam vnitatem solutam habet non deperditam substantiam. dictum fuit (ab aliquo corrodente,) & hæc est causa efficiens ipsius vlceris, quæ etiam habet vim differentiæ: nam separat à vulnere, quod fit ab vulnerante, & non à corrodente instrumento; erodens autẽ duplex esse potest animal externum, vel internum, externum erit omne acre, & corrodens medicamentum, vt sinapi, nasturtium, flãmula iouis, pasta pro vesicantibus, euphorbium: arsenicũ præcipitatum: cœpę: alliũ: ignis, ferrum candens: & huiusmodi alia, quæ vim habent corrodendi. Sed magis propriè vlcera fiunt ab interno corrodente, quod multiplex potest esse: nam vel est tumor acris, & mordax, vel alimentalis, vel excremẽticius, vt bilis, vel melancolia adusta, vel pituita salsa, vel erit ichor aliquis tenuis, portio ipsius humoris, vel biliosus, vel melancolicus, vel pituitosus, & salsus, uel erit humor malignus, & aliqua venefica qualitate præditus, vel pestilẽtis, vel poterit esse pus mordax, quod collectum in aliqua parte corrodit; non est omittendus etiam lapis, vel in renibus, uel in vesica, qui sua acri, & mordenti qualitate præditus poterit partes subiacentes corrodere, & vlcerare. Sed si humores acres, & corrodentes calidi semper sunt; sed modo tenues, non crassi, modo ichorosi, modo humorales, & pro vt varij, & multiplices sunt, multiplices etiam species vlcerũ emergunt.

Subiectum. *Efficiens.* *Differẽtię*

Sicuti tres sunt causæ vlceris naturam constituentes proprie, ita ab his tribus causis principaliter desumuntur differentiæ, & species vlcerum à forma, scilicet soluta continuitate cum deperditione substantiæ oriuntur illæ differentiæ vlcerum, quæ faciunt illud modo magnum, modo paruum, modo profundum, modo in superficie, modo rotundum, modo oblongum, modo triãgulare, modo æquale, modo inæquale, & variis figuris affectum. A parte verò læsa oriuntur differentiæ vlceris tot, quot sunt partes; nam aliud erit vlcus carnis, aliud nerui, aliud cutis, aliud partis similaris, aliud dissimilaris, aliud brachij, manuum, pedis, crurum, & aliud partis præstantis, & nobilis, uel necessaria ad vitam simpliciter, uel ad meliorem vitam, uel ab bene esse, uel ad procreationẽ tantum; vt testis, penes, tertio à causa efficiente hauriuntur differentiæ, & quot sunt causæ corrodentes, tot erunt differentiæ, & species ulcerum: nam bilis producit vlcus in superficie, & si magis tenuis, corrodens erit vlcus formicans, & serpens; si corrodit, & serpit cum crassitie occupat etiam carnosas partes, & erit herpes, si ab atro, & fusco melancolico succo, fit cancerosũ vlcus; si demum à crassis succis aliquando sphacelus, & gangrena: nam crassi succi sordidum vlcus faciunt; tenues verò purulentum; si maligni erunt succi corrodentes, uel venenati, vel pestilentes, oriuntur vlcera maligna, vlcera venenata, & vlcera pestilentia, quatto loco oriuntur differentiæ vlcerum, sed ab externis, et vocantur à tẽpore diuturno, vlcera antiqua, annua, aliquando ab anexis symptomatibus dicũtur vlcera cum tumoribus, cũ inflãmatione, vel cum dolore, vel cum intemperie partis, vel calida, & humida, uel calida, & sicca.

A forma. *A subiecto.* *Ab efficiẽte.* *Vlcus formicans.* *Herpes.* *Cancrosũ vlcus.* *Gangrenosum.* *Ab externis.*

De indicationibus Vlceris, & præsagio.
Cap. 11.

INdicationes, seu scopi, seu intentiones, quas Chirurgus animaduertere debet pro curando vlcere, pro ut vlcus est, tres sunt, sicuti tres sũt causę ipsius vlceris, forma, efficiens, & locus affectus, à forma igitur scilicet soluta vnitate cum amissione substantiæ duę oriuntur indicationes, soluta vnitas indicat vnionem, quam per exiccantia molimur; deperditio substantię indicat sui restaurationem, & regenerationem: nam vel tantum cutis deperdita est, et erosa, quæ cum sit spermatica pars, restaurari nequit; sed eius uice callosa caro regeneratur maximè exiccantibus; si uerò est etiam carnosa substantia, uel musculosa deperdita; hæc restauratur secundum aliquam similitudinem, non omnino tamen: quia et hæc ab ortu ex sanguine menstruo genita fuit, et hæ sunt indicationes curatiuæ, quę à morbo originem ducunt: nam soluta unitas est morbus, et deperditio substantię est etiam morbus in conformatione. Secunda indicatio oritur à causa efficiente, quę fuit acris, et mordax causa, et præseruatiua indicatio appellatur: omnes enim indicationes, quę oriuntur à causa, uel ab aliquo, quod causę vicem gerat, præseruatiuæ appellantur, vt in methodo medendi cum sanitatem deperditã velint præseruatione causarũ resarcire, vel in Meth. tuendæ sanitatis dum præsentem sanitatem præseruatione, causæ interdum conseruare similibus, hæc inquam indicatio præseruatiua, orta ab instrumento acri, et mordaci plures habet sub se species, pro ut vario modo lęditur hoc instrumentum acre, et mordens, et primo pro vt hoc instrumentum est substantia materia vel forma lædens eam remouere, corrumpere in contrarium oportet, pro ut est quanta, imminuere, pro vt vero fluit vel à capite, vel à iecore, indicat sui reuulsionem a termino à quo, et indicat intercipientia, et defensiua circa locum vlceratum, quæ et repellentia appellantur quem terminum ad quem fluit ille humor respiciat; prout etiã fluit intrinsece indicat alterantia, incrassantia, & refrigerantia, vt decocta syrupos refrigerantes victus rationem, ac pro vt humor iste acris, & mordax, & iam fluxus in parte, & appellatur causa coniuncta immediata ipsius vlceris: nam immediate producit ipsum vlcus, corrodens uel cutem, vel carnem, hic verò humor iam fluxus, & quiescens pro vt acris, & mordax et debet refrigerari, & humectari, at pro ut est extra vasa, & proprium locũ, indicat concoquentia, seu digestiua, seu suppurantia, quę sunt medicamenta calida, & humida, incrassantia tenuitatem humoris, & mitigantia acredinem, & dicuntur pus mouentia, quæ sunt in causa, vt humor ille iam fluxus in parte vlcerata concoquatur, & in pus vertatur, concocto pure oritur indicatio detergendi, seu mundificandi, euacuandi: cõcocta medicare oportet ex Hip. primo aphor. & mundificatis, & detersis humoribus, & pure, oportet carne implere: & deinde cicatricẽ inducere; sed aduertendum dę tempore, quod instituere debemus in suppurantibus; non est enim annumerandus numerus dierum. sed status ipsius vlceris: nam quousq; pus confectum erit album, & crassum, eo vsq; digestiua subrogantur; sed cur Gal. 3. Meth. non meminit medicamentorũ suppurantium; dicendum tunc Galenum supponere vlcus iam concoctum, & detersum: deinde cum 5. aphor 22. inquit in vlceribus putridis & fluxione vexatis suppurantia non conuenire: quoniam hæc, vt calida, & humida putredinem augerent, & fluxionem allicerent: dicendum loqui de concoquentibus simpliciter, et puris, quæ vere non sunt vsurpanda in hoc casu: quia plus vrget indicatio à putredine, et à fluxione, quã indicatio ab humore iam fluxo indicante suppurantia: verùm vtrisq; satisfacere possimus dum componimus pus mouentia, quæ valent putredini resistere, et fluxionem

A forma. *Ab efficiente.* *Dub.* *Sol.*

xionem coercere addendo. e. g. oleum rosatum, & syrupum rosatum, vitellis ouorum, & terebinthinæ; rosa enim aduersatur putredini, & refrigerando, & astringendo fluxionem coercet. postremò si humor acris, & mordax erit venenum à tota substantia, oportet intus, & extra antidotum miscere, & indicat alexipharmaca, & bezaartica, quæ à tota substantia aduersantur ipsi veneno, bilis acris, & mordax, cum tenuis sit, indicat refrigerantia, humectantia, & incrassantia, atrabilis adusta cum sit calida, & sicca, & crassa, refrigerantia, humectantia, & attenuantia. *forma.* Pituita salsa pariter attenuantia, & refrigerantia, ichores biliosi, & pituitosi, & melancolici tenues refrigerantia, & incrassantia expostulant: pariter pus corrodens oportet emollire, & refrigerare, euacuare, & hæc quo ad causam efficientē, quæ indicationes pariter aliis succis mordacibus, & acribus quatenus lædunt à tota forma, & substantia, vel quantitate, vel qualitate prima calida, & sicca, vel secunda tenui, & crassa mordacitate, & acrimonia, vel motu præter naturam ad partem vulneratam, vel quātitate præter naturam in parte vulnerata: tertia, & vltima indicatio dicitur vitalis, & oritur partim a loco affecto, & vlcerato; *A loco.* *Ab efficientate.* huius loci temperies indicat sui conseruationem similibus; nam si pars illa à natura obtineat temperiem calidam, & siccam, debet conseruari calidis, & siccis, si calidā, & humidā, calidis, & humidis; si siccā siccis, si frigidam frigidis: pariter compositio, & vnitas ipsius partis conseruanda sit, vt situs, numerus, figura, superficies, cauitas naturales conseruentur; nam temperie naturali conseruata facilius vlcus ad cicatricem, & sanitatem perducitur: à toto enim vniuerso oritur indicatio vitalis, vt temperies naturalis ipsius ægrotantis conseruetur similibus, habitus corporis, conformatio, & vnitas: nam vniuersum corpus humanum constat ex temperie compositione, & vnitate, quæ tria sunt instrumenta omnium actionum, quæ in humano corpore producuntur, & in his rectè à natura, vel in temperie, vel compositione commensuratis sanitas consistit, si verò horum aliquid deficit, vel superabundet, vt vel compositio, & vnitas, statim oritur morbus: quia statim læduntur operationes læsis, & affectis his tribus instrumentis sanitatis temperie, compositione vnitate humani corporis, & hæc de indicationibus.

Præsagium considerandum est in genere: omnia igitur vlcera periculosa sunt propter tres causas ex Gal. 4. meth. 6. aut quia vlcus occupat partem principem, & præstantem, vt cerebrum, cor, iecur, pulmonem, testes, & alias partes, vel immediate necessarias, vel necessario inseruientes necessariis partibus propter vitam absolutā, vel propter magnitudinē essentiæ. quādo vlcus est nimis magnū: quia tunc propter magnitudinem eius reddit partem, debilem, & imbecillem, vt immineat periculum, ne venæ, arteriæ, nerui, corrodantur, tertio redditur periculosum propter malignitatem, & vocatur vlcus cachoete, seu rebelle: quia non cedit medicamentis, & difficilem sanationem recipit, & corrumpit, quod bonum est, vt apparet in gangræna, & sphacelo. vnde à Galeno, & Hippocrate 6. aphor. 4. vlcera circumglabra appellantur maligna propter vitiosos, & corrodentes humores: qui pilos decidere, & caruncu-las, & squamulas faciunt: & 6. aphor. 45. vlcera annua, & diuturniora, in quibus os abscedere, aut cauas fieri cicatrices necesse est, omnia sunt maligna: *Dub.* pariter, quæ succedunt aliis morbis, & occupant extremitates dorsi, & tibiarum, demum procreata ab atra bile sunt incurabilia lib. de atra. cap. 5. & si aderit intemperies calida iecoris, & habitus gracilis, difficilius sanantur; è contra absq; periculo erunt vlcera, quæ nec *Sol.* partem præstantem, sed ignobilem, nec magna; sed parua, nec maligna, & cachoetica; sed benigna erunt; ob succos minus vitiosos, & acres, & minus copiosos: nam quando, & acrimonia, & copia succorum; ita intensa erit, aut maligna, aut venenosa, aut pestilens, necessario vlcus malignum euadit, aut pestilens, aut venenatum, qua propter sicuti indicationes hauriebantur à tribus fontibus, & tribus causis; ita præsagium de vlcere an periculosum, an periculo vacans facilis, vel difficilis curationis, tardæ vel breuis, erit desumendum ab illis causis. à forma vlceris, à causa efficiente, & à loco vlcerato: signa vlceris per se patent in genere, & specie ex relatis.

De Cura vlceris, vt vlcus est. Cap. III.

Si tuto, cito, & cum iocunditate vlcus est curandum, necesse est ipsius naturam, & causas iam supra expositas rectè callere, atq; indicationes desumptas expendere, quibus pro explendis, vti Chirurgo conuenit, materias præsidiorum. in medium collocare oportet, quæ materiæ præsidiorum valeant satisfacere omnibus indicationibus: verum triplices sunt; aliæ Chirurgicæ, aliæ Pharmaceuticæ, & aliæ Diæteticæ. Præterea aliæ dicuntur vniuersales, quæ vniuersi corporis prouidentiam parant, pro ipso vlcere curando, veluti sanguinis detractio, medicamentorum lenientium, & expurgantium exhibitio, syr. alterantes, & diœta; aliæ sunt locales, & topicæ, quæ circa locum vlcere affectum administrantur, sed eodem tempore, & vniuersales materias, & topicas adhibere possumus. Circa Chirurgicas, si aderit magnus affectus in sanguine, veluti abundantia fluxus, vel aliquod vitium cum virium robore, erit secanda vena, & præsertim iecoraria: *Chirurgica.* nam vt plurimum iecur est male affectum; & ipsos succos acres, & corrodentes gignit: quantitas sanguinis detrahēdi erit pro magnitudine ipsius affectus, & viriū, *Quantitas.* quando vero, potius inter initia: nam euacuat humores acres, & reuellit. adeo vt remoto fluxu humorū acrium facilius vlcus ad sanitatem redigatur. si vlcus erit circa caput, etiam cephalica secanda erit; si vero vel non ita vehemēs affectus in sanguine, vel abundātia, vel vires nō ita robustę, loco sectionis venę, & cucurbitulæ scarificatæ erunt vsurpandæ, vel hirudines, vel scarificationes: prætera ratione reuulsionis, & euacuationis aliquando cauteria inuruntur brachijs, si humor gignatur, & fluat à capite; cruribus; si à iecore, etiam vtero; frictiones etiam, & ligaturæ quia reuulsiones humoris adhibentur.

Medicinales materiæ vniuersales primo sunt medicamenta, quæ aluum leniunt, vt mel. rof. sol. syr. rof. sol. cassia, manna, vel clysteres, verbi gratia Rec. in iuuene in æstate, florum cassiæ no. ex. drach. xii. specierum *Leniens.* diaradonis Abbatis scrup. ss. m. & fiant boli, vel in potione Rec. syr. rof. sol. vnc. v. decocti boraginis, acetosæ, cicorei, q. s. m. & fiat p. b. si in ventriculo, & primis vijs redundabunt excrementa crassa, & adusta Rec. elect. lenit. vnc. i. flor. cassiæ vnc. ss. m. & fiant boli: vel Rec. syr. rof. sol. mel. rof. sol. syrupi de polypodio comp. an. vnc. j. ss. decoctionis flor. & fruc. cord. q. s. m. & fiat p. b. Clysteris vero forma erit Rec. decocti communis lib. i. ss. olei rof. mellis rof. simp. an. vnc. ii. salis p. & fiat clyster. vel Rec. decocti hordei, borraginis, maluarum, violarum. lib i. olei rof. vnc. iii. sacchari rub. vnc. ii. cassiæ pro clystere vnc. i. m. & fiat clyster. *Clyster.* lenita aluo syrupi uel decocta sunt exhibenda, quæ concoquunt succos acres, & viscera intemperata corrigunt. si humor erit bilis acris, & mordax Rec. decocti cicorei, sonchi, acetosæ, lactucæ, seminum peponū, *Syrupi.* hæpaticæ vnc. v. syr. rof. simp. vnc. i. m vel Rec. si pars erit calidior, seri caprini depurati vnc. vi. emul. seminum peponum factę cum aqua violarum vnç. i. m. pro syr. at si humor acris erit, & atra bilis, coquendus erit hoc decocto, Rec. decocti buglossæ, capillorum veneris, fumariæ, hordei vnc. vi. syr. de pomis, syrupi bisan-

bisantini an. vnc. ss.m.pro syrupo verum si salsa pituita erit præparanda Rec. syr.boraginis,de betonica an. vnc. ss. decocti boraginis, betonicæ,lupulorum, cicorei vnc. v. m. pro syrupo:concoctis humoribus, atq; attemperatis sunt administranda medicamenta electiue educentia, seu expurgantia, quæ ex corpore extrudent humores iam concoctos, & reuellent ab vlcere v. g. pro bile Rec. rhabarbari elect. iii. gingiberis p. fiat infusio in sero caprino, vel in decocto cordiali quantum sufficit, & facta diligenti expressione adde syrupi rosati solutiui vnc.v. m. f. p. b. vel in bolo, Rec. elect. de succo ros. drach.iii. flor cassiæ no. ex. diaprunis lenit an.drach.iiii. m. f. b. pro melancholico succo R. polypodii, quercini, epithimi, foliorum senæ an. drach. ii. seminum anisorum,tartari albi an. drach. ss.fiat inf. in decocto cord. quantum sufficit, & facta diligenti expressione adde syrupi rosati simp. syrupi de epithimo Mesue an vnc. ii. m. vel Rec. elect. lenit. vnc. i. confectionis Amech. drach. iii. m. & f. b. Pro pituita salsa Rec. agarici trociscati drach. ii. spicæ scrup. i. fiat inf. in decocto betonicæ borraginis quantum sufficit, & facta diligenti expressione, adde mellis ros. sol. vnc. iii. diapheniconis drach. ii. m. & f p. b. vel in bolo Rec. diacatholiconis, electuarii lenit an. drach. iiii. diapheniconis drach. ii. m. expurgato vniuerso corpore his medicamentis fortasse adhuc reliqua aderunt, quæ expostulabunt iteratã præparationem, & expurgationem, vel si suspitio luis venerea aderit, uel catarri, & destillationis, decoctum salsæ perillæ, ligni guaiaci, chinæ erit accommodatum additis herbis, & plantis, quæ valeant satisfacere indicationibus, sed quia hæc potius ad Medicum phisicum attinent, quam ad Chirurgum potius ad medicamenta localia, & topica circa vlceratam partem accommodanda, erit studium adhibendum, vt omnia impedimenta remoueantur, quæ valeant sanationem vlceris inhibere, vti si repellentia, & intercipientia, administrentur, quæ repellunt humorem fluentem ad vlceratam partẽ, & intercipiunt veluti Rec. olei rosati omphacini, olei myrtini an. vnc. i. aceti ros. p.m. inungantur partes circumiacentes, vel Rec. aquæ communis lib. i. aceti ros. vnc.ii. aquę rosatę vnc.i.m. lintea imbuta madefacta hoc liquore circumponantur, vel Rec. sanguinis draconis, boli armeni, terræ sigillatæ, masticis an. drach. i. aceti ros. vnc.i. albuminis oui quantum sufficit m & fiat defensiuum: poterunt etiam decocta, astringentia, & refrigerantia parari Rec. decocti ros. rubearum, plantaginis foliorum oliuæ, baccarum, mirti lib i. aceti rosati, succi cydoniorum an. vnc. ss. m. lintea imbuta hoc decocto circumponantur: semper tamen erunt circa quodlibet administrandum. quinque animaduertenda, quid agendum in genere, & specie, quantum medicamentum erit administrandum, quomodo, quando, & vbi: nam in iuuene temperiei calidæ; & siccæ in tempore calido humore bilioso fluẽte, repellẽtia maiora, & vehemẽtiora erũt administrãda, & potius actu frigida, & circa locũ affectum, & vsquequo fluxus humorũ viget: nã cessãte humorum impetu importunũ est repellẽtia circumponere. Si vero æger temperatura potius frigida, & in hyeme humor aderit, uel pituita salsa, vel melancholia adusta, mitiora sunt vsurpanda repellentia: nam difficilius fluit, & facilius patitur à repellente: quia minus resistit, & cum hiems sit, potius tepidum erit repellens administrandum, locus semper erit circumiacentes partes, quando vero vsq; quo perseueret fluxus, quæ repellentia, & astringentia, sicuti vtilia sunt partibus circumiacentibus, ita vtilia parti vlceratæ, in ipsa verò vlcerata parte prima indicatio est concoquendi humorem iam fluxum, & ad pus laudabile conuertendi, quale pus conficiens, quantum, quomodo, quando, & vbi, erit animaduertendum: nam non solum pus conficiens, vel suppurans, vel digestiuum erit eligendum in genere, Sed quale in specie, pro copia excrementorum, & qualitate redundantis in ipso vlcere pro natura partis vlceratæ, & temperie anni; tempus, etiam conducit, & regio pro vt hæc significant, & commostrant qualitates humoris peccantis: & alterant humanum corpus, quo alterato etiam succi, & pars vlcerata afficiuntur; vetum hæc pus mouentia, seu digestiua, modo maiora, & vehementiora, modo mediocria, & mitiora erunt pro maiori, mediocri, & minori acrimonia humoris corrodentis, & temperiei partis, ac sensus hebetis, vel acuti, vel exquisiti, quomodo, modo tepida, modo frigida, modo calida, pro ratione temporum anni, caloris naturalis ipsius partis; quando vero quousq; pus album apparet exiguum, & bene olens. vbi vero scilicet in parte vlcerata simplicia sunt thus, resina abietina, oleum mastichinum, succus apii: oleum camomelynum, amygdalarum dulcium, nam debent esse modice calida, & humida, & oblinientia succorum; acrimoniam, & caloris natiui ipsius partis adiuuantia; calor enim natiuus, & temperies ipsius partis succos concoquunt, & pus conficiunt, non autem medicamenta; idcirco oportet non solum acrimoniam humorum, & copiam respicerę, sed potissimum temperiem ipsius partis vlceratæ, & calorem natiuum. quinimo si aderit intemperies in ipsa parte, calorq; natiuus imbecillis, & inualidus, fuerit impossibile, vt pus conficiatur album, & bene olens, nisi calor natiuus, & temperies ad statum naturalem redigantur: hæc docet Galenus 5. symplicium medicamentorum cap. 17. si corpus erit humidum Rec. olei ros.completi vnc.ss.oui vitellum dimidium m.ecce quomodo hoc suppurans obtinet eandem naturam cum humano corpore, quod cum humidum sit, etiam humidum, & calidum emplasticumq; erit parandum suppurans; si vero obtinuerit temperiem aliquantulum siccam, & habitum siccum, pariter digestiuum huiusmodi facultate preditum esse debet, veluti Rec. olei masticini vnc. ss. resinæ terebinthinæ vnc.iii. oui vitellum dim. m. si adultum erit corpus ęgrotantis Rec. resinæ abietinæ vnc. i. olei ros. drach. vi. farinę hordei quantum sufficit: in corporibus verò duris, & admodum siccis Rec. farinæ fœnugræci, seminis lini an. drach. iii. farinæ hordei terebinthinæ pinguedinis anatis an. vnc. ss. succi apii quantum sufficit, vel Rec. thuris, masticis an. drach.ii. olei rosati vnc. ss. oui vitelli nu. i. m. concocto humore acri, atque in pus optimum transmutato ipsum euacuare, & emundare oportet detersoriis medicamentis, & mundificantibus, quæ indicantur, & à pure iam concocto, à crasso, & viscido excremento; in qualibet enim concoctione, tam in chylificatione, quæ fit in ventriculo, quàm in sanguificatione, quæ celebratur in hepate, quàm in nutritione, quæ fit in singulis partibus vniuersi corporis, generantur, & remanent duo excrementa inutilia, vnum dicitur tenue, & alterum crassum: in ventriculo tenue est pituita, crassum sunt fœces, & stercus: in iecoris sima parte, tenue excrementum est bilis, quæ defertur, & demandatur ad vesicam felleam; crassum est melancolica naturalis, quæ relegatur ad lienem: in iecoris gibba, tenue excrementum est serum, quod delatum ad renes postea ad vesicam appellatur vrina, seu lotium; crassum verò est hypostasis, seu nebula, quę componitur in vrina, excrementum crassum, quod à iecore non potuit trasmutari in sanguinem, tanquam terreum quodam, & inutile pro nutritione: in partibus verò vniuersi corporis postquam nutritę sunt sanguine à iecore producto, & à corde mediante sanguine arterioso, & spiritu vitali ad formam alentem, & perfectionem reintegrato, remanent duo exerementa tenue appellatur sudor, seu serosa pars, crassum appellatur sordes, & hæc resident in porositatibus carnis, & cutis; semen vero, & lac appellãtur etiam excrementa sed vtilia sunt, lac pro nutritione in-

Purgãtia · *Decocta.* · *Topica.* · *Repellentia.* · *Detergentia, & mundificantia.* · *Excrementa.*

fantis,

santis, semen vero pro generatione; idcirco etiam in par-
te vlcerata, cum debeat nutriri, gignuntur huiusmodi ex
crementa tenue, & crassum, tenue eget concoctione,
crassum detersione; sed aliud etiam excrementum adest:
quia in maiori copia, quam decet, fluunt humores, qui
cum non possint concoqui à parte vlcerata imbecilli, ex-
crementitij, & uitiosi euadunt, & quo maior copia flu
xit huiusmodi humorũ, & quo magis imbecillis est pars,
copiosior sanies apparet, & difficilius sanatur vlcus: præ-
Not in cicatrizando. terea, hoc vnum notandum est etiam in cicatrice produ
cenda: quia non solum excrementa duo enarrata remo-
uentur; sed oportet etiam humiditatem alimentalem car
nis iam genitæ adimere, vt siccior reddita, vicem cutis re
gat: idcirco vehementioribus exiccantibus vtendũ pro
cicatrice gignenda; & obiter volui dixisse pro maiori no
titia excrementorum ipsius vlceris, & præsidiorum pro
his excrementis debellandis, detersoriorum vero non so
lum quid quale in genere, & specie accommodatũ par
ticulari parti vlceratæ, sed quantum quando, & vbi erit
animaduertendum, nec non res naturales, & non natura-
les ipsius ægrotantis; concocto igitur pure redditoque
crasso tunc temporis adest indicans ipsius detersorij seu
mundificantis medicamenti, & eo vsque persistendum
in his administrandis, quousque omnino pus non appa-
reat, & excremẽta omnia tenuia, & crassa sint euacuata.
signa vero vlceris detersi, ex Celso lib. 5. cap. 16. sunt
Signa vlceris detersi. labia vlceris rubra, neque nimium sicca, neque nimium
humida, vlcus purum, & absque excrementis sensu natu
rali præditum; at è contra, si nimis humidum, vel siccum
appareat, vel pallidum, vel nigrum, vel liuidum, vlcus
non est purum, neque detersum, & si sensu hebeti sit præ
ditum; in hyeme, & sene tepida sunt administranda de-
tergentia; in æstate, & Iuuenibus frigida, & modo vehe
mentiora; modo mediocria, & modo mitia, in vlcere ma
gno, corpore senili, in hyeme, & referto succis crassis, ve
hementiora sunt vsurpanda; in vlcere paruo, & sensu ex
quisito prædito in hyeme mitiora, vnde ex Gal. secundo
ad Glauc. cap. 8. mediocre erit Rec. mellis ros. vnc. ij.
farinæ hordei q. s. m. Vehementius Rec. terebinthinæ
drac. ij. syr. ros. vnc. ss. succi apij vnc. j. ss. farinæ hor-
dei q. s. m. vel Rec. in sicciori corpore, & senili, farinę
lupinorum vnc. ss. succi apij vnc. j. terebinthinæ mellis
ros. simp. ana drac. iiij. Mitissimum erit detersorium, et
concoquens Rec. succi plantaginis, rosarum, apij ana vnc.
j. mellis ros. vnc. ss. ceræ vnc. j. m. in mortario, & ma-
laxentur omnia, valet enim, & ad dolorem, & acrimo-
niam leniendã, ad concoctionem, & detersionem molien
dam: detergit etiam vehementer marrubij succus cum
melle addita farina lupinorum, & si aliqua gallicæ luis
In lue Gallica. suspitio vigeat Rec. salsæ perillæ limaturæ Guaiaci ana
drac. ss. scordij drac. ss. mellis ros. vnc. j. terebinthinæ
Not. circa Mundificantia. vnc. ss. m. circa mundificantia vnum adnotandum est,
quod Chirurgicis imperitis contingere solet; vtuntur e-
nim vehementissimis detersorijs, quæ minus accommo
data non solum detergunt excrementa, sed colliquãt pro
priam carnem vlceris, & succos alimentales, &
cum maior saniei copia appareat, maiora, &
vehementiora vsurpant mundificantia;
sed omnino aberrant: quia mun-
dificantia præsidia tali pote-
state esse debent, vt cor-
respondeant vehe-
mentiæ excre
mento-
rum,
& temperaturæ partis
Vlceratæ.

De Carne generanda. Cap. IV.

CArnis generatio, cum non sit opus medicamento
rum sed naturæ, & hæc præsertim in animali-
bus anima sensitiua præditis atque sanguine: fa
tendum erit esse quidem opificium animę vegetatiuę trã
smutantis, & alterantis alimentum in substãtiam partis,
pro vt anima nutritiua annexam habet animam sensiti-
uam: nam plantę, licet facultatem vegetatiuam obtineãt,
carnem non habent, quia est propria animæ sensitiuæ,
verum cum animę egeant pro operatione instrumentis,
hæc pro gignenda carnę potissimum sunt temperies ip-
sius partis, & calor natiuus tanquam causæ instrumen
tariæ efficientes; sicuti sanguis, est materia, quæ transmu-
tatur ab ipsis instrumentis, & materiam in carne; idcir-
co si Chirurgus substantiam deperditam, carnem, vel cu
tim resarcire studet, duo animaduertere debet, primo, vt
sanguis optimus, & laudabilis producatur, & pro
ductus ad partem vlceratam attrahatur: secundo vt tem-
peries, & calor natiuus ipsius partis statum naturalem
obtineant; nam sic constituta poterunt sanguinem, &
in carnem transmutare, vel in cutim: verum hæc simili-
bus conseruantur, & adiuuantur, & cum temperies sit
calida, & humida in primo gradu, necesse est, vt sarcoti-
ca etiam medicamenta similia sint in gradu, & forma;
sint nempe calida, & humida, & sint in primo gradu
qui gradus multam latitudinem possidet secundum
maiorem, vel minorem intensionem in prima, vel secun
da, vel tertia mansione, hæc vero latitudo dignoscitur,
ex natura partis vlceratæ, cum vlcus sit modo in parte,
calida, & humida, modo in parte aliquantulum sicca, &
modo in magis sicca; deinde ætate, tempus enim anni
regio cõferũt, sicuti magnitudo, & paruitas ipsius vlceris
ad exposcendum sarcoticum modo magis siccum, modo
minus; sarcotica simplicia sunt quidem thus, farina hor *Sarcotica simplicia.*
diacea, iris, aristolochia, radix panacis, tutia, pompholix
cerussa, farina, fęnu græci, erui, mastix, betonica: sed pro
diuersitate tẽporis anni, ætatis, ægrotantis naturę, & tem
periei partis magnitudinis, et paruitatis ipsius vlceris, mo
do maiora, modo vehementiora, modo mediocria, modo *Composita.*
mitia vsurpantur, cõposita vero sarcotica mitiora in cor-
poribus mollibus, & ætate puerili vsurpanda sunt vnguẽ
tum de betonica, vnguentum de Matre sylua; in corpo-
ribus duris, & siccis, & in hyeme, vnguentum isis, & in
ęstate, vnguentum de pompholige, & de cerussa; qua-
propter quinque illa notanda etiam in carnis generatio-
ne, & sarcoticorum vsu sunt, quod quale ve sarcoticum
esse debet, scilicet calidum, & humidum in primo gradu *Quod seu Quale.*
latitudinem habens, secundum magis, & minus, & simi-
le temperaturæ partis vlceratæ, secundum calidum, frigi
dum, humidum, & siccum, & simile secundum qualita-
tes, & substantiam carnis: nam mollis caro, & fungosa.
molle sarcoticũ exoptat, & lene, dura substãtia durũ, me *Quãtum.*
diocris, mediocre; quantum non secundũ magnitudinẽ
& quantitatem: quia hæc patet, debet enim occupare to
tam sedem vlceratam; sed secundum quantitatem vehe
mentiæ, pro vt facilius, vel difficilius caro generatur ob
excrementa copiosa, vel pauca ob maiorem, vel minorem
cauitatem, ob puriorem, vel impuriorem intemperiem,
fortiorem, vel debiliorem sarcotica vehementiora, vel
mitiora, vel mediocria vsurpantur: quomodo mollis, vel
in molliori substantia, vel duriori, vel crassiori pro vt mol *Quomodo.*
lis, vel dura erit generanda hæc temperies dura, vel sicca
atque habitus corporis durus, vel laxus: quando, scilicet *Quando.*
dum detersum est vlcus, & excrementa omnia sunt ex-
purgata, tunc temporis applicanda sunt sarcotica quous-
que cauitas repleta est carne, vel cutis genita, at si in ip-
so vlcere portio carnis facilius in parte generetur, & in
altera vero difficilius; tunc sarcotica imponenda sunt tã-
tum in illa parte; in altera potius filamenta sicca. Vbi iam *Vbi.*
patet. Exempla tradere licet, v. g. in Iuuene, & vlce-

re temperie calida,& humida,& molli carne prædito, & vlcus sit paruum Rec: thuris drac. ij. farinæ hordeaceæ vnc. ſs. oui vitellum m. ſi temperies, & habitus corporis durior ſit ℞. maſticis, radicis iridis ana drac. ij. farinæ erui vnc. ſs. m. cum melle q. ſ.vel ℞. reſinæ terebinthinę vnc. iij. ceræ vnc. j. thuris maſticis,fœnu greci an. vnc. ſs. olei com. q. ſ. m. & fiat vnguentum, vnguentū baſilicum magnum, & vnguentum apoſtolorum,atque iſis accommodata ſunt duris corporibus, & magnis vlceribus,vt Ruſticis; mollibus vero, & delicatioribus atq; pueris,& Adoleſcentibus vnguentum de betonica, vel unguentum ex cera recenti,& virgine citrina malaxata cum ſucco apii,vel oleo hypericonis;ſunt etiam ſarcotici pulueres qui inſperguntur parti vlceratæ. Vulgo pulnis incarnatiuus appellatur,vel ℞. thuris,reſinæ colofoniæ ana vnc.ſs. m. & fiat puluis,uel Rec. florum hypericonis, maſticis,pulueris betonicæ ana drac. ij. m. in ſiccioribus vero Rec.radicis ariſtolochię,aloes,maſticis an. drac. i. fœni græci drac. ſs. m. & fiat puluis, & hęc de ſarcoticis.

De carne ſuperflua adimenda.

Cap. V.

ALiquando, vel ob nimiam copiam alimenti, vel ob præſtantiam partis vlceratæ, vel ob Chirurgi ignorantiam caro ſuperflua gignitur in parte vlcerata, quæ cicatricem impediunt; oritur indicatio eam adimendi quemadmodum fuit dictum lib. de vulneribus:aufertur pluribus remedijs ſectione venæ, quæ detrahit ſanguinem ex quo gignitur caro; Dięta tenui, quæ inhibet ſanguinis generationem, & tandem internis,& topicis præſidijs repellentibus, & intercipientibus ne ſanguis fluat, & demum exiccantibus, & corrodentibus ipſam carnem:filamenta ſicca,& ſtuppæ canabinæ minutæ inciſæ carnem mollem abſumunt: deinde lana combuſta, caro porci ſalita, & macra, linteum infuſum in aqua ſalita,& in aqua aluminoſa; at ſi difficilius abſumatur myſi, chalcitis, & ęrugo apponatur ut docet Gal.3 meth.c.8.& Dioſc.cinis quercus, titimali,& ficus, oſtreæ contuſæ, fœx aceti,& vini, ſcordeum, dictamnum, Ariſtolochia rot.tandem æs viride ſumme potens eſt,alumen vſtum,præcipitatum,vnguentum ægiptiacum, calx etiam viua, cum melle inuoluta, aut lapis chymicus confectus ex calce viua, & cinere,quæ abluuntur aqua calida,& hac aqua pluries per colata per cinerem, & calcem illam viuam deinde deſtillatur, vel euaporatur ſenſim, & ſenſim donec in fundo remaneat ſpiſſamentum, quod lapis,vel ſal vocatur. oleum vitrioli, & de ſulphure plurimum valent in abſumenda carne, ſicuti etiam nitrum, veratrum in pollinē redactum. Auic. quarta quarti tract.3. cap. proprio duo admonet in horum medicamentorum vſu, primo cum hæc cauſtica ſint,vti ferrum candens ignis vel potentialia prædicta enarrata poſſunt dolorem inferre,& partem ſanam lædere; ideo partes circumiacentes, muniendæ ſunt refrigerantibus, vt vnguento de ceruſſa, unguento roſato vel ſandalino,ſtuppa cum oui albumine,oleo roſ. vel aceto roſ. imbuta,aut vino nigro auſtero,roſis,plantagine foliis vitis alterato, docet etiam ab oleoſis abſtinendum eſſe: quia potius emolliunt quàm exiccāt.

De Cicatrice inducentibus.

Cap. VI.

MEdicamenta quæ cicatricem inducunt,appellantur Græce,epulotica, & ab Arabibus cōſolidantia,& ſigillatiua,hæc ſicca eſſe debēt, & frigida in tertio gradu: quia abſumunt non ſolum humiditatem carnis excrementiciam, & humores iam fluxos,ſicuti efficiunt medicamenta ſarcotica, & digeſtiua, atq; detergentia; ſed propriam humiditatem partis atq; carnis abſumunt, vt calloſa reddita caro,& durior vicem cutis gerat,& tegat, atq; tueatur infernas partes. circa hæc medicamenta, illa quinq; erunt examinanda, ſcilicet quid, quantum, quando, quomodo, & vbi; eligendum igitur eſt epuloticum medicamentum; ſed varium ſcilicet vel vehemens, vel mediocre, vel maximū, pro vt minimum, uel mediocre, uel vehemēs erit vlcus, & temperies partis vlceratæ permittet. Vehemētia epulotica appellantur, & ſunt vſurpanda in naturis,& temporibus duris,& ſiccis,& in maximis vlceribus myſi, calcitis, æs vſtum,æris ſquamma,alumen ſiſſum. Mediocre ſunt, æs vſtum præcipuè lotum, ceratum de diapalma, de minio, de rhabarbaro. Mitiora ſunt, & vſurpanda in pueris,& mulieribus, & corporibus mollioribus, gallæ immaturæ, malicorium,cortex granatorum, & fructus ſpinæ egyptię,vt docet Galenus 3.meth.5.& 15.meth.5. quinto ſimpl.medicamentorum cap.26.& Auic.4.quarti tract.1.c 10. Verùm ſicuti narrata epulotica non ſolū exiccant; ſed aſtringunt, ita alia ſunt enumeranda, quæ exiccant tantum, & carnem denſant, vt linimenta ſicca, myrrha,litargirium,oſtreum, diphriges, oſſa combuſta; radix iridis, cornu cerui vſtum,& tutia præparata. Sunt demum uſurpanda hæc,cum vlcus ad æqualitatem peruenerit. Sed hoc aduertendum, ne caro in vlcere ad ſuperficiem ſit aucta; ſed potius depreſſa,ne cicatrix nimis eminens euadat;modus inducendi cicatricem indicatur ab vlcere facile, vel difficile cicatricem recipiente, & à ſubſtantia carnis dura, uel molli, vt epuloticum ſit, vel molle, vel durum, vel in ſubſtantia dura, & in puluerē redacta, vel in ſubſtantia molli, & vnguenti,ſi epuloticū actu, & poteſtate ſiccū expoſtulatur, pulueres adhibentur ex ære vſto,& loto, vel ſquamma æris;ſi verò poteſtate ſiccum actu verò humidum apponantur vnguenta,vel de tuthia vel de ceruſſa, aut de lithargyrio,& præſertim ſi caro in vlcere inæqualis ſit, vt pars ſit ad ſuperficiem vlceris redacta, vt facilius creſcat profunda repleaturq; cauitas,& hæc de vlcere in genere.

Cicatri… tia vehe… mentia.

mediocri… Mitiora.

Signa…

Cauſ…

Modus … catriz…

De vlceribus ægre curabilibus, & primo de diſepulotico ſcilicet fluxione vexato.

Cap. VII.

EGrè curantur vlcera, vel ob vitioſos humores fluentes, qui non ſolum inepti ſunt ad generationem carnis; ſed omnino eam prohibent, & temperiem partis vlceratæ labefactant,& vicinas partes erodunt, & quodcunq; bonum eſt, corrumpunt, aut qualitate corrodente,& admodum valida, aut maligna ſubſtantia à tota forma, & ferè à ſimili veneno. Secundo ægre curantur ratione partis vlceratæ, dum ipſa pars intemperie aliqua afficitur,ita valida,& vehementi, vt nō poſſit amplius ſanguinem in carnem conuertere, & vlcus ad cicatricem inducere: vel tertio difficilè curantur propter ſymptomata annexa vel propter dolorē excedētem, uel ratione partis vlceratæ neruoſæ, & exquiſito ſenſu præditæ, vel ratione ingentis inflammationis, & loci præſtantiæ. his modis fit vlcus ægre curabile,quod in tres partes diuiditur. prima ſpecies dicitur vlcerum diſepulotorum, quando à nimia fluxione humorum,& perenni, non poteſt ad ſanitatem reſtitui. Secunda appellatur maligna,& cacoethe,quando à nimia excedenti intemperie partis non poteſt ſanari. Tertia adhuc magis maligna,quando à malignis ſuccis,vel excedentibus ſecundum qualitates calidas, & acres manifeſtas,& dicuntur impropriè maligna vlcera, vel quando ſecundū qualitates occultas à tota forma, quæ egent bezaarticis, & antidotis,vt in peſtilenti ſtatu oriri ſolent, vel venenatis corporibus, & hæc vlcera proprie maligna vocātur ſeu venenata, ſeu peſtilentialia, & hæc vocantur etiam nomæ græce, quæ vicinas partes corrodendo,& depaſcē

Tri… flux… conſ… tur.

Par… tens…

Primo … compoſi… ne … per gene… paſſim.

V… qua…

Par… pien…

1. Species

2

3

ndic… nes.

do deturpant, & febres inferunt: hæc docet Gal. lib. 1.
de medicamentorum compositione secundum genera
cap. 18. & lib. 4. c. 1. 5. & 13. & lib. 6. c. 1. 4. meth. cap. 1.
& his vltimis vlceribus addita est intemperies partis vl-
ceratæ.

De Vlceris disepuloti, seu fluxione vexati curatione. Cap. VIII.

CVm vlcus difficile curatur statim animaduer-
tere oportet, an ob aliquod trium modo-
rum supra enarratorum, id eueniat; si vero id
contingat ratione fluxionis perennis, humorisq; vitiosi
fluentis ad vlceratam partem, dignoscitur pluribus si-
Signa. gnis. primo si ęger malis succis abundet prauaq; victus
ratione fuerit ante vsus, & malo victu. Secundo si sem-
per hoc vlcus dilatatur, & tertio si vlceris labia tumida,
& circumiacentes partes tumefactę conspiciantur. Quar
to si copia saniei, & virulentię semper effluat, & quinto
Causa. si aderit dolor, aut inflammatio: cognito vlcere causę
etiam huius fluxionis petendę sunt, & primo vel sunt
externę, vel internę, externę sunt sex res non naturales,
aer, cibus, & potus, somnus & vigilia, inanitio, & reple-
tio, motus, & quies animi accidentia, & venus. Si ęger
aberrauerit in his, facilè aceruantur in corpore humores
& inde fluunt ad debiliorem partem. Internæ causę hu-
ius fluxionis duæ sunt principaliter pars mittens, gene-
rans, & pars recipiens ex Gal. 2. ad Glauc. c. 7. gignit hu-
morem fluentem pars vt plurimum cerebrum iecur,
uel lien, dum intemperie morbosa affectæ sunt, ut si ie-
cur sit intemperie calida uexatum, sanguinem gignit, uel
biliosum, uel melancolicum adustum. Si intemperie fri-
gida ichorosum, & aquosum, qui facile postea putrescit,
& acrem qualitatem aquirit; cerebrum, uel intemperie
calida, uel frigida correptum uitiosos, & excrementicios
succos producit. cum igitur in corpore redundans sit ex
crementicius humor, si aliqua pars robusta reperitur.
quæ inuadat ad expellendum hunc succum, oritur stati
Tria in fluxione considerantur. fluxio, in qua fluxione considerantur magis speciatim
tres partes, pars mittens, uiæ per quas transmittitur hu
mor, & pars recipiens, pars transmittens id agit, uel quia
ualida est, & insurgit ad expellendum, uel irritata à ma-
1 *Pars mittens.* la qualitate humoris, uel in quantitate grauata, vel ab
utroq; aut quia ab ipso alia pars trahit, uiæ debent esse
patentes, & latæ, ut aditum præbeant humori fluenti;
2 *Via per quas.* pars recipiens imbecillis semper est respectu partis mit-
tentis, & talis euadit, uel ob imbecillitatem natiuam à
natura, ut ad enes, glandulæ cutis, uel ob imbecillitatem
3 *Pars recipiens.* aquisititiam productam, uel ob morbum, uel ob causā
morbificam, uel ob symptomata, ut si dolore, uel calo-
re, uel inflammatione, uel ui uacui recipiet. calor enim
attrahit à uicinis partibus, uacuum negligitur à natura;
& ideo ne fiat, semper semper transmittit humores, &
actiones admirabiles parit, ne detur uacuum, ut apparet
in aqua sursum saliente, & carnis eleuatione in cucurbi-
tulis apponendis: idcirco pars recipiens, uel recipit, quia
attrahit ab aliis partibus uiolenter, uel recipit, quia ab
aliis partibus ad ipsam trasmittitur tanquam ad imbecil
liorem, & pariter pars transmittens, uel transmittit, quia
ualida est, & impellit uel trāsmittit, quia ab ipsa aliunde
attrahitur humor, his animaduersis pcausis fluxionis cu
Indicationes. ratio ipsius ulceris fluxione uexati à trib. oritur; & tres
hauriūtur indicationes, & scopi, seu intētiones; primo ab
1 humore fluente ad partem ulceratam oritur indicatio
præseruatiua ipsum humorem reuellendi aliunde in cō-
trariam partem, ut fluit, ut copiosus euacuandi, ut ma-
la qualitate affectus corrigendi, ut gignitur à uitiosa par
te, & membro tollendi intemperiem, & causam ipsius
generationis, & fluxus ratione ad ulceratam partē ori-
tur indicatio reuellendi, & gratia uiatum per quas fluit
2 astringendi defensiuis. Secunda indicatio ab ipso ulcere
curando oritur, quæ supra relata fuit in cura vlceris sim-
plicis: nam duas potissimum habet indicationes v-
nam ratione vlceris, & solutæ vnitatis, & curatiua dici-
tur, quæ indicat vnionem maximè exiccantibus absq;
erosione, & vnientibus, secunda præseruatiua gratia ex
crementi tenuis, & crassi in ipso vlcere; pro quibus con-
coquentia, seu digestiua, & detergentia administrantur,
tertia indicatio est vitalis, quæ oritur à temperie & natu
ra partis vlceratæ, quæ sui conseruationem similibus exo 3
ptat; hæ omnes indicationes indicantia, & indicata sunt
ad mentem reuocanda, si rectè pręsidiorum, materias pro
his satisfaciendis inuenire Chirurgus voluerit. difficilis *Progenica*
curationis esse hoc vlcus per se patet, & eo magis si tem
pus anni nimis humidum fuerit, ætas puerilis, & errori-
bus in victu dedita, malaque habitus corporis constitu-
tio aderit, & pars vlcerata natura admodum imbecillis
fuerit, & quasi sentina penu, & promptuarium omnium
excrementorum, sed materiæ tamen præsidiorum pro
hoc vlcere curando sunt diligentius inuestigandæ, & pe
tendæ ordinatim, & à fonte Chirurgico Pharmaceutico,
& Diætetico, quæ primo humorem fluentem respiciant: *Chirurg.*
nam quam diu viget fluxio impossibile est vlcus ad sa-
nitatem perduci, si fluit igitur, vel biliosus humor, vel pi
tuita salsa, vel melancolicus adustus, uel serosus, & aquo
sus, acris tamen, & mordax, vel à iecore gignuntur hi suc
ci, vel à liene, vel à cerebro, dumodo vires adsint, & ætas
permittat, vena secanda est gratia reuulsionis, & eua-
cuationis: tunc enim sanguis vitiosus erit ob miscelam
succi cacochymi, seu cacochimia ortū ducit à iecore, san-
guis detrahendus per venam dextricubiti: scarificationes
etiam crurum, & malleolorum, hirudines, & cucurbitulę
scarificatæ pro sanguine reuellendo, & euacuando vsur-
pantur, & præsertim, si vel ætas prohibet venæ sectionē,
vel vires imbecilles, vel non adsit indicans ita potens, &
magnum: de vsu, & recta administratione horum reme-
diorum, scilicet quantum quomodo, quando, & vbi sę-
pe dictum fuit, quando fluit humor, reuellendus; & vbi
scilicet in contrariam partem, & tanta copia educenda
est, quanta nocet, & vires permittant: auxiliatur etiam
fluxioni fonticulus brachio, vel cruri inustus, frictiones
etiam, & ligaturæ, & cucurbitulæ non scarificatæ reuel-
lunt fluentem humorem, & sunt vsurpandæ in curandis
huiuscemodi vlceribus.

Sed potissimum à fonte Pharmaceutico auxilium pe-
tunt, & primo medicamenta sunt adhibenda, quæ humo
rem fluentem adimunt, curari enim vlcus dysepulotum
nequit, nisi fluens humor arceatur, qui cum fuerit chirur
gicis presidijs reuulsus, oportet aliquando statim medi-
camento aliquo, & educente excrementa primarum via- *Probile.*
rum vti Rec. si biliosus humor redundat, syr. ros. sol. *Leniens.*
vnc. iiij. elect. de succo ros. drac. ij. seri cap. q. s. m. &
fiat p. b. postea coquitur biliosus succus, & præparatur
syrupis, vel decoctis refrigerantibus, & humectanti- *Syrupi.*
bus, à dulcibus maxime abstinendum est, quia facile
bilescunt veluti Recipe decocti cicorei sonchi, epaticæ,
boraginis vnc. vj. syrupi rosati simp. vnc. ss. m. pro sy-
rupo, vel Recip. seri caprini dep. vnc. vj. syrupo de
succo acetosæ vnc. ss. m. concoctis succis attemperatisq;
biliosis humoribus per decocta purgans medicamentum *Purgans*
aliquod validius propinandum est, vt Rec. rhabarbari e-
lecti drac. ii. spicæ p. fiat infusio in sero cap. q. s. & fa-
cta diligenti expressione adde syr. ros. sol. vnc. iiiii dia-
prunis sol. drac. ii. m. at si humor, qui vlcus vexat, erit
melancolicus adustus, primo aluus lenienda erit hoc me *Per humide melancolio.*
dicamento Rec. electuarii lenit. vnc. i. syr. ros. sol. unc. iii
dec. cord. q. s. m. & fiat p. b. deinde paratur syrupis, &
decoctis, scilicet Rec. decocti boraginis buglossæ fuma- *Leniens.*
riæ unc. vi. syr. de fumaria de pomis simp. an. vnc ss. m. *Syrupi.*
pro syrupo, vel Rec. decocti lupulorum capillorum vèn.
ceterac, melissæ cicorei vnc. v. syr. de fumaria unc. i. m.
pro syr. concoctus succus hic purgabitur Rec. syr. de po- *Purgans.*
lipodio comp. de epithimo Mesue ana unc. ii. ss. deco-
cti boraginis & lupulorum, q. s. m. & fiat p. b. uel Rec.

Pro pituita salsa. *Lenitus.* *Syrupi.* *Pistulæ.* *Boli.* *Potio.*

confectionis Amech drac. iii. electuarii lenitiui, uel diasenæ Nicolai unc. i. m. & fiant boli, si uero pituita salsa infestabit ulcus, subducetur primo aluus hoc medicamento Rec. mel. ros. sol. unc. iiii. decocti flor. & fruc cord. q. s. m. & fiat p. b. coquitur postea his syrupis Rec. syr. de beton. mellis ros. simp. ana unc. ss. decocti betonicæ stecados boraginis unc. v. m. p. syr. postea euacuabitur, uel pillulis, ut Rec. pillularum cochiarum drac. i. aurearũ, lib. i. m. reformentur pillulæ quinq; uel bolis, Rec. diacatholiconis drac. vi. diapheniconis drac. iii. m. uel in potione ut Rec. agarici trociscati drac. ii. gingiberis p. fiat infusio in decocto betonicæ, & melissę, q. s. & facta diligenti expressione adde mellis ros. sol. unc. iii. mãnę calabræ unc. i. ss. m. & fiat p. b. his medicamentis uniuersalibus, & qualitas uitiosi succi fluentis corrigitur, cõcoquitur, & motus impeditur: deinde ut copiosus purgãtibus enarratis educitur, sed quousque fluens humor perseueret persistendum in medicamentis his exhibendis, et præsertim in alterantibus, scilicet syrupis, & decoctis, nã & membra gignentia uitiosos succos corrigunt, quinimo expurgato uniuerso corpore non inutile aliquando est in

Alterato in bilioso corpore. *In melan.* *In pituita* *In lue venerea.*

bilioso ægrotante, uel serum caprinũ per uiginti dies exhibere, uel aquas lucenses, uel aquas Patauinas uirginis, uel aquas Calderianas Veroneses, uel Rec. succi cicorei depurati unc. iiii. syr. ros. unc. i. m. si melancolicus infestat Rec. succi fumariæ depu. succi boraginis ana unc. ii. syr. lupulorum unc. i. m. si pituita Rec. succi cardui benedicti, betonicæ ana unc. ii. syr. de stechados unc. ss. m. aliquando etiam non est innutile salsæ perillæ, Chinæ, & uaiaci decoctum si suspitio aliqua sit luis uenereę: nam occulta proprietate aduersatur exiccat, & per sudorem educit, & reuellit fluentem succum: his administratis pro uniuersi corporis prouidentia, tutius est ad topica præsidia circa ulcus ipsum deuenire, quæ tamen non sunt omittenda etiam inter initia, dum uniuersum corpus expurgatur.

Topica. Intercipientia seu defensiua.

Idcirco hæc localia, & topica præsidia partim appellantur intercipientia seu defensiua, quæ uias per quas humor fluit, astringunt, & locis superiacentibus, & exanguibus sunt imponenda, per quos uenæ transeunt ducentes humorem ad partem ulceratam ut Rec. sanguinis drac. bol. arm. pulueris myrtillorum balaustiorum an. drac. i. albuminis oui, & aceti, q. s. m. & fiat unguentum pro defensiuo, uel Rec. olei myrthini, ros. omphacini de citoneis, quod vocatur melinum ana vnc. ss. pulueris ros. rubearum, aluminis ana drac. j. ceræ parũ m. & fiat vnguentum pro defensiuo: linteũ etiam imbutum vino nigro austero, vel decocto ex nuce cupressi, radice mori nigri, corticum sorborum, balaustiorum, plantaginis sanguinis drac. addito pauco aceto: deinde

Repellentia.

adsunt etiam repellentia quæ circum circa partem vlceratam, & supra etiam ipsam partem sunt imponẽda, quę refrigerant, & exiccant, & retro impellunt humorem iã fluxum densando porros vasorum: huiusmodi est posca & vinum nigrum alteratum ros. & spongia noua, vel lintea imbuta his, adhibentur folia etiam plantaginis conferunt, sed de his sepius in tractatu de Vulneribus dictũ est, quæ vero sunt administranda, in ipsa vlcerata parte sunt primo, & concoquentia seu digestiua, & detergentia, & carnem generantia, & epulotica, seu cicatricẽ inducentia, sed hoc vnum est notandum peculiare in curando hoc disepulotico vlcere medicamenta admodum

Notãdũ de medicamẽtis exiccãtibus. *Not.*

exiccantia desiderari, sed citra morsum, & acrimoniam, ne erodant, & dolorem inferant, & maiorem fluxionẽ alliciant: idcirco medicamenta sunt eligenda admodum exiccantia; sed citra morsum, & acrimonia auferenda vel ablutione, vel vstione; nam quæ medicamenta sunt calida, & acria, illam dum aduruntur deponunt, & amittunt, quæ vero frigida, & absque morsu, dum adurũtur aliquam acrimoniam aquirunt; sed hæc exiccantia citra morsum, vel imbecilla sunt, vel mediocria, vel valida, vt lemnia sfragis, quod dicitur, lemnium sigillum, & terra lemnia, cadmia, quæ climia, & cathinia nuncupatur sub canis feruore, & aceto tritæ pluribus diebus, & vino fuluo ablutę, facultatem aquirunt magis siccantem: deinde calcitis combusta, ęrugo, calcantum, mysi, sori, stibiũ vulgo antimonium dyphriges, alumen; sed omnibus metallicis commune est, vt combustis, & elotis erosio, quæ prius affuit, edometur: quamobrem his sic remotis, & lotis vti quidem licebit: deinde possumus administrare plumbum combustum, scoriam plumbi, squammam ferri, squammam æris, vitrum combustum, testas crematas castratorum, ostreorum, gallam omphacitim malicoriũ, corticem capparorum, malum terræ quod Greci aristolochiam vocant, iridem, acorum artemisiam, panacis radicem, & camaleontis, polium, centaurium, terram erethriam, quæ vocatur etiam ab Arabibus cambil, hęc sũt simplicia medicamenta quæ solent vsurpari in vlceribus dysepulotis ex quibus, etiam fiunt composita, & primo digestiua sunt eligenda, quæ, & digerunt, & repellũt & qualitates acres humoris fluentis attemperant, vt ℞. olei ros. olei myrthini, terebinthinæ ana vnc. ss. uitelli ouorum numero j. aluminis scrup. j. m. pro digestiuo, uel Rec. succi apii succi plantaginis ana vnc. j. uitelli ouorũ numero ii. olei ros. unc. ss. m. pro digestiuo, sed erit mõ mitius, modo ualidius eligendum pro ut ulcus magnum uel paruum, in parte dura, uel molli sicca, uel humida aderit; ætasque, uel puerilis, uel Iuuenilis, vel senilis fuerit, atque tempus anni uernale, uel æstiuum vel hyemale: concocto pure, & inhibita fluxione detergere, & emũdare oportet pariter mundificantibus admodum validis sed absque erosione, addita semper aliqua strictione, ut fluxionem humorum repellat, v. g. Rec. mellis ros. simp. unc. ii. syr. myrthini unc. ss. terebinthinę cipriæ unc. i. m. pro detergente, uel Rec. syr. ros. simp. unc. i. scoriæ plumbi drac. i. m. emundato ulcere his, & aliis similibus, de quibus fuse supra, & in tractatu de Vulneribus & circa hæc duo sunt animaduertenda, ne digestiua admodum humida sint, & mollia atque admodum relaxãtia: deinde vt uarietur sæpe medicamentum. Inter sarcotica, & carnem gignentia, mitius erit Rec. diaphrigis chelidonii rad. panacis ana drac. ii. Resinę abietinę unc. i. ceræ, & olei ros. q. s. m. & fiat unguentum: si uero corpus siccius erit ulcus magnum, & humor influxus abundans, tempusq; anni siccissimum, quia pugnant inter se indicationes; nam corpus siccum mitiori exiccante indiget, ulcus magnum, & humor copiosus maiori exiccatione, unde Rec. terebinthinæ unc. i. sæui taurini unc. ss. plumbi usti unc. i. ss. m. 3. uehementissime exiccabit Rec. abrotani usti, gallæ immaturæ, cadmiæ ana unc. i. ss. calcis extinctę, & lotæ aqua plantaginis, uel succo rosarum unc. ss. mellis collati q. s. m. Epulotica uero seu cicatricem inducentia tunc adhibentur cũ ulcus carne impletum sit, & erunt pariter, uel mitia, uel mediocria, uel uehementia: mitissimum erit Rec. cadmię unc. i. aristolochiæ, iridis ana unc. ss. olei myrthini olei ros. ana unc. i. ceræ, q. s. m. & fiat unguentum, uel Rec. plũbi eloti drac. ii. spodii, cadmiæ ana drac. iiii. diphrigis drac. i. terebinthinæ unc. i. m. uel Rec. mollibdenę .i. plumbaginis drac. xxv. diphrigis drac. iiii. sorios, & Mysis tosti drac. ii. terebinthinæ unc. i. ceræ, & olei myrthini unc. i. ss. m. & fiat ceratum S. A. prius liquefaciẽda sũt liquefabilia, & deĩde refrigerata pulueres sicci superponuntur, & vehementer, hæc omnia mouentur, & agitantur: tertio celebratur à Gal ad Chironia ulcera in mollibus corporibus hoc uidelicet Rec. ceræ lib. rosacci lib. i. cerusę unc. viii. salis ammoniaci unc. iiii. squammæ æris unc. ii. thuris, aluminis æruginis, malicorii calcis uiuæ ana unc. i. & S. A. fiat ceratum: plura describuntur à Gal. quarto medicamentorum secundum genera, quæ poterunt ibi perlegi, ueluti uehemens pharmacum ad chironia ulcera illud quod uocatur dialadanum, & illud ex Asclepiade, quod recipit æris squammæ, æruginis rasæ ana unc. i. ceræ. unc. vi. resinæ laricinę unc. i. ss. m. & fiat unguentum, aliud etiam admodum uehemens, & mitigatorium Andromachi Rec. ceræ pinguis drac.

Metallica usta, & lota acrimoniã amittum. *Digestiua* *Mundificantia.* *Sarcotica* *Cicatrizantia.*

drac. viii. sæui taurini, terebinthinæ, plumbi vsti an. drac. iiii. & fiat unguentum. ad desperata ulcera Rec. sorios drac. xxiiii. aluminis scisilis, calcis uiuæ, malicorii ana drac. xvi. thuris gallarum immaturatum ana drac. xxii. ceræ drac cxx. sæui uitulini drac. clx olei ueteris, unc. ix. m. & fiat ceratum, si uero ulcus sit paruum, corpus siccum, anni tempus humidum pugnantes indicationes, ualentius tamen exiccans requiritur quale est Rec. testarum ostreorum drac. vi. radicis panacis drac. iii. gallarũ immaturatum, drac. ii. olei myrthini unc. i. s. ceræ q. s. m. si omnes indicationes exiccans, & astringens ualidissimum optabunt. Rec. calcitis, antimonii ana drac. vi. olei lentiscini unc. i. ceræ p. m. uel Rec. aluminis malicorii, æris squammæ, calcitidis usti an. drac. ii. calcis uiuæ aristolochiæ ana drac. ii. olei myrthini unc. ii. cerę p. m. adiuuat etiã ad cicatricem inducendam aqua plantaginis calybeata addita aqua uitę, oleum de sulphure, uel calchanto, uel succo rosarum, uel decocto rosarum de plantagine myrtillorum, malicorii, foliorum oliuę, uel Rec. terrę lemnię, calcitidis ęruginis eris ana drac. ii. cal canthi, antimonii ana drac. i. squammę ferri, aluminis scissilis, squammę ęris, uitri combusti, gallę omphacitidis ana drac. s. terebinthinę unc. i. olei myrthini unc. i. s. cerę q. s. m. laudatur etiam à Guidone medicamentum descriptum ab Auic. quod recipit cadmię, aluminis, crisocolę ana drac. viii. floris ęris, eruginis ęris, quę uocatur uiride ęris ustorum ana drac. i. gummi cupressi drac. iiii. ceræ, & olei ros. q. s. m. & fiat unguentum. Mitiora tamen semper sunt usurpanda: deinde ualentiora non solum in digestiuis, & detergentibus, sedetiam in sarcoticis, & epuloticis: semper tamen recta administratio administranda est circa quid quantum quomodo, quando, & ubi, & deinde temperiem ęgrotantis; naturam ulceris, & humoris fluentis animaduertere oportet, nec non etiam ętatem tempus anni, & medicamentum proportionatum eligatur, & hęc de Vlcere Dysepuloto.

De Vlceribus Malignis. Cap. VIII.

SEcunda species ulceris ægre curabilis, quæ dicitur maligna, seu cacoethe prouenit ab intemperie admodum excellenti circa partem ulceratam, quæ bonum sanguinem cito corrumpere ualeat, & excedat secundum qualitates, uel calidas, uel frigidas, uel humidas, uel siccas saltem ad tertium gradum: nam si intemperies, quę est affectus partium similarium pręter naturã secundum qualitates productus ab aliquo morbifico alterante, non excedit saltem usque ad tertium gradum, procul dubio non appellatur intemperies maligna, seu cacoethe, sed intemperies communi, & uulgari nomine morbosa attamen, uel poterit esse periculo uacans, uel periculosa, uerum in præsentia agendum est de ulceribus, quæ ægre curantur ob annexam intemperiem admodũ excedentem, quæ uocata est maligna, & cacoethe, & huiusmodi vlcus definitur soluta vnitas partis mollis corporis humani ab erodente instrumento constituta admodum præstanti intemperiei annexa: idcirco non differt, hæc diffinitio vlceris à reliquis vlceribus per annexam intemperiem, quæ intemperies cum sit causa potissima, & principalis, vt vlcus difficile curetur, & malignum euadat, cognoscenda est eiusque species particulatim explanandæ videntur: nam quatuor sunt species intemperiei simplicis, prima est intemperies calida, quæ calore excedit naturalem statum, secunda est frigida, tertia, est humida, & quarta est sicca: deinde possunt esse quatuor complicatæ, & compositę, nempe, vel est intemperies calida, & humida, vel calida, & sicca, vel frigida, & humida, vel frigida, & sicca; adest etiam alia differentia intemperierum, sed accidentalis, cum intẽperies habeat anexam materiam calidam, & frigidam, humidam, vel siccam; non potest enim intemperies diu persistere, quin generet aliquam materiam morbificam, & succos

Vlcus malignũ quod

Species Vlceris maligni.

alimentales in sui similitudinem conuertat: natura calida intemperies humores calidos, biliosos, & acres atque salsos procreat; frigida pituitosos aquosos; & serosos; sicca adustos, & melãcolicos, & humida aquosos, & tenues, sicuti complicata calida, & sicca, calidos, & siccos, calida, & humida calidos, & humidos, frigida, & sicca frigidos, & siccos, frigida, & humida frigidos, & humidos, gignit quoniam agens in sui naturã transmutat passibilem naturam; præterea in genere cognoscere oportet, an adsit intẽperies nec ne vlceri annexa ægre curabili, primo percipitur adesse intemperiem in genere cum circa partem vlceratam tactu percipiatur aliqua excedens qualitas nempe caliditas, frigiditas humiditas, vel siccitas: deinde si ęgre curatur vlcus neque adsit aliqua fluxio manifesta, et copiosa, quæ dysepulotum ulcus producit: tertio si quod bonum est alimentum ad partem vlceratam a natura transmissum, cito corrumpatur quod facile dignoscitur si iecur, & habitus vniuersi corporis statum naturalem nõ excesserit, solumq; circa vlceratã partẽ magnitudo qualitatum excessusque appareat; cognito vlcere maligno in genere propter intemperiem nimis excellentem circa species digredi oportet, & primo.

De Vlcere maligno ob intemperiem calidam, & siccam. Cap. VIIII.

SErmo erit de intemperiebus complicatis vlceri ægre curabili adiunctis: quia complicatis intẽperiebus etiam simplices intemperies facile innotescũt breuitatisque gratia dicendum, hoc vlcus ægre curabile & malignum esse solutam unitatem partis mollis humani corporis à succo corrodente cum intemperie calida, & sicca vsque ad tertium gradum excellente, sicuti humida temperies cum in statu naturali cõsistit symmetria & commensurata qualitatibus est, & actionum naturalium instrumentum, ita cum recedit ab hac symmetria lædit actiones naturales humani corporis, adeo vt vitiosæ fiant, vel imminutę, vel ablatæ, vel deprauatæ; potest excellere a symmetria parum, & secundum primum gradũ, & hæc erit intemperies benigna appellanda, si adhuc magis recedit, fit intemperies magis intensa, & magis lædens vsque ad secundum gradum & periculosa hæc intẽperies vocatur: tertio si adhuc magis recedit, usque ad tertium gradum, maligna dicitur, de qua in pręsentia; & maxime corrumpens optimos succos, & lædens naturales operationes illius partis, q̃ occupat ipsasque operationes, vel minuens, vel auferens omnino, vel deprauans e. g. vẽtriculus dum in statu naturali existit, habet operationẽ, molitur concoctionem ciborum, si vero hæc naturalis afficitur, fit quia imminuta est concoctio, vel quia est ablata, quando cibi omnino non concoquntur, vel quia deprauata est concoctio; quando cibi, vel nimis assantur vel nidũ lenti euadunt; pariter iecur, qui debet sanguinẽ gignere, aliquando eius actio, scilicet eius sanguificatio vel est imminuta, & gignitur sanguis aquosus, vt in hydrope, & cachexia, vel est omnino ablata quando nõ amplius sanguis gignitur rubeus; sed albus, & pituitosus, vel aquosus, quod contingit in morituris, uel est deprauata sanguificatio, dum bilis, vel humor melancolicus producitur: quapropter in parte vlcerata ab intemperie calida, & sicca, maligna erit, & deprauata actio, & succi erunt nimis acres, & corrodentes, & tandem vt sæpe docet Gal. insignis intemperies destruit temperiem naturalem, & aufert eius actionem. cognoscitur intemperies calida sicca maligna primo tactu, nam excellẽs caliditas, & siccitas percipitur atque dolor cum sensu ardoris: secundo excrementa pauca sunt; sed admodum acria, & mordacia, atque calida: tertio labia ulceris dura atque aspera apparent, vti ex Gal. lib. 4. meth. 2. macies, & squalor, prægressęque fuere causæ calidæ, & siccæ: lauacra, medicamenta calida, aer ęstiuus, victus ratio qua usus sit calida, & sicca, exercitiis, motibus animi, & corporis, vigi-

Definitio huius vlceris.

Maligna intẽperies.

Signa calidæ, & siccæ intemperiei.

lijs:

Iijs: postremo à iuuantibus, & lædentibus: nam frigida, & humida iuuare debent; sed maligni affectus proprium est non facile medicamentis cedere.

Difficile curatur hæc intemperies, & vlcus præsertim ob siccam intemperiem: quia vlcus exiccantia expostulat, sicca intemperies humida medicamenta: præterea ad modum periculosa sunt, & dolorosa: quia calida intemperies admodum actiua, & sensum tactus acuit, & siccitas est lima caloris: uires tamen, & partis vlceratæ, & vniuersi corporis, ætas florens, uel senilis, temperies, & habilitas corporis; anni tempus, & huiusmodi alia modo augent, & modo minuunt periculum: idcirco indicationes sunt hauriendæ ab vlcere; sed hæ iam patent ex supra enarratis, & ab ipsa intemperie calida, & sicca, quæ indicat refrigerãtia, & humectantia usque ad tertium gradũ; si vlcus ad sanitatem redigi debet: nam neque caro neque cicatrix poterit induci; si intemperies illa non corrigatur.

Præsagiũ.

Indicationes.

Præsidiorum materiæ pro adimenda enarrata intemperie petenda erunt. & à Chirurgia, & à pharmaceutica, & a Diæta. Chirurgica præsidia erunt primo, venę sectio præsertim si sanguis calidus copiose abundauerit, qui licet immediate causa huiusmodi intẽperiei non fuisset, attamen sui præsentia continuo fouere potest caliditatem, & siccitatem; si vero copiose non abundauerit vel uires non admodum ualidæ persisterent, abstinendũ est à venæ sectione, locus est præsertim uena brachij dextri ratione iecoris, quod sanguinis fons est: demum, & cucurbitulæ scarificatæ, hyrudines, frictiones erunt administrandæ pro præsentia, & vrgentia indicantis, & semper recta eorum administratio circa qualitatem quãtitatem, locum, & tempus remedia administranda; sed maiorem opem affert Pharmacia, quæ, & in medicamentis lenientibus, & purgantibus humores acres, & calidos & in alterantibus caliditatem, & siccitatem humorum, & intemperiei persistit, ideo primo aluus lenienda erit vel flore cassiæ, vel diapru. lenit. vel Manna, vel syrupo rof. sol. non solum hæc primas vias, & ductus leniunt, sed refrigerant, & humectant, sicuti etiam seri caprini dep. lib. tres, & quatuor: postea describuntur decocta alterantia, vel in iure pulli, vel in aqua simplici pro vt vires constabunt, Rec. decocti sonchi, hæpaticæ, maluæ, boraginis buglossæ hordei unc. vi. vel Rec. seri caprini depurati unc. v. succi ciporei, vel fumariæ depurati unc. j. m. tandem concoctis humoribus, erunt expurgandi, aliquo medicamento electiue educente, vt infusione rhabarbari, vel electuario de succo rosarũ, vel diapruno sol. v. g. Rec. reubarbari elect. drach. j. electuari de succo rosarum drac. ij. floris cassiæ no. ex. drac. viii. m. fiat boli: in potione uero Rec. reubarbari electi drac. ij foliorũ senæ drac. ij. ss. tartari albi, & anisorum an. scrup. j. seri caprini depurati q. s. pro infusione facienda, demum facta diligenti expressione adde syr. rof. sol. syr. violacei sol. ana unc. ii. m. fiat p. b. expurgato uniuerso corpore semel, vel bis alterantia medicamenta erunt vsurpanda refrigerantia, & humectantia interne, & iecur, et humores & per consequens ulceratam partem: inter quæ, & decocta ennarrata erunt utilia, & serum caprinum depuratum, & aquæ Thermales lucenses, & aqua Ficoncellæ aqua B. Virginis Patauina, & aqua Calderiana Veronensis, demum decoctum lactucæ, Cicoreæ, pilosellę, Anguriæ, seminum Peponum, summopere præstabit conserua etiam ex malua, lactuca, acetosa, Cicorei, fumarię. sed externa circa partem affectam Chirurgico expendenda ueniunt tanquam sibi magis accommodata, & propria.

Chirurg.

Pharmatia.

Lenientia.

Alterãtia

Purganda

Alterãtia

Externa vero medicamenta ulceratæ parti applicanda duplicia sunt, alia respiciunt intemperiem calidam, et siccam partium circumiacentium; alia in vlcere ipso cauo imponuntur; tum pro intemperie adimenda; tum pro excrementis corrigendis, verum quia primo intemperiẽ debellare oportet, si ulcus ad cicatricem redigi debet, primo igitur intemperiei incumbendũ, vt docet Gal. 4. meth. cap. 2. qui fomentum partibus circumiacentibus apponit ex qua tepida, admodum humectat, & per accidens refrigerat: ad hæc poterit alterari refrigerantibus, & humectantibus soncho, lactuca, boragine, malua, althea, hordei seminibus, papaueris, peponis, cucurbitę, poterimus etiam aquam stillaticiam, ex anguria, ex cucurbita partem ipsam fouere frequenter, nec non emplastrum ex cucurbita, & cucumere coctis in lacte uaccino, uel sero administrare, vnguentum populeum reformatum cum oleo uiolato amygdalarum dul. sambucino nõ inutile erit: laudatur à Celso hydroleum, idest aqua, & oleũ: poterimus oleum uiolatum aquam stillaticiam cucumeris simul mixta in mortario plumbeo agitata adhibere plura docet Gal. lib. 3. tex. 15. lib. de iis quę fiunt in medica trina, & lib. primo simplicium medicorum cap. 7. Fernelius. Faloppius, & alij plurimi enarrant: non est omittenda spongia, vel linea vel lana his succis, uel unguentis, uel aquis imbuta: utitur Gal. his tepidis in intẽperie calida, & sicca non solum ut refrigeret, & humectet ipsam partem ulceratam, sed ut alimentum attrahat quod solet ob siccitatem exiguum esse: aliud est etiam remedium, ut Rec. olei dulcissimi loti decocto lactucę, florum sambuci, semperuiui, portulacæ, succi maluarum ana unc. iij ceræ recentis in eodem decocto ablutæ q. s. in mortario plumbeo omnia m. usque quo ad consistentiam mollem redigantur. In ulcere vero sunt imponẽda], & concoctoria, & detergentia, & sarcotica, concoctoria seu digestiua erunt satis mitia, & frigida, & humida eligenda, ne per uehementiora exiccantia sicca dyscrasia augeatur, & calidiora calida, ex 4. meth. cap. 2. & ex Auic. quarta quarti trac. 3. cap. 10. Rec. terebinthinæ lotę decocto maluarum uiolarum plantaginis vnc. j. olei uiolacei, & rof. unc. ss. uitelli ouorum numero. j. m. pro digestiuo. Detersorium erit syr. rof syr. uiol. ana unc. i. farinę hordei farinę seminum cucumeris ana drac. ii. m. sed cum admodum sicca sint huiusmodi vlcera excrementis non abundant, sed potius qualitate, quam quantitate infestant, sarcotica erunt pariter mitiora usurpanda, vt Rec. masticis, thuris, picis gręcæ lotæ aqua violata ana drac. j. seui arietini loti aqua simplici olei rof. ana vnc ss. ceræ p. m. vel Rec. resinæ terebinthinæ lotæ, vt supra vnc. ij. thuris, aloes ana drac. i. olei rof. nenufarini ana vnc. ss. ceræ mollis, q. s. m. præterea laudãtur succi betonicæ succi solatri ana vnc. ii. olei viol. vnc. i. ceræ mollis q. s. in mortario plumbeo agitentur omnia, & deinde igne leui conficiatur ad mollem cõsistentiam vnguentum ablata his intemperie. & vlcere iam repleto carne, cicatrix est inducenda epuloticis, scilicet, vel cerato de minio, vel lenimento sicco, vel diapalma; sed mitiora sunt vsurpanda, ne sicciora iam extraneã siccitatem, & morbosam inducant; poterit etiam confici Rec. plumbi lytargirii ana drac. i. succi solatri plantaginis ana unc. i. olei rof. citoniorum ana vnc. ss. cerę mollis q. s. m. & fiat vnguentum.

Qua imponunt in vlcere cau

Digestiua.

Detersorium.

Sarcotica.

Cicatrizantia.

Si aderit sicca tantum intemperies ob penuriam alimenti, & macie confecta fuerit pars vlcerata, tunc oportet ea adhibere, quę humida, & calida sunt, vt alimentũ attrahant, & denuo pars nutriatur, leues picationes nõ inutiles erunt, frictiones: deinde fomenta calida, & humida lac tepidum, aqua tepida, decoctum ex malua althea emplastrum ex malua, althea, ex boragine cum axungiis.

Si calida fuerit, tantum frigida erunt administranda, vt supra: si verò calida, & humida excrementa copiosa aderunt, & putredines augentur pus copiosum, & maleolens labia humida, & tumida totumq; corpus excrementis vitiosis scatet, habitus, & temperies ægrotãtis humida, & victus ratio, qua antea vsus fuerit, vel externa erunt humida nempe aer calidus, & humidus tempus anni, & regio: in curando vero huiusmodi vlcere cum intemperie calida, & humida sicciora sunt eligenda de quibus supra tum interne tum externe administranda, & chirurgicis, & pharmaceuticis, & Dięteticis pręsidiis re-

fri.

frigerandum,& exiccandum est corpus, sanguis copiosus detrahendus per venam cubiti sectam: nam is maximè cum calidus,& humidus sit ad putredinem accommodatus est,& timor ne vlcus ipsum sphacelo aut gangræna afficiatur, nã ex summa humiditate summus, & excellens oritur sphacellus,& gangrena corrupto calore natiuo,& suffocato:imo Hip. 2. epid. ait ex aeris constitutione calida, & humida talem putredinem ac tantã fuisse in corporibus, vt carnes corumperentur, & deciderēt ex articulis,sicuti apparet in carnibus mortuis Austro flante; erit etiam purgandum vniuersũ corpus: aluus leniatur melle rof. vel syr. rof.sol.vel diacatolicone,& dia pru. comp.syr.& decocta sint ex accetosis ex cicorea,pimpinella,pilosella, plantagine,pētaphilone,acredine citri, succo arancii: deinde cum concocti fuerint succi præparati extrudantur Reubarbaro,agarico infusis in sero cap. vel decocto flor.& fruc.cord. additis mirobalanis, & pulpa tam arindorum.victus correspondeat, sit refrigerans, & exiccans,& cibaria condita sint succo citri, vel aranci uel limonis,& acetosorum.extra vero circa partem vlceratam,& repellentia,vti posca,vel vinum alteratum rosis sandalis sunt vsurpanda: deinde,& concoquentia admodum exiccantia,& detergentia vehementissima, & sarcotica atque cicatrizantia vehementiora,quorum siluam supra in curratione vlceris in genere enarrauimus.

Lenientia. Syrupi. Purgãtia. Victus.

De Vlcere Maligno ob intemperiem frigidam, & humidam. Cap. X.

CVm humiditas siccitati sit aduersa, pariter obest etiã vlceribus,ne cicatrice induantur;sed potissimũ illa humiditas aduersa erit,q̃ erit frigida,& humida intemperies, vsque ad tertium gradum intensa, adeo,vt iure merito vlcus,quod annexam habebit hanc intemperiem,frigidam,& humidam ita excedentem, ægre curabitur,& malignum erit: nam sanguinem, & succos ad sui naturam corrumpet, & calorem natiuum partis,vt cicatrix induci non possit; gignitur hæc intemperies intrinsece.vel à pituita frigida,& humida, vel à sanguine aquoso, vel extrinsece à cibis frigidis, & humidis ab aere frigidiori,à balneis,& aquis,à medicamentis adhibitis,vel applicitis frigidis,& humidis,à nimia quiete, & otio:demum à rebus omnibus refrigerantibus, & humectantibus.

Cognoscitur hæc intēperies testimonio Gal. 4. met. cap. 2. primo cum caro humidior sit, mollis flaccida, & relaxata,cum multa excrementa superabundent, & aliquando etiam flaccida caro supercrescat:labia vlceris tumida humida,& subalba apparent, habitus ægrotantis, mēbra frigida,& humida deprehenduntur,causæq; prægressæ,fuere refrigerantes, & humectantes; & postremo si à iuuantibus,& lædentibus, à calidis, & siccis medicamentis iuuamen percipiat,& noxam à frigidis, & humidis,facilius poterit curari hoc vlcus quam supra relata, quoniam indicationes inter se non pugnant: natura, & intemperies exiccantia expostulat,& vlcus, tutiusq; hæc administrari possunt,attamen ratione humidæ, & frigidæ intemperiei,quæ maxime contraria est exiccationi vlcus ægre curabile efficietur. Scopi,& ipsa vlceris natura iam patent,tam curatiui,quam præseruatiui, & vitalis,sola indicatio petenda est ab intemperie frigida, & humida,quæ calfacientia,& exiccantia vsque ad tertium gradum expostulat,materiæ præsidiorum,quæ,& vlcus, & intemperiem hanc adimere possunt sunt tres illæ Chirurgicæ, pharmaceuticæ, & Diæteticæ.

Signa intemperiei calida, & humida. Prognosticum. Scopi. Chirurgica.

Inter Chirurgicas materias omittenda est omnino sanguinis missio,vel per sectam venam, vel per hyrudines, vel per cucurbitulas scarificatas,vel per malleolorum scarificationes; quoniam non sanguis abundat. sed potius cachochimia, & sanguinis missio sanguinis refrigeratio nē adderet: imo horũ vice vstiones sunt vsurpandæ vexicantia,rubificantia, quæ valent,& calefacere, & exiccare nimiam humiditatem: nam Hip. libro de aere, & aquis,& locis circa articulos laxos, & nimis per humidos adhibebat vstiones,vel ferro candenti,vel lana,seu gossypio,sed hæc non sunt administranda nisi corpore omnino expurgato.

Inter pharmaceuticas materias primo enumerandæ sunt, quæ aluum leniunt,& materias pituitosas, & aquosas educunt,vt Rec. mellis rof. sol. vnc. v. decocti betonicæ mēthæ q. s. m. & fiat p. b. vel Rec. diacatolci vnc. ß. diapheniconis drach. iij. m. & fiant b. sed quoniam humores aliquando permixti sunt, & heterogeni Rec. elec. lenit. diachatholici ana vnc. ß. m. & fiant boli,vel cum decocto florum, & fruc. dissoluantur: postea vero syr. & decocta præparantia pituitosos,& frigidos succos erunt administrãda vt Rec.decocti betonicæ calamenthi Eufragiæ vnc. v. syr. de betonica oximellis simp.an. vnc. j. m. pro syr.& sic pro alijs, vel Rec. decocti stecados, saluiæ,pulegij, boraginis agrimoniæ,vnc. vj. syr. de hyssopo,mellis rof.simp.ana vnc.ß.m.pro syr.postea uero cũ succi erunt concocti medicamentum purgans, quod electiue educens, seu à proprietate totius substantiæ administrandum forma solida, vel potione. vt ℞.pillularum cochiarum, de agarico Mesue an.scrup.ij.m.fiãt pillulæ v. vel Rec.pill.alæphanginarũ drach. i. de tribus drach. ß.m. reformētur cum syr.de stœcade pillulæ v. vel Rec. diachatholici vnc.ß.agarici trocifcati drach.ß.m. & fiat boli:in potione vero Rec. agarici trocifcati drach.ij. polipodii, quercini, epitimi an.drach.ii.ß. anisorũ scrup. i. fiat inf. in decocto flor. & fruc. cord. q.s.& facta diligēti expressione adde mellis rof. sol. syrupi de polipodio comp. an.vnc.ii.m. & f.p.b. ætas ipsius ægrotantis, tempus anni,vires corporis, & potissimum natura, & abundantia succi frigidi, & humidi perpendenda est, nec nõ regio, & tempus anni: validiora sunt vsurpanda medicamenta si nimia aderit pituitosi succi copia,ætas sit florens, & vires validæ, & tempus anni vernum,aut autũnale; è contra si ætas erit puerilis,& vires inualidæ: corpore semel,& bis expurgato consilium erit administrandi aliquid aliud medicamentum calfaciens, & exiccans vniuersum corpus, veluti decoctum ligni guaiaci, salsæ perillæ,chinæ, saxafras,& huiusmodi per plures dies,vel aliud decoctum ex saluia, roremarino,stœcade, calamēti baccis,quod & exiccat, & calfacit, & sudorem prouocat:vinum etiam ex his medicatum, vel pulueres in iure vel vino albo poterunt administrari,& conserue;sed Chirurgo magis accommodata sunt remedia quæ circa partem affectam extrinsecè admouentur, quæ sunt consueta scilicet primo calfaciētia,& exiccãtia,atq; astringētia, vt uinum nigrum alteratum ex mentha,saluia, roremarino,rosis, stœcade, & huiusmodi,uel oleum de spica de gariophilis, aqua calcis uiuæ, uel aqua uitæ calybeata,& lintea, & spongia madefacta in his apponantur,uel stuppæ; fomentum etiam ex lixiuio, in quo decocti sint cortices ligni guaiaci, saxafras, epitimum,cortices agarici; demum ceratum etiam uel ex betonica, uel ifis, uel ceratum sacrum circumponendum erit, ut frigida, & humida intemperies auferatur. Intus uerò tum concoquentia primo tum detergentia sarcotica, & epulotica in usu ueniunt,quæ quidem omnia ualentiora sunt usurpanda, & ualentissima aliquando:ulcus enim nimis humidum est,& nimis humoribus scatet:inter concoctoria Rec. resinæ lotæ uino maluatico unc.i. farinæ erui, æruginis an.drach.i. fyr.de stœcade unc.i.m. pro concoctorio, uel Rec.farinæ lupinorum, fyr. de betonica an. unc.i. aquæ uitæ, mellis rosati an.unc.i.ß.m. detergentia uero,quę sunt usurpãda usq; quo superfluitates dissipatæ sunt, & labia sicca, & rubra euadant, alia sunt mitiora, alia ualentiora, & alia uehementissima usurpãda pro ætate, & habitu, temperie ægrotantis, maiori, uel minori copia excrementorum aere,& tempore, & regione, si adolescentiæ ætas sit, & intemperies non admodũ humida, & farina medicamentum mitius detergens erit usurpandum, ut Rec. cadmiæ, æruginis, æris combusti, floris

Leniens. Syrupi. Purgans. Alteratia Decocta. Detergentia.

floris hyperici an. dr.i. aluminis, isidis drach.ſs. cerę nouæ pinguis unc.v. alumen non ſolum exiccat;ſed adſtringit, ærugo æris ſquammæ tum exiccant,tum detergunt, at cera in quãtitate decupla aſsũpta mitius reddit medicamentum.aliud Rec. farinæ erui, lupini, dictamni an. drach.ii. æris ſquammæ drach.i. mellis roſati q. ſ. m. f. deterſorium, at ſi intemperies intenſior fuerit, & vlcus paruum,anni tempus ſiccius, pugnant indicationes: ideo medicamentum valentius exiccans deſideratur,detergens, & aſtringens: adſtrictio enim ſemper utilis eſt; quia partes laxas condenſat,& humores fluentes repellit ut Rec.æris ſquammæ, æruginis raſæ an. drach. i. lanæ combuſtæ drach.ii. ceræ unc.ii.ſs.reſinæ laricinæ unc.ſs. reſina,& cera liquatis arida affundantur,& miſceantur, dempta eſt quantitas ceræ, vt uehementius euadat medicamentum ualentiſſimum erit medicamentum Rec. æris ſquammæ,calcis bis lotæ an drach.ii. calcitidis cõbuſtæ drach.i. ſtybii drach.ſs. ceræ unc.ii. reſinæ terebinthinæ unc.i. m. affundendo liquida ſiccis, cera in hoc medicamento tertia eſt, ut medicamentum ſiccius, & ualidius efficiatur, unde notandum non ſemper dicendum in medicamentis formandis ceræ q.ſ. ut ſolent uulgares Chirurgici dicere, ſed ad doſim modo triplam modo decuplam, modo quintuplam, uel quadruplam ad reliqua medicamenta ponere eam decet, pro ut medicamentum deſideratur, uel ualidum, uel minus ualidum, uel mitius: quoniam olea, & pinguedo, & cera tum emolliunt partes; tum medicamentorum uires. uerùm ſi hæc in puluere deſiderantur præſertim cum intenſa, humida intemperies ſit,quæ undiq; exiccationẽ exoptat, Rec. tutiæ præparatæ,cornu cerui uſti an.drach.i.m.fiat pul. tenuiſſimus, omnia hæc exiccant; ſed aloes,& tutia etiam abſtergunt, uel Rec. quod ualentius erit medicamentum calcis lotæ drach.ii. ceruſæ drach.i.aluminis drach.ſs.m.ualentiſſimum Rec. antimonii drach. i. tutiæ drach. ſs. m. & fiat pul.& adhibetur etiam feliciter

Sarcotica. aqua uita calybeata, & aqua auri. Poſtremo ſarcotica,& epulotica medicamenta in uſu ueniunt maximè exiccantia in gradu tamen ſarcoticorum, ut Rec.thuris, mirrhę baccarum iuniperi an. drach.i.æris ſquammæ drach. ſs. reſinæ laricinæ, ceræ, an.unc. ſs.m. fiat unguentum.uel Rec.dictamni,ſcordii,thuris an.drach.i.calcis lotę drac. ſs. reſinę unc.i.m. adhuc ualentius erit ſarcoticum Rec. ſtoracis, thuris, aloes an. drach. i. aluminis, antimonii an. drach. ſs. reſinæ laricinæ uino ablutę unc. i. m. epu-

Epulotica. lotica uerò magis exiccantia deſiderantur, ut pulueres cadmiæ, ęruginis æris, cartę combuſtę an.drach. i. m. & fiat pul. uel linimenta ſæpius abluta in uino auſtero nigro, uel aqua uita calybeata, & hęc huiuſmodi, quę cicatricem inducunt.

Victus ratio eſt in ſex rebus non naturalibus,quę tunc debent appellari naturales, & cauſæ ſalubres: quamuis ſint mediæ,& auxilia, quibus finem conſequi licet,nempe ſanitatem deperditam, & idcirco cibus debet eſſe in ſubſtantia potius tenui, quam craſſa, in quantitate paucus; paucitas enim per accidens exiccat, in qualitate calfaciens, & exiccans, quales ſunt aues omnes, palumbi etiam ſturni, turtures, & potius aſſę, quàm elixæ: potus erit uel uinum nigrum auſterum, uel aqua calybeata cũ ſyr. de menta. uigiliæ utiles ſunt, & inanitiones exercitia, & omnia alia, quæ corpus ſiccare ualent.

De Vlcere maligno, & peſtilenti.
Cap. XI.

Malignitas triplex 1 MAlignitas in humano corpore triplex excitari poteſt,una dicitur malignitas impropria,quã do uel intemperies, uel humores, & ſucci qualitatibus manifeſtis ſcilicet calidis, uel humidis, uel ſiccis, uel frigidis excedunt ferè ad tertium gradum, & exceſſu harum qualitatum corrumpunt, & circumiacentes partes, & ſuccos optimos, vt non valeat pars nutriri, & eo minus cicatrice exornari, quæ malignitas impropria habet plures ſpecies, de qua ſupra,cum ſermo habitus fuit de vlceribus malignis ob intemperiem. Secunda 2 malignitas appellatur propria, & ſubſtantialis:quia eius actio, & noxa non prouenit à qualitatibus, ſed à forma ſubſtantiali,& proprietate formæ ſubſtantialis admodũ aduerſa formæ mixtionis humanæ,& actiuitate inimicę ſuperat agendo formam mixtionis humanæ, & eam valet corrumpere,& hæc duplex eſt; alia eſt priuata, quæ *Priuata.* inuadit particularem hominem, & ſporadica poteſt appellari,& priuatim peſtilens, alia appellatur Epidemica communis,& vulgaris,quia à cauſa communi prodit,& inficit plures homines eodem tenore, codẽque tempore & contagioſa eſt, & proprie peſtilens oriturque in ſtatu *Peſtilẽs.* peſtilenti in peſte,& corporibus peſtilentia detentis:nam vlcera in his ſępe conſpiciuntur,& interna,& externa,vt docet Galenus de bono,& malo ſucco in peſtilentia illa Romana,quæ totam Italiam deuaſtauit; præterea ſicuti datur malignitas priuatim peſtilens, & peſtilens vulgaris ſemper,& acuta,& acutiſſima,ſcilicet breuiſſimo tempore interficiens hominem,vel corrumpens ipſam partẽ vlceratam cum contagio annexa,vel potentia inficiendi; ita in genere datur etiã malignitas Cronica ſcilicet, quæ *Malignitas Cronica.* diu,& longo tempore perſeueret, à forma tamen aduerſa prouenit,vti ſi vlcus afficiatur à materia acri,& corrodenti affecta virulentia gallica, hæc quidem virulentia habet formam aduerſam,& malignam;ſed cronicam:his breuiter enarratis cum ſuperius de improprie malignis vlceribus,in præſentia agendum de propriè malignis,& primo de vlceribus lue Gallica infectis.

De Vlcere Maligno a lue Gallica.
Cap. XII.

PRo curatione huius vlceris gallici animaduertendum primo, an cum ad cicatricem induci nõ poſſit,vel ęgre perueniat id,vel à cauſis ſupradeclaratis,primo vel a lue venerea:ſciendumque, & dignoſcendum eſt,ſanguinis gallicam labem, & virulentam vlceri annexam fore,ſi primo ægre curatur vlcus, ſuſpitio ſit infectionis cum Muliere,vel viro infecto, vt contingit in vlceribus penis, Vuluæ,& alijs,vel partium circumiacentium,quæ contactu in vſu venereo inficiuntur, & tandẽ hac labe exulcerantur: deinde ſi patiens doloribus capitis præſertim veſpertinis horis, doloribus iuncturarum, gummatibus,profluuio capillorum,fiſſuris circa uolam manuum,vel pedum affectus fuerit,ſi vlcera non cedant medicamentis qualitatibus manifeſtæ agentibus: nam qualitates manifeſtæ per contrarias tollunt, & occulte, &aduerſę à tota ſubſtãtia,& a tota forma per medicamẽta alexypharmaca ſeu agentia per contrariã formam extirpant cognita igitur vlceris natura, ſtatim curationem aggredi oporret his indicationibus receptis, quæ in alijs vlceribus deſcriptæ fuere, hæc ſola adiungitur ut natura illa maligna gallica exoptat bezaarticum,& Antidotum propriam, vt omnia medicamenta,& concoctoria,& deterſoria, & ſarcotica,& epulotica ſint conficienda ſemper cum aliqua portione Bezaartici præſidij,ſcilicet, vel ligni guaiaci,vel corticis eius,vel ſalſæ perillæ,vel chinas, modo pulueres conficiuntur; modo extrahuntur olea ex ijs; modo decocta parantur,& adduntur reliquis materijs, ex quibus confici ſolent prędicta concoctoria,deterſoria,& alia,vt e. g. pro concoctorio, Rec. reſinæ tere- *Concoctorio vn vlcere a lue Gallica.* binthinæ,vnc j. olei roſ. vnc. ſs. vitelli ouorum numero j. vel limaturæ Guaiaci drac.ſs. m. vel olei Guaiaci, vel decocti ex Guaiaco p. & ſic erit dicendum de reliquis medicamentis: Intus vero quæ adminiſtranda ſunt in hoc vlcere curando relictis Chirurgicis, & pharmaceuticis præſidiis quę, vſurpantur, pro vniuerſo corpore purgando,vt erit ſi indicans aderit ſecanda vena brachij vel alterius partis pro ſitu vlceris,& medicamenta leniẽ- *Lenientia.* tia pro expurganda lue erunt, vel mel. roſ. ſol. uel ſyr.

Sympt. rof. fol. vel electuarium lenit. & postea syr. decocta, & apozemata erunt præparãtia succis, ex boragine buglossa, cicorea, sũco, fumaria, epatica, lupulis, scordeo, carduo benedicto, scabiosa, pinpinella, pentafilo, & his similibus: deinde detruduntur, succi concocti, sena, polipodio, epitimo, vel confec. Amech, vel elleb. nigro infuso, vel syrupo de polipodio, de epit. Mesue, de fumaria comp. & *Purg.* sæpe hi syr. compositi sunt administrandi, reiteranda purgatio totius corporis; citius enim vlcera sanantur, & post primam expurgationem succi cicorei, vel fumariæ depurati, vel simplices, vel cum sero cap. vel cum syr. de pomis, vel rof. erunt exhibendi, qui quidem, & detergunt labem à iecore, & venis, & sanguinem refrigerant, & emundant: postremo non omittendum decoctum vsitatum ligni Guaiaci, & salsæ, vel corticis, vel chinæ per quadraginta dies, prolicito sudore, additaque victus ratione parca, & exiccante; & decoctum modo magis ualidum; modo minus præscribetur, pro vt lues gallica, & vlcera erunt, vel valida, & admodum maligna, vel minus *Decoctũ in mitiori luo.* v. g. Rec. in mitiori, & minus maligna limaturæ Guaiaci optimę pinguis unc. iiij. salsæ perillæ vnc. j. aquæ fontis lib. x. fiat infusio per diem naturalẽ, & deinde ebullitio ad consumptionem medietatis, & postea fiat collatura pro syr. hnius dosis erit ad vncias sex vsque ad octo mane, sero uero in minori copia, si bis in die patiens syr. haurit, demum ℞. residui expressionis eique superinfunde aquę com. lib. xiiii. passularum dulcium vnc. iij. fiat ebullitio pro potu ad consumptionẽ tertię partis, & colla*Decoctũ validius.* tura: si validius decoctum desideratur Rec. salsæ perillę corticis ligni Guaiaci an. vnc. ij. limaturæ Guaiaci pinguis unc iiij. aquæ com. lib. xij. fiat infusio S. A. & ebullitio ad consumptionem medietatis; deinde expressio, & collatura, vt supra præterea: Rec. residuum expressionis, cui adde aquæ com. lib. xv. passularum dulcium unc. iiii. m. fiat infusio S. A. & ebullitio ad consumptionẽ tertiæ partis pro potu: sciẽdũ posse in his decoctionib. addere nos plantas, & herbas prædictas pro exigentia; modo pro capite betonicam, eufragiam, calamentum rorem marinum: pro pulmone, pulmonariam hyssopum, bottridem, marrubium, capillum Ven. hordeum, liquiritiam, sebestem; pro iecore, iecoraria, cicoreacea, he*Pillulæ ex puluere.* paticam eupatorium hepar lupi, & alia: conficiuntur, etiã pillulæ ex puluere Guaiaci, salsæ perillæ, corticis ligni, hepate lupi, cardui benedicti uel cum succo cicorei condensati, uel aliis, quæ pillulæ solent deuorari ante assumptionẽ decocti, uel post: cum perseueret adhuc aliqua labes, non inutiles sunt etiam Pauperibus, & aliis, quę non *Puluis empirio.* potuerit ad sanitatẽ perduci, assũptione decocti Guaiaci pulueres qui ab empiricis adhibentur; vt Rec. salsæ perillę vnc. j. corticis ligni vnc. ß. limaturæ Guaiaci, vnc. ii. cardui benedicti scordij ana drac. j. turbit vnc. ß. reubarbari ellebori nigri an. dra. j. scamonii pręparati seu diagridii drac. ß. m. fiat puluis tenuissimus: capiat patiens in iure, vel vino oligoforo dra. i. seu dra. ii. p plures dies: hic enim puluis, & gummata dissoluit, dolorem lenit, sudorem prouocat, & etiam aluum perturbat: non spernenda est hæc empirica obseruatio; sciendum tamen pluri*Salsa quo modo corrigitur.* mum conferre salsam perillam ad leniendos dolores, & gummata dissipanda; sed imbecilli stomacho aduersari; corrigitur tamen si abluitur vino potenti, vel si corrigatur cum ligno, vel cum cortice ligni, aut si in parua dosi *Vinum.* exhibeatur: solet etiam parari vinum ex his supra enarratis, quod mirifice confert, & præsertim corporibus humidis, & frigidis; Empirici præparant etiam inunctionem, *Inunctio Empiricorum.* videlicet Rec. hydrargiri, seu mercurii argenti viui vnç. ii. saliua extincti, vel pomo: deinde olei nucis Muscatę, olei Guaiaci an. drac. i. salsæ perillæ drac. ii. axungiæ porcinę lib. i. baccarum iuniperi, baccarum lauri, ellebori nigri an. drac. i. m. fiat inunctio leuiter expurgato corpore inunguntur per quinque dies, vel septimo inuncturæ brachiorum, & pedum scilicet circa genu, & cubitum, ex qua inunctione materiæ gallicę per os, & fauces solent expurgari. Cauendum tamen ne gingiuæ, & fauces, corrodãtur quod symptomata coercet, si ĩ ore detineat patiens annulum aureum, & abluat os cum decocto hordei, & liquiritiæ, maluarum, althęæ, sebestem, capillorũ ven. & huiusmodi: dum vtitur patiens, vel inunctione, uel puluere illo Empirico, potest, & carnem, & ius, & vinum sumere: dum vero decoctum rationale administra*Victus ratio.* tur Victus ratio est ex pane biscocto, passulis amygdalis, & pauca caro assa vitulina, uel hædina, vel pullorum, & auium: imo si uires adsint, singula octaua die tantum datur caro, & singula hebdomada abstinere debet à decocto vnica die, & assumere pillulam Cochiã cum elleboro vel drac. iiii. elect. lenit. & duas confec. Amech vt fęces extrudantur, & humores uirulenti, et residuũ ex decocto quod in corpore aliquando remanet: Nolo hic silentio omittere uarios modos, & chymicos quibus parantur, & *Decocta chymica, & extracta.* decocta Guaiaci, dum per elambicum extillãtur, uel pulueres infunduntur in aliquo succo per plures dies, & fit extractio, & expressio, & iterum super infunditur ille liquor extractus super puluerribus prædictis donec pulueres amiserint omnem saporem, & odorem; tunc uero liquor ille positus in uase uitriato dissoluitur usque quo spissitudo remanet in fundo, cuius dosis drac. i. in iure, uel uino oligophoro, uel decocto aliquo stillatitio dissoluta mirifice prodest, & tuto, & cito, & cum iocunditate: imò citius, & tutius liberantur ægri huiusmodi extractis quam vulgari illo decocto: pro eliciendo sudore utuntur *Pro eliciẽdo sudore.* stuppis, quæ optimæ sunt, lateribus calidis, cucurbitis, & vesicis plenis aqua calida, vtuntur etiam illo sudatorio sicco, dolio, alii etiam parant suffitum, seu suffumigiũ, *Suffitus.* ex sulphure uitriolo, arsenico, præcipitato, antimonio, Marchesita auri pigmento, cortice ligni, ligno Guaiaco, baccis iuniperi, saluiæ, betonicæ, resinæ, & cera, conficiũt rotulas ex his, & in prunas conyciunt, ex quibus oritur fumus, qui totum vniuersum corpus inuadens pustulas exiccat, & materiam deleteriam gallicã absumit, sed hoc remedium non admodum tutum est, tutiora sunt enarrata superius: multi tamen, & Rustici, & robustiores Viri hoc præsidio à lue gallica liberantur recte administrato scilicet post totius expurgationem, & capite extra doliũ admoto: nam periculum esset, ne oriatur suffocatio, sudorem allicit, exiccat, & absummit uirulẽtas materias; adeo vt patiens sit optimis cibis nutriendus, & uino etiam albo, & tenui, dum utitur hoc suffumigio.

De Lue Gallica breuis elucidatio. Cap. XII.

De lue Gallica.

QVia obiter pro curandis ulceribus malignis à lue gallica incidi in sermonem de luis gallicę natura, & de præsidiis, quæ administrantur à Medicis tum rationalibus, tum Empiricis, opere præciũ esse duxi præter superius enarrata, non nulla etiam tum quo ad essentiam luis uenereæ, tum quo ad eius breuem, tutam; & iocundam curationem ex recentioribus chymicis decerptam, atque collectam in medium afferre, & *Essentia luis venereæ.* primo sciendum luis uenereæ essentiam nihil aliud esse, quam halituosam, & contagiosam substantiam, seu spirituosam à tota forma aduersam spiritui naturali primo: deinde sanguini, & hæpati: nam lues gallica non est proprie morbus, scilicet intemperies aut mala compositio; *Contra nõnulas.* aut soluta vnitas, ut plurimi Medici falso asseruerunt, neque est symptoma aliquod, sed est morbifica causa, *Est morbifica causa.* quæ potest parere morbos, & symptomata uaria, & hæc causa in Europa genita est à sibi simili tempore Karoli viii. Regis Francorum, qui Neapolim inuasit anno 1494. nam Hispanæ mulieres infectæ ab Hi*Origo luis Gallicæ.* spanis, qui ab Insulis Indis illuc transmearunt, secum etiam hanc labem asportarunt, sed an in India à simili primo orta fuerit, an non? credendum ex cœli statu, & illa regione, atque menstrui sanguinis, & seminis determinata corruptione expullulasse hanc labem, quæ ipsis Indis familiarissima est, & antiqua, nequeita sæua, atque infesta;

ſta:imò facili negotio curatur; ſicuti etiam hoc tempore
in Europa admodũ mitior reddita eſt, & vis quaſi obtuſa
Lues Gallica hodie mitior.
atque deperdita euaneſcit, ob plurium commiſtiones: nã
quo magis entia à ſuo principio recedunt, ſemper imbe-
cilliora fiunt: qua propter potius conſiſtit in halituoſa,
& ſpirituoſa, & contagioſa ſubſtantia: nam ſi debet fieri
Contagiũ, quid.
contagium, quod eſt tranſitus ab homine ad hominẽ per
contactum, oportet vt illud cõmunicetur, ſit ſubtile, &
potens, atque viſcidum, ut adhæreat: his conditionibus
Lues Venerea quì cõtagioſa.
prædita eſt lues venerea, eſt ſubſtantia tenuis, halituoſa,
potens huc, & illuc vagari, & ſordida viſciditate adhæ-
rere: nam modo per contactum linteorum, vel vaſorũ,
diu, vel per contactum mulieris infectę in vſu venereo,
vel per contactum infantis lac exugentis à Muliere infe
cta, & aliis quam pluribus modis ſolet inficere: adeo vt
præter contagium habeat etiam formam ſubſtantialem,
admodum aduerſam, & præſertim ſpiritui naturali, qui
Spiritus naturalis quid.
in venis vna cum ſanguine reſidet, & ipſe ſpiritus natu-
ralis nihil aliud eſt, quam tenuiſſima ſubſtantia genita à
iecore, ex puriori ſanguine, calore naturali prædita pro-
pter viuificationem facultatum naturalium, & conſerua
tionem ſanguinis: deperdito enim hoc ſpiritu ſtatim maſ
ſa ſanguinis corrumpitur, & diſſoluitur, vt apparet in ſan
Vſus eiuſdem.
guine in vaſe vitreo collocato: is enim ſpiritus vnit par-
tes heterogeneas, & quaſi vinculum ſimul annectit, vt vi
deatur maſſa ſanguinis vnum quoddam mixtum homo-
geneum; ſed cum inficitur hic ſpiritus à virulentia galli
ca, tandem ſanguinis portionem etiam corrumpit, atque
etiam ſi altius inuadit, nõ ſolum qualitatibus manifeſtis
temperiem iecoris, & ſanguinis labefactans calorem na-
tiuum corrumpit; ſed etiam a tota forma hæpatis mix-
Facultas ſanguificatrix.
tioni aduerſatur, ut hæc forma non amplius ualeat eſſe
inſtrumentum ſanguificatricis, quæ eſt facultas animæ
vegetatiuæ. nam hæc anima uegetatiua in hępate ſangui
ficat mediãte forma mixtionis hepatis, & temperie eius,
ſed cum temperies hæc ſit deprauata, & labefactata, &
forma mixti, quo ad actum ſecundum ſcilicet operatio-
nem ſit læſa, non valet amplius probum ſanguinem gi-
gnere; ſed deprauatum aquoſum, & partim aduſtum, &
Species quattuor luis venereæ.
melancolicum generat: Verùm cum pluribus modis, &
uiribus agat hæc venerea lues, modo mitiſſime, modo va
lide, modo magis ualide, & modo validiſſime: quattuor
ſpecies pariter producit in humano corpore: prima eſt le
1 uiſſima, & mitiſſima in qua ſolum pili, barbæ, & capitis
decidunt: quia hæc vis venerea cum infecerit, & inqui-
nauerit ſpiritum naturalem, hic poſtea fędauit ſolum te
nuiorem portionem ſanguinis, qui delatus per vniuer-
ſum corpus, & præſertim ad caput tanquam calidior, &
„ tenuior (ſurſum enim tenuia, & calidiora feruntur) ra-
„ dices pilorum corradit ſua acrimonia, atque aduerſa for
„ ma alimento excrementitio, ſeu propriæ materiæ gene-
rationis, quia pili proprie non nutriuntur, ſed generan-
tur per additamentum excrementitiæ ſiccæ, & aduſtæ,
atque fumoſæ ſubſtantiæ: ſecunda ſpecies deterior exi-
2 ſtit, qua vniuerſa cutis pluribus maculis rubris inſtar len
tiginum eſt referta: hæ maculæ modo rubræ; modo fla
uæ, non extuberantes apparent: hanc ſpeciem aliquan-
do concomitatur gonorrhea ipſa; hæc quidem ſecunda
ſpecies ſanguinem deuaſtauit, atque potuit portionem
aliquam ipſius inficere; ſed valida virtus adhuc nititur
ad extrema, & extima infectionem ad labem propellere
3 atque nobiliora viſcera tutari: tertia ſpecies grauior eſt,
ac vera lues, in qua puſtulæ rubræ, ac flauæ, & ſiccæ per
vniuerſum corpus apparent, maxime uero in frontibus
temporibus, & prope aures: deinde vlcera circa pudenda
& in ore, aut faucibus efflorescunt; tunc enim maligna
uis iecur ipſum occupauit, & proinde ſanguinẽ totum, a-
deo ut partes molles, & carnoſæ, quæ ſolent nutriri ſan-
Puſtulæ, & ulcera Gallica unde.
guine probo, inficiantur ab ipſo ſanguine lue uenerea
prædito, qui cum non poſſit eſſe optimum alimentũ ne-
que tranſmutari in ſubſtantiam partium, ibi tanquam
excrementitia, & morbifica materia remanet, atque pu
4 ſtulas illas parit, & ulcera: quarta, & ultima ſpecies quæ
ſæuiſſima, & doloroſiſſima eſt, euadit, cum ſolidæ par-
tes, ut oſſa, membranæ, nerui uincula, infeſtantur: unde
Tophi, nodi, dolores, & cruciatus nocturni exanimant,
& ulcera etiam admodum profunda apparent: nam tũc
malum altius inuaſit, & non ſolum ſpirituoſas, & tenues
materias ſcilicet ſpiritus naturales, & ſanguinem. ſed e-
tiã craſſas, & pituitoſas, & melãcholicas: deinde ualidius
iecur deuaſtauit, ut adhuc impuriorem ſanguinem, &
frigidiorem gignat, qui per uniuerſum delatus pro nu-
triendo vniuerſo corpore, & neruoſas atque ſeminales
partes oſſeas cartilaginoſas, & membranoſas, non optime
alere poteſt, neque partes ipſę enarratæ ualent ipſum trã
ſmutare in ſui ſubſtantiam, adeo ut ibi coaceruentur plu
res materiæ craſſæ, pituitoſæ, aut melancholicæ infectæ
uenerea lue; nempe qualitate manifeſta calida acri, &
aliena à calore naturali ipſius hominis ſorditie, & uiſci-
ditate, & prædita forma aduerſa, ut iam dictum eſt et ſpi
ritui naturali, & facultati naturali, & formæ mixtionis
omnium partium uiuentium: hæ ſunt quatuor ſpecies
ſeu differentiæ luis uenereæ, quæ ſolent homines occupa
re, & quæ diſtinguendæ ſunt, ut ſciamus etiam remedia
accommodata, & proportionata cuilibet ſpeciei admini-
ſtrare: nam prima ſpecies leuiſſima ſola aliquando ineę-
Auxilia ſpecierum luis Venereæ.
dia ſudore, & exercitatione curatur, ſecunda eget uali-
diori auxilio, ſectione uenę, & purgatione uniuerſi corpo
ris, atq; depuratione ſpiritus naturalis, & ſanguinis: tertia
magis ualidis prępſidiis eget, & ultima ualidiſſimis, qua-
re cum ſigna, & generica in genere, & ſpecierum illarũ,
Indicationes.
quatuor iam explorata, & declarata ſint ex ſupra dictis
Indicationes ſcopi, & intentiones deſumendę ſunt prę-
ſertim à lue tantum in genere: nam longum eſſet, & ex-
tra rem ſi omnes indicationes cuiuslibet ſpeciei velimus
enumerare: quare ut calida eſt indicat refrigerans, ut a-
cris blandiens, & emolliens; ut ſordida emundans, &
ut uiſcida detergens, ut in materia craſſa attenuans, ut ſpi
ritus inuadens ſpiritalia atque ut à tota forma aduerſa
bezaarticam, & alexipharmacum, ſcilicet a tota forma ſi-
bi contrarium optat, & ut eſt omnino à toto genere prę
ternaturam ſtatim indicat extirpandã eſſe a corpore, mo
do per aluum; modo per urinam, modo per ſudorẽ: quo
„ enim natura uergit ex Hipp. eo deducere oportet ſi per *21. primi aph.*
„ conuenientem regionem: ac conuenientiſſima eſt regio
per cutim, & aliquando etiam per aluum: idcirco alii ſo-
lis expurgantibus per ſedem curantur huiuſmodi malo
ęgrotantes, alii ſolis ſudorem promouentibus, alii utriſ-
que incumbunt: ſemper enim totum conſilium huic lui
uenereę extirpandæ eſt adhibendum; quomodo ulcera,
quomodo dolores, quomodo gummata, ſeu nodi, & to-
phi tollantur, & indicent, iam alias dictum fuit: dolo-
res enim per anodina propria ideſt dolorem ſedantia,
Quid indicet dolor.
quę calida, & humida ſunt, releuantur, aliquando anodi
nis impropriis, ſcilicet quę ſenſum tactus partium dolen-
tium auferunt, & calorem, & temperiem omnium actio
num inſtrumenta refrigerant, & humectant; tolluntur
Quid indicet tophus, gummata, nodi.
etiam dolores cauſa ablata, ut ſi diſſipetur materia uiru-
lenta; gummata nodi, & tophi cum ſint tumores duri in
dicant emollientia euacuantia, & digerentia: maculę il-
læ ſanguineæ, rubrę, & flauæ tolluntur per euacuantia;
Prognoſtica.
ſed hoc malum non eſt parui momenti, imò maximæ
noxę, & quo magis antiquius fuerit, & ſi in prima, ſecũ
da, uel tertia, uel quarta ſpecie: ratione corporis uero ſi
in ſene, & imbecilli, & ſicco corpore habituque melan-
cholico, difficilius curatur, facilius in corpore calido, &
humido, & facile euaporabit: Nunc remedia ſunt peten
da, tum Chirurgica; tum pharmaceutica; tum Dieteti-
ca, quę ualent indicationibus enarratis ſatisfacere.

Chirurgica.
Inter Chirurgica auxilia ſectio uenę pro expurgando
ſanguine infecto ſolet uſurpari, ſi uires non ſint admo-
dum imbecilles: deinde aliquando uſtiones, & ferra can-
dentia; ſi aliquod os ſit coruptum, & carie infectum; ali-
quando extrahuntur oſſa capitis, et aliarum partium;
quia lue uenerea deuaſtata nigra ſunt, et mollia facta,
nec amplius nutriuntur; aliquando ſectiones in uſum ue

nirent secantur bubones, secantur condylomata verucę, cristæ, inurunturq; candenti ferro, gummata etiam, & nodi tolluntur, & sectionibus, & cauterijs actualibus, & potentialibus, & materijs cauterizantibus pluribus modis chirurgicæ maximę celebrãtur in lue venerea curãda.

Pharmaceutica.

Pharmaceutica vero omissis superioribus allatis præstantiora nunc eligam, quæ præsertim tutò, & citò curabunt ægrotantes, & aduersa erunt lue venereæ, adeo vt nonnulli paucis remediis etiam quartam speciem, & sęuissimam gullicam persanent, & primo expurgato leuiter corpore vtuntur per viginti dies hoc decocto ad vnc. iii. vel iiii. addita optima victus ratione Rec. rasurę ligni guaiaci, rasuræ corticis eiusdem an. vnc. iiii. seminũ cardui benedicti vnc. i. ſs. vlmariæ m. j. florum hyperici pu. ij. florum roris mar. p. iii. santali citrini vnc. ſs. aquarũ fumariæ, lupuli an. lib. iiii. macerentur per 24. horas ad ignem lentum deinde coquantur ad vnius tertiæ consũptionem, in colatura clarificata adde foliorum senæ mũdatorum vnc. iii. macerentur denuo ad ignem lentissimum per duos integros dies, tandem transcolentur per manicam Hipp. dulcorentur, & aromatizentur cum sufficienti quantitate sacchari, & cinnamomi: post vsũ huius decocti, quod præparationis simul, & purgationis vicem præbet facilius, quod reliquum est per sudorificã exhalationem extirpabitur, quæ paratur tali pacto, & ad ministratur per 25. vel 30. dies, aut plures Rec. rasuræ guaiaci vnc. vi. salsæ perillæ lib. ſs. cynæ, saxafras an. vnc. iiij. radicis pẽtaphilis, filicis an. vnc. ii. cinnamomi, garyofilorum an. vnc. ſs. macerentur per 24. horas in libris duodecim hydromelitis simp. deinde coquantur ad medietatis consumptionem facta colatura, huius capiat vnc. vi vel vij. matutina hora, atq; mox superdormiat si possit, tectus plus solito sudet, detergatur, caueat à frigore, & vento: antequam prædictam capiat potionem, prius deglutiat auelanæ maioris magnitudine de opiata sequẽti videlicet Rec. conseruæ florum cicorei, buglossæ an. vnc. i. conseruæ florum roris marini vnc. ſs. theriacæ alexandrinæ drach. i. ſs. confec. alchermes, & de hiacintho an. drach. ii. ſs. diacorallij diatriasantali, diambræ, diamoschi an. drach i. lapidis bezoartici scrup. i. cornu cerui præparati, margaritarum præparatarum an. scrup. iiii. cũ syr. vel conserua citri q. s. fiat opiata.

Decoctum sanans quartam speciẽ luis venereæ.

Decoctum secundum sudorificũ

Opiata ante decoctũ secundum sumenda.

Dieta.

Pro Dięta comedat panem biscoctum, & pro potu ordinario bibat decoctum ex salsa perilla, china, & ligno rosarum corticis in prædicta quantitate aquæ, quod dulcorari, & suauius reddi potest saccharo, & cinnamomo, vt palato sapiat magis; comedat etiã pullos gallinaceos turriculas columbos assatos potius, quàm elixatos: pro mensa secunda contentus erit vuis damascenis, aut corinthiacis, aut si forte accidat, vt aluus sit sicca, aut astricta remollienda erit clysteribus emollientibus, vel aliquo leniente medicamento: prædicta etiam decocta in duplici vase parantur, sed meliora, & validiora euadunt si non vulgari modo decoquantur, sed potius cnm omnia mixta sint, & infusa, & macerata in balneo aquæ dulcis calidæ, & tepidæ per 24. horas, vel duos dies ponantur in lambiccho, vel retorta cum recipiente lutato, ne quod exhalet, & euapotet, & igne cinerum, vel aquæ calentis, vel flamma leni, & clara sensim destillentur: tũc enim aqua illa stillatitia prædita est omnibus viribus, & spiritibus vitrioli acidi, & sulphuris calidis, qui plurium valent pro extirpanda hac lue venerea; verùm si iterum aqua stillata super fęces relictas superfundatur, & per 24. horas denuo maceratæ vt supra lambicentur lutato optime recipiente, validius euadet decoctum: imo possumus combustis fęcibus illis, & in cinerem conuersis proijcere aquam illam, vel portionem feruentem pluries, & per manicam Hipp. feruidam illam aquam proijcere super cineres ibi positas, & collocatas vsq; quo cinis omnem saporem, & acrimoniam derelinquat; ex illa aqua possumus sal conficere in vase terreo cum dissipata fuerit lento igne: nam in fundo residebit tandem sal, cuius scrupulus exhibitus cum vnc. i. aqua, vel decocto prædicto mirifice extirpabit veneream luem, sudorem prouocans: poterimus etiam post quam aqua extracta fuerit à fęcibus, quæ relictę erunt in vase oleum extrahere maximo, & valido igne, & hoc oleum gummata, cancros, vlcera sordida, & phagedenica luis venereæ tollit. restat vt de aliis potentissimis remediis, quæ ex hydrargiro variis modis parato, & concinnato aliquid dicamus.

Decocta chymica parata.

Sal chymi...

Oleũ chymicum, & eius vires.

De hydrargyro.

Quoniam vsus hydrargiri, seu mercurii, seu argenti viui, quod idem est; tum per os; tum per externa maxime videtur aduersari lui venereæ, & eam omnino extirpare, non est recta huius remedii administratio omittenda, quinnimo præter iam dicta superius, sciendum, hydrargirum duplex esse vnum imperfectum, & impurum artificioso modo sophisticatum plumbo, quod dignoscitur: quia fędat nigro colore coclearia; aliud est pfectum, quod exportatur ab Hispania, & tingit aureo colore, si igni admoueatur; at partibus tum frigidis, tum calidis præditum est, admodum tamen crudis, & inconcoctis spiritibus: præparatur variis modis, & primo si cum succo limonum aceto, & sale nitri permisceatur diu, & agitetur, & per linteamina, vel per corium transcolletur, euadet purissimum, cuius g. iii. cum terebinthina, nuce muscata, gariophilo, & cinnamomo poterit confici pillula, quæ & per sudorem, & per aluum, & per vrinas gallicas materias expellit, & hac poterit patiens, vti saltem tribus vicibus in hebdomada, paratur etiam cum solo succo limonum, & terebinthina, atq; oleo gariofilorum, & in pillulas rediguntur: possumus etiã adipes, & axungias addere cum oleo gariofilorum, & vnguentum parare pro iuncturis inungendis: vt Rec. hydrargiri præparati, succo limonum vnc. i. axungiæ porcinæ, pinguedinis gallinæ an. vnc. iii. olei gariofilorum drach. ii. m. f. vnguentum, quo articuli, cubitorum, & genu, carpi, atq; pedum inunguntur: post inunctionem calidior, atq; vestimentis tectus maneat æger, qui postea per os saliualem humiditatem gallica lue infectam, & à toto corpore extrusam expellet; hoc tempore tenui vtatur dięta: paratur etiam ab artis peritis mercurius cum oleo salis ammoniaci fixi, quod subito mercurium resoluit in spiritum, seu liquorem, huius vsus est, & intra corpus & extra nodis, atq; partibus dolentibus impositus dissoluit nodositates, & dolores, vt Rec. spiritus prædicti mercurii drach. ii. pinguedinis gallinæ unc. i. m. f. inunctio, vel Rec. prædicti liquoris g. v. pulueris gariophilorum, cinnamomi an. drach. ſs. m. & fiat pillula, sumat altera die vnã; hæc sunt præstantiora remedia, quæ solent vsurpari pro lue venerea extirpanda, & hęc de vlceribus à lue gallica. Soleo etiam in grauissimis cruciatibus, & vigiliis bolum vel pilulam hanc exhibere ante decoctum: vt Rec. salsæ perillæ, ligni guaiaci, margaritarum præparat. flor. camomelli, iuæ an. scrup ſs. hydrargiri clarificati, & depurati succo limonum, & succo saluiæ gra. x m. cum decocto q. s. fiant boli duo, capiat vnũ pro vice singula: & illico superbibat vnc. viii. decocti ligni, salsæ, & chinæ, aut Rec. seminum papaueris albi, salsæ perillæ, seminum Hiperici, hidrargiri purificati an. scrup. ſs. cum decocto prædicto m. f. boli duo; aut Rec. hydrargiri puri, sulfuris viui floris, & vitrioli an. gr. v. salsæ perillæ, ligni sancti, an scrup. i. con succo saluiæ q. s. m. f. b. aut Rec. succi cicorii cond. hyperici an. drach. ſs. hidrargiri depurati, vitrioli romani, sulfuris viui depurati an. grana v. cum decocto ligni, &c. q. s. f. b.

Hydrargirũ duplex

1

2

Præparatur multipliciter.

Pilula.

Vnguentũ

Dieta in vsu hydrargiri. mercurius paratur cum oleo salis ammoniaci fixi

Vsus eius.

Pilulæ.

Inunctio hoc modo pariter tutissima, quã sæpę sępius adhibui summis cum laudibus, & ęgrorum emolumẽto Rec. argenti viui hispani vnc. v. abluatur ter decocto pectorali, & succo limonis: deinde Rec. ipsum depuratum: axungiæ suillæ, pinguedinis gallinæ, butiri loti prædicto decocto an. lib. ſs. olei viol. amigd. dulc. laurini an. vnc. i. ſs. theriacæ, nucis muscatæ, iuæ, betonicæ an. drach. ii. liquiritiæ, salsæ parillæ, ligni sancti, baccarum lauri an. drach. i. diu agitentur omnia, & misceantur, vt vnguentũ formetur: aliquando addere possumus drach. ii. sulfuris viui, & vitrioli Romani, dum maior exiccatio expe-

titur in humidis,& obesis corporibus: vngatur patiens quinquies, sexies, & pluribus vicibus aut continuo, aut interpoliatis vicibus ad ignē cubiculo ad orientem, primo pedes vsq; ad genua, secunda die genua, & bracchia, & manus, tertia spina dorsi vsq; ad regionē cordis, quarta iterum omnes partes, & quinta: verum semper primo decoctum ligni pote, & pro potu etiam cum vino, aut sine vino primis diebus: sit corpus vniuersum bis expurgatum, assumpseritq; per decem; 15. dies decoctum ligni accomodatū: post iniunctionem inungat linguam, & sub mento, & venas ingulares butyro, & oleo amygdalino dulci, vt per linguam, & venas illas facilè sputum egrediatur, & omnis humor malignus: sępe etiam iuscula pinguia ore teneat, vt dolor leniatur, viæq; magis reseratæ sint.

Post inunctiones decem dies indusium, ita infectum seruet omnesq; panos, deinde eos mutet, sorbeat liquida, & cōtusa, & oua sorbilia, aliquando ptisanam in iure: sorbeat pectorale decoctum, & aquam ligni sancti pro potu: transactis decem diebus vinum attemperatum his sumat: expuitio, & odor grauis triginta diebus perseuerat, plusq; minusue. dentes decocto pectorali, aqua hordei, pulueribus corallii, & masticis, & auro pro exigentia tueatur: tandem abluat aqua calida, vino calido cum saluia, roresmarino, ligno sancto, iua, betonica, omnes articuli bis, ter ue abluantur; vt argentum viuum abstergatur, restangatur, & articuli roborentur, & vigorētur: His omnibus peractis debet patiens etiam denuo per x.15. dies decoctum ligni assumere, vt omnes reliquię hydrargirii per sudorem expellantur, & interna viscera emundentur. Et pro expurgatione vniuersi tunc pilulæ coch. cum elleboro, & auro præbeātur: nam auri folium, aut aurum puluerizatum maxime conducit post hydrargiri vsum: Victus ratio ad plures menses sit ciborum optimi chimi, carnis auium, vituli, castrati, pulli gallinacei, & uinum sit medicatum ex ligno, & salsa: cauteria, & plura alia sunt per annum admouenda: à piscibus, caseo, carne suilla, itriis, laganis, aceto, & aliis abstineat.

Alij articulos non perungunt, sed partes intermedias quorum opinio non improbanda, sed cum sœpę articuli virulentis, & gallicis humoribus sint infecti, tunc necessario, tutoq; sunt inungendi: alii vinum potens semper exhibent, vt vis hydragiri refrangatur, uires custodiātur quorum sententiam non omnino probo; nam vinum nimis eleuat ad caput, visceraq; inurit, humores exagitat; sed pro viribus ætate, temperieq; ægrotantis attemperandum, aut abnegandum omnino, gracilibus, acribusq; humoribus refertis, humidis, crassis, viscidisq; parce concedendum.

Hæc volui pro iunioribus, & inexpertis dixisse: vt medicinam non empiricam, sed rationalem, tuto, iucunde, citoq; exerceant, & ægris emolumentum ferant.

De vlceribus pestilentibus, & malignis proprie. Cap. XIII.

Reperitur altera malignitas, quæ fere assimilis est veneno à totius substantiæ proprietate admodum aduersa, adeo vt succi in humano corpore infecti hac malignitate euadant non solū acres, sed admodum maligni, & aduersi, & producant vlcera varia; at si hæc malignitas erit particularis, & determinata, vti in vno ægrorante, vel paucis, quod ob prauam victus rationem, & prauum habitum gignant succos, ita malignos, vlcera maligna priuatim excitabit, at si à causa communi, & vulgari, vt à cibo potu, vel aere, vel contagio disseminato ortum ducat, maligna vlcera, & vulgaria aderunt, quæ plures homines in vna Ciuitate, & eodem tempore infestabunt: curatio eadem petit auxilia, & ex his patet etiam quomodo cognoscenda sint vlcera propria maligna, & pestilentialia: nam si à causis manifestis non potest tollit vlcus, deinde admodum velociter corrumpat (est enim hæc maligna, & non chronica) signum est adesse malignitatem proprie: vt si pestis erit adnexa, facilius hoc dignoscetur difficillime sanantur hæc vlcera: quia ferè à venenato succo oriuntur admodū velociter aduerso naturæ humanæ inducente, & putredinem male olentem, & corruptionem citissimam liuorem, nigredinem, fętorem, & alia, quæ à Galeno 6. de locis affectis in explorando veneno requiruntur.

Curatio. Curatio petenda est ab ijsdem met fontibus: nā vlcus suas indicationes præbet sœpius exaratas, malignitas verò hæc propria, quæ acuta est, & acutissima scilicet citissime suam vim deleteriam inurens expostulat bezaarticum, & alexipharmacum, quod à tota substantia, & proprietate formæ vim habeat expellendi, & superādi malignitatem illam quare in præsentia tantū erunt enumeranda pręsidia bezaartica. *Chirurgica.* De Chirurgicis nihil aliud dicendum nisi sectionem venæ aliquando posse administrari per cucurbitulas hirudines, & scarificationes pro sanguine euacuando, immo aliquando circa vlceratam partem sectiones, & scarificationes parantur, vt malignitas illa effluere valeat: aliquando etiam ferro candente inuruntur labia vlceris, vt si statur putredo illa, & omnino extirpetur humor malignus exiccatione illa ferri candentis, & tamdiu in vsu ferri candentis persistemus, vel sectionis, vel scarificationis, quosq; ad partem sanam deueniemus, sicuti solet cōtingere in gāgræna, & sphacelo.

Lenientia. Inter pharmaceutica euacuato vniuerso corpore, vel melle rosf. sol. vel cassia cum tamarindis, & puluere scordii, & deinde exhibitis syr. vel decoctis, quæ putredini, & malignitati resistunt, *Syrupi.* vt sunt decoctum plantaginis, pentaphylli, acetosæ, florum cordialium, dictamni, scordii, rutæ caprariæ, cicorei, sonchi additis syrupis ex acredine citri, ex succo arancii, limonis. tandem humores concocti citissime erunt euacuandi medicamento aliquo accommodatę: postea conseruæ, vel pulueres cordiales, *Alterantia.* vel electuaria, vel theriaca, vel conserua ex toto citro, & alia plura erunt administranda; sed hæc potius ad Medicum physicum attinent, quàm ad Chirurgum, qui circa externa medicamenta vlceri maligno applicanda versari debet, vti sunt repellentia, ne ad vlceratam partem fluāt maligni succi, concoquentia, detergentia, sarcotica, & epulotica quibus semper addere oportet aliquid bezaarticum, & à forma resistens, & agens. *Repellentia.* Inter repellentia decoctum pentaphyli sonchi acetosæ ros. rub. aceti ros. est vtile: *Concoquentia.* inter concoquentia Rec. terebinthinæ laricinæ lotæ decocto pentaphyli rutæ caprariæ, scorzoneræ vnc. i. olei ros. vnc. ss. pulueris scorzoneræ boli arm. an. vnc. ss. vitelli ouorum nu. ii. m. & fiat concoquens. *Detergentia.* Inter detergentia addere oportet theryacam, mithridatum, confectionem diahiacinthū, vt Rec. mellis ros. vnc. ii. theriacæ drach. i. boli arm. orient. specierum cord. temperatarum an. drach. ss. m. pro detersione. *Sarcotica.* Sarcoticis dum vti licet addantur vel pulueres radicis pentaphili scorzonere, boli arm. orient. terræ sigillatæ, specierum cord. temperatarum ossis de corde cerui. Rec. vnguenti de betonica vnc. ss. myrrhæ, thuris pulueris scordij dictamni an. drach. ss. m. cum oleo ros. q. s. reformetur vnguentum sarcoticum, *Epulotica.* epuloticis vero quæ maxime exiccantia sunt adiungere, licet pulueres prædictos bezaarticos, & corallia alba, & rubra, scordium, dictamnum, ossa de corde cerui, trochiscos de bolo armeno, de terra sigillata, de carabe veluti Rec. cerati barbari, ceroti isis an. vnc. ss. trochiscorum Pasionis, scordii, dictamni ossis de corde cerui an. drach. ss. olei myrthini q. s. reformetur ceratū. Hoc vnum scire oportet, vt semper adiungamus medicamentis concoquentibus, & detergentibus, & aliis, quę pluries descripta fuere præsertim in vlceros dysepulotos, & bezaartica, quæ recensita fuere; sed in concoquentibus mitiora, in detergentibus validiora, in sarcoticis mitia, in cicatrizantibus verò validissima: deinde super vlceratam partem propter medicamenta enarrata semper aliquod linimentum, vel vnguentum, vel ceratum superponere

ponere

ponere oportet, quod vim habeat, & roborandi ipsam partem, & venenatæ qualitati, & malignitati resistendi vt vngnenti de succis magistralis unc. j. specierum cordialium temperatarum radicis scorzoneræ, radicis pentaphili ossis de corde cerui, boliarm. orient ana unc. j. m. f. vngue ntum superponendum parti vlceratæ.

Victus ratio debet correspondere, vt sit tenuis potius, omniaque cibaria cōdita esse debent succis granatorum, Arancij, limonis, citri: deinde iuscula alterantur acetosa, pimpinella floribus cordialibus, & his similibus: caro sit vel vitulina, vel hædina pullorum auium. *Potus.* Vinum vel omnino abnegandum vel oligophorum exhibendum attemperatum aquis cordialibus vel potus sit aqua de cocta cum toto citro, acetosa, & succo granatorum dulcium, & accidorum vel Rec. aquæ hordei lib. j succi citri syrup. de granatis ana vnc. j. m. vel Rec. decocti florum, & fruc. cordialium clarificati lib. j. aceti rosati succi arancij ana unc. ß. m. pro potu, & hæc breuiter dicta sint de curatione Vlcerum Malignorum.

De Fistulis. Cap. XIIII.

Fistula appellatur vlcus cauum, & profundum atque angustum, modo callosum: modo non callosum, dicuntur etiam sinus, & cauitas alta & angusta, vt docet Galenus 2. ad Glauconem Celsus lib. 5. Albucasis lib. 2. c. 1. 88. adeo vt possit describi hoc modo: *Definitio.* Fistula est sinus, seu cauitas partis mollis humani corporis alta, & angusta callosa, vel non callosa facta ab acri, & corrodente copioso humore. Primo igitur cum fistula sit [vlcus], necessario est soluta vnitas cū de perditione substātiæ: deinde est (partis mollis) scilicet carnosæ ad differentiam solutæ vnitatis ossium; quatenus vero est alta, & angusta nēpe profunda, & stricta ad modum canalis distinguitur à ceteris vlceribus; vt plurimum callosa est, scilicet habet duram substātiam præsertim circa orificium; aliquando etiam absque callo reperitur præsertim dum recens est; fit sicuti ulcera reliqua ab humore acri, & corodente, & copioso, qui sensim, & sensim longum ductum corrodit; solet etiam oriri abscessus seu opostema, quo rupto, & abscisso remanet cauitas, & ob imbecillitatem partis affectæ recipientis, & impetum perennem humoris fluentis non perducitur ad cicatricem; sed remanet sinus, & cauitas profunda; *Qui vulnera in fistulam degenerāt.* non nunquam etiam vulnera profunda degenerant in fistulam: qui incipit fluxus humoris acris ruere ad partem vulneratam inualidam, & hoc pacto ex natura vulneris transmutatur in naturam vlceris fistulosi.

Differentia fistulæ. Plures sunt species seu differentiæ fistulę, seu vlceris fistulosi, & præsertim tres, suntquè a natura ipsius fistulæ à forma à materia, & à causa efficiente. *Prima.* à forma nuncupantur aliæ fistulæ simplices scilicet vnius sinus; aliæ complicatæ ex pluribus sinibus, & cauitatibus deinde habent, vel figuram rectam, vel tortuosam, vel non admodum sunt profunda, vel admodum profunda: *Secunda.* à materia vero seu à loco affecto oriuntur differentiæ plures, & particulares, & vniuersales: nam aliæ fistulæ tan tū carnem excauant, aliæ vsque ad os: aliæ vsque ad neruum: aliæ ad venas, & arterias: & aliæ has corrodunt partes: aliæ non; sed tantum ad has accedunt, & intactas relinquunt: *Tertia.* à causa efficiente vocantur aliæ biliosæ, quę à bile acri producuntur; aliæ melancholicæ quæ à melancolica, & nigra bile fiunt, aliæ pituitosæ quæ à salsa pituita originem trahunt: aliæ vero ab ichoribus corrodentibus excitantur: aliæ vniuersaliter: aliæ particulariter in determinata parte corporis enascuntur, vt in palato aliæ circa coxas: aliæ circa anum: aliæ circa pectus, circa abdomen, & quot sunt partes externæ humani corporis, tot possunt fistulę occupare.

Signa in genere. Has omnes differentias cognoscere oportet, & primo secundū genus, cognoscitur in genere primò oculis, & specillo, quando enim sinus admodum profundus, altus & angustus in specillo inuenitur, hic sinus est appellandus & vlcus fistulosum: *In specie a forma.* species vero distinctæ apparent & primo, quæ à forma oculis, tactu & specillo, si tortuosæ, vel rectæ si simplices, vel compositæ sint, atquè etiam ex copia maiori vel minori ipsius puris: maxima enim saniei abundātia nobis significat, vel plures sinus vel profundos & , etiam maximam copiam succi fluentis. *A loco affecto.* à loco affecto, si in carne est fistula, pus album potius apparet; si ad arterias & venas, sanguinolenta est sanies: si ad os fæculenta, & si corrosa esset vena, vel arteria sanguinolenta apparet sanies: si ad neruum, specillo immisso dolor percipitur: si ad os, vel illud est sanum, vel infectum: si sanum, specillo reperitur durum & renitens: si corruptum, leue, & molle humores producentes fistulam innotescunt ex colore ipsius puris, & *Ab efficiente.* calli: si bilis flaua erit, sanies, & callum à prædominio flauescit: gignitur enim sēper à materia crassa, & viscida, sed potest etiam annexam habere, & bilem, quæ colorem citrinum repræsentat: si pituita salsa; aderit potius alba sanies, & callus: si melancolica potius atra, & callus niger, vel liuidus: propterea dignoscuntur huiusmodi succi ex temperie, & habitu ipsius ægrotantis ex ante acta vita in sex rebus non naturalibus, tempore anni, & regione, & similibus in puerili ætate difficile ab humore melancolico oritur fistula, sed potius a salsa pituita, vel bile.

Propria in genere. Quo ad presagium; omnis fistula difficillimę curationis est; tum quia difficile labia vniuntur; tū quia medicamenta non possunt loca interna tangere; tum quia pus, & sanies difficile egrediuntur; adeo, vt non facile possint huiusmodi vlcera emundari, & ablui: *In specie.* in specie vero difficillime, & ægre curantur melancholicæ, & quæ in locis admodum excrementis scatentibus, vt circa anum, vel circa palatum superius in locis humidioribus, & intēperatutis humidis taliquè regione ægre sanantur.

Indicationes. Indicationes in fistulis eædē. quæ oriuntur in vlceribus sunt perpendendæ, tum curatiuæ: tum preseruatiuæ: tum vitales, & præter has adest indicatio a callo, *A Callo.* qui indicat sui ablationem, & cum durus sit oportet ipsum emollire; deinde exiccantibus adimere, quæ varia erunt: modo mitia, mediocria, & modo vehementiora pro vehementia, & ratione ipsius calli: & ab humore melancolicho genitus eget vehementibus corrodentibus, & mollientibus: semper enim emollire oportet, ne durior euadat, exiccantibus permiscere emollientia: tollitur etiam, vel ferro candenti, vel ferro incidente: indicationes ab vlcere, & ab humore fluente in medium non proponam: quia superius, & in curatione vlceris in genere descriptæ fuere; manifestum enim est solutam vnitatem curatiuam indicationē præbere, quæ est efficienda, & satisfacienda vnientibus, & exiccantibus; impedimenta vero, & excrementa, & fluxus humorum, tum in parte sinuosa, cum extra partem vlceratam prēseruatiuas indicationes ostendunt: tum reuellendi: tum euacuandi, tū concoquendi: tum detergendi, & per os, *Vitalis.* & per locum affectum, pars affecta vitales indicationes præmonstrat, vt eius temperies, & habitus conseruetur similibus, pariter eius compositio, & vnitas: his conseruatis facilius caro gignitur deperdita, & cauitas repletur, vniuntur labia, & cicatrix inducitur.

Curatio. Cura pro fistulis, vel respicit totum, vel partē fistulosam, & si totum, humores in vniuerso vitiosos, & mēbra eos gignentia respicit, si partem, oportet & repellere *Respicit.* humorem fluentem, & concoquere, & detergere: deinde carne implere atque cicatricem inducere, vel simile cicatrici, & omnia impedimenta remouere, scilicet callum, inflammationem, & fluxum humorum, & omnia alia symptomata, quæ manifeste sanationem fistulę retardare posse docet. Auic. loco citato lib. 4. fen. tract. 4. c. 5. egere semper summa exiccatione, & mundificatio-

G 2 ne

ne; nam cum ſinuoſa exulceratio a copioſo humore originem habet, conſpicuum eſt ſummã exiccationem, & mundificationem expoſcere, qua propter media, quibus conſequi fiſtularum ſanitatem valeat Chirurgus, petenda ſunt, tum a materiis chirurgicis, tum pharmateuticis, tum Diæteticis hæc enim ſunt media quibus finem, ſcilicet ſanitatem intendere poteſt.

Chirurg. Inter Chirurgica pręſidia ratione totius corporis. Primo ſecanda erit vena ſi ſanguis admodum peccet, vel copia, vel quanto, vel motu, & vires permittent, cucurbitulæ ſcarificatæ, hyrudines, & ſcarificationes crurum aliquando ſubrogãtur: euacuant.n. ſanguinem abſque virium iactura, & reuellunt, & aliunde diuertunt: Cauteria etiam aliquando vſurpantur modo brachijs inurenda, modo cruribus, vt continuo fluxum humorum alliciant, & euacuent, circa partem verò affectam, & fiſtuloſam, ſi callus adſit, oportet primo eum adimere, vel ferro candente, vel inciſorio.

Quo ad Pharmaca pariter alia reſpiciunt totum: alia partem fiſtuloſam: *Lenit.* pro toto lenire oportet aluum, vel medicamento in bolo, vt Recipe elect. lenit. Mannę anna drac. vj. ſi patiens erit habitus melancholici, ſi biliosi. Recipe floris caſſiæ no. ex. diaph. ſimp. anna drac. vj. m. & fiãt boli: ſi pituita redũdabit, habituſque pituitoſus ſit, ætaſque ſenilis. Recipe diacatolici vnc. j. Mannæ electæ vnc. ſs. m in potione vero pro melancolicis. Recipe mellis roſ. ſol. ſyr. de polip. comp. anna vnc. ij. ſs. decocti cord. flor. & fruct. q. s. m. & f. p. b. Pro biliosis, Recipe ſyr. roſ. ſol. vnc. v. ſeri caprini depurati q. s. m. & f. p. b. Pro Pituitoſis. Recipe mellis roſ. ſol. vnc. iij. diapheniconis drac. iij. decocti flor. & fruct. cord. q. s. m. & f. p. b. humoreſque in vniuerſo concoquãtur, & pręparentur *Syrup.* adhibitis ſyr. & dec. refrigerantibus, & humectantibus vti decocto Cicor. ſonci. Acetoſæ, Epaticæ, pinpinellæ, plantaginis pentafili hordei, & ſimilib. nec non etiam ſero caprino cum ſyr. viol. roſ. de endiuia, de ſucco acetoſæ, & his; melancolici aduſti concoquantur ſyrupis, & decoctis ex boragine, bugloſſa, lupulis, fumaria, agrimonia, Eupatorio, Ceterae epitimo, thymo, capillouen. polytrico, Meliſſa, vel ſyrupis de Boragine, bugloſſa, de cap. ven. de agrimonia, de pomis, de fumaria, & his: pituitoſi tandem concoquuntur cum ſalſi ſint ex permiſtione cicoraceorum, & calfacientium, vt decocta hyſſopi, betonicæ, ſtechados origani Calamenti meliſſæ cum cichoreis addito, vel mel. roſ. ſimpl. vel cum oxymelite, vel ſyr. de betonica, de ſtecade: concoctis in vniuerſo humoribus medicamenta eos expurgantia, & *Purg.* e corpore detrudentia erunt eligenda. Pro biliosis. Recipe ſyr. roſ. ſol. vnc. iij. elect. de ſucco roſ. dracm. iij. ſeri caprini depurati q. s. m. & f. p. b. vel. Recipe reubarbar. electi dracm. j. foliorũ ſenę, & epit. anna drac. ij. aniſorũ ſcr. j. fiat infuſio in ſero caprino q. s. vel in decocto florum, & fruct. cord. vel in iure alterato floribus cordialibus acetoſa endiuia, & facta diligenti expreſſione, & collatura adde ſyrup. roſ. ſolu. vnc. iij. mannæ electæ vnc. ſs. m. fiat potus. Pro pituita vero. Recipe pillularum cochiarum de agarico anna ſcrup. ij. m. ref. pillulæ; vel Recipe agarici trocis. dracm. j. polipodij quercini, turbit ana drac. ſs. gingiberis, ſalis gẽmę ana ſcr. ſs. fiat infuſio ĩ decocto betonicæ meliſſæ. q. s. & facta expreſſione, & collatura adde mellis roſa. ſolut. vnc. iiij. m. & f. p. b. in bolo vero. ℞. diacatoliconis vnc. j. diafin. dram. iij. & f. boli. Melancolia tandem expurgatur. Recipe ſyrup. de epit. meſue ſyrup. de polipodio anna vnc. j. ſs. dec. flor. & fruct. cord. q. s. m. & f. p. b. vel Recipe ſyr. de fumaria comp. vnc. iij. confectionis Amech dra. iij. iuris pulli alterati boragine bugloſſa, & meliſſa, q. s. m. f. p. b. Recipe ellebori nigri præparati dram. j. foliorum ſennæ epitimi anna dram. ij. ſs. cinamomi ſpicæ anna ſcru. ſs. fiat infuſio in decocto florum, & fruct. cord. q. s. & facta expreſſione, & collatura adde ſyr. de fumaria comp. vnc. iij. *Vſus.* mannæ electæ vnc. j. m. f. p. b. non ſolum hęc generica conſideranda ſunt, & quod agendum; ſed etiam recta eorum adminiſtratio perpendenda, nempe quantitas in maiori, vel minori doſi, & virtute ratione vehementiæ quantitatis humoris peccantis, & virium ægrotantis: *Quantitas.* nam ſi vires validæ ſint, humoreſque in maxima copia abundant, & ad fiſtulam fluant, oportet medicamenta vehementia adhibere, ſi è contra vires inualidæ ſint, & ætas ſenilis, vel puerilis, quãtum vehementiora purgantia non poteſt ſuſtinere, leuiora ſunt vſurpanda: qualitas *Quomodo* & modus medicamẽtorũ ſcilicet, vel in ſubſtãtia ſolida, vel fluida, vel calida, vel frigida, vel tepida, vel in difficili curatione, vel à conſuetudine, & more ægrotantis: nam alij maiori ſuauitate gaudent frigida, alij calida, alij aſſueti ſunt vti frigidis, alij calidis, & alij ſunt in regione calidiſſima, alij temperata, alij frigida lęduntur: præterea, quæ medicamẽta in ſolida forma exhibentur diutius morã trahunt in corpore, & vim ſuam impartiunt, & ſolent humores longinquius attrahere, e contra in potione adminiſtrata: *Quando.* quando vero ſint exhibenda, nempe quando adeſt indicans proprie, & prohibens deſideretur: ſi quando humores ſunt concocti, vel turgentes, vel in fluxu poſiti, aut in primis vijs fluitantes, locus per os vt plurimum exhibetur, ſed aliquando, *Vbi. Clyſteres.* & Clyſteres parantur ſolutiui accommodati humoribus, & compoſiti ex ſuperioribus medicamentis ſuperius enaratis, vt ſi pituitoſus humor debet euacuari. Recipe decocti florum camomillæ, anethi, ſeminum aniſorum feniculi, ſeminũ carthami lib. j. ſs. diaphiniconis vnc. ſs. mellis roſ. vnc ij. olei camomellini anethini anna vnc. j. ſs. ſalis p. m. verum quia in fiſtulis difficulter fluxus humorum coercetur; *Alterãtia* oportet iterum vniuerſum corpus expurgare, & tandem ad aliquid medicamentum, quod humores illos vitioſos euacuet et attemperet: pro ſalſa pituita erit decoctum, chinæ ſalſæ, & ligni Guaiaci nec non etiam aliquando aquæ Thermales: Pro bile ſerum caprinum depuratum, vel aqua B. Vrginis, vel Calderiana, Lucẽſis, vel ex Poreta: pro Melãcolia, ſuccus fumarię depuratus cum ſero caprino: his adminiſtratis pro vniuerſo tum ex purgato; tum corrigendo interne, externe ſunt medicamenta, vti ſtyllicidium capiti ſi gignat humorẽ pituitoſum, vel ventriculo, vel vtero ex aquis Thermalibus calidis, & exiccantibus, vel ex vino, vel ex decocto aliquo confecto ex herbis calfacientibus, e contra ſi Iecur calida intemperie humores bilioſos, & aduſtos gignat, ſtyllicidia, & epitemata paranda ſunt ex refrigerantibus, vti ex aquis prædictis, vel ex decocto endiuiæ boraginis ſonchi, & comarũ abſcintij: ſẽper enim principes partes oportet aliquo aſtringente medicamento roborare; vt earum natiuus calor conſeruetur, & foueatur: idcirco pro hæpate, & ventriculo additur abſinthium, vel mentha, pro Cerebro betonica ſtechas calamentum: ſunt deinde cerata proportione correſpondentia, fomenta, inunctiones, & alia, quæ valent corrigere intemperies membrorum; ſed de his hactenus; magis enim incumbendum eſt fiſtulæ, & parti affectæ, & primo duo ſunt remouenda impedimenta ſi adſunt, fluxus humorum intercipiendus defenſiuis aliàs deſcriptis, & repellentibus, vt oleo roſ. myrthino de cotoneis, vel linteis imbutis decocto lactucæ roſarum rub. foliorum rubi, balauſtiorum, gallarum immaturarum, & ſimilibus, vel vino nigro, & aceto, vel vnguento ſandalino roſato, vel vnguento Comittiſſæ cum bolo armeno, & albumine oui: callus remouetur, qui eſt aliud impedimẽtũ præter Chirurgicas materias iam dictas deco- *Ad remotionem calli.* cto coloquintidis, radicis cucumeris, aſinyni, radicis ebuli, gentianæ, dictamni, ſcordij: ſi erit pituitoſus, vel decocto epitimi, ſcordij ammoniaci cum vnguento Ægyptiaco, vel vnguento Apoſtolorum, vel ſquamma ęris; ſemper enim decoctũ, quod intus inſtillatur, & proijcitur clyſtere, ſeu ſyphone, debet correſpondere vnguentis; ſi callus verò reſtiterit melancolicus, radix ellebori nigri ſummopere opitulatur, & decoctum epitimi, polipodij.

podii, ellebori nigri, cuſcutę, ceterach ammoniaci not. n.
vt admodum exiccātia pro auferendo callo non admini
ſtrentur, quia magis callus induratur; ſed ſemper emol-
lientia primo ſunt proiicienda intro, vt diaquilon ſim-
plex, vel axungia, vel pinguedines, vel addēda eſt mal-
ua, & althæa; laudatur lac titymali terebinthina, radix
ſpondilii, vt ℞. radicis ſpondilii, de raſæ, æruginis an.
drach. x. armoniaci drach. ii. aceto diſſoluantur: lixiuiū
etiam è calce viua cum arſenico puluerizato, & præcipi-
tato callum demit, quo ablato oportet detergentia admo
uere, vt aqua mulſa, in qua ebullierit dictamus, & ſcor-
diū, uel decoctum erui, & lupinorū, & ligni guaiaci, vel
aqua mulſa: abſterſo vlcere quod dignoſcitur ex pauci-
tate puris, & bene olentis, caro inducenda eſt vel vnguē-
to iſidis, vel de tutia cum ſucco pimpinellę, virga aurea,
vel decocto centaurii minoris Ariſtolochiæ, mille folii,
hyperici cum ſucco apii, & vnguento de matre ſylua: vn-
guentum enim diſſoluendum eſt cum aliquo ſucco, vel
decocto, & ſyphone inſtillandum in ſinum: Circa orifi-
cia vero vlceris fiſtuloſi accommodatum eſt apponendū
pro carne ſimiliter generanda, vnguentū de tutia, vel
iſidis, vel de matre ſylua, vel de betonica, vel de ſucco
apii, & cera cum pulueribus incarnantibus, & quia caro
difficilè gignitur in internis partibus ob calorem imbe-
cillem, ſemper orificium anguſtum conſeruandum eſt,
ne diſſipetur calor, & etiam arcte, & ſtrictè liganda eſt
pars, tandem glutinantia adminiſtrari debent: inter quæ *Glutinantia.*
ſummam vtilitatem affert, aqua aluminoſa, & decoctū
ex foliis oliuarum, aloe, cortice ligni ſancti, & foliorum
perſici; adeſt etiam emplaſtrum barbarum, & giluum,
& oxilæum, quæ omnia diſſoluta proiiciuntur: extra etiā
ſpongia, & lintea imbuta in aqua aluminoſa, vel deco-
cto ex ſulphure, roſis, balauſtiis, myſi, calcitide.

Verum quia aliquando fiſtulæ curari nō poſſunt, nec
debent; primo non debent cicatrizari hæ fiſtulæ, quę an-
tiquæ fuere, & circa emunctoria, per quos locos humor
ſuperuacuus ſolet expurgari, & pręſeruat homines ab
aliis morbis in loco decliui: imo, qui tentarunt eas
claudere, in maximum periculū ægrotantes induxerūt:
alia verò ſunt incurabiles ſua natura ex Albuc. l. 2. c. 88.
quæ proueniunt ad magnas venas, arterias, vel neruos,
vel ad inteſtina veſicam, vertebras dorſi, ad iuncturas
manuum, vel pedum: quia hæ medicamenta commoda
non admittunt, & inualido calore partis exiſtente non
poſſunt ad ſanitatem perduci: aliæ aliquando curantur
cura ficta vocata ab Auic. ſimili ſanæ, vti quando licet
ſinus carne non ſit cōpletus, tamen circa orificium exter
num ſtudemus, vt caro gignatur, & cicatrix inducatur,
quod fit ad conſolationem ęgrotantis. imò aliquando ex
hac ficta curatione orta fuit perfecta ſanatio, ac glutina-
tio internarum partium; quoniam calor ex vnione magis
validus inſurgens potuit excrementa interna abſume-
re, & carnem gignere. ſed adhuc vnum animaduertendū
circa orificiū fiſtulæ ſi deorſum, relinquendum, ſin vero
non tentandū eſt inferiorem, & decliuiorem partē inci- *Not.*
dere. imò ſœpe ſœpius contingit tutius, & citius ſanari,
ſi ſenſim, & ſenſim tota cauernoſa pars incidatur, & ape-
riatur: quia tunc tēporis ſanies poteſt emundari, & pars,
exiccari, & medicamenta recte apponi, quæ omnia in fi-
ſtuloſis ſinibus difficillima ſunt, imò in cauernulis, &
ſinibus retortis retardatur ſanies, & colluies ſordida quę
eſt in cauſa tum febris lentæ, & lacticæ ſimilis hæcticæ,
& difficilis; curationis, & glutinationis, qua propter
conſulo, vt cito cum contingit fiſtuloſus ſinus, & retor-
tus, ſi periculum tangendi, vel neruos, vel arterias, vel
aliquā magnam venam non imminet, vt incidatur ſinus
ferro admodum acuto, & incidente, vt vulgo vocato
(Gambaut) vel aliquo alio per cannulam ferream, vel
æream, vel argenteam.

De Fiſtulis Ani. Cap. XV.

ANus dicitur illa pars corporis circa podicem
& inteſtinum rectum, per quem locum fęces *Anus quæ*
ſtercorariæ exeuut, quę quidem pars humori- *pars.*
bus, & excrementis ſcatere ſolet: tum quia laxa, tū quia
imbecillis, & decliuis: etiam natura ad decliuem locum,
& inualidum excrementa detrudit: idcirco etiam fiſtu-
læ, quæ oriuntur in hanc partē difficilè curantur, & ſępe
contingunt, imò tutius eſt, aliquādo eas apertas relinque
re, vt excrementa, quæ ab vniuerſo demandata ſunt, per
hanc ſedem expurgentur: verum ſi neceſſitas vrgeat ſa-
nandi oportet, & naturam ani fiſtulæ, & tempus, ortus,
& naturam ægrotantis diligenter expendere. Ani fiſtula *Defin.*
definitur vlcus ſinuoſum, & cauernoſum ani productū à
copioſo humore acri: per vlcus cauernoſum, & ſinuoſū
forma deſcribitur, & excluditur aliud genus vlceris, q
circa illam partem poſſet oriri in ſuperficie: quod tunc
vlcus ſimplex, non fiſtuloſum appellari meretur. Sinus
enim altus, & profundus, atq; anguſtus diſtinguit à cœ-
teris vlceribus: fiſtula ani, dictum fuit, vt diſtinguatur à *Subiectū.*
fiſtulis ceterarū partium, & per anum intelligēdū ſolum
inteſtinum rectum (aliquādo enim perforatur inteſtinū)
ſed illud ſpatium muſculorum inter inteſtinum rectum
& os ſacrum: adſunt enim circa foramē ani muſculi, qui
claudunt, & aſtringunt illud foramen, ne ſtercus egredia
tur niſi voluntate hominis, qui muſculi ſi lędūtur, vel re
ſolutione, & paralyſi afficiantur, non valent claudere, &
tunc fœces deijciuntur ſponte abſq; voluntate; imò in
uito homine. efficiēs cauſa immediata fiſtulæ eſt humo- *Efficiens.*
non ſolum copioſus ſed acris: debet enim corrodere acre
dine, & acrimonia ſua, & copia, ſinum profundum, & lō
gum occupare, qui quidem humor quadruplex poteſt
eſſe, velblioſus, vel melancolicus, atrabilaris, vel pitui-
ta ſalſa, vel ichor: adſunt pręter hæc lues gallica, vel ex ve
nereo aliquo contagio infectio poſt abſceſſum, vel vul-
nus antiquum.

Differentiæ fiſtulæ ani à tribus, vt ſępius dictum fuit
hauriuntur, à forma vlceris, à loco affecto ſcilicet ano, & *Differentiæ à for-*
à cauſa efficiente ſcilicet humore: à forma poterunt con- *ma.*
tingere aliæ minus profundæ, aliæ ſimplices, & aliæ com
poſitæ ex pluribus ſinibus: aliæ rectæ: aliæ tortuoſę: aliæ
magnæ, aliæ paruæ: deinde à parte læſa. Aliæ occupant *A subiecto*
partem illam inter anum, & os ſacrū, & alię etiā perforāt
inteſtinum rectum, & aliæ dextrum, & aliæ ſiniſtrū, &
vnā, & plures partes tentant. Tertio ab humore dicuntur *Ab efficiēte.*
à bilioſo ſucco productæ; aliæ à ſalſa pituita: aliæ à me-
lancolia aduſta: aliæ ab ichoribus, vel pituitoſis ſalſis,
vel melancolicis, vel bilioſis; aliæ ſunt permixtæ ex plu-
ribus humoribus veluti ex pituita, & bile, vel melanco-
lia, vel ichoribus.

Quas omnes differentias, & genera cognoſcere, & de-
prehēdere oportet: primo vero generice, an ſit fiſtula, vel *Signa in*
ne deprehenditur, ſi appareat ſinus profundus, altus, & *genere.*
anguſtus, calloſus vel non, & id ſpecillo, & tenta digno-
ſcitur: deinde ex copioſo pure; nam ſi copia apparet, ne-
ceſſario vlcus magnum, & profundum adeſſe debet: in
ſpecie deprehenditur facile; quo ad formam oculis, & *In ſpecie.*
ſpecillo dignoſcitur an vna, vel plures, ac recta, vel obli- *Signa formæ.*
qua an magna, vel parua: pariter ſedes affecta dextra, vel
ſiniſtra, & ſi inteſtinū rectū, ſanies per anū egrediatur, & *Sedis.*
ſtercus per vlcus, & fœtor maxime pſentitur, & ablutio-
nes, & clyſteres hinc inde perfluant, ſpecillo etiā locus pa
tet pforatus: deprehēdimus humores, tū ex habitu corpo *Humorū.*
ris, & tēperatura ægrotantis; tum ex mala victus ratione
vſurpata dignoſcuntur ſed maxime, & immediate ex pu
ris colore, ſubſtantia, qualitatibus, fætore: nam ſi pituita,
ſalſa origo fuit fiſtulæ, copioſa, & viſcida erit ſanies atq;
albicans, ſi melancolia, aderit craſſa, & nigra, vel ſubpal-
lida, ſi bilis, citrina, & minus copioſa: ſi ichor, tenuior e-

rit, & aquosior; permisti humores ex permistione saniei manifesti euadunt.

Quo ad Præsagium, solet vt plurimum Ani fistula incurabilis esse: imo aperta homines ab imminentibus periculis immunes cōseruat, & præsertim antiqua, in sene, in corpore referto prauis succis, & dedito prauæ victus rationi: at si recens erit, et parum profunda, in corpore non multis succis redundante, poterit sanari, multum interest tempus ortus fistulæ dignoscere, an recens, vel antiqua sit: deinde naturam, & habitum ægrotantis examinari, nec non res non naturales: an temperies sit calida & humida, vel calida, & sicca, vel habitus sit gracilis carnosus, vel pinguis scateat prauis superfluitatibus multis an paucis: an cibis, & potionibus malis sit deditus: an copiose, vel parce edat, & bibat; in aere degat salubri, vel insalubri, puro, vel impuro, in otio, vel in labore viuat, in exercitatione, animi trāquillitate, vel curis, & studijs fruatur: nā sicuti fistula in corpore temperatura sicca contingens, habitu gracili & tēperato, in ætate florente, aere puro, facile sanabitur, sic e contra in corpore succis vitiosis abundante, aere humido, & regione simili difficile sanabitur: neque debet medicus incumbere sanationi, quoniam sæpe sæpius intro succis clausis morbi lęthales excitantur.

Indicationes. At si sanabilis videtur fistula, indicationes haurire oportet eas genericas, & specificas, quæ supra recitatæ fuere, nempe, & a causa efficiēte, scilicet humore, & à loco affecto, & à soluta vnitate; demū impedimenta ēt indicant sui restaurationem, ut callus: qua pp materiæ remediorū sunt excogitādę, q̄ has oēs indicationes explere valeant: hoc vnū tamē est animaduertendum in fistula ani, vt omnia vehementiora sint adhibenda, & magis exiccantia, quoniam locus multis scatet humoribus, & omnium recrementorum sentina videtur.

Chirurgic. Præsidia Chirurgica aut generica, & naturalia sunt totum vniuersum corpus respiciētia, aut particularia, & topica, scilicet partem affectam: inter vniuersalia reponatur sectio venæ, scarificatio crurum, cucurbitularū vsus, hyrudinum applicatio, quę omnia sanguinem euacuant, & reuellunt, si opus erit: deinde sunt cauteria affigenda gratia præseruationis, & reuulsionis succi fluentis ad Anum; nam si a capite impetum haberet humor, brachiis sunt inurenda cauteria, & quæ euacuant materiam fluentem, & diuertunt.

Inter topica duo sunt, vel incisio syringa cum ferro nēpe aculeato, & incidente, præsertim si circa orificium Ani aderit hæc fistula, & incisione solet facile sanari, vel aliquando fit incisio non ferro, sed filo serico rubro, quo ligatur fistula, præsertim si admodum pertingat, & sensim, & sensim illud filum incidit interseptum.

Pharmaceutica. Inter materias pharmaceuticas pariter, alię sunt vniuersales, quę humores in vniuerso alterant, aut euacuant de quibus supra fusius actum est: aliæ sunt particulares, & de his in præsentia dicimus: præter ea, quæ iam antea *Ad callū.* adnotata fuere, & primo callus remouendus est incisione, si possibile est, sin vero saltem ablutione facta per Clysterem, e flore æris: Myrrha, lycio, & vino, aut rad. elleb. nig. aut decocto aristol. rad. cucum asinini, aut rad. gentianæ: ablato callo administranda sunt concoquentia: deinde abstersiua, tertio sarcotica, & quinto cicatrizantia: sed potissimum in abstergentibus, & cicatrizanti*Abstergentia.*bus est studium adhibendum. Abstergitur aqua muria simp. vel cum melle, vel dec. lupin. scordii, camedrios, camepitios, vel decocto gentianę Aristolochiæ centauri, maioris, vel min. rad. cucum. asinini, addere oportet, uel mel. simp. vel rosas: si uero ualidiora desiderantur, addatur, vel cinis tithimali, uel ostreorum: abstersa fistula im*Sarcotica.*minutoque pure sarcotica sunt administranda tam intus quam extra, quemadmodum semper obseruandum est, vt medicamenta quæ intus per cauernā proiciuntur, extra etiam eandem virtutem cōmunicent tum circa foramen fistulę, cum circa superpositam partem, vt undique pars affecta auxilium capiat, idcirco pro carne gignenda & medicamentum ex Matre sylua, ex betonica sunt dissoluenda cum decocto betonicę, & matris syluę, & per clysterem dimittendum, uel puluis ēt ex diaphrige thure, aloe cū decocto iuæ camedriorū camepiteos, mille folii, hyperici. carne genita, vel saltem imminuta cauitate citiusq; relinquitur in locis foramē q̄ est claudendū: nā sæpe callus vnitus, & auctus potest carnem gignere, & *Cicatrizantia.* ad cicatricem inducere. Extra medicamenta cicatrizantia, & intus etiam sunt usurpanda, uti decoctū gallæ immaturæ, calcitidis mille folii, corticum granatorum. Extra ceratum isis, vel barbari, uel puluis dictamni, & scordii, aloes: sunt etiam insessiones parandæ, ut diutius æger in aqua Thermali sedeat, ut salsa maris, uel aqua Theturtii, vel Sancti Cassiani; uel Aponensi, quæ quidem aquę thermales etiam intus administratæ abstergunt, & exiccant: extra etiam vim habent exiccandi, et cicatrizandi si in prōptu non aderint huiusmodi aquę, poterimus parare ex arte decoctū ex sulphure, sale, alumine, balaustiis, plantagine cortice granatorū gallis immaturis: his administratis Conuenit recta victus ratio tenuis, exiccans, *Victus.* imo aliquando summopere auxilabitur non solū uictus ratio, quæ solet administrari pro lue Gallica extirpanda, seu vsus decocti ligni Guaiaci, ex uino medicato ex ligno Guaiaco betonica, rore maritimo ligno iuniperi, & huiusmodi, quæ uim habent euacuandi uniuersū corpus ab humoribus copiosis in habitu vniuerso, parantur etiam aliquando puluis usurpādus super ferculis ex baccis iuniperi calamo aromat. rosis, sandalis, & hæc de Vlcere Ani fistuloso, plura sunt petęnda ex curatione fistulę in genere.

De Vlcere in Vretra. Cap. XVI.

SÆpe sepius cōtingit ulcus in sinu seu uretra penis, quod ut plurimū solet cōtingere, & in gonorrhea gallica acri, & mordaci, & in ardore urinæ, uel alia stranguriosa passione: nam cum humor aliquis acris, & mordax, uel per urinam transmittatur, uel semen per uasa seminalia, facile potest sinū priapi exulcerare, quod ulcus nihil aliud erit, quam soluta unitas fistulosi sinus priapi cum deperditione substantiæ à causa aliqua corro*Definitio vlceris in vretra.*dente, & acri; unitas soluta morbus est partis similaris, & dissimilaris, nec non cum imminuta substantia, & deformatione: nam deperditio substantię est morbus in mala compositione: adeo at ulcus fit compositum ex morbo in soluta unitate, & mala compositione: distinguitur a ceteris ulceribus propter determinatam partem nempe fistulosum sinum, & meatum priapi, humor uero efficiēs & producens ulcus ipsum, multiplex est tum internus tū externus Internus præcipue est semen inuoluntarie e*Efficiens*missum in gonorrhea, quod solet sæpè lue gallica esse affectum, & uirulenta qualitate, uel simplici acrimonia, et permistione bilis, uel salsæ pituitæ præditum, & dum a renibus colliquatur, & per uasa seminalia ad testes defertur, & ab his per uasa eiaculatiua ad prostratas, & deinde ad parastatas, tandem per meatum penis egrediens ui exulcerante præditus corrodit internam membranā, eam abradit, & ulcus inducit: semper enim solet huiusmodi meatus a natura emolliri, & leniri a glutinoso humore seminali, quod a glādulosis corporibus eiaculatur sensim, & sensim, ne ab acrimonia urinæ partes penis offendantur: præterea, uel est humor cum urina transmissus acris, & mordax, bilis nempe, & salsa pituita, uel humor attrabilaris, qui uel symptomatice a natura, uel critice expellitur per urinam, & permeans per hæc loca ipsa corrodit; aliquando etiam pus genitum a uesica, uel a renibus; aliquando lapis, & arenulæ hoc efficere ualent. Externa causa sunt medicamenta acria intromissa, vel vapor aliquis, vel uirulentus, vel humor in coitu cum muliere infecta imbibitus, hę sunt omnes cau-

sæ,

sæ, quę valent vlcus in pene excitare.

Differentia. Differentię,& species huius vlceris partim a loco affecto,partim à soluta vnitate,& partim à causa efficiēte de promendæ sunt. A soluta vnitate nempe à forma vlceris erit vlcus magnum,vel paruum,profundum,vel in superficie,rotundum,vel inæquale; A parte affecta, vel in principio penis,vel in medio,vel in fine,vel ad vnam,vel ad alteram partem attingens. A causis vero tot erunt species,quot sunt causę enarratæ: *Cicatrizantia.* Differentię vero à simptomatibus annexis,& superuenientibus accidentales sunt, veluti si cum vlcere adsit tumor,vel inflammatio,vel dolor,vel alia huiusmodi.

Signa in genere. Signa tum generica tum specifica huius vlceris manifesta se produnt, & primo in genere, primo dignoscitur an vlcus sit:quia exeunt excrementa saniosa ante vrinā, & primo pusq; apparet,vel sanies,cum aliqua doloris specie in mictu, vel seminis missione:nam sicōmixtum pus cum vrina conspiceretur, vt docet Hip. & Gal. de locis affectis signū esset vlcus potius in vesica, vel vreteribus, vel renibus vigere,vt in hoc transitu permisceretur cum vrina; *Victus.* at cum est in pene primo egredi debet pus,quam vrina.

Signa in specie. Differentiæ cognoscūtur primo formales dum magnū est vlcus maxima copia est puris,magnus est dolor, & magnam partem occupat; si paruum pauca excrementa apparent,& tactu deprehēditur,& stylo hac,vel illa parte excitatum sit vlcus:differentiæ etiam à causis efficientibus elucescunt;nā si oritur à gonorrhea, & semine manifeste oportet primo gonorrheam fluxisse,& fluere acrē & mordacem, vel virulentam, & gallicam; si æger luis gallicæ signis affectus fuerit,vel gonorrhea nimis rebellis,difficilis curationis atri coloris atque admodum fœtidi,at de signis luis venereæ alibi dictum fuit, & de suspitione infecti seminis,veluti si dolor articularis,vel defluuium capillorum,vel caries,vel bubo,vel maculæ, & pustulæ,in aliqua parte corporis,vel fissuræ volę manuum, vel pedum præstarent,bilis vero signa, vel pituitæ salsæ, vel atræ bilis manifesta erunt ex colore,substantia excrementorū,quæ euacuantur per penem,ex habitu,& temperie ægrotantis, ex ardore vrinæ prægresso, ex morbo præterito,qui fuerit indicatus per vrinam, & stranguriosas affectiones: etiā externæ causæ non facile ignorantur *Definitio vlceris in vrotra:* an iniectum fuerit aliquod medicamentum per syphonem acrimonia præditum, vel cum muliere infecta consuetudo habita fuerit,nec non ex defectu aliorum signorum internorum.

Prognostica. Sicuti vlcus omne non facilis est curationis, eo magis hoc,quod non sensibus patet; sed internum ferè est, & potest à causis internis foueri, & necessario quotidie per eum locum excrementum naturale expellitur nempe vrina;eget enim vlcus quiete non motu,si ad sanitatem redigi debet:difficillime curabitur *Efficiens* Vlcus a gonorrhea gallica,&ab atrabile:facilius à reliquis causis:difficilius magnum,& profundum,facilius in superficie,& exiguū;difficilius in senibus,& inualidis; facilius in robustis,& Iuuenibus.

Indicationes. Indicationes, & scopi pro curando hoc vlcere sanè a tribus illis causis ortum ducunt, à forma vlceris, a parte effecta, & a causa efficiente: omitto symptomata,quæ cō comitari solent,sed cum pluries sint enarratæ huiusmodi indicationes;indicata,& indicantia,quæ ab vlcere expetuntur, non est in his recensendis amplius tempus conterendum: quoniam ratione humoris fluentis oportet inhibere,ne fluat reuellentibus intercipientibus, & repellentibus;ratione fluxi cum in qualibet concoctione duo excrementa gignantur tenuia, & crassa, oportet ipsa concoquere,& ad pus perfectum redigere; deinde detergere,& emundare,quibus impedimentis ablatis oritur indicatio carnē gignendi, quia imminuta erat, & morbum in mala compositione auferre cum carnis generatione,& additione: tandem repleta cauitate carne cicatricem inducere oportet, & solutam vnitatem vnire cicatrizantibus,& vnientibus, quę exiccantia sunt:a parte vero affecta oritur indicatio conseruandi secundum temperiem,compositionem,& vnitatem naturalē, quæ quidem debet appellari indicatio vitalis,sicuti a soluta vnitate illa dicitur curatiua,& præseruatiua, illa quæ ab humoribus, & excrementis hauritur. præsidiorum materiæ quæ hoc vlcus in genere, & specie spectare dicunt tū Chirurgicæ tum pharmaceuticæ,& Diæteticæ euadunt.

Chirurgicæ, vel respiciunt totum vniuersum corpus, vel particulam affectam vlcere,unde primo si aderit aliqua magna affecto in sanguine,uel secūdū quātitatē, vel *Curatio.* qualitatē,uel motū excedēs aut imminute nocēs, aut fouēs principalem cām,veluti si sanguis nimis biliosus, vel calidus,sit in causa vlceris,vel foueatcaliditatē iecoris,et renum,aut bilem,aut humorem adustum,aut alias causas, necesse erit vt vena secetur, dū vires permittant, quātitas, vero & quando, & vbi,& quomodo ex dictis toties iam patent; nam in Iuuene ætate florente, Veris tempore vena brachij dextri secanda erit, & sanguis in maxima copia mittendus, verum si sanguis non ita vehementer infestabit,mitiora sunt vsurpanda remedia,cucurbitulæ scarificatæ,hyrudines,& crurum scarificatio,frictiones etiam supernarum partium erunt moliendæ,vt succi reuellantur; circa quam affectam partem Chirurgicum præsidium poterit administrari ueluti si ulcusmalignum foret,tum ferro candente inurendum, uel si caro supercresceret abscindenda, vel si lapis adesset in virga extrahendus ferreis instrumentis.

Pharmaceuticæ materiæ plures erunt tum vniuersales tum particulares,& primo uniuersales multiplices etiam erunt pro vt respiciunt diuersas causas: nam si vlcus penis originem ducat a gonorrhea curanda erit: quia hæc *Lenientia* fouet continuo vlcus e. g. subducenda erit aluus primo, uel melle rof. sol. vel cassia,cum tamarindis,uel Clyster iniјciendus erit cum decocto communi additis iiij. seminibus frigidis,& cassia:deinde succi erunt concoquendi *Syrupi.* decoctis cicoreaceis,cum boragine acetosa,endiuia,plantagine,cum syr. uiol. & syr. ros. demum concoctos succos medicari oportet solutiuo medicamēto vt Rec. reubarbari electi,agarici trocisçati ana drac. j. prunorum damascenorum drac. ij. fiat infusio S.A. in decocto hordei, *Purgantia* vel sero caprino q.s.facta diligenti expressione adde mellis ros. sol. vnc. iij. Diasebesten lenit unc. ß. m. & fiat p. b. vel Rx. diaprunis simp. Diasebesten lenit. an. unc. ij. mirabolanorum citrinorum drac. ß. m. & fiāt boli: si uero gonorrhæa gallica erit;tūc extirpanda uenit Alexipharmacis decocto ligni sancti,salsæ,Chinæ,& huiusmo *Alexipharma.* di, serum caprinum etiam depuratum non inutile erit: nec non aquæ Thermales Lucenses,uel Ficūcellæ,uel B. Virginis Patauinæ,uel Calderanæ: deinde adsunt conseruæ ex sacchararo rof. antiquo,ex cicoreo, Acetosa, boragine, ex plantagine cum miua citoneorum, cum trocistis Alcachengi,de Carabe; extra etiam inunctiones aliquando parantur cum unguento ros & sandalino cum infrigidante Gal. aliquando etiam sola posca, scilicet aqua,& aceto,uel aqua ros. cum aceto ros. uel succo arancij,uel citri,uel limonis sat est: circa locum affectum primo inhibenda erit inflammatio,& fluxus humorum refrigerantibus,& impellentibus,uti oleo ros. uel cidoniorum,uel aqua rosata,& aceto,uel uino nigro oligophoro alterato rosis,plantagine. Intus primo ulcus quia in- *Detergentia.* ternum erit statim detergendum cum aqua hordei, & melle ros. uel sero caprino cum melle ros.deinde concoquentibus uti licet, uel iniectis per Clysterem, uel tenta *Concoquētia.* immissa,& linita ueluti Rec.digesti vi com.unc.ß. aquę hordei,& plantaginis ana lib.ß. m. fiat clyster, uel Rec. digestiui com. quo illiniatur tenta,& intromittatur: deinde denno detergētibus utatur nēpe,uel syr. ros.uel mel. ros.vel aliis cū aqua hordei,uel plātaginis,uel dec. hordei,plantaginis ros.rubearum: deterso tandem ulcere sarcotica usurpantur,ut unguentum de Betonica, uel de *Sarcotica.* Matre silua,uel pulueres cum decocto hypericonis, matris

tris siluæ, betonicæ, tandem cicatrix inducatur hoc collirio. ℞. aquæ ros. vel plantaginis an. vnc. iiij. sacchari candidi vnc. j. ceræ, argenti spumæ, aluminis rocchæ an. drach. j. ß. camphuræ scrup. ß m. fiat collirium f. art. non inutile est vnguentum Apostolorum, & ægyptiacũ, diapalma etiam cum cerato de cerussa; hæc omnia cicatricem inducunt, quæ si administrari non possunt saltem decocta apparantur, & per syphonem immittuntur, vt ℞. seri caprini calybeati, in quo ebullierint, balaustia, rosæ siccæ, plantagines, & cortices granatorum, cũ quo decocto aliquando adiungimus pulueres cicatrizantes. verum quia ratione loci medicamenta intromissa difficilius manent, externa etiam eodem tempore fouenda est pars affecta medicamentis eisdem scopis satisfacientibus.

Cicatrizantia.

Victus. Victus ratio his omnibus correspondeat, & varia erit pro varietate causarum, & temporum vlceris: abstineat semper à nimis calidis, acribus, & salsis, & amaris à vinoq; potenti, vtatur prunis damascenis, ptissana, hordeacea, aqua hordei, saccharata, & similibus.

De Vlcere vesicæ. Cap. XVII.

Cum vesicæ vlcus ferè eisdem remediis curetur, nihil dicendum venit, nisi vlcus vesicæ, vel occupare ipsum collum vesicæ carnosum cum quo sæpe adest etiam tumor, vel carnosus, vel sanguineus, vel pituitosus inhibens transitum vrinæ; & hi tumores vocantur vulgo carnositas, quæ proprio tractatu de tumoribus erit expendenda: quia oportet omnino tumorem ipsum adimere, vel carnem remouere mitioribus excedentibus; at si vlcus occupauerit membranosas partes, & exangues ipsius vesicæ; incurabile euadit. vesica enim spermatica pars est, & calore imbecillis, nequit deperditam substantiam generare, vsurpantur tamen eadem remedia, quæ in vlcere penis enarrata fuere, tum vniuersalia, tum particularia, & Chirurgica, & Pharmaceutica, & Diœtetica, sed etiam præter iam dicta sectiones administratur, & aquæ thermales, fomenta, & emplastra, vt possimus internum vlcus his externis applicitis facilius sanare; & hæc de vlceribus.

EXPOSITIONES SVPER LIBRI QVARTI
Fen. tertiæ, Tractatum primum.

De Apostematibus, & Pustulis. Cap. I.



De apostematibus, & de speciebus eorũ iam loquuti fuimus in lib. 1. Auic. in hoc c. tria supponit explicanda, in prima parte asserit se in primo libro de apostematibus, de speciebus eorum, & curis in generali tractasse; in secunda statuit de apostematibus calidis agere, & in tertia. primo cum duæ sint species calidorum apostematum, nempe à sanguine, vel à bile, de his speciebus sigillatim, & speciatim pertractat: nomen apostematis & abscessus aliquando vsurpatur pro eodem tumore in generali, vt in hoc capite, vt apostemata, abscessus, pustula, tumor, & aucta magnitudo aliquando in idẽ veniant, in primo libro generatim docuit tumorem esse vitiosum sanguinem præter naturam productum à materia replẽte in aliqua parte humani corporis, quæ magnitudo aucta, & vnctuosa modo lędit actionem ipsius partis, & tunc sumit nomen morbi; modo non lædit immediate, sed habet rationem symptomatis: hæc est natura, quæ sẽper adhæret tumori præter naturã aliquando, & annexã habet intemperiem, & etiam dolorem, infert solutionẽ continui, figuram vitiatam, & malam conformationem; vt morbus mixtus semper appareat in mala compositione, & intemperie. causa efficiens est substantia admodũ replens, quæ quidem cum multiplex sit, vt quilibet humor corporis, quilibet ichor, flatus, & res omnino à toto genere p.n. vt sanies, pus, & res externæ, vt pila plumbea, sagitta, & huiusmodi; hinc etiam, & à forma, & à loco affecto, & à causa efficiente variæ, & multiplices differentiæ emergunt. forma tumoris modo est alta, modo depressa, modo stricta, modo lata, modo circularis, modo magna, modo parua, rõne partis prout est interna, vel externa. licet potissimũ de externis tumorib. agere sit Chirurgi opus. ab efficiente oritur tumor sanguineus, biliosus, pituitosus, melãcholicus, vel ichorosus, flatulẽtus, sarcologicus, saniosus, & à spiculo, vel plumbea pila, & huiusmodi: deinde, vel sunt sinceri, vel permixti simul, & quilibet etiam in plures alias species subdiuiditur: sanguineus plures habet species, biliosus similiter, & alij de quibus sigillatim in proprio capitulo: in hoc c. de sanguineis, & biliosis tanquam de duabus speciebus calidorum

Nomen apostematis.

Tumor quid.

Efficiens.

Differẽtia forma.

A parte ab efficiente.

tumorum præcipuis agit: cura vniuersalis sumitur ab indicationibus, & hæ à natura ipsius tumoris nempe à forma loco affecto causa efficiente: oportet etiam ratione humoris fluentis ipsum reuellere, humorem alterare, & concoquere, & concoctum euacuare, ratione partis, & visceris generantis ipsum humorẽ, ipsum viscus, & mẽbrum corrigere prout fluit, & prope est loco affecto, ille humor repercutiens indicat, humor iam fluxus indicat sui resolutionem, concoctionem, forma tumoris, vt omnino auferatur, quæ aufertur ablatione causæ: intẽperies si adest alterans contrarium exposcit, & natura partis, vt custodiatur secundum temperiem compositionẽ, & vnitatem naturalem, pluraq; vniuersalia remedia pro exequendis huiusmodi indicationib. tũ Chirurgica, tum Pharmaceutica, & diœtetica exposcit in genere, de quibus ne fiat inanis repetitio, non est amplius agendum eo magis, cum in tract. particulari, & curanda singula specie abũde sermo habitus sit. his in genere expositis quasi recolligens, quæ Auic tractauit, vt inquit in primo libro tempus est, vt ad particularẽ tract. in specie deueniamus inquit in hoc autem loco *loquemur de eis sermonem particularẽ. Dico quod omne apostema, & pustula calida, aut est à sanguine, aut à cholera*; loquitur de apostematibus calidis in specie; non autem frigida, de quibus postea apostemata verò calida alia fiunt à sanguine, & alia à bile: quia non reperitur in humano corpore alius humor, qui in respectu, & à prædominio actu calidus sit, nisi sanguis, & bilis. hauri igitur species à causa efficiẽte tanquam vtiliores Chirurgo, & magis accommodatas curationi, omne enim studium applicandum est causæ efficienti, & qui est à sanguine laudabili secundũ qualitatem primam, aut à sanguine malo, & vitioso, qui recedit à statu naturali ipsius sanguinis si tumor fit à sanguine laudabili, aut ille sanguis est grossus licet mediocriter crassus, & fluit in nimia copia, vel attractus, vel impulsus ad locum, qui incipit inflammatione corripi, & fit species tumoris qui appellatur phlegmon, & inflãmatio occupans scilicet carnẽ, & cutim simul, & pulsationem patiens, aut est à sanguine subtili, & fit etiam phlegmon, & inflammatio occupans non carnem, sed cutim solam, neque habet pulsationem, sed spinam idest pun-

Indicationes.

Duo varis à sanguine dabili.

punctionem. sanguis enim subtilis magis penetrat, & aliquam acrimoniam obtinet, color tamen est ruber. hę sunt duæ species quæ fiunt à sanguine laudabili, aut crasso, aut tenui tanquam à causa antecedente: nam cũ fluxus est in parte, & in maiori copia quam decet aquirit calorem aliquem aut alterationem tantum, aut putredinalẽ calorem de quibus apostematibus etiam Gal. 2. ad Glauc. c. primo de tumoribus c. ix.

Sanguis malus quotuplex.

à sangine vero malo, & vitioso, qui vel malus est quia gignitur à calidiori iecore, vel quia ab aliquo morbo antecedente, vt à feb. ardente, vel alia febre vitiũ aliquod contraxerit, pariter duæ principales oriuntur species, vel à sanguine malo crasso, & combusto, & fit ignis persicus, erysipelas cum crusta, & combustione, & dicitur Carbo vel absque crusta, & dicitur carbo non crustosus:

Carbonis.

sanguis enim tunc non solum crassitie sed colore, & adustione est vitiatus. à subtili malo fit phlegmon, qui declinat ad erysipela, nam cum sit subtilis, & tenuis portio ipsius sãguinis atque mala, calidior euadit, & naturã bilis sapit, & oritur erysipellas phlegmonodes accedens ad naturam bilis, & quo maior erit caliditas ipsius sanguinis subtilis, tenuitas, & copia modo magis modo minus plures species pariet inflamationis; nam fit inflãmatio erysipelacea, cum vesicis cum combustione, & crusta, & absque his, hæ sunt differentiæ quas enumerat Auic. à sanguine laudabili, & malo; nec dissentit à sententia Galeni si recte Auctores, velimus intelligere nam Gal. non omnes differẽtias à sanguine ita speciatim enumerauit, sicuti Auic. fecit in hoc. c. *cholericum autem*, species apostematis calidi seu choleræ seu bilis recenset, & pariter diuidit pro, vt prouenit, vel à cholera laudabili, vel à mala si à laudabili pro vt est crassa, vel subtilis; ita etiã si vitiosa est, erit vel crassa, vel subtilis, ita etiã hic not. bilem seu choleram posse multis modis in humano corpore considerari alia est portio biliosa alimentalis alia est cholera, & bilis naturalis, sed excrementicia, quæ gignitur in iecore, & transmittitur ad vesicam fellis: alia est ichorosa bilis silicet ichor ipsius portionis alimentalis biliosæ; alia est bilis, & cholera non naturalis, sed præter naturam, & vitiosa, & hæc fit præter naturam aut quando portio alimentalis nimis calida euadit aut putrescit, aut quando ichor ille biliosus aut quando excrementum naturale aduritur aut sanguis ipse per putredinem, vel adustionem secundum partem tenuiorem in bilem transmutatur, aut est bilis porracea, vitellina, aut æruginosa. hæ sunt omnes species simplices, & naturæ bilis quæ singulæ possunt parere, & efficere species apostematis calidi cholerici, & diuersum nomen sortiuntur, & aquirunt. si fit a cholera subtili, laudabili, simplex erysipellas euadit, pariter ab ichore bilioso, si à subtili extremento naturali formica à cute cutem occupans, & si subtilior adhuc, & pariter acrior, oritur formica ambulatiua, & corrosiua; subtilis enim pars ipsius bilis semper calidior est crassiori, loquor de bile laudabili, aut apostema *ex cholera grossa* silicet crassa, & *minoris caliditatis* fit, quæ producit erysipela occupans non solum cutem, sed carnem, & facit quasi phlegmatica formicam miliarem minutis cum pustulis ad similem milii, que quidem, est *minoris inflamationis*, & *tardioris resolutionis* nam cũ crassior sit, difficilius dissipatur, & minorem caliditatem habet quia terrea quasi pars remansit, ignea, & subtilior in qua calor, & siccitas magis viget, non adest: si vero fuerit bilis, & cholera non laudabilis, sed vitiosa, & præter naturã tunc deteriora apostemata calida, & cholerica aderunt: quia omnia ex maiori adustione, & vitio, aut putredinis aut combustionis infecta sunt, & pariter hęc bilis vitiata, aut erit crassa. aut tenuis ita portio alimentalis, portio excrementicia, & omnes aliæ species possunt fieri vitiatæ, & pars tenuior sanguinis transmutata in bilẽ si est bilis crassa, & vitiata, producit formicã corrosiuam; & si adhuc magis crassa, & accedat ad crassitiem sanguinis erysipelam malam, & malignam producit: si subtilis mala apparet in cute; sed calidissima calidissimum est apostema, & mortificans cutim ipsam, vt euadat gangręna, & sphacelus, quod solet contingere in tempore pestilentiæ. In fine capitis ait se ęnumerasse differentias simplices, sed vt plurimum esse composita, & mixta apostemata: obiter, & in vltima parte; quæ potest etiam esse quinta huius. c. non nulla recenset de pręsagio, & hoc haurit, & desumit potissimum, à causa effitiente, & a spetiebus tumorum calidorum, *& de apostematibus calidis illa sunt mala* asserit mala esse apostemata, quæ non declinant, quæ recurrunt vitro, & quæ corrumpunt membrum, non sunt mala simpliciter, quæ magna sunt, & multam materiam obtinent, sed quæ fiunt à malignitate materiæ: inquit etiam *omne apostema in exterioribus, si est absque pulsatione saniem non facere*: quia dum pus fit, dolores, & febres fiunt, eleuantur vapores, qui eleuant arterias, & cutim, & pulsationem producunt, & dum fit concoctio à calore naturali, & proprio, vincuntur qualitates contrariæ, & rediguntur, & transmutantur ad statum magis naturalem, & accõmodatum. Quæ de formica dixit Auic. Gal. de herpete græco vocabulo intellexit; aliud est herpes ambulatiuum aliud exedens seu de pascens, aliud est herpes miliaris, formica corrosiua, & herpes exedens idem est, formica miliaris, & herpes miliaris. idem erysipelas malũ est apud. Gal. erysipelas vlceratũ: quia cætera erysipelata non exulcerant, de quibus Gal. 14. meth. c 2. & loc. cit. ex his duabus simplicibus differentiis, a sanguine, & a bile plures aliæ compositæ seu mixtæ, seu non puræ excitantur ex miscela horum humorum, quæ quidẽ miscella triplex potest esse, aut vnus humor silicet sanguis in mixtione superat quantitate bilem, aut adæquat aut inferior est, pariter bilis, aut superat aut adæquat, aut æqualis, aut minor est, & non solũ moles copia silicet, & quãtitas animaduertitur sed, & temperies, & qualitas, vt si sanguis superat mole bilem, bilis forsasse, tunc caliditate superabit sanguinem, vel si aderit sanguis malus, & vitiosus subtilis, vel crassus putrescens sanguis tunc temporis, & qualitate minui ipsam bilẽ, & innumeræ possunt intellectu fieri miscellæ, & innumeræ etiam oriuntur species tumorum calidorum. sat fuit Auic. tetigisse simplices, & principales, & compositas species, quę si diligenter à chirurgico erunt animaduersæ in actu practico, & perspectæ signisque antecedentibus, & concomitantibus, calore, colore, & aliis dolore, facile remedia accommodata inueniet, & ægrotantes curabit, & facile etiam poterit Gal. & Auic. Paulum, Aetium, & Celsum verbis potius, quam re discordantes conciliare. non est discordia inuestiganda si dixerit formicam miliarem Auic. & Gal. herpetem, dummodo sciat Chirurgus hæc omnia silicet diuersa, eandem naturam manifestare, & causas; ita pariter de formica corrosiua, & herpete corrodente. hæc pauca volui adnotare, ne inaniter Iuniorum intellectus perturbetur à scriptis Auctorum variis, & dictis eorum: naturam rei non verba inspicere debet Iuuenis auditor, & auctoritates rei naturæ adiungere non verbis addictus falsa, in medium adducere, & inconsona naturæ rei, rationi, & experientiæ.

Erysipelas phlegmonides. — *Conciliãtior Gal. & Auic.* — *Species apostematis cholerici.* — *Bilis naturalis, & preter naturam species.* — *Erysipelas simplex.* — *Formica.* — *Formica ambulatiua.* — *Formicæ miliaris.* — *Apostemata à cholera præter naturam.* — *Formica corosiua* — *Erysipela malignũ.* — *Gangręna.* — *Præsagiũ de apostematibus caloridis.* — *De herpetibus.* — *Miscela triplex humorum.*

De Phlegmone. Cap. II.

Ordo Auic.

I*Am sciuisti phlegmonem, & signa eius ex caliditate, inflãmatione, & additione quantitatis, & tensione, & impulsione, & pulsatione, &c.* Auic. vir doctissimus, & summus philosophus ordinẽ compositiuũ in pręcedẽti c. seruat dũ agit de principiis intrinsecis, & causis coniunctis phlegmonem, & erysipela constituentibus atque species omninum tumorum calidorum: sicuti fecit Arist. in primo phis. agit de principiis corpus phisicum constituentibus: oportet enim prius rem constituere, & cõponere; deinde compositam in sua principia.

pia.

pia, & accidentalia, & essentialia diuidere, atque resoluere ordine resolutiuo: his ordinibus constitutus perfecte cognoscitur res: nam omnia, quæ sunt, vel fiunt, vel corrumpuntur scilicet, vel componuntur, vel postquam composita sunt iterum dissoluuntur, & intereunt: quia omnia sublunaria caduca sunt, & corruptioni obnoxia: pariter Auic. cognitis ordine cōpositiuo in primo c. apostematib. calidis, & specieb. eorū p intrinseca principia nēpe sanguinē aut bilem, atque his cōstitutis statim in hoc cap. secundo, vt exactius cognoscantur ordine resolutiuo phlegmonem iam in primo capite constitutum resoluit per principia & accidentalia, & substātialia, & prout lædentem humanum corpus considerat: quia medicus est, & artifex sensatus pro fine intendens sanitatem deperditam per phlegmonem resarcire, & hæc factione, & operatione actuali eget, & hic ordo resolutiuus potissimū inseruit artibus factiuis, & actiuis scientijs. caput igitur in quo intendit Auic. resoluere ordine resolutiuo & diuisiuo phlegmonem lædentem hominem in principia accidentalia, & substantialia diuiditur in 8. partes. In prima inquit *iam sciuisti phlegmonem*, idest cognouisti in superiori. c. ordine compositiuo phlegmonem nempe sanguinem; aut laudabilem aut malum producere tumorē, quo constituto tanquam præter naturam in hoc cap. ordine resolutiuo Primo resoluendus est phlegmon, & quia notiora nobis, & magis conspicua apparent accidentia, vt inquit Arist. accidentia conferunt ad cognoscendam substantiam. Primo resoluit in principia accidentalia nempe in signa generica, & spesica, & inquit, *Signa phlegmonis est caliditas, inflammatio, additio quantitatis*, quia augetur. Pars inflammatione affecta; tensio, impulsio, & pulsatio præsertim si est propinqua arterijs, venis, & fit substantia in carne adest, etiam dolor præsertim si membrum est sensu præditū. vbi pus fit dolores, & febres fiunt, *& quanto plures fuerint arteriæ maiores, & magis grandes, erit pulsatio eius, & ipsius dolor vehementior, & eius resolutio, aut ipsius collectio velocior*, venæ apparent, licet fuerint occultæ: quia nimis replentur sanguine. In tertia parte, *& scias quod nomen phlegmonis in lingua Græcorum &cæt.* quia poterat dubitari de quo phlegmone enarrasset huiusmodi signa, cum nomen phlegmonis sit nomen æquiuocum, & plurimis conueniat, & accipiatur, vt omnes ambuiguitates tollat, se enarrare ait de phlegmone, qui dicitur apostema calidum factum a coarctatione sanguinis, & oppilatione meatuum, de hoc prædicantur illa signa exarata, non autem de phlegmone pro omni inflammatione accepto, vti etiam pro intemperie calida, & tertio pro apostemate omni in genere, & phlegmon, seu inflammatio a sanguine de qua sermo nunc est; aut est simplex, *sed secundum ei plurimum associetur erysipella, aut durities scilicet tumor*, aliquis durus, *aut furiositas*, nempe maligna aliqua substantia. in quarta parte, *& habet causas de quibus sunt antecedentes corporeæ*; ad intrinseca principia resoluit post accidentalia quæ intrinsecæ remotæ, dicuntur causę antecedentes corporeæ, & sunt sanguis, vel laudabilis, sed crassus, vel tenuis, aut malus in corpore abūdans, & paratus fluere, & fouere phlegmonem iam factum, quæ causæ antecedentes cum à primitiuis scilicet ab externis sex rebus nō naturalib. appellatis originem ducant. In quinta parte resoluit in has causas inquiens, *& de ijs sunt primitiuæ, sicuti contusio, aut incisio, aut fractura, &c.* principales causas enumerat, quæ solent concitare fluxum, & inflammationem, ad aliquam partem: si contundatur incidatur frangatur, aut dislocetur, aut si vlcerata, oritur inflammatio: præter hæc aer nimis calidus, cibi calidi, & copiosi, & plurimi alimenti: nimia replerio vigilia, motus animi, & corporis, venus, hæc omnia solent non solum sanguinem augere; sed etiam in motu, & fluxu ponere, dolor, calor, & vis vacui solent enumerari tanquam causę, quæ fluxum concitant, sed ad enarratas reducuntur, & imbecillitas etiam partis inter causas facile recipientes fluxionem enumeratur. sexto temporum particularium signa describit, *& augumentum eius quidem declaratur, &c.* quia non sat erat cognoscere phlegmonem, & resoluere in accidētalia principia in causas antecedentes, & primitiuas, sed quia semper agit, & lædit, & in motu est variaturque continuo: necessarium erat particulariter variationem ipsius, & noxam variam dignoscere per tempora particularia: nam aliud esse habet in principio, & alia signa, alia in augumēto, & alia in statu, & alias noxas infert separatis in singulo dicto: iccirco describens signa particularia temporum, ait augmentū cognosci, quia magnitudo, & tensio augetur, & increscit, status quia omnia sunt grauiora, & magnitudo tēsio, & alia oīa quæ in principio sunt: declinatio vero dignoscitur, quia omnia prædicta ad lenitatem, & debilitatem declinant. Sexto præsagium, & *malus est, qui non tendat ad declinationem* cum animaduertat phlegmon, vt lædit hominem, oritur secundo loco præsagium, quod hauritur, & desumitur ex noxa illata, & ex vi phlegmonis, *malus est* inquit, *qui non tendit ad declinationem neque aggregat saniem*: nam signum est naturam, & calorem maximam noxam pati, non posse sanguinem vitiosum ad pus conuertere, & transmutare, sed potius ipsum sanguinem vitiosum transmutare, & corrumpere, & putrefacere membrum, vnde oriuntur gangrenæ, & sphaceli; causam reddit malitiei ipsius phlegmonis: nam omne apostema magnum euadit, aut propter magnitudinem ipsius essentiæ, aut propter præstantiam partis quam occupat, aut propter malignitatem humoris, & at fieri malum, *aut propter magnitudinem apostematis, & multitudinem materiei ipsius*, cum maximam partem occupet, & maxime extendatur, & in magnitudinem se attollat, aut propter malignitatem materiæ licet fuerit paruam, & resoluatur cum pulsatio incipit, & inflammatio sedari, si vero econtra augeatur pulsatio, & caliditas, & difficultas digestionis, vehemens dolor, & tensio, & magnitudo malum est apostema, & si natura non concoquit materiam immò vincatur ipsa natura, & submergatur non peruenit apostema, nempe non fit sanies, sed potius per calorem extraneum resoluitur humor, & tumor decrescit, *& scias quod quando vicinantur pustulæ &c.* in hac octaua, & vltima parte necessitate impulsus Auic. quasi à fine ad ea quæ sunt ad finem nempe ad remedia, vt in præsenti casu debelletur, & vincatur inflammatio, vt sanitas tandem deperdita resarciatur, & quia vltima species inflammationis, quæ erat admodum calida, & feruida, & calore maligno prædita statim præsidia indicabat, cum non det inducias, enumerat duo remedia, quæ conueniunt apostematibus calidis internis: nempe aquam endiuiæ, & aquam solatri cum medulla cassiæ fistulæ: hæc duo per os exhibita summe refrigerant sanguinem, & calorem iecoris, & ventris etiam calorem, & stypticitatem emolliunt: hæc omnia tradidit Auicen. in hoc cap. & ordinem resolutiuum sequutus est, sicuti in primo cap. compositiuum. verum non sat est scire Auicen. hoc ordine vsum fuisse, sed etiam oportet perpendere necessitatem numeri, & huius ordinis, qua necessitate hæc octo illo ordine pertractauit: dicendum igitur cum supposuerit in prima parte phlegmonem iam cognitum in primo cap. tanquam quid factum, & constitutum necessario post constitutionem, & cognitionem per principia intrinseca constituti debebat alio ordine nempe resolutiuo ipsum constitutum resoluere, & primo quoad nostram faciliorem cognitionem enumerat, & resoluit in principia accidētalia, quæ appellantur a medicis signa, notæ, & sunt, vel generica, vel specifica, & indiuidualia, & aut dignostica seu patognomonica essentiam morbi, & caracterē declarantia, aut assidentia, quæ vt plurimum superueniunt, aut superuenientia, quæ raro eueniunt: secunda dicuntur rememoratiua, quæ de præteritis, & actis ab ægrotante agunt, & de rebus sex non naturalibus, tertia sunt prognostica,

quæ

Diuisio capitis.

Phlegmonis accept.

Causa fluxionis.

Tempora particularia phlegmonis.

Augmētum

Status. Declinatio.

Prognosticum.

Magnitudo triplex

Duo remedia.

Indicationes phlegmonis

Ordo, & necessitas 8. d. Auic.

Signa.

Topica quando, atque præscriptione iubentur

quæ præſagiunt tum longitudinem, tum breuitatem, aut mortem, aut ſalutē, aut remedia poſſe adminiſtrari, & inueniri accommodata: poſt ſigna accidentalia ſigna rememoratiua, ſeu cauſas antecedētes, ſeu prīcipia remota, quæ ad generationem illius phlegmonis iam conſtituti concurrebant, deuenit: quia ad medicum gratia curationis neceſſariæ ſunt cognitu, remotis in tertia parte dubitationibus de nomine, in quinta tandem reſoluit remotiſſima, & externa principia, quæ primitiua ſeu res non naturales dicuntur: hæc omnia ad generationem etiam ipſius phlegmonis in promptu fuerunt, & quia in continuo motu eſt, omne quod iam genitum eſt, & præſertim illud quod eſt præter naturam, & violentum, ſicuti phlegmon. Sexto loco ſigna temporum particularium, & motus varij recenſet ſtatus, & declinationis; deinde nunc animaduertitur phlegmō, ſed vt lædit. Septimo loco præſagium oritur, cuius natura, & vis ſupra enarrata fuit, nempe an parum, vel multum lædat, chronice, vel acute, ſalubriter, vel inſalubriter, & in genere, & in ſpecie, & demum, an curationem admittat nec ne, poſſintque materiæ præſidiorum inueniri, quæ valeant vincere, & debellare phlegmonem, vltimo, & octauo loco omnibus, his cognitis, & ordine compoſitiuo, & reſolutiuo à priori, & poſteriori, methodo, & via: quia medicus gratia curationis omnia cognoſcit, & ſanitatis gratia, vel reparādę, vel tuēdæ, vltimo īquāloco remedia collocat, & pręſertim quæ videbantur, ab vrgente, & maximo phlegmone indicari; facta enim collatione inter indicantia ſemper Medicus ad id quod magis vrget, reſpicere debet, vt in his duobus capitibus. & ordo compoſitiuus, & reſolutiuus, quod inter prius, & poſterius enumeranda collocatur appareat, & methodo, & via cognoſcendi ipſum phlegmonem, & a priori p principia intrinſeca; & a poſteriori per ſigna: nam dum Chirurgus hæc omnia animaduertit ordines, quippe, & methodos recta ratione, ſcit etiam remedia inuenire, & curationem ægri, de quibus ſignis etiam Galen. ſecundo ad glauc. primo de tumor. cap. 2. 14. methodi 2. 4. in 6. de morbis Vulgaribus comment. primo.

Prognoſticum.

De Cura Phlegmonis. Cap. 3.

C*Vm accidit phlegmon à cauſa primitiua.* In hoc c. Auic. indicationes, & materias pręſidiorū indicatas atque rectam adminiſtrationem affert, quare caput etiam diuiditur in quatuor partes, in prima haurit indicationes a phlegmone, quæ prouenit à cauſa primitiua: in ſecūda agit de phlegmone, & à cauſa corporea antecedente: in tertia rectam adminiſtrationem, & materias præſidiorum affert, in quarta dubitationes omnino tollit, & in hoc methodicè indicationes, & materias præſidiorum indicatas affert breuitatis gratia: à phlegmone igitur vt phlemon eſt, oritur indicatio refrigerandi, materiam defluxam euacuandi, & reſoluendi à cauſa primitiua vero non oritur indicatio in methodo medicandi, ſed in methodo componendi medicamenta; idcirco inquit, ſi phlegmon. fiat à cauſa primitiua: nempe à caſu, inciſione percuſſione, & corpus nō fuerit vitioſis humoribus refertum, & abundans, hoc tempore nō eſt neceſſaria purgatio, neque mundificatio; ſed tantum apoſtematis vt apoſtema eſt, curatio: quia cum corpus mundum ab excrementis ſit, hoc tamē raro accidit, non opus eſt neque euacuatione per venam ſectam, neque per pharmacum, ſed tantum materiæ iam fluxæ, & inflammatione occurrere oportet, vnde manifeſtet apparet, cur aliquando licet topica, & localia medicamenta adminiſtrare abſque totius purgatione, ſicuti mollificantia, & reſoluentia leuia adminiſtrat Auic. inquit mollificatiua, quæ ſedant dolorem, & leniunt, *reſolutiua leuia*; poſtea in augumento, & ſtatu, non autem fortia, & valida, ne violenta fiat attractio, licet corpus ſit liberum ab excrementis: materia medicamēti ſatisfaciens his indicationibus eſt empiaſtrum de farina tritici cocta cum aqua, & ol. & ſcarificatio poſt vſum mollificatiui, & reſolutiui eſt adminiſtranda, quæ copioſam materiam euacuat, *cum autem inueneris corporis repletionem*, in hac ſecunda parte indicationes, & materias præſidiorum enumerat dum inflammatione tentatur æger, & repletione corporis, repletio indicat ſui euacuationem, & per ſectam venam, & per purgans, & hæc ſunt adminiſtranda ante localia: quia corpus ſcatet multis humoribus, & excrementicijs, & localia non poſſunt tuto adminiſtrari vigente hac repletione, idcirco inquit Auicen. *tunc oportet, vt non tangas apoſtema cum mollificatiuis: quoniam magis fiet attractio quā reſolutio imò oportet, vt materia educatur per phlebotomiā, vel ventris ſolutionem, & cum feceris illud, &c.* habita prius totius prouidentia, & vniuerſo euacuato *tunc tuto* poſſunt *adminiſtrari mollificantia*, & hæc ſpecies ſimilis eſt illi, quæ fit à cauſa primitiua; ſed repletionem etiā corporis inuenit, differt tamē, quia in prima ſpecie repercuſſiua tuto poſſunt adminiſtrari ſtatim inter initia quoniam corpus non abundat humoribus, & non impedit vias, immo tunc neceſſaria ſunt repercuſſiua, quia repercutiunt humorem fluentem, & facile ob ſpatia, & venas inanes aſtringunt, & roborant ne ad partem læſam ruant, at cum cauſa eſt antecedens non autem primitiua nempe cum humores copioſi aut vitioſi ſint in venis, cauendum eſt inter initia à repercutientibus, *ſed oportet tunc, vt incipias cum euacuatione, vel per phlebotomiam, vel per venam ſectam, vel per medicamentum purgans*, magnus enim morbus humoralis indicat magna remedia præſeruatiua adimentia humorem aut copiam: ſemper tamen præter has indicationes ætas ægrotantis, tempus anni, & regio ſunt expendenda, atque ante acta vita, & temperies, & habitus: nempe naturales ores, & non naturales euacuato vniuerſo corpore. In tertia parte ſigillatim curationem affert phlegmonis ſecundum tempora principiū augumētū ſtatum, & declinationem, & localia præſidia docet, quæ conueniunt cuilibet tempori, & ſatisfaciunt indicationibus *incipe cum repercuſſiuis niſi in locis quæ cōditionauimus in libro primo*, repercuſſiua indicantur ab humore fluente à termino ad quem, quaſi retro pellunt humorē, tum quia attingunt; tum quia condenſant, refrigerant, enumeranrur plura nempe ſucci herbarum frigidarum, portulacæ, cucurbitæ, endiuiæ, virgæ paſtoris, ſuccus ſolatri, ſuccus pſilij, ceratum cum aqua frigida ſpongia infuſa aceto, cortices granatorum, & ſemperuiui, decoctum hordei cum aceto, & ſumach; vel cum ſandalo acatia memithe, iuſquiamo albo, & plura alia, quando vero non ſunt repercutientia adminiſtranda admonet Gal. 13. methodi, & recentiores quinque in caſibus ab his abſtinent; primo quando partes adenoſæ, & glanduloſę, vt emunctoria cordis, hepatis, & cerebri afficiunt, non eſt repercutienda materia. Secundo dum prope eſt princeps pars tertio, quando venenata. Quarto dum admodum multa, quinta dum admodum craſſa, vel impacta addere ſcilicet. Sexto dum criſis, & perfecta, non debet medicus criſim impedire, & iudicium naturæ. Septimo dum à procatartica fit cauſa, & octauo, vt dicit Auicen. in principio huius capitis dū corpus eſt purū, omittenda ſunt repercutientia, & ſtatim ſunt mollificantia, & reſolutiua leuia adminiſtranda licet hæc omnia ſint vera, aliquando tamen vt docet Gal. poſſimus in his antedictis exemplis leuia repellentia adhibere: nam tertio de med. per loca c. ſexto in parotidibus repellentia, quanuis leuia, & diſcutientibus multis permixta admouit Galen. licet partes adænoſe ſint, & prope cerebrum, & tertio de compos. med. per loca ſecundo in venenata materia repellentia adminiſtrat in Carbunculo, licet materia ſit craſſa, pura repellentia probat, impactus humor licet difficilius moueatur attamen leuius repellens indicat, non eſt tamen repelleus adminiſtrandum ſi humor admodum venenatus, & malignus

Indicationes phlegmonis.

Topica aliquando abſque purgatione adhibentur.

Repercuſſiua.

atquę

atque copiosus fluat,& corpus admodum abundans de quibus etiam secundo ad Glauc. secundo Gal. & Auic. lib. primo fen. quarta docet s. c. primo *deinde oppone augumento*. in augumento vero oritur indicatio humoris fluentis partim repellendi, partim iam fluxi mollificandi, & resoluendi, idcirco mollificatiua, & humectantia administrare oportet, & quo magis ad statum accedit,eo fortiora. in statu vero pura mollificantia,in fine pura resoluentia, mollificantia vero poros dilatant, & dolorem sedant, & resolutiua exiccant, & euacuant per poros humorem iam fluxum ne in saniem transmutetur si dolor tamen vigeat huic succurrendum mollificantibus, & refrigerantibus;at cum materia admodum crassa,& dura sit mollificantibus sẽper vti oportet:si gangrena, vel sphacelo afficeretur, tunc magis mollificare oportet far.hor.& volatili,partẽ scarificare,& postea embrocationem aqua maris aquis salsis efficere. emplastra etiam ex lupinis,scordeo,& aliis. inter dolorem lenientia enumerat ol. ros. decoctum apij, volubilis, lanam imbutam decocto predicto aut spongia infusa vino styptico aceto & aqua frigida cum minimo croci.*cum ergo vides inceptionem apostematis*, &c. cum inflãmatio ad maturationem tẽdit,infrigidationem euitare oportet in statu vero resoluentia erunt anethum, camomellum, maluauiscus,semilini, emplastrum basilicon,diaquilon, emplastrum de colcotar, quod emplastrum summopere conuenit corporibus, & partibus siccis, neruis. & alijs non carnibus. caro enim calida, & humida est,& simili gaudet, *& multoties quidem cadit*. in vltima parte dubitationes *non nullas* affert cur ante maturationem licet scalpellare,an quia materia nimis multa,& copiosa? an quia imminet gangræna, *& multoties ingeniatur in attrahendo*,& cur licet attrahere à parte nobili ad ignobilem?an quia tutior est inflãmatio externa, quam interna?& cur in apostematibus calidis, quæ *indigent saniositate* administratur emplastrum de psylio? ne adhuc maior fiat attractio: hæc sunt, quæ in hoc c. pro curando phlegmone admonuit Auic. omittit tamen chirurgica presidia specifica, & localia, scilicet quæ vena erit secanda quia ratione situs ipsius inflãmationis tunc attendenda est: medicamenta purgantia,lenientia, & alterantia pariter in specie non recenset. sed tantum in genere, & localia potius enumerat tanquam magis accommodata chirurgo,non tamen imminutus Auic.quia abunde, & ex hoc. capit. & ex alibi dictis potest quis scire lenientia pręparantia, & purgantia, quæ conueniunt,quæ omnia respiciunt sanguinem,& feruorem: si simplex est phlegmon, si mixtus mixta etiam est indicatio, & mixta remedia.

In augumento indicatiua.

Dubitationes.

De Erysipelate, & eius speciebus.
Cap. IIII.

I*Am sciuisti causas erysipellæ &c.* Quoniam minus frequenter solet erysipelas infestare quã phlegmon ideo secundo loco de hac sermonem habet Auic. caput diuiditur in tres partes, in prima recenset causas & species erysipelam in secunda enumerat signa distinguentia erysipelam à phlegm. & in tertia propria signa erysipelatis, & omnium specierum enumerat: *iam sciuisti causas erysipelæ in lib. primo*. In primo equidem libro, & etiam in hoc quarto capite primo docet causas,tumformales,tum materiales,tum effitientes ipsius erysipelatis & per consequens naturã, & definitionem ipsius,que constat ex his tribus causis,vt nihil aliud sit quam tumor seu inflãmatio cutis a sanguine subtili: cũ sit tumor est morbus in magnitudine aucta adestque inflãmatio atque intẽperies calidior ipso phlegm. Cutis est pars affecta,& pars materialis quia proprie erysipelas exquisitum non occupat carnem,sed cutim, & cutaneus est tumor: efficiens causa, quæ habetã eti rationem formæ, & differentiæ per quam distinguitur erysipela ab alijs tumoribus,est sanguis subtilis,hic vero sanguis subtilis multiplex potest esse: nã, vel est pars tenuior, & calidior totius massæ sanguineæ alimentalis, vel ichor ipsius sanguinis feruescens, & segregatus à sanguine, qui parit erysipelatem, sed non exquisitum & admodum feruidum, quia productus est à sanguine corrupto, & transmutato in partem tenuiorem, vel est bilis naturalis,sed excrementicia, quæ solet colligi in vesica fellea,sed hæc potius morbum regium, & ictericium parit, vel à bile excrementicia præter naturam feruefacta, vel permixti sunt humores isti biliosi,& permixtas species erysipelatis: producunt causa igitur immediata est sanguis ille subtilis, antecedens est copia ipsius sanguinis in venis,qui quidem generatur, vel a iecore,vel tandem a sex rebus non naturalibus: species erysipelatis pariter colliguntur à tribus illis causis forma, materia & causa efficiente, à forma pro vt erit calidior, vel minus calida simplex, vel mixta exquisita, vel non exquisita:materia est cutis in hac, vel in illa parte corporis,vel interna, vel externa. sed potissimum de externis sermo est:causa efficiens quotuplex fuit enumerata,tot differentias parit. aliqua videtur de erysipelate dubitatio,& contradictio in Gal. & in alijs etiam Auth. nam secundo ad Glauc. inquit fieri ex tenuissima sanguinis portione, lib. de tumoribus autẽ c. 2. fieri ex humore bilioso,& 14. meth. similiter,sed dicendũ, vel idẽ intelligere per tenuissimã sanguinis partem, & biliosum humorẽ, vel exquisitũ erysipelas fieri ex tenuissima sanguinis parte, quæ est portio sanguinis biliosi alimẽtalis, & non exquisitum fieri ex bilioso humore sclicet ex bile excrimenticia naturali vel præter naturam genita. In secunda parte, *& illa in quibus discernitur a phleg. sunt* examinat signa, quibus distinguitur à phlegmone:primo erysipelas habet rubedinem magis apparentem,& puriorem:quia tendit ad flauitiem,& tenuior, & subtilior est tumor,biliosus,quam sanguis, qui est causa phlegmonis vna, & rubedo flaua, seu flauities cum rubedine,& hæc concomitantur bilem: alia est rubedo cum rubore, & magis *ad nigredinem aut viriditatem declinis*, & hęc sanguinem concomitatur:secundo rubedo erysipelatis tactu delitescit, vt phlegmonis, quia profundior non subtilior videtur, est sanguis biliosus apparetque color croceus, & citrinus: tertio non adest apostema cum erysipelate, sicuti in phlegmone profundior,& maior calor vehementior, & ingentior est; quia bilis calidior quam sanguis: imò aliquando comburit cutim,& tunc non est erysipelas exquisitum, & vesicam parit,neque dolor, & pulsatio ita vehemens, vt in phlegmone, febris tamen magis infestat, & potius ad tertianæ naturam accedit, tensio maior in phlegm. & pariter dolor: quia magis soluitur continuum: solutio enim cõtinui causa immediata est,& corruptiua sensorij tactus,quæ antecedenter,& mediate potest fieri, vel ab intemperie aliqua,vel à soluta vnitate,& morbis in mala compositione, *& vbi plus accidit erysipela*: in hac tertia parte positis signis, quæ distingunt erysipelatam à phlegmone magis propria recenset ipsius erysipelatis, & primo circa locum affectum inquit, & *plus accidit erysipela in facie,incipit a lepore nasi augumentatur apostema, & expanditur in facie tota*. sed quis dicet cur accidit ĩfacie,& prope nasum;an quia sanguis tenuior & subtilior, calidiorque sursum ascendit: calidi est proprium sursum eleuari,vt ignis, & pręsertim in parte excarni,vt est pars nasi. colligit etiam colorem erysipelatis esse flauum, vel rubedinem cum flauitie febrem vehementiorem,non autem apostema:obiter etiam pręsagiũ affert de erysipelatibus, quæ eueniunt internis partibus: exemplo fracturę ossis: *si propter fracturam ossis sub cute contingat erysipelas, malum est*. omnis enim tumor peior;inquit enim Hip. sectimo aphor aphor 50.
" ab angina habito tumor, & rubor in pectore superue-
" niens bonũ,extra enim vertitur morbus, & sexto aphor.
" 25 erysipelas ex exterioribus verti ad interiora non est

bonum

Definitio erysipelæ. Subiectũ.

Efficiens.

Causa immutata.

Differentia à forma. A materia. Ab efficiente.

Contradictio in Galeno. Solutio.

Distinguitur Erysipelas à phlegm.

Dub. de erysip. in facie.

Presagium.

bonum, ab interioribus autem ad exteriora bonum: pariter libro de coacis prænotionibus, & libro prognost. hæc eadem affirmat & hæc de capite quarto.

De Cura Erysipelæ. Cap. V.

O*Portet vt euacues corpus, &c.* explicata nã erysipelæ & speciebus enumeratis: atque causis signisque collectis: tum patognomonicis tum assidentibus quibus possumus cognoscere & distinguere erysipelatam a reliquis tumoribus præsertim à phlegmone nec non præsagio. In hoc. c. curam instituit, quæ debet & causas efficientes, & formales, & materiales animaduertere, & vires totius corporis; vnde indicationes & à forma & à causa efficiente, & à causa materiali & à virtute totius sumuntur: oportet humorẽ euacuare: quia copia infestat refrigerare & humectare: quia siccitate nocet, vt fluit, reuellere, & vt prope est, loco affecto repercutere, vires vniuersi custodire, & cutim ipsam; habita hac prouidentia de vniuerso indicationes locales & topicæ etiam expetuntur scilicet ab ipso erysipelate actu cutim infestante, humor biliosus erysipelatem producens: quia & causa coniuncta & immota appellatur indicat vt præter naturã & copiosus euacuationem sui & eradicationem, vt nimis calidus & siccus refrigerantia & humectantia petit. forma tumoris sui minutionem, cutis sui conseruationem, & ad statum naturalem reductionem. verum Auic. in hoc. c. tria facit & in 3. partes etiam diuiditur totum caput licet confuse Chirurgica remedia proponit. secundo pharmaceutica & euacuantia, & alterantia, tum vniuersalia, tum topica. tertio diætetica. *Oportet vt euacues* incipit a pharmacia euacuante choleram fortasse quia potius vrget. indicatio euacuandi per medicamentũ purgãs quã per sectã venã, & præsertim in exacte exquisito & simpliciter erysipelate in quo nullo pacto sanguis est mittendus cum & temperies aeris & habitus corporis & regio & tempus anni & aliæ sex res non naturales ad bilis generationem concurrant: non est igitur sanguis mittendus in hoc casu, ne fiat vt inquit Auic. alibi ebullitio cholericorum, quinnimo sanguis ipse vt præsens est bilem frænat: hac ratione concordantur & conciliantur Paulus libro 4. & Aetius libro 14. Celsus & Gal. cum hi authores modo vetent sectionem venæ, modo probent: est comprobanda venæ sectio in non exquisito, dum est admixta aliqua portio sanguinis & præsertim in facie, & vt dicit Auic. *dum inter cutim & cutim residet*, quoniam signum est non exquisitum esse erysipelas, quod superficiem cutis occupat: nam locum inter duas obtinet cutes; semper. n. documenta generalia & præcepta sunt obseruanda, vt sanguis mittatur tum multitudo ipsius & valde nocens in corpore sit, seu magna affectio in sanguine valde nocens actu, vel postea in exquisito erysipelate nullo modo primo & principaliter nocet sanguis, neque multus adest, quare sanguis tunc non est mittendus, remedia vero euacuantia si sunt vsurpanda secundaria sunt, vel a tota substantia bilem educentia, vel lenientia reubar. scammonium, diagridium, electuarium de succo ros. diaprunis solutiuum a tota substantia euacuant, vt R. electuarij de succo ros. drac. iij. floris cassiæ no. ex drac. viij. pulpæ tamarind. drac. ij. m. & f. b. vel R. diaprun. sol. vnc. ss. aquæ cicorei q. s. m. & f. p. b. vel pro ditioribus R. reubar. drac. ij. squinanti scr. ss. infundantur in sero caprino. q. s. S. A. & facta diligenti expressione adde syrupi ros. solutiui vnc. iiij. m. & f. p. b. Leniens erit R. syrupi rosati solutiui vnc. iiij. syr. viol. vnc. ij. dec. florum & fruc. cord. q. s. m. & f. p. b. vel R. floris cassiæ no ex. drac. x. pulpæ tamarind. drac. ij. m. & f b. clyster. etiam vsurpatur leniens & refrigerans, vt R. boraginis florum viol. maluarum, betæ ante m. ss. hordei vnciã ss. prunorum num. xx. aquæ com. lib. v. f. decoctio S. A. R. prædicti decocti lib. j. ss. ol. viol. rosat. mellis ros. s. ana vn. ij. cassiæ pro clyst. vn. ss. m. vel R. dec. hord. lib j. ss. vel seri capr. lib. ij. ol. ros. vnc. iij. saccari rubei vn. ij. vitelli ouorũ n. ij. m. p clyst. lenita aluo his remedijs, vel si opus fuerit statim administrato aliquo purgante a tota substantia, vt docet Auic. & vsus est etiam Hip. secundo de ratione victus ptysanam hordeaceam cum scamonij granis viij. exhibens alterantia sunt administranda & præsertim absque dulcibus & syrupis. In exquisito erysipilate nebilescant succi, vt R. decocti cicorei, acetosæ, portulacæ, sonchi vnc. vi. vel decocti lactucæ, portulacæ, plantaginis violarum, prunorum hordei vnc. vj. vel seri caprini lib. j. denuo exturbetur bilis cum fuerit concocta. Extra vero administrantur topica, quæ vim habent refrigerandi humectandi & repercutiendi, frigida vehementiora sint quam in phlegmone: quia infrigidatio, vt inquit Auicennas *ob dolorem, & flammam ingentiorem* magis est necessaria magisque indicatur, styptica addenda sunt inter initia quia repellunt: at si erysipelas in facie, vel emunctorijs, vel prope principem partem fuerit, vel humor malignus, non sunt repercutientia administrãda, quin potius lenientia, refrigerãtia & blande ad extra reuocantia, magis nocerẽt intus, maiusq; periculũ principibus partib. impartirẽt, eo tñ ordine refrigerantia sunt administranda, & eo modo quo ad rectum vsum: circa quantitatem ne ita valida sint, *vt membrum denigrent, & fuscum reddant*, atque corrumpant: quia non solum hæc in tertio, & quarto gradu refrigerantia & stupefacientia extinguunt feruorem bilis, sed natiuum calorem & sensum: circa quando tunc sunt adhibenda, quando viget ipsum erysipelas, & eo loco: in ęstate actu frigida in hieme tepida: circa tempus ipsius erysipelatis in principio administranda sunt styptica, & in augumento minus, in statu sola refrigerantia, & humectantia: in declinatione vero etiam euacuantia, & rarefacientia, vt materia iam fluxa euacuetur. Oleosa vt butirum & ol. sæpe sunt euitanda: quia feruor bilis conuertit huiusmodi in bilem & flammam, & magis potest quam ipsam: iccirco decoctum plantaginis, hordei lactucæ, rubi, foliorum vitis adhibeatur deinde in augumento, & statu aqua hordei boraginis, buglossæ. lactucæ portulacæ, pulpa cucumeris, melonis, vel anguriæ, vel cucurbitæ, vel decoctiones ex his. In decilnatione additur portio aliqua camomeli, vel anethi. Speciem & differentiam erysipelatis in fine recenset, & medicamenta laudat, quæ potius herpeti videntur conuenire: attamen non de herpete sermo est, sed de erysipelate maligno admodum feruido, quod indicat remedia validissima, quæ non solum vim habent infrigidandi, sed exiccandi malignam illam vim, quæ in nimia visciditate & putredine viscida consistit. Medicamentum est R. scoriæ ferri vnc. j. foliorum sichlæ m. ss. vini pontici lib. ij. m. bulliant ad consumptionem vini. hoc medicamẽtum refrigerat, nimis exiccat, & aliquo pacto resoluit. itẽ R. lanæ veteris adustæ non lotæ dr. xij. & ss. carbonis de cortice arboris pini vnc. j. ss. ceræ. dr. xx. scoriæ plumbi drac. ix. sepi caprini veteris abluti cum aqua drac. xv. m. & f. emplastrum, vel R. scorię ferri vnc. j. succi ruthæ ol. ros. an. vnc. j. cerę quant. s. m. & f. linimentum. Quis dicet cur supra olea & butirum inhibuisti, cum Auic. in hoc c. his vtatur? dicendum sola non esse administranda, sed vel abluta cum aqua, & succis, vel alijs admixta vt facit Auic. abluuit sepum caprinum, ne inflammetur vtitur ol. myrth. & ol. ros. admixtis succo ruthæ & alijs, quæ prohibent ne inflammentur. hoc volui dixisse, vt in componendis medicamentis ratio & methodus obseruetur basis, corrigentis & adiuuantis, quæ omnia indicantur ab affectu, tutum non erat in erysipelate ea administrare, quæ facile igniri & inflammari possunt.

Quo ad chirurgica præsidia cum iam pateat ex superius aliquando esse secandam venam, & aliquando non, rectus vsus est administrandus, quantum, quomodo, quando, & vbi si in facie, & abundet in vniuerso corpo-

Indicationes. — *Diuisio capitis.* — *De Venæ sectione.* — *Concil. auctores.* — *Vacua a tota substantia.* — *Lenientia.* — *Clyster.* — *Syrupi.* — *Nota circa repercutientia.* — *Vsus refrigerãtium* — *Quãtum.* — *Quando.* — *Medicamanta in erysipelate maligno.* — *Obiectio.* — *Solutio.*

re & præſertim circa iecur ſanguis, a brachio dextero extrahendus, ſi ob ſuppreſſos menſes & hemorroides & circa tantum illam regionem ſubſiſtat, vena pedis tundenda,erit,vel ſtatim ſeuita aluo,vel euacuato vniuerſo; cucurbitulæ,hyrudines,& malleolorum ſcarificationes aliquando vtiles ſunt,preſertim ſi vires,vel ætas non permittant venæ ſectionem.

Diata. Diæta in ſex rebus non naturalibus ſemper eſt ſpectanda. ſomnus potius longus eſt conciliandus:quies eſt laudanda:excrementa naturalia alui, & vniuerſi quotidie inaniantur, & euacuentur, vt aluus lubrica quotidie ſit:cibi ſint refrigerantes quo ad qualitates, & quo ad quantitatem quia morbus eſt breuis, potius in pauca,vel in mediocri quantitate: ptiſſana hordeacea, paratella cum ſem. peponum, fercula ex cucurbita, boragine bugloſſa,acetoſa, oua ſorbilia non ſunt interdicenda,& preſertim in exquiſita:quia incraſſant,& humectãt obtunduntque acrimoniam ipſam bilis,his, vſus eſt etiã Gal. in tertiana exquiſita.

Potus ſit aqua hord. vel aqua ſ. ſaccherata, vel oxyſaccarum,vel decoctum prunorum, maraſcarum cum ſucco citri, vel limonis vel aranci addito ſaccaro. His tollitur eryſipelas, de quibus breuiter ipſe Auic. in hoc capite.

De Formica Miliari. Cap. VI.

F*Ormica eſt puſtula, aut puſtula, quæ egrediuntur,&c.* tractat Auic.in hoc c. tria & in tres partes diuidit, & primo de eſſentia formicæ miliaris,ſecundo de differentijs, & tertio de ſignis;formica *Nomen.* dicitur quaſi ſimilitudinem accipiens à formica animali,quæ parua eſt & motum etiam paucum, & paruum facit,græci appellant herpes,& eſt vlcus productum ab humore acri,enumeratur etiam inter tumores vlceroſos de hoc tractat Aetius lib. 14. c. 9. Paulus lib. 4. c. 60. & Gal. lib.de tum. c. 19. & 14. meth. & licet inter auctores aliqua videatur diſcordia, & diſſenſio, poſſunt tamen recte conciliari: nã herpes, ſeu formica habet tres ſpecies:vna,& prima retinet naturam generis,dum exedit,& corrodit;ſed ſenſim, & ſenſim:ſecunda eſt formicaam bulatiua, ſeu herpes eſthiomenus, quod magis corrodit,& ambulat velociter,& ſubſtantiam etiam carnis depaſcit:quia craſſior, & acrior eſt humor. in prima ſpecie ſubtilior, & minus acris cutaneas tantum partes exedit,& corrodit. tertia dicitur miliaris, quę & corrodit,& puſtulas ſimiles milio facit,que fit à materia craſſa,& pituitoſa ſalſa,ſeu melancolica aduſta.

Signa formicæ miliaris. Signa, *& color quidem formicæ ad citrinitatem eſt declinis,* tradit hoc loco,& primo miliaris,quæ fitã permixta pituita, & bile cognoſcitur ex citrinitate, quæ eſt inditium bilis ex inflammata ſubſtantia verrucali, & rotunda, quæ ſunt ſigna materiæ pituitoſę craſſę;ex ſenſu puncturę;quia materia acris,& mordax pungit:pręterea quarto manifeſte cognoſcitur ex ambulatione; quia ſemper vicinas partes corrodit,& dum illaſanatur aliam partem inuadit. in vltima parte remouet quandam dubitationem de ipſius formicę eſſentia an eſſet ponenda ſub genere tumoris an ſub genere vlceris:ſoluit vtrũque obtinere,& *eſſe apoſtema in cute ambulatiuum latitudinem non habens*, vt eſt apoſtema, eſt tumor, vt in cute ambulat, & ſerpit, eſt vlcus:deinde ſi illud vlcus patefit quando malignum euadit, ſumit nomen vlceris putridi: omnes formicæ ambulant, ſed vt dixi; aliæ magis,& aliæ minus, & aliæ magis in ſuperficie, & aliæ magis in profundo; omnes etiam tumorem annexum habent, ſeu apoſtema, ſed modo maiorem, modo minorem, omneſque vlcus etiam, quod *Differentię formicę à forma.* quidem modo in ſuperficiem modo in profundum viget,& modo benignum & modo malignnm eſt: vnde variæ ſpecies,vt dixi formicæ deſumuntur, quæ partim à forma,partim à cauſa efficiente partim à loco affecto, & demum ab annexis accidentibus originem ſumunt:à forma eſt tumor calidus ambulatiuus cũ vlcere modo magis, modo minus. à cauſa efficiente, vel eſt bilis,& humor ſubtilis acris, vel eſt bilis cum pituita ſalſa *Ab efficiente.* vel humor melancolicus aduſtus,& modo magis qualitas acris poteſt, & fit formica magis ambulatiua, modo moles,& copia humoris,& fit etiam tumor apparens & pro vt magis pituita abundat modo bilis variæ ſpecies *A loco affecto.* exurgunt. A loco affecto:quia in hac, vel in illa parte corporis infeſtat vniuerſaliter,vel particulariter ſuperficiẽ occupat tantum, vel carnẽ:idcirco ex his facile patet quæ indicationes ſint deſumendæ,& quæ preſidia vſurpanda,& quod pręſagium:nã indicationes, & à forma, & à cauſa, & à loco affecto deſumuntur, quæ cum variæ eſſe poſſint; varia, etjam præſidia expoſtulant.

De cura formicæ, & quæ eius curſu currunt. Cap. VII.

C*Vm non incipis in ea cum euacuatione humoris ſecundũ quod oportet, &c.* In hoc c. conſilium eſt Auic. curationem genericã formicæ ſeu herpetis tradere, quæ potiſſimum animaduertitur circa tria indicationes materias indicatas ſeu pręſidiorũ materias, & rectam adminiſtrationẽ auxiliorũ: indicationes,vt toties dictum fuit,hauriuntur à morbo curatiuæ, preſeruatiuæ à cauſis morbificis, & vitales à viribus totius,& partium, duo ſunt morbi tumor, & vlcus: ideo curatiuæ indicationes, quæ pertinent ad tumorem, & ad vlcus ſpectant ad minorem molem, & figuram naturalẽ, magnitudinẽ auctã ſcilicet tumorẽ reducere oportet,& vlcus ad vnitatem. Indicationes præſeruatiuæ à cauſis tumoris, & vlceris deſumptæ indicant vniuerſaliter, vt materia,que eſt antecedens, & principalis in vniuerſo corpore cruda cõcoquatur,cõcocta euacuetur, & pro vt fluit,ad partem reuellatur,& reprimatur, quæ vero eſt in parte iam affecta indicat ſui euacuationem, & ſui concoctionem per contraria, oportet & concoquere,& detergere,& acrem materiam,& putridam attemperare frigidis,& ſcicis,& quo magis viget putredo, eo magis exiccantia vehementiora ſunt vſurpanda.

Topica preſidia,vt toties docuit Gal. 13. meth. c. 2. & 14. c. 3. & 7. & Raſis 13. continentis c.10. non vſurpetur niſi totum ſit diligenter expurgatum,quoniam licet vlcus ſanetur,cum corpus ſit immundum,& humoribus excrementicijs ſcateat, denuo reuiuiſcit vlcus: idcirco Auic. docet ſtatim in principio ipſius capitis debere Chirurgum non medicari vlcus cum cicatrizantibus in initio quia licet ſanaretur, ſtatim denuo repullularet ſed debere euacuare humorem peccantem, qui in vniuerſo corpore reſidet;maior n.eſt indicatio,& vrgentior euacuandi tunc humorem etiam reuellendi, quam ſanandi vlcus, ſed oritur hic dubitatio cur Auic. mentionem non fecerit de vena ſecanda, ſed tantum de medicamento purgante exhibendo. Reſpõdendum an quia non adeſt in hoc caſu indicans venæ ſectionem nempe magna, & pręſens ſanguinis affectio, quæ ſemper vt morboſa indicat pręſidium magnum nempe venæ ſectionem ſi vires permittant; ſemper enim cum indicans indicat,requiritur etiam permittens, non adeſt vero inindicans in hoc caſu,quia humores vitioſi ſunt, bilis & pituita ſalſa ſeu melancolica aduſta, ad quos reſpexit Auic. licet aliquãdo poſſint inueniri huiuſmodi humores cum abundantia ſanguinis,& tunc ſecanda erit vena gratia ſanguinis peccantis non gratia humoris vitioſi producentis formicam, *& aqua quidem caſei.* incipit enumerare materias pręſidiorum, quæ eliciuntur ex fõte Chirurgico pharm. & diætetico chirurgiam omiſit Auic.ſed pharmaciam expendit, quæ verſatur aut circa lenientia primos ductus, aut euacuat humores concoctos,aut turgentes licet ſint erudi; ſed quia huc; & illuc vagantur,& certam ſedem nõ habent, poſſunt tuto eua-

euacuari, aut circa motiuos, & mobiles, qui fluunt ad aliquam determinatam partem: iubet igitur chirurgum administrare aquam casei cum scammoneo: quia euacuat humorem fluentem; & concoctum, aut fluentem tantum. Inter initia poterit perscribere Rec. aquæ casei seu seri lactis (quod idem est) lib. 1. ss. scamonij grana v. seu x. in validioribus m. & f. p. b. aqua casei alterat

Serum lactis.

refrigerat, & attemperat acrimoniam humoris sui frigiditate; aluum etiam subducit acrimonia quadam, nam in respectu si lactis serum consideratur. modo dicitur frigidum, modo calidum, modo humidum, & modo acre: si ad partes ipsius lactis, cum lac ex parte constet, caseosa, quæ frigida, & sicca est: ex butirosa, quæ calida, & humida, & ex parte ad huc terrestriori, quæ frigidior, & siccior est, & vulgo recocta appellatur, aquositas illa, seu serum lactis habet temperiem potius calidam in primo gradu, & quo ad secundas qualitates acredinem ad primum gra. si vero animaduertatur in respectu, vel totius

Temperies seri.

corporis, vel partium singularum humani corporis si cõparatur corpori humano symmetro, potius debet appellari frigidum; si parti corporis calidæ pariter frigidum si parti corporis frigidę, & humoribus frigidis, vt pituitæ, & melancoliæ stomacho, & intestinis potius calidum in primo gradu deprehenditur: idcirco cum bilis non solum naturalis sit calida, sed eo magis quæ præter naturã, vt in formica potest iure merito serum lactis, seu aqua casei refrigerare ipsam bilem, & sui acrimonia intestina frigida, & ventriculũ ad expulsionem irritare

Cura formicæ corrosiuæ.

Via autem, secundum quam curatur formica: curam in specie tradit formicæ corrosiuæ, inquiens licet corrosio ab humori acri excitetur, & videatur egere humectantibus, attamen ratione vlceris, quod eget exiccantibus potius frigida, & exiccantia, quam humectantia expetuntur; huiusmodi sunt lactuca, nenuphar, semper viuum, volubilis, & portulaca, solatrũ etiam, & pręsertim siccum, arnoglossa, rubus, lens, sauich. hordei cortices granatorum, & rami vitium, hæc sunt frigida, & sicca, quæ vt frigida calidam materiam attemperant. vt sicca vlceri opitulantur, & inhibent fluxionem ex his poterit Chirurgicus, & decocta conficere, & pulueres, & emplastra, *& cum timentur super ea corrosio, &c.* si species formicæ aderit summa cum corrosione, & putredine, oritur etiam indicatio magis exiccandi, exiccatio est enim quædam euacuatio humoris: icirco Auic. recta meth. infrigidatiuis addit aliquid mellis: quia summa putredo, est cum summa sorditie, & immunditie, & indicat summam abstersionem; mel vero, & farina thuris abstergit, infrigidatiua vero concoquunt, & attemperãt qualitates humorum: aqua ex ligno vitis, stercus ouium cum aceto, stercus vaccinum cum aceto, farina thuris cum aceto, infrigidantia cum melle sunt accommodata: stercus exiccat, & abstergit, acetum etiam refrigerat, & exiccat, & putredini resistit prohibetque putrefactionem, & virulentiam, vt Rec. pul. semper viui arnoglossæ rubi, & lentis corticum granatorum ana drach. j. mellis ros. q. s. m. vel Rec. farinę thuris vnciam j. stercoris ouium drach. ij. aceti ros. q.s. m. & f. linim. vel Rec. stercoris vaccini, stercoris ouuim ana vnciã 1. aquæ ligni vitis q. s. m. *cum ergo corrosio, & vlceratio apparet* si admodum manifesta vigeat corrosio, & vlceratio, maximaquè putredo manifestetur, sicuti dixit in

Exiccatio.

c. primo inquiens *quando fit vlcus, & putrefit appropriatur nomine putridi idest, maligni* tunc hauritur indicatio præ ceteris exiccandi, exiccatio enim pręcipuum auxilium est tollendi summam putredinem sicuti etiam docet in febribus malignis Auic. administrat igitur in hoc c. trocis. Andronis, Pasionis, & huiusmodi cum vino styptico, aut aceto, aut succo cucumeris asinini, vel conficit medicamentum ex sale, felle hirci, pipere, nitro, & rutha cum aceto, vel vino styptico, aut nitrum componit cum vrina pueri: hæc omnia exiccant & abstergunt, tollunt virulentiam, & putrefactionem gradatim & semper indicantibus correspondentia sunt administranda: nam si hæc validiora administrarentur, alijs in speciebus formicæ non conueniunt: quia non adsunt indicantia excellentem exiccationem, & abstersionem, vt docet Gal. 19. meth. c. x. trocis. Andronis hoc pacto describuntur Rec. salis, viridis thuris drachmas iiij. aluminis rocchæ, myrrhę ana drachmas iiii. vitrioli drachmã

Trocisci Andronis.

i. aristolochiæ longæ, & rotundæ ana drachmas xii. cũ vino styptico m. & fiant trochisci S. A. & *Gal. quidẽ dixit, &c.* dubitat in hac parte an medicamenta ita valida sint administranda ex Gal. 14. meth. c. 17. vt dolores, & calores inurant, ait minime: quia huiusmodi

Dubitatio de medicamentis sol.

medicamenta dolorifica & calida maiorem copiam humorum alliciunt, & trahunt. attamen si verruca aliqua, vel summa virulentia, & putrefactionis vis infestet, non solum caustica sunt administranda, sed ferrum etiam cãdens inurendum, vti conuenit gangrenæ, & sphacelo. idcirco lacrima vitis, verrucas formicales destruit, & alia caustica, vt aqua fortis, oleum vitrioli, & sulphuris, hæc sunt, quæ Auic. in hoc c. in medium affert, quę nobis regulam patefaciunt plurima alia huiusmodi administrandi: diæta etiam in qualitate quantitate, & tempore, atque modo debet correspondere, vt sit refrigerans, & exiccans.

Diata.

De cura Miliaris. Cap. VIII.

M*iliaris similatur formicæ in curatione*, sicuti miliaris formica constat ex humore bilioso, & pituita, ita medicamenta debent correspondere indicantibus. caput diuiditur in duas partes in prima vniuersalia medicamenta euacuantia proponit, in secunda localia: quo ad primam proponit pro euacuante turbit cum scamonio, quod choleram soluit: nam dixit formicã egere primo, & principaliter euacuatione, & quia ista ex bile, & pituita constat super abundanti: idcirco medicamentũ vtrunque humorem euacuans proponit, vt Rec. turbit drachmã i. ss. scammonij scrupulum ss. aquæ hordei. & betonicæ q.s. fiat infusio S. A. & collatura, scamonium, & bilem euacuat, & est tanquã vehiculum, & calcar ipsius turbit, addit epithimum si aderit portio aliqua melancoliæ: si in pul. sumatur Re: turbit pulueriz. drachm ss. scammonij grana iii. cinnã. masticlais an. p. m. adiungenda sunt corrigentia: corrigit mastix, & cinnam. si aderit humor melancolicus. R. turbit epith. an. drachm. i. semis scammonii gr. v. cinnam. anisorum an. scrupul. ss. decoctum florum, & fruct. cord. q.s. fiat infusio S. A. & facta diligenti expressione adde mellis rosati solutiui sirupi ros. solutiui an. vnc. ii. m. & f. p. b. & ita satisfacit duabus speciebus formicæ miliaris, & quæ oritur ex bile, & phlegmate, & quæ oritur ex melancolia, & bile: *deinde sumantur gallæ, & fructus tamarisci*: tradita doctrina curationis quo ad euacuationem in prima parte possunt adiungi multa alia pręter ea, quæ ab Auic. dicta sunt, & alterantia humorem pituitosum, & biliosum, & melancolicum, & euacuantia hos humores simul commixtos de quibus supra: inter alterantia enumerantur betonica stecados, calamentum, pulegium, borago buglossa capillus veneris cicoreum, sonchus acetosa. Inter euacuãtia bilem est reubarb. scãmonium, diagridium electuarium de succo ros. diaprunis sol. diasebestem sol. pillulæ Aureæ. euacuantia melancoliam electuarium lenitiuũ, confectio amech, senna polipodiũ epithimum, elleborũ nigrum inter euacuantia pituitam, agaricus turbit, hermodactilus, diaphin. pillulæ cochiæ, de Agarico mes. fętidæ, de hermodactilis: deinde localia in hac secunda parte exponens admodum exiccantia proponit, cum tamen ratione pituitæ calidę, & ratione bilis frigida, & humida potius essent expendenda fortasse, ne ratione crassiciei materię pituitosæ salsæ vlcus euadat malignũ, & vt magis resumantur, & repercutiantur succi; maior enim est resistentia in pituita tanquam ineptior motui,

Medicamentũ pro bile & pituita.

Pro bile pituitosa & melancol.

Alterãtia

Chalagoga. Melagogã Phlegmagoga.

Localia exiccantia.

& ideo exiccantia,& reprimentia validiora indicantur sumit gallam,fructus tamarisci, cortices granatorum, bolum armenum cum aceto & aqua rof.vt Rec.gallarũ fruc. tamaris - corticum granat- an. vnc. ſs. boli arm. drachmas ii. aquæroſ. vnciã 1. aceti vnciã ſs. m. acetũ vehiculum eſt,& reprimit atque refrigerat,aqua roſ. attemperat ipſum acetum ne mordicet, & reprimit, & hoc eſt medicamentum vſurpandum in principio dum materia fluit: in ſtatu, & augumento ratione pituitæ poſſumus addere anethum,& camamellũ, ſicuti inquit Auic. *& quando pertranſit principium oportet vt tunc curetur, &c.* in augumento oritur indicatio,& repellendi materiam fluentem, & euacuandi materiam impactam, iure merito medicamentum proponit ex piſce ſalito quod vim habet exiccandi, & digerendi cum vino pontico quod facultatem obtinet exiccandi, & repercutiendi. In ſtatu & declinatione locale medicamentum proponit maxime digerens & exiccans:quia tunc temporis adeſt ſola indicatio euacuandi & in declinatione aliquid corroborandi neceſſaria eſt *exiccatio vltima* vt Rec. foliorum albedarungi. i. meliſſæ vnc.j. cum vino q.ſ. m. & fiat linimentum, vel aquæ ligni vitis q.ſ. hæc ſunt quatuor medicamenta propoſita ab Auic. ſicuti quatuor ſunt tempora huius affectus principium augumentum ſtatus,& declinatio nobis his tanquam exemplis relinquens veram, & rectam meth. medendi: plurima poſſunt alia medicamenta ſimilia componi,& repercutientia in principio adminiſtranda, & partim repercutientia, & partim digerentia. In augumento & ſtatu maxime exiccantia, & calida, & in declinatione adhuc magis exiccantia,& digerentia cum aliqua aſtrictione. vnum propoſitis his localibus profert maxime dubitandum Auic. nempe exhibitionem lactis dulcis inquiens *lac dulce eſt vehementer conueniens curationi huius ægritudinis*: ſi de vſu eius ad extra loquitur,ſibi contradicit:quia proponit exiccantia,aut frigida,& ſicca,aut calida,lac autem non exiccat, ſed humectat: ſi ad intra aſſumendum, videtur pituitæ non conuenire,quæ frigida,& humida potius,calidis, & ſiccis eget: dicendum maxime competere ratione humoris bilioſi, & melancoliæ & præſertim ſi exceſſerit non ſolum copia,ſed vi & acuitate;maius enim nocumentũ præſtatur ab acrimonia ipſius bilis & caliditate, quã à pituita; oportet igitur lacte dulci intus exhibito humores calidos,atque aduſtos attemperare his: animaduerſis quantam methodum,& qualem obſeruauerit doctiſſimus Auic. facile vnus quiſquè perſpicere poteſt, nec oſcitanter eſt legendus: ſemper enim proponit ſumma cum ratione & ſcientia medicamenta.

In principio.
Acetum. Aqua roſ.
In ſtatu & augumento.
In ſtatu & declin.
Dubitatio de lacte.
Solut.

De Pruna & igne Perſico ſeu Carbone. Cap. IX.

H*Aec duo nomina fortaſſe abſoluta ſunt ſuper omnem puſtulam corroſiuam.* De pruna & igne perſico (quòd idem eſt) ac de carbunculo carbone, & antrace apud Græcos, agens Auic. in hoc c.v. expendit primo nomina horum affectuum. Secundo naturã. tertio differentias. quarto ſigna, & quinto dubia quædam remouet: poteſt definiri, vel ſub ratione tumoris, vel vlceris, vel mixti affectus. definitur ab Auic. ſub genere tumoris & inflammationis, & puſtulæ, & poteſt ignis perſicus, ſeu carbo definiri inflammatio vehemens cum rubedine ad nigredinem declinante, & puſtulis,ſeu veſicis producta a bile flaua citrina, ſeu aduſta cum portione melancoliæ, ſeu cum portione ſanguinis melancolici aduſti. Pruna è contra; eſt inflammatio vehemens cum nigredine & puſtulis nigris producta à melancolia aduſta, ſeu à ſanguine melancolico aduſto cum portione bilis citrinæ aduſtę: ex declaratione harum definitionum cauſæ, & differentiæ horum affectuum patebunt: ſi velimus ſub ratione vlceris definire,poterit hoc pacto deſcribi: pruna videlicet eſt vlcus còrroſiuum cum puſtulis, ſeu veſicis nigris productum a bile citrina aduſta cum portione melancoliæ: ignis perſicus eſt vlcus corroſiuum cum puſtulis nigris, ſeu veſicis adurentibus ab humore melancolico aduſto, ſeu à ſanguine melancolico aduſto cum portione bilis citrinæ aduſtæ; de his tract.Gal.2.ad Glauc.c. 1.& 14. meth.4.& libro de tumoribus ponens has duas ſpecies carbunculi, ſeu antracis, ſeu carbonis fieri à ſanguine craſſo fæculento aduſto, quod eſt, vt dicit etiam Auic. à melancolia aduſta & bile citrina aduſta: nam ſanguis fæculentus, dum aduritur; ſecundum tenuiorem partem, & calidiorem, bilem citrinam producit, ſecundum partem craſſiorem, & terream bilem nigrã, ſeu atram bilem, ſeu atrabilarem ſuccum exuſtum producit, qui obtinet duas facultates ſcilicet caliditatẽ, & ſiccitatem in exceſſu propter aduſtionẽ,& frigiditatem, & aciditatem; non adeſt igitur diſſenſio inter Gal.& Græcos: nempe Paulum,& Aetium, & inter Auic. nã idem dicunt & ſentiunt; diximus ſupra eſſe inflammationem vehementem, quia adeſt etiam intemperies calida,& tumor cum puſtulis: nam inquit Auic. *adeſt puſtula corroſiua veſicans,adurens faciens accidere excaram*; adeſt etiam igitur vlcus neceſſario ſed pruna à bile citrina aduſta fit cum portione melanconię: nam à maiori copia bilis, & humoris tenuioris & aduſti fit,& à minori copia melancoliæ aduſtæ: veſicæ & puſtulæ non erunt admodum nigræ; ſed citrinæ. vbi aderit ebullitio plurima, fætor, & eleuatio cuticulę à cute,aderuntque ſigna bilis. In igne vero perſico adeſt etiam inflammatio magna, & vehemens maiorq; nigredo. Et cauſa efficiens potiſſima, & principalis eſt melancolia aduſta, minor portio aderit bilis aduſtæ. his de cauſis differt pruna ab igne perſico, & hæ ſunt duæ illæ differentiæ principales carbunculi, ſeu carbonis, ſeu antracis: quia licet oĩs antrax ab humore aduſto originẽ trahat; attamen ille humor, modo bilioſus aduſtus, modo melancolicus aduſtus, modo in minori copia adeſt. In pruna adeſt color carbonis abſque humiditate, adeſt plurima nigredo ſubmerſa & parua eſt eminentia & fortaſſe puſtula minima, ſed pruritus & ſcabies in igne perſico, color niger & plumbeus, & cinericeus, inflatio vehemens, facileque apparet; at pruna tardior & profundior quia materia eius eſt craſſior, & terreſtrior.

Definitio ignis perſici
Definitio prunæ.
Definitio prunæ vlcus.
Definitio ignis perſici vt vlcus.
De cauſis vtriuſque affectus.
Atra bilis.
Pruna cauſa.
Ignis perſici cauſa.
Diſcrimen prunę & ignis perſici.

Differentiæ igitur ſumuntur à forma, loco affecto & cauſa efficiente:à forma maior inflammatio viget in pruna ob materiã melancolicã, ſed profundior & moleſtior & magis ad nigredinẽ vergens;rõne loci, quot ſunt partes in humano corpore,tot poſſunt oriri,rõne cauſę efficientis in pruna maior eſt copia melancoliæ aduſtę prædominans, in igne perſico bilis aduſtæ cum minore portione melancoliæ, vnde inquit Auic. *vnumquodque horum eſt de colera citrina adurente permixta melancolicæ*, & pro miſcela horum humorum oriuntur hæ differentiæ.

Differentiæ à forma. à loco. Ab efficiente.

Signa horum affectuum ex cognita eſſentia manifeſtantur, ſi adeſt ignis perſicus ſigna bilis apparent in vniuerſo corpore vrina flaua & citrina,ex caliditate iecoris inflammatione cum rubedine flaua, velocis apparitionis, & motus, cum puſtulis & veſicis eleuatis:quia materia tenuior eſt, & ambulat, & corrodit magis ſecundum ſuperficiem. Si pruna, cum fiat a terreſtriori, & craſſiori humore ſcilicet melancoliæ inflammatione eſt vehementior, ſed magis profundior, ſed cinis, ſeu nigredo maior, & puſtula tantũ vna apparet, ad formã lupini. vnde dr̃ lupinaris ab Auic. corrodit & ambulat ſecundum profundiorem partem. verum quia hi affectus ſolent concomitari malas febres, & peſtilentes vt docet ipſe Auic. in fine c. ſi hæc ſigna grauiora ſæuiora apparebunt, ſi peſtis, & febres malignæ vagantur poſſumus,& hæc maligna, ſeu peſtilentialia appellare, imò hæc ſemper adnotant humorem malignum; tradit etiã

Ignis perſ.
Signa prunæ.

Auic.

Prognoſtica. Auic. præſagium de his inquiens *Ignem perſicum velociorem eſſe neque ita læthale*, carbonem, ſeu prunam tardiorem, & profundiorem magis læthalem.

Dubitatio Tolluntur vltimo loco omnes dubitationes ex enarratis an pruna & ignis perſicus debeant appellari tumores, an vlcera, quia cum iſti ſint affectus, & vlcera, & tumores, & inflammationes exiſtent, vt ſenſu apparet: *Dubitatio de cauſa efficiēte horum affectuum.* dubitatur etiam de cauſa efficiēte an à ſanguine exuſto melancolico, vel à bile aduſta, vel à melancolia naturali aduſta; ſed hæ diſſenſiones facile conciliantur cum poſſint oriri & concitari ab his omnibus; tum à ſanguine in venis alimentali, ſed corrupto & aduſto, qui ſecundum partem tenuiorem tranſmutatus euadit bilis aduſta, ſecundum partem craſſiorem melancolica atra & exuſta; nec non etiam bilis excrementicia, ſeu excrementum bilioſum productum à iecore & in veſicam felleam delatum poteſt exuri, & cum ſanguine permiſceri, ita etiam melancholicum excrementum lienis, quæ excrementa aduſta in veniſque ſanguini permixta poſſunt ignem perſicum & prunam excitare, & ſanguinē & iā ipſum in venis tranſmutare, vt facile ex his, omnes dubitationes tollantur, & facile etiam intelligūtur Aetij dicta lib.14.c.58. & Pauli lib.4.c.25. qui Gal. ſententiam lucidius explanarunt. Cognita igitur, & quo ad nomen, & quo ad eſſentiam intrinſecam, & quo ad differentias ignis perſici & prunæ natura, cognitiſq; per ſigna, & per præſagia, ablatiſq; dubitationibus, facilius erit curationem aggredi methodo.

De curatione Prunæ & ignis Perſici.
Cap. X.

N*Eceſſaria eſt phlebotomia, vt euacuetur ſanguis cholericus* in tres partes diuiditur hoc c. quoniam tria etiam ſunt neceſſaria pro recta curatione prunæ & ignis perſici. in prima vniuerſalia remedia collocat. in 2. localia, & tertio rectum vſum ſeu adminiſtrationē circa quantitatem quo modo quando, & ubi docet; non ſat eſt enim remediū inuenire, niſi debita quantitate, modo, loco & tēpore adminiſtretur: *Chirurg. De Vena ſecta.* vniuerſalia remedia a tribus illis fontibus ſunt petenda Chirurgico Pharmaceutico, & Diætetico. Inter chirurgica primā ſedē occupat venæ ſectio, quæ eſt præſtans & potens remedium, & cum affectos ſint magni, magna etiam remedia expoſtulant: non ſolum vtilis ſed neceſſaria phlebotomia, vt euacuetur ſanguis cholericus, qui & *Vſus.* copia & qualitate peccat in vniuerſo, debet eſſe copia ſanguinis, cholerici non bilis excrimenticia: nam proprie „ ſanguis per venam ſectam euacuatur, bilis vero potius „ medicamento purgante extruditur: quantitas ipſius ſan„ guinis maxima eſt extrahenda, imò vſque ad ſyncopem excluſiue. quoniam maxima eſt actio & quantitas ipſius ſanguinis. Modus eſt, vt foramen fiat profundum, vt egrediatur ſanguis malus & craſſus ad naturam veneni *Scarificationes.* accedens. in pruna licet etiam ſcalpellationem moliri.i. cucurbitulas ſcarificatas, uel ſcarificationes vt ſanguis melancolicus, & craſſus euacuetur: ſcarificatio poteſt & fieri ratione vniuerſi circa crura, vel circa locum affectum, & præſertim dum humor eſt aduſtus & melācolicus; in igne perſico vero in quo potius ſanguis cholericus abundat, venæ ſectio magis eſt accommodata. *Medicamenta. Lenientia.* Medicamenta vniuerſalia lenientia erunt petenda ex indicationibus, vt primo laxatur aluus, vel clyſt. com. & refrigerante, vel melle roſ. ſolutiuo, vel ſyrupo roſ. ſolutiuo, vel caſſia cum tamarindis. *Syrupi.* ſyrupi etiam & decocta alterantia & præparantia humores bilioſos & melancolicos aduſtos concinnentur abſque dulcibus ſyrupis, vt R. decocti acetoſæ, cicorei, fumariæ bugloſſæ vnc.iij. ſucci citri vnc.j.m. vel ſeri caprini depurati vnc.vi. ſucci boraginis, fumariæ depur. ana vn. i.ſs.m. vltimo concoctis *Euacuantia.* ſuccis, & humoribus medicamenta euacuantia erunt exhibenda vt ex infuſione reubarbari ſenæ vel infuſione epithimi polipodij & ellebori. inter vniuerſalia conſeruæ *Alterantia.* refrigerantes ex prædictis ſunt vſurpandæ vt R. conſeruæ de acetoſitate citri vnc. j. acetoſæ vnc. ſs. margaritarum præparat. ſcr.j. cornu cerui vſti ſcr.ſs.m. fiat miſtura capiat cocleare vnum pro ſingula vice.

Localia. *Cura autem localis neceſſaria eſt*, explicata cura vniuerſali & eius adminiſtratione cura localis animaduertēda, in qua ſummopere incumbendum, vt infrigidetur pars, & modo etiam exiccetur: inter quæ linimentū ex arnogloſſa, ex boragine, acetoſa ſummopere prodeſt. non debent ſtyptica adminiſtrari, ne pori aſtringantur, vel materia magis impacta, & infixa euadat, neque reſolutiua, ne ſucci attrahantur, ad locum affectum, & præſertim in principio; nam vt toties dictum eſt etiam hæc localis curatio in his morbis eſt diuerſa penes quatuor tempora principium augumentum, ſtatum, & declina*In principio.* tionem, idcirco in principio ea ſunt adminiſtranda, quæ refrigerant vt calor præter naturam adimatur, quę exiccant, vt virulentiā tollant, & vlcerationē. Enumerat Auic. emplaſtrum de arnogloſſa, galla & lentibus & pane plurimi furforis, hæc in aqua cōcocta S. A. faciunt emplaſtrum: arnogloſſa refrigerat, & exiccat: ita lentes non excorticatæ. galla vero refrigerat & exiccat & modicam aſtrictionem obtinet: panis furfuraceus exiccat & ſui ſubtilitate abſtergit, & licet galla aſtringat parum tamen, & conuenit in principio his reliquis admixta, vel R. gallarum vnc j. aluminis vnc. ſs. aceti q s. m. & fiat emplaſtrum exiccat attenuat, & abſtergit refrigerat & repellit: grana etiam acetoſæ cocta in aceto ſunt accom*In augumento.* modata in principio, in augumento nux recens, & folia eius cum ſauich & vua paſſa ſimul concocta faciunt emplaſtrum: pariter dum ſummus viget dolor & inflammatio, conficitur linimentum ex opio, acatia & trachacantho In augumento R. floris æris drac.j ſemi. iuſquiami albi drac. ſs. cum aceto roſ. m. ſummopere exiccat & re*In Carbone vel igne vlcerato.* frigerat & venenoſitati humoris reſiſtit. Quādo vero carbo, vel ignis perſicus manifeſtam vlcerationem obtinet; tunc maxime exiccantia ſunt apponenda, vt trociſ. Andronis, Paſionis, & huiuſmodi cum aceto roſ. vel ace*Not.* tum roſ. cum bolo ermeno & charta combuſta. circa adminiſtrationem admonet Auic. emplaſtra in die bis, & in nocte ſemel & bis etiam renouari oportere: quoniam cum locus affectus ſit maximæ actiuitatis & caloris, euincit facultatem emplaſtri niſi ſæpe renouetur, imò ſi diu permanent potius nocumentum afferunt loco affecto, in augumento hyſſopum infuſum in vino: cum ergo quieſcit inflammatio, tunc oportet vlcera curare maximis exiccantibus ſicuti etiam maxime corroſiua ſolēt adminiſtrari non ſolum circa locum affectum, ſed etiam circa partes adiacentes; ſed quia ſupradixit non debere *Contradictio* adminiſtrari exiccantia & modo debere adminiſtrari, videtur ſibi contradicere. ideo non ſunt adminiſtranda *Soluitur.* exiccantia admodum ſtyptica, ſed illa, quæ non aſtringunt & præſertim in pruna, in qua materia prædominans eſt melancolica aduſta craſſa, & terrea: ſolent etiam præſertim in peſtilenti carbunculo & antrace adminiſtrari & theriaca aceto roſato diſſoluta, nec non etiam cæpa excocta in aceto prædicto, vel ſcordium, dictamnum, plantago, arnogloſſa echium cocta in aqua plantaginis & ad emplaſtri formam redacta. Alij etiam ignem & poſſibilem & actualem infigunt partibus circumiacentibus, defenſiuo munitis, vt quamprimum materia illa maligna & peſtilens eradicetur, & euellatur, ne ſuam virulentiam partibus internis communicet; ſo*Dubitatio de repercutientibus Soluitur.* let etiam dubitari de repercutientibus, non ſunt equidē in hoc caſu repercutientia adminiſtranda ſicuti ſupra fuſe adnotauimus, quibus in caſibus ſunt recta methodo & tempore & quomodo ſunt adminiſtranda. vnum ſolet *Arcana.* inter arcana enumerari & eſt rad. chameleontis nigri & albi, nec non pentaphil. aceto roſ. decocta nec non gentiana & Angelica. *Victus.* Victus ratio his debet correſpondere, vt ſit potius refrigerans & exiccans & de his ſatis.

De veſicis, & inflationibus. Cap. XI.

Nominis acceptio. Definitio.

I*Nflationes accidunt ſecũdum duos modos quorum vnus eſt, &c.* Inflatio cum ſit tumor præter naturam, qui poteſt contingere, tum internis, tum externis partibus, potiſſimum accipitur tamquam externis contingens, & vt diſtinguatur a cæteris tumoribus. Definiendus erit tali pacto. inflatio eſt tumor præter naturam humani corporis ab aquoſo ſucco. explicata natura huius tumoris per cauſam formalem, materialem, & efficientem, tota eius eſſentia & curatio etiam manifeſtabitur:

Forma.

forma eſt tumor præter naturam; magnitudo igitur aucta, quæ vel morboſa eſt, dum lædit actiones illius partis, vel ſymptomatica dũ habet rationem cauſæ.

Locus affectus. Efficiens. Aquoſus ſuccus duplex.

Locus affectus eſt humanum corpus & quælibet eius pars tam interna quam externa; ſed cauſa efficiens habet rationem differentiæ, & eſt aquoſus ſuccus, qui diſtinguit hoc genus tumoris a ceteris omnibus, aquoſus nempe ſuccus duplex eſt, vel tenuis, & hic prouenit ab ebullitione bilis & humoris cholerici, qui tranſmiſſus a venis ad cutim ipſam eleuat, & in veſicam redigit, vel eſt craſſus & fit à ſanguine, dum, vel ebullit ipſe ſanguis, & inflammatur, vel nimis aquoſus exiſtit, & hic ſæpe in pus conuertitur, & eleuat ipſam cutem; ſanguis vero aquoſus, tum tenuis, tum craſſus gignitur a pluribus cauſis tum internis tum externis. ſi tenuis eſt aquoſitas, poteſt originem ducere, vel à caliditate iecoris, vel a putredine, vel ab inflammatione, extrinſece etiam a cibis & potibus calidis, a nimia vigilia, nimio motu, exercitio, atque

Craſſæ aquoſitatis cauſa.

ab ira: ſi craſſa eſt ipſa aquoſitas, ab hepate frigidiori, a cibis frigidis, & humidis & aquoſis, vel ab inflammatione & calore ipſius ſanguinis, qui ſegregat hanc aquoſitatem; ſed animaduertendum differentiam eſſe inter

Serum ſeu aquoſitas.

ſerum ſanguinis, & ichorem inter ſeroſitatem & corroſionem: ſerum & aquoſitas & ſeroſitas eſt illud excrementũ, quod producitur a iecore in gibba tanquam inutile ad nutritionem, & ad renes expellitur; qui attrahũt ipſum, & deinde tranſmittitur per veſicam, & dicitur lotium, ſeu vrina. ichor vero non eſt excrementum pro-

Ichor.

prie, ſed eſt tenuior pars ſinguli humoris alimẽtalis conſtituens intrinſece naturã huius humoris E. g. ſanguis alimentalis pro quarto ſucco, vel portio bilioſa alimẽtalis habet triplicẽ partem, propriam ſubſtãtiam, craſſiorem, & tenuiorem, ſicuti lac habet partem caſeoſam, butiroſam & ichoroſam, & tamen partes eſſentialiter lac conſtituunt, verum ipſe ichor non ſeparatur ab ipſo humo-
„ re, ſicuti ſerum ab ipſo lacte nõ ſecernitur niſi dum cor-
„ rumpitur & euadit præter naturam quando igitur ſanguis bilioſus ebulit, vel ſanguis pro quarto ſucco, vel melancolicus ſanguis alimẽtalis pituitoſus tum ſegregatur ichor tamquam pars aquoſior, & tunc ipſe ichor appellatur excrementum præter naturam, quod excrementum ſi ad cutim expellitur, & non valeat diſſolui propter duritiem, vel ſpiſſitudinem ipſius cutis; producit inflammationem bilioſam, vel ſanguineam, vel pituitoſam, vel melancolicam: ſi vero hæc inflammatio originem non trahat ab ichore, ſed à ſero ſanguinis genito, vt ſupra dixi, vel a rebus internis, vel ab externis ſex rebus non naturalibus frigidis & humidis vel ab intemperie frigida & humida hepatis, vel lienis, vel vteri, euadit inflammatio ſeroſa & aquoſa, ſed non ichoroſa: his expoſitis patent differentiæ & ſpecies ipſius inflammationis, quæ vt toties dictum eſt hauriuntur a tribus illis cauſis,

Definitio inflammationis à forma a loco affecto. Ab efficiente.

a forma, vt maior vel minor erit inflatio morboſa, vel ſymptomatica: a loco affecto pro vt in hac, vel in illa parte, vel interna, vel externa, ſed magis ex vſu artis nẽpe a re vtili curationi deſumuntur. A cauſa efficiente: quia hac cognita poſſumus tuto remedia adhibere: tot ergo erunt ſpecies a cauſis, quot ſpecies cauſarum ſuperius fuere enarratæ. Has ſpecies innuit Auic. præſertim a cauſa efficiente ſed admodum breuiter per *ebullitionem* innuit ſpeciem illam ichorum: per *aquoſitatem* ſanguinis adnotauit ſeroſitatem. Signa ſubiicuit Auic. & præſagia atque indicationes, quoniam manifeſtè patent, cognoſcuntur ex ſignis manifeſtantibus dominium humorum,

Signa bilioſæ inflammationis. Sanguinea. Pituitoſa. Melancolica. Seroſæ & aquoſæ. Prognoſtica.

bilioſa inflatio dignoſcitur ex calore acri, pruritu, flauitie. Sanguinea ex calore mitiori, & colore rubro. Pituitoſa ex frigore & colore albo. Melancolica ex ſubalbo colore, & plumbeo. Seroſa & aquoſa a nimio potu ciborum frigidorum vſu, & a frigida hepatis intemperie, & habitu corporis cachetico. Tutiores ſunt inflationes, quæ ab externis proueniunt quam ab internis cauſis; grauior, dum ab intemperie frigida iecoris concitatur, imminet enim hydrops, & cachexia: quæ ab ebullitione proueniunt, periculum portendunt, & præſertim dum ebullit melancolicus ſanguis.

Indicationes. Curatiua. Præſeruatiua.

Quo ad indicationes oportet a trib. illis fontib. emanare, curatiuo, præſeruatiuo & vitali. a curatiuo tumor indicat ſui ablationem, & diminutionem: à præſeruatiuo pars affecta, vt ad ſtatum naturalem redigatur & ſecundum naturam conſeruetur. ſed cauſæ à præſeruatiuo fonte præſeruatiuas indicationes pariunt, tot, quot ſunt ipſæ & aliæ totum reſpiciunt; aliæ partem affectam. in toto oportet, vel ebullitionem tollere, refrigerare, vel hepar frigidum calefacere, vel humores deinde ichoroſos, vel aquoſos antecedentes euacuare, vt habita totius prouidentia facilius ad locum affectum curandum accedere valeat Chirurgicus; circa quem locum multa ſunt remedia adhibenda, & indicationes hauriendæ ſecundum tempus: aliæ in principio aliæ in augumento, & aliæ in ſtatu, & aliæ in declinatione exercentur. in principio habita prius euacuatione totius. Oportet a parte affecta repellere aquoſum ſuccum fluentem: deinde in augumento partim repellere, partim euacuare. In ſtatu ipſum diſſoluere, vel manifeſte educere. In declinatione affatim diſſipare & corroborare partem: his enarratis in ſequenti. c. Auic. materias præſidiorum quæ valent ſatisfacere his indicationibus, enumerat.

De Cura Inflationum. Cap. XII.

M*Vndificatio quidem corporis cum phlebotomia &c.* Hoc c. in duas potiſſimum partes diuidit Auic. in prima tractat de vniuerſalib. præſidijs Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæreticis. In ſecunda de localibus, quæ extra circa locum affectum apponuntur. at primo eſſe ſanguinem detrahendum, vt mundificetur corpus ab ichoribus; ſed recte eſt

De ſanguinis miſſione.

expendenda Auicennæ ſententia quia tunc ſanguis eſt detrahendus cum adeſt indicans, & vires permittunt; at in his omnibus ſpeciebus enaratis, non adeſt ſemper indicans, neque ſemper vires; ſed quia vt plurimum hæ inflationes proueniunt ab ebullitione, quæ prouenit a copia maſſæ ſanguineæ plenitudine ſecundum vaſa, vel ſecundum vires; tunc iure merito recenſet phlebotomiam. In illa vero ſpecie ab aquoſitate & intemperie frigida iecoris, non eſt ſecanda vena tex. *& ſimilibus ſecundũ quod ſciuiſti, &c.* per hæc verba ſignificat ſimilia remedia, quæ euacuant, vel ſanguinem, vel humores alienos a natura ſanguinis: cucurbitulæ, hirudines, ſcarificationes, ſunt aliquando adminiſtrandę ſicuti ſi alius humor peccet, vt pituita, bilis, melancolia, & huiuſmodi excrementa aquoſa ſeu ichoroſa poſſunt euacuari medicamentis tum per aluum, tum per vrinam, tum per ſudorem: per has vias educuntur humores ichoroſi, ſeu aquoſi. Sed Auic. non enumerat medicamenta euacuantia; quia de his. c. de hydrope. poſſumus tamen dicere gratia bilioſi ichoris ſcamonium eſſe adminiſtrandum, gratia Pituitoſi turbit Agaricum; gratia melancolici eleborum, gratia omnium Elatherium educit omnes aquoſitates. grana ebuli, ſucci ſoldanellæ, braſicæ ſilueſtris, rad. iridis rec. corticis ſambuci interni flores perſici, comas ebuli, thymelea, mezereon, & hæc omnia

Medicamenta euacuantia.

Elaterium aquosos succos educunt per aluum. Elaterium non administratur nisi ad gran.iiij.vel v. sicuti etiam grana ebuli, Bendæ, cataputiæ: succi prædicti prius depurantur deinde ad vnc.j. ss.vel ij. exbibeantur cum pauco cinamomi, vel anisi. *Diuretica* Per vrinam expelluntur decocto rad. fæniculi, petroselini, asari, agrimonij, capillorum veneris cetrach, *Sudorifica* saluiæ, roris marini milij solis & huiusmodi. Per sudorem in decocto chynæ, saxafras, ligni guaiaci, & huiusmodi.

Victus. Victus ratio vniuersalis debet correspondere, vt sit in ichoribus frigida & sicca. In aquositatibus & serosis, calida & sicca, *Localia.* circa particulari magis versat Auic. & plura remedia enumerat, quæ tamen non sunt irratiobnailiter applicanda, sed methodo: nam alia conueniunt principio alia augumento, alia statu, & alia in declinatione & alia speciei ab ebulitione & ichoribus, & alia speciei ab aquositate & sero. *Inter initia* vt inquit *in primis cum apparent apponantur lentes coctæ cum aqua, aut cortices granatorum, aut cortices ramorum eorum*, hæc cum repellant, exiccent, refrigerent, sunt administranda inter initia tumoris ab ichore, &c *Si autem exierint vesicæ.* sumit indicationem a cute, quæ aliquando crassa & dura est. tunc oportet ipsam acu aperire: nam si subtilis est aperitur per se: deinde oportet, vt exprimatur cum facilitate absque ægri dolore; post apertionem aliquando solet adesse vlceratio, & tunc oportet curationem instituere gratia vlceris: idcirco apertis vesicis administretur ceratum de cerussa, vel de litargyrio & alia emplastra accommodata erysipelæ & formicæ, vel R. litargyrij lib.j.ol.veteris lib.j.ss.arsenici lib.i.decoquatur litargyrium cum ol. donec nō adhæreat, vltimo addatur arsenicum; administrantur etiam emplastra admodum exiccantia, de quibus supra, & ea, quæ conueniunt testibus & labiis, vel R. colchotar, i. vitrioli & chalcadis ana dr.viij.foliotum rosæ drac.ij. aquę q.s. m. vel R. fimi caprini, mellis. q.s. hæc omnia admodum exiccant, & vesicam tollunt, & potius escharam adustione faciūt, qua exorta oportet vti emollientibus ad escharam ipsam tollendam, vt butiro, vel axungia, qua ablata caro sana apparet, & curatur curatione vulnerum planorum; *Medicamentū post escaram.* laudatur post excharam hoc medicamentū ab Auic. R. sarcocholæ, aloes, olibani, cerusæ, zeniar.i. æruginis ana drac.ij.boli armeni drac.x.aquæ q.s.fiant pastilli, qui dissoluuntur aceto, & aqua, & his locus lenitur his medicamentis, remouet inflationes Auic. quæ tamen sunt semper curandæ, cum adest vlcus, vt caro gignatur, profunditas repleatur & postea cicatrix ducatur; de his medicamentis tanquam institutis ad optimam curationem & ordinatam, tum gignentibus carnem, & replentibus, tum cicatrizantibus pluries dictum est,

Apynictis.

De Essere. *Cap. XIII.*

E*Ssere est pustula parua lata sicut vesica &c.* Diuiditur hoc. c. in duas partes: in prima Auic. de essentia huius tumoris pertractat. in secunda de signis. Essentia esseræ, seu tumoris parui pruriginosi consistit in forma, loco affecto, & causa efficiente: idcirco *Definitio.* Describitur parua pustula & lata partis externæ humani corporis producta ab humore, vel vapore subtili acri, & mordaci cutim eleuante. est pustula parua scilicet tumor paruus, sed non rotundus imo latus, & vbique aliquando secundum venarum situm diffusus, vt eleuet præsertim cutim secundum partem & regionem venarum. quoniam materia & causa efficiens huius pustulæ præsertim residet in venis. vocauit Auic. pustulam paruam & latam, quia sæpe præter tumorem & eleuationem adest quædam asperitas, & in æqualitas. *Locus affectus.* Locus affectus est cutis & caro subiecta. hæc patitur pruritum, tumorem, colorem mutatum, & emanationem aliquam *Efficiens.* humiditatis: causa vero efficiens, quæ est vtilis ad curationem appellatur ab Auic. vapor calidus, *a me vero acris & mordax*, qui quidem sicuti immediate. Est causa ipsius essere, ita mediate dependet a sanguine in venis existente. si causam immediatā tangere volumus, dicendum fieri a vapore acri & mordaci, si mediatam & antecedentem ab humore calido: qua propter hic vapor calidus & siccus, atque tenuis flauus, oritur a sanguine cholerico, & hic vt plurimum infestat, vel est calidus & siccus, sed crassus, qui fit a phlegmate *baurachio*, scilicet salso, vel fit calidus & acris a sanguine calidiori & feruido, qui rubens etiam est, & minus pruritu infestat. Sanguis vero, vel cholericus, vel salsus, vel feruidus a pluribus causis generantur aut internis a iecore calidiori, & temperie totius, vel ab externis, a cibis calidis, nimio motu, & exercitio, vel aere calidiori. & similibus.

Signa. Signa quæ notificant has 3. differentias esseræ; nam vel fiunt a sanguine, vel a bile, vel a salsa pituita; perspicua apparent. *Essere biliosi.* Nam si essere est biliosus, color est flauus, pruritus vehemens & acutus, Signa bilis apparent, & in meridie solet infestare. *Sanguinei.* Si a sanguine, apparet rubedo, infestat in nocte magis, & calor & pruritus mitior. *Cur noctu inuadat.* causa cur in nocte vehemētior inuadat, est fortasse, quia tunc temporis pori cutis magis clauduntur ob frigiditatem noctis, & sanguis est crassior. *Phlegmat.* phlegmatica vero adhuc magis cruciat in nocte ob dictas causas: quia crassus est vapor; adest etiam color cutis magis albus sed pruritus intensus.

De venæ sectione. Vltimo gratia curationis vnum ponit scilicet cum copiose occupet vniuersum corpus, indicat maxime esse copiam in venis sanguinis ebullientis, aut cholerici, aut sanguinei, aut salsi, & egere euacuatione tunc per venæ sectionem; sin autem oritur periculum, ne oriantur tertianę feb. quæ oriūtur ex bile putrescente: quia cū huiusmodi essere sit quasi expulsio eritica a natura irritata a nimia copia humorū in venis, si ipsa copia non tollitur ” accenditur & putrescit: quia adimit perspirationem & ” transpirationem, & cum humores non ventilentur ac- ” censi facile putrescūt. docet etiam hanc phlebotomiam ” esse faciendam, non omni tempore, sed potius inter initia morbi, sed de hac curatione in sequenti capite, & præsertim de phlebotomia.

De Cura Esseræ. *Cap. XIV.*

S*I sanguis quidem fuerit vincens, tunc oportebit &c.* In hoc c. Auic. curationem aggreditur essere, quæ perficitur primo vniuersalibus remedijs curatiuis, præseruatiuis, & vitalibus: deinde topicis pariter curatiuis, præseruatiuis & vitalibus: qua propter & c. diuiditur in tot partes. *Indicationes.* Indicationes nempe, quæ ex necessitate sumuntur a forma, materia, & efficiente: hæc præsidia superius exposita requirunt: nam vt vniuersaliter adest in humano corpore tanquam causa antecedēs & principalis, vel sanguis, vel sanguis cholericus, vel sanguis pituitosus, salsus, ita indicatur remedium euacuans copiam humoris: deinde per contrarias qualitates alterans, atque etiam curans intemperies quæ gignunt huiusmodi humores, & hæc erunt, vel indicationes vniuersales, particulares etiam, seu topicæ, curatiuæ, præseruatiuæ, & vitales erunt. Curatiua vt tumor præter naturā adimatur tanquam morbus. præseruatiua a causa, vt ipsa euacuetur alteretur per contrariū refrigerantib. humectantibus. Vitalis vt pars ipsa naturalis conseruetur, & ad symmetriam redigatur, semper.n. Chirurgus, qui rōnali. methodo curare studet, debet non solū ad vniuersalia præsidia curatiua, præseruatiua, & vitalia respicere, sed ad hæc eadem topica: quoniam vt plurimum curatio particularis perfecte non fit absque vniuersali prouidentia totius corporis. his enarratis cum affectus esseræ potissimum a sanguine cholerico ortum habeat, iure *Venæ sectio.* merito Auic. proponit esse secandam venam: *Si sanguis*, vt inquit, *fuerit vincens.* Nam si vel bilis excrementicia, vel pituita salsa excrementicia magis abundauerit, in

oc

Purgans. hoc casu potius medicamentum purgans est exhibendum, quam venæ sectio administranda: aliquando & sanguis superabundat, & adest etiam aliqua copia humoris excrementitij, & tunc medicamentum purgans est exhibendum & venæ sectio est administranda Accedens Auic. ad species curandas ipsius essere; sanguinea curatur sectione venæ, & alterantibus frigidis & siccis, cholerica pariter sectione venæ, & medicamento purgante bilem & tertio phlegmatica potius purgante, ad *Pro colerica.* curam cholericæ accedens, ait Auicenna. Euacuato sanguine cholerico per venam sectam, esse educendam bilem medicamento, vt Rec. mirabol. citrin. drac. ij. hieræ *Chologogum.* picræ drach. j. aquæ acetosæ q. s. facta infusione S. A. Rec. ipsius infusionis vnc. ii. syr. acetosi vnc. i. m. alteratur aqua thamarind. granat. infusione chrysomillorũ, aqua lactis acetosi: nam lac acetosum, vt acidum bilem refrangit: trochisci de spodio, & camphora cum aqua granatorum mirificè bilem alterãt. Pro euacuante bilem, & simul attemperante summopere laudatur potio copiosa aquę tepide, hæc & ventrem lenit, & bilem demulcet: decoctio etiam sumach attemperat ipsam bilem, oleum amygd. cum aceto, ol. sesaminum cum succo vuæ acerbæ; & hæc potius pro acetariis vsurpantur, si vero fuerit species ab humore pituitoso salso. *si autem humor fuerit baurachius, &c.* in hac parte capi- *Pro essere à materia alsa.* tis tradit curationem esseræ à materia salsa, & quia mentionem non facit de venæ sectione, sed tantum de medicamento purgante, & concoquentibus, dicit aliquis non esse secandam venam in hac specie, vt caute progrediatur, & certa methodo chirurgus: sciendum ergo Auic. curationem tradere, quæ respexit causas immediatas tam antecedentes quam coniunctas: & quia hæc est pituita salsa, quæ per medicamentum purgans educitur non autem autem per venam sectam: idcirco sectionem venæ omisit; non negaret, tamen ipse Auic. aliquo in casu & corpore ęgrotantis non debere administrari copiam sanguinis, quæ tanquam eam adiuuans, & fouens salsedinem humoris etiam indicabit sui euacuationem: pro euacuante Recip. turbit drach. i. ss. mi- *phlegmagogum.* robol. clebul. drach. ii. aquæ boraginis q. s. fiat infusio *Alterantia.* S. A. & collatura. Rec. prædictæ collaturæ vnc. iii. syr. de pomis vnc. i. m. pro alterante Rec. decoctionis nucis cupressi vnc. i. ss. aloes drach. i. m. vel Rec. decocti croci hortulani vnc. iii. aceti vnc. ss. m. vel aquæ magræ, vel aquæ vrcei noui, hæc omnia exiccant, & refrigerant aduersanturq; humori salso, vel R. cubebę dr. i. saccari drach. iii. seminũ agni casti dr. ii. lactis q. s. decoquãtur hæc omnia S. A. Rec. huius decoctionis vnc. iii. quę & attenuat pituitosum humorem, & attemperat salsedinem sicuti etiam hoc Rec. calamenthi drach. ii. spodii drac. ii. ros. rub. dra. ss. camphoræ Kirat in aquæ granati acetosæ vnc. ii. m. & detur in potu: vltimo ait *aut sumatur in potu sauina, quæ cum est ieiunus*: hoc medicamentũ habet uim euacuandi per vrinam, & alterandi, concoquendi, & attenuandi pituitam, uti si recipiantur drach. ii. sauinæ in potu aquæ, vel iuris, vel vini oligophori, ieiuno tamen stomacho, vt citius possit pertrãsire absque cibi impedimento: hæc sunt, quæ Auic. in cap. hoc collegit pro curatione esserę seu pustulæ paruæ, & latæ: plura alia possunt administrari, & pro euacuatione, & alteratione horum humorum non dissimilia à natura exaratorum.

De Esthiomeno, & differentia inter Gangrænas & Aschachylos. Cap. XV.

SErmo de his rebus est proportionalis &c. phagedena, gangręna, sphacelus, aschachilos, esthio- *Herpes, esthiomenus seu phagedana.* menos, & herpes sunt nomina quæ difficultatẽ sępe pariunt legentibus, & sæpe confunduntur, vt plurimum tamen herpes dicitur vlcus exedens cutim, esthiomenos, & phagædena (quòd idem est) est vlcus exedens & corrosiuum non solum cutim, sed carnem subiectam; imò esthiomenus dicitur vlceratio composita ex gangræna & sphacelo, seu aschachilo: nam partẽ corrodit & corrumpit in fieri & partim corruptam substantiam annexam habet. Gangræna est corruptio par- *Gãgræna.* tis viuentis à causa admodum potente, & corrumpente: nam est in fieri, & adhuc pars sentit, & viuit. Spha- *Sphacelus.* celus vero est iam corrupta pars viuens, in qua neque sensus, neq; vita residet, & sphacelus appellatur Aschachilos Arabice, quasi corruptio iam facta & procedens quasi composita, ex gangræna, & aschachilo: deinde distinguuntur hæc ratione motus: quia gangræna est in fieri, & ratione subiectæ partis: quia aschachilos est in carne, & in facto esse, non tamen in osse, & venis. *Esthiomenus.* Esthiomenus vero est facta corruptio in toto membro organico, vt oẽs hæ affectiones, & ratione loci affecti, & ratione malitiæ differant inter se, vt dictũ est; de quibus etiam Gal. 2. ad Glauc. & lib. de tumoribus, & *Diuisio capit.* Auic. etiam alibi, vt inquit, de his sermonem habuit. & caput diuiditur in tres partes: quia de tribus affectibus loquitur, in principiis inquit, *dico ergo, quòd mẽbro accidit corrupto & putrefactio, propter causam corrumpentem.* In hac parte gangrænam declarat, quæ est corruptio ante fieri; inquit *est corruptio, & putrefactio propter causam corrumpentem complexionem & spiritum animalem partis humanæ*: nõ solum est corruptio, *Corrup.* sed est illa corruptio, quæ est putrefactio, possunt multa corrumpi absque putrefactione, vt dum comburuntur, vel à frigido extinguuntur, vel morte: nam animalia, vt viuentia non putrescunt, sed moriuntur; vitæ contrariatur mors: esse vero mixti compositi, misti naturalis similarium partium dissoluitur putredine: dum naturalia corrumpuntur, putredine corrumpuntur; & si violenter destruuntur possunt non putredine, sed combustione, & extinctione caloris ob nimiam frigiditatem corrumpi; ideo dicit corruptio, quæ est in fieri non in facto esse: causa efficiens est corrumpens complexionẽ, temperiem naturalẽ ipsius partis, quæ est instrumẽtum ad producendum actionem, & conseruandam formã, *Spiritus [vi]talis di[ci]tur ani[malis].* & corrumpens spiritum animalem, scilicet vitalem, vel per animalem accipiens non in specie pro illo, qui gignitur in cerebro: adeo vt spiritus vitalis, & naturalis possit appellari spiritus animalis quatenus aĩal cõseruat, & spiritus aĩalis in cerebro in specie dicitur, quatenus spe- *Quõ fi[at] corrupt[io] in gang[ræ]na.* cifice sensum & motũ instrumentaliter efficit. corrũpitur igitur complexio & spiritus in gangræna, scilicet est in via ad corruptionem, sed adhuc non omnino sunt corrupti, sed hæc corruptio, vel actu est in parte, vel ex accidẽti corrumpit quatenus prohibet spiritũ ad ipsam partem peruenire, aut & per se corrumpit & per accidens, vt venena calida, & frigida, quia venenum, vt venenum à tota substantia per se corrumpit complexionem, & spiritum, per accidens vero, vt est calidum, vel frigidum congregat conspissat poros, aut prohibet aditum, aut resoluit, vt calidum, ne possit peruenire ad locum, qui destitutus spiritu, neque sensum habet naturalem, sed admodum imminutum, neque vitam & nutritionem. vnde incipit pars corrumpi, deperdere vitam, idest nutritionem, & vegetationem, & deperdere sensum: omnia autem nimium frigida, aut nimium calida, aut prohibentia, vt ligatura, & strictura, obstructio & huiusmodi sunt in causa gangrenæ, quatenus inhibent transitum spirituũ vitalium & animaliũ, a corde & cerebro. hæ sunt causæ huius gangrenæ, tum internæ, & externæ, tum manifestæ in primis qualitatibus: & secundis excedentibus, tum occultis vt venenis, quę a tota forma contraria operantur, *& quod de hoc est* in principio colligit naturam gangrenæ, & differentiã ab alijs: nam hæc in principio habet aliquem sensum, & inflammationem, *& quod ita confirmatum est, vt destruatur sensus eius.* In hac parte asclachilum, seu *Sphacel[us].* sphacelum exponit, licet cum confirmatum est, vt vita, & sensus partis non adsit, & caro fit destructa, ut nõ

habeat

habeat neque temperiem, neque spiritum naturalem, sed eorum ablatione sane ipsa pars omnino demortua est, & tactu vita priuatur & tunc sphacelus, seu aschachilos appellatur quasi demortua pars, & vita priuata non solum vsque ad carnem, sed ad os: nam gangrena est via ad aschachilum, *& cum eius corrupto incipit per ambulare*. In hac tertia parte exponit esthiomenum, qui est affectus vt dixi particeps gangrænæ & sphaceli, obtinet aliquam partem corruptam & demortuam, & aliquam partem adhuc sensum, & vitam sed imperfecte & deprauate conseruantem: idcirco inquit Auic. *cum eius corrupto incipit perambulare*, vt sit præsens corruptio tendens ad vlteriora, & in circuitu, est res iam corrupta & putrefacta, hoc potest contingere propter crassitiem humoris, qui cito non potest pertransire, & corrumpere. his breuiter exposuit. Auic. has tres affectiones quæ licet distinctæ interse sint, videntur tamen magis etiam conuenire, vt ex his pateant differentiæ, & signa distinguentia, & dignoscentia has affectiones.

Esthiomenus.

De Cura horum affectuum Gangrenæ, Sphaceli, & Esthiomeni. Cap. XVI.

DE *Gangrænis quidem dum in principio perseuerat, &c.* Curationem trium affectuum supra enarratorum aggreditur, nempe Gangrænæ, Sphaceli, & Esthiomeni, & caput diuiditur in tres partes. in prima de gangrenæ curatione, in secũda de sphacelo, & tertia de esthiomeno agit. deinde curationem in generali ꝓponit & secũdo in particulari: generalis curatio pariter oritur a triplici indicãte curatiuo, præseruatiuo, & vitali, & respicit potius causas antecedentes in vniuerso corpore; particularis pariter oritur ab illis tribus & magis locum affectum respicit. de his, & Gal. tractat secundo ad Glauc. 9. Paulus lib. 4. c. 19. Aetius lib. 14. c. 16. & Celsus lib. 5. c. 27. Præsagium & sparsim enumerat, inquiens in principio gangrænam posse sanari; si vero con firmetur corruptio in carne, cum cõfirmata sit, est etiam de mortua pars, vnde nihil aliud est agẽdum nisi totam partem corruptam auferre. *cum ergo vides membri colorem alterari* hoc est signum principii ipsius gangrenę. color membri a statu naturali recedit ad nigredinem, quia incipit destrui calor, & spiritus vitalis atque sanguis, quibus desinentibus, color deflorescit &c. *tunc oportet* incipit Auic. curationem tradere gangrenæ particularem respiciens locum affectum in quo intemperies indicat curationem alterantibus ad statum naturalem, calor naturalis vt conseruetur, humores, qui incipiunt putrescere, vt præseruentur a putredine refrigerantibus, & siccantibus, omisit vniuersalia, quæ respiciunt & phlebotomiam, & euacuationem vniuersi, quæ omnia cum, vel humorem pituitosum salsum, vel melancolicum respiciant: sæpe sæpius de euacuantibus hos humores dictum est; sanguis etiam est mittẽdus per venam sectam, dum adest aliqua plenitudo, vel magnitudo ipsius sanguinis eo magis, vt reuellantur humores a loco affecto: remissa igitur sectione venæ & euacuatione per medicamentum purgans, statim ad locum affectum accedit medicamento apponens confectum ex bolo armeno, & terra sigillata cum aceto, bol. arme. & terra sigillata frigiditate & siccitate calori putredinali obsistunt. pariter acetum, quod etiam penetrationem addit & incisionem; hoc quidem medicamentum circa locum affectum non super locum scalpellatum administratur, si autem illud non valet hoc medicamento cum color membri non redigitur ad statum naturalem, oportet partem ipsam affectam scalpello ipso incidere, sanguisugas apponere, & venas proximas tundere, vt sanguis malus educatur, postea emplastrum administratur ex farina erui cum syrupo acetoso, aut ex farina fab. cum sale; imo conficitur & aliud maximi emolumenti, quòd R. assæ, semi. vrticæ, aristolochiæ rotundæ ana drac. ij. succi florum foliorum acori vnc. ij. floris æris drach. j. aquæ q. s. m. liniatur cum eo vlcus & etiam partes circumiacentes. verum quia sæpe putrefactio serpit; ponit etiam medicamentum ad sistendam putrefactionem, vt R. floris æris, aluminis an. vnc. ſs. mellis q. s. m. alumen exiccat & astringit, flos æris etiam exiccat & absumit humiditates superuacaneas putridas, & carnem etiam corruptam absumit *si autem pertransit.* ponit curationem aschachili nempe affectus, qui compositus est ex gangræna & sphacelo. quia non semper per media ad extrema pertransit, cum incipit color magis ad corruptionem & nigredinem accedere, & pars nimis humida & mollis apparet, signum est non solum corrumpi, sed partim corruptam esse: quare oportet, vt duas indicationes exerceant Chirurgi, quod putrefactum est, abscindant, quod est in putrefieri, præseruent, ne omnino & totaliter corrumpatur R. igitur aristolochiæ rotundæ gallæ an. vnc. ſs. draganthi & vitrioli an. drach. ii. aceti q. s. m. & fiat linimentum, vel R. floris nucis, cucumeris asinini an. m. ſs. contundantur optime, & deinde adde; succi prædictorum fol. q. s. m. & f. emplastrum: si hæc non sat erunt, oportet carnem corruptam incidere, vel medicamẽtis admodum exiccantibus eam absumere, vt Trociscis Andronis Pasionis; eschara vero genita his medicamentis escharoticis, & comburẽtibus, butirum superponere oportet, vt cadat ipsa eschara, neque hæc caustica sunt administranda in principio gangrenæ, sicuti neque laudat Auic. nisi in circuitu, sauich hordei cum succo iusquiami albi: quia repellit & prohibet fluxum humorum; sed vtilius, *cum membrum est putrefactum &c.* loquitur hic de cura Sphaceli. Sphacelus. n. oritur cum iam putrefactum omnino est membrum, & vita & sensu priuatur, tunc temporis non est immorandum, morbus non dat inducias; ideo extrema remedia sunt tentanda. inter quæ ignis actualis, ferrum candens, vel potentiale causticum enumerantur, vt membrum putrefactum quam citissime absumatur: præter hæc possumus etiam trociscos Andronis, Pasionis administrare Arsenicum, sublimatum, præcipitatum. si his non cedit, ferro pars putrefacta remoueatur; circum adiacentes partes semper custodiendæ sunt bolo armeno & aceto stercore caprino, Aristolochia rotunda dictamno aceto & succo pentaphili. His omnibus semper est addenda victus ratio pharmaciæ accommodata. non enim sat est locum affectum medicamentis topicis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Dięteticis curare: Sed vniuersum corpus expurgare oportet ne quid superuacanei ad locum affectum ruat. Et hæc de his tribus affectibus.

Prognosticum.

Curatio particularis gangrenæ.

Ad sistendam putredinem.

Curatio Aschachili.

Signum corruptionis partis.

Cura sphaceli.

Victus ratio.

De Althohoin. Caput XVII. *Antrace, Carbunculo.*

ANtiqui *Antiquiorum nominarunt &c.* In hoc c. de carbunculo seu antrace Arabice appellatur Althohoin tractans Auic. primo eius essentiam & causas enarrat, secundo differentias, & tertio signa. Est igitur tumor seu apostema malignum glandulosæ carnis factum a materia admodum maligna, & virulenta. cum sit tumor, seu apostema, necessario adest magnitudo aucta: cum malignũ sit, est summe excedens manifestis qualitatibus, vel abdita forma: glandosa caro, quæ est pars affecta multiplex est, vel circa collum, vel circa axillas, vel circa inguen vel circa testes, & mammas; carnes enim glandosæ, seu corpora glandosa alia gignunt vtile excremẽtũ gratia, vel generationis, vt testes, vel indiuidui, vt mammæ, & glandulæ linguæ saliuam generantes, vel recipiunt excrementum, vt glandulæ axillarum, inguinum, colli, & aurium, hæ glandulæ, vel sensibiles sunt, vel sensu priuantur, si absque neruis arteriis venisque & membranis considerantur, non sentiunt; si vero non vt partes similares, sed dissimilares, sentiunt quatenus neruis & mẽbranis participant: hac distinctione distinguntur contraria loca & oppugnantia Galeni

Definitio.

Pars affecta.

Corpora glandosa.

Conciliantur loca discrepantia de glandulis.

Galeni & Auic. qui modo ſtatuunt glandulas ſentire, modo negant.

Efficiens Carbunculi. Efficiens cauſa tumoris eſt humor copioſus atque malignus, qui & manifeſtis qualitatibus aut forma addita, vt in bubone aliquo, vel peſtilenti infeſtat, hic humor a prędominio, vt plurimum ſanguineus exiſtit, aut pituitoſus, aut melancolicus, aut cholericus, vnde & differentiæ Althoin deprehenduntur, aut a forma tumoris, aut *Different. carbunc.* a ſede affecta, aut a cauſa efficiente, nam pro vt maior, vel minor erit tumor malignus, improprie, vel proprie, in hac, vel illa parte, ac glandoſis corporibus, pro vt ab hoc, vel ab illo humore fuerit confirmatus, ſimplici, vel miſto, tot etiam apparebunt ſpecies: *deinde dictum eſt &c.* enumerat ſigna, prognoſtica Dignoſtica.

Prognoſt. Præſagium oritur ex tribus illis cauſis, & in genere & in ſpecie. vt plurimum eſt apoſtema calidum perdens & læthale: quia materia venenoſa membrum corrumpit, & eo magis ſi malignum improprie, vel peſtilens erit apoſtema: ſi circa mammillas, vel axillas concitatum fuerit, & ſi a materia melancolica peſtilenti;

Signa. Signa dignoſtica, quæ & formam, & locum affectum & cauſam ſignificant: alia ſunt *Patog.* patognomonica. i. inſeparabilia, quæ ſemper affectum concomitantur, alia vt plurimum ſuperueniunt & alia raro. ſemper enim color mutatus & corruptio & fætor apparet, vomitus, pulſus admodum languidus, palpitatio cordis & ſyncopis: nam materia maligna & ferè venenoſa cor aggrediens hæc ſymptomata inducit. ratione loci affecti, ſi prope cor, vehementiora hæc erunt. ſi longius minus læthalia. ratione humoris ſigna aderunt, vel bilis, vel melancoliæ, vel ſanguinis, pituitæ, tum a loco affecto, tum etiam ex temperie, & habitu, & ante acta vita ægrotantis. vltimo remouet de nominibus dubitationem: quia diuerſimode appellatur a Grecis dicitur Carma: quia carminat totum corpus dum occidit, carmachile, turſios, furios, & hæc nomina ſecundum magis, & minus oſtendunt differentiam: verum Gal. libro ad Glauc. de his tractat, & fuſius ſupra de antrace & carbunculo actum fuit.

De Cura. Cap. XVIII.

E*Vacuatio quidem cum phlebotomia, & cum eo quod tolerat, &c.* cognita eſſentia carbunculi, expoſitis differentijs & indicationibus materiæ præſidiorum, quæ hauriuntur a tribus fontibus Chirurgico, Pharmaceutico, & Diætetico, indicatæ partim a cauſa morbifica, partim a morbo, & partim a viribus. ſunt in præſentia expendendæ; primo Auic. vniuerſales proponit Chirurgicas, Pharmaceuticas, & Diæteticas: quia primo etiam eſt corpori vniuerſo ſuccurrendum, vt tutius localia præſidia poſſint parti affectæ accommodari: deinde topica illa præſidia adhibet tutiori, & faciliori methodo: *De Vena ſect. dub.* inter Chirurgica auxilia obuiam venit ſectio venæ, quæ vt maxima, & præpotens auxilium maximo etiam morbo ſatisfacit, ſed in hoc tumore dubia videtur & pręſertim Iazarauius. c. de antrace, & Raſis in libro diuiſionum, de diuiſionibus. 135. negant ſecandam eſſe venam, ne materia venefica externe expulſa ad internas vias, & membra principalia reuocetur Galenus 14. methodi c. 10. & primo aphor. 23. aſſerit ſecandam eſſe venam ſi vires adſunt, & inter initia. *Solut.* ſi de carbunculo, ſeu antrace a ſanguine aduſto ſermo ſit, Galenum imitari oportet ſi vero de antrace non exquiſito, viribus non conſtantibus & tranſacto initio omittenda eſt venæ ſectio: quia nec vires permittunt, imbecilles, nec indicans præſto eſt, ſed potius materia venefica euacuans medicamentum expoſcens, hac de cauſa ſi inter initia adminiſtratur venæ ſectio, cum adſit plenitudo in corpore & vires conſtent, non fit retractio & reuocatio materiæ ab extra ad intro. *Dub ſecũda A qua parte ſanguis mittẽdus: ſolut.* Dubitatur ſecundo a qua parte ſit ſanguis euacuandus: reuulſio ad contrariam partem eſt molienda, & hæc dum ſtatim in principio morbi fluit humor, dum vero amplius non fluit potius, a parte affecta eſt extrahendus, nempe ſi a dextera parte a dextero brachio: ſi in ſiniſtra a ſiniſtro; euacuat enim citius, & vtilius, quam reuulſio, quæ tarde aut nullum affert emolumentum; ſunt etiam aliquando ſcarificanda crura, vt abſque virium iactura ſanguis euacuetur, vel hirrudines hemorrohidibus apponendę, vel cucurbitulæ ſcarificatæ circa locum affectum; his præmiſſis gratia totius prouidentiæ, non inconueniens eſt antracem aliquando ſcarificare, incidere, & ſinere ſanguinem ab his inciſionibus emanare, vel hirudines, vel cucurbitulas ſcarificatas circumponere vt venenoſa materia comburens & dolorem inferens per locum conferentem educatur, ne ve retrocedat, ne vicinos humores & membra inficiat: prætereа circa pharmaceutica inquit Auic. *neceſſarium eſſe humorem putrefactum educere*, vt omittat præparationem *Dub. an conueniat purgans.* humorum, quaſi materia venenoſa turgeat, & vrgeat. medicamentum purgans illico expoſcens, ſed dubitatur etiam, quia Auic. fen. 6. c. de morſu canis rabidi euitet medicamentum euacuans, ne veneficos humores intro attractos, viſcera interna, ſpiritus, & humores contaminet, at nonnulli inquiunt non competere medicamenta electiue trahentia, vt ſcamonium, elleborum, agaricum, ſed leuiora, & lenientia, vt pruna, thamar. caſſia ſenna, hęc tamẽ diſtinctio dubitationi non ſatisfacit; quia licet venenum in antrace ſit ab intra, & oſtẽdat humores maxima corruptela infectos, quod non ita eſt dicendum de rabie canina, quæ ab extra originem trahit. attamen dicendum ſi in toto corpore humores antecedentes vene- *Solutio.* noſi, maligni, aut non maligni infeſtent, eſſe non ſolum medicamenta lenientia exhibenda, ſed a tota forma trahentia eo magis ſi turgeant; ſint tamen ea medicamenta benedicta & permixta lenientibus ne violenter educant humorem a loco affecto; ſed potius, quæ in venis meſaraicis, & prope iecur exiſtunt; at ſi humor non turgeat, non eſt medicamento ſoluente vtendum, ſed potius lenientibus & concoquentibus. vnde *Syrupi* ſyrupi Decocta Apozemata erunt adminiſtranda, quę aduerſantur putredini & humoribus aduſtis, vt eſt decoctum boraginis bugloſſæ, acetoſæ, de acetoſitate citri, miuæ rob. pomorum & cidoniorũ & ſyrupi de granatis acetoſis, quæ refrigerant: ſunt etiam extrinſece *Odoramenta.* odoramenta adminiſtranda ex roſis, camphora, & ſandalis, vt ſpiritus vitales, & animales roborentur, expellantur vapores maligni, qui ab antrace eleuati cor petũt, *Epithemata.* epythemata his de cauſis ſunt apponenda cordi, non erit ab re electuarium diamargariton frigidum terræ lemniæ, bezaar, margaritæ, lapides prętioſi ſcorzoneræ, pentaphilon, radix echij & ſuccus angelicæ, flores cordiales & huiuſmodi, quæ & in puluerem, & in formam rotularum poſſunt confici, tertio ad

Diæta. Diætetica accedit Auic. & inquit *& ſit cibus ſicut lentes cum aceto &c.* proponit victum partim medicinalem *lentes.* indicatum à rebus præter naturam lentes cum aceto coctæ & nutriunt & exiccant & refrigerant & venenoſitati reſiſtunt, caro hædorum, pullorum cum acetoſis confecta pariter his doribus gaudet, parenturque omnia cibaria ſucco aranciorum, limonum, & citri. poſſunt etiã aues, turtures, turdi attagenæ & plura alia concoqui, additis ſemper acetoſis; poſſunt etiam in ſumma virium iactura, contuſa, piſta torchiata vulgo reſtauratiua admi- *Dubit. qualitatis victus.* niſtrari. Sed Dubitatur contra dicta Auicennæ an cum cibi iſti incraſſant, debeant exhiberi: nam Raſis. Azarauius loc. cit. potius attenuantes cibos proponunt, eo magis cum carbo a ſanguine craſſo & aduſto potius originem ducat, dicendum ad varia reſpexiſſe Auic. nempe *ſolutio.* primo vt repercutiat & incraſſet vapores malignos, ne cor perant. ſecundo acetoſa, quæ proponit Auic. non ſolum incraſſare, vt frigida ſed vt acida maxime attenuare, & incidere, atque calori extraneo & maligno obſiſtere; præterea caro hædi ſubtilis eſt, & lentes ſunt præditæ partibus attenuantibus non ſolum cortex, qui attenuat, & abſtergit, ſed aliqua etiam interna portio &

tio, & præsertim cum non sint biscoctæ, & primum ius earum, sicuti vt refrigerans aliquo pacto incrassat. ita ratione partium tenuium, ex quibus præditum est, attenuat; qua propter mirifice Auic. coniunxit, & refrigerantia, & attenuantia. his expositis ad secundam partem ad localem, & topicam curationem accedit,

Aer.

& oportet vt roretur mansio infirmi cum aceto, &c. Docet primo alterationem aeris cubiculi cum refrigerantibus, & acetosis. alteratur suffitu, & suffumigatione facta aceto plurimo, folijs salicis, violis, & nenufare: deinde epithemata infrigidantia adhibentur super

Epithemata cordialia.

cor, vt si ponatur vnguentum ros. sandal. cum aceto ros. & succo citri, vel epithema cum aquis cordialibus. boragine buglossa, acetosa, aceto ros. aqua ros. & speciebus cordialibus, vnguẽtum cordiale Guainerij sũmopere confert.

Dubitatio de theriaca.

dubitatur de Theriaca an extra, & intra sit adhibenda, & præsertim cum summopere calefaciat, & febrem augeat.

Solutio.

dicendum si plus vrget, & infestat, & maius periculum mortis infert venenositas, quam calor febrilis, administrandam esse theriacam correctam, & castigatam saccaro ros. vel diaiacinto, vel diamargaritone frigido vel pul. pentaphili, terra lemnia, & similibus, vel theriacam recentem esse exhibendam, quæ vt recens, adhuc viribus opij pollet, refrigerat, fumos condensat, & à tota forma veneno aduersatur, & febrilem calorem non auget.

Topica.

Althoin vero ipsum, &c. accedit ad partẽ affectam Altohin idest carbunculo in principio inquit esse apponenda, quæ constringant, & refrigerant vt spongiam infusam in aqua, & aceto, aut in oleo ros. aut oleo de pomis, & arbore masticis, aut oleo de myrtho, & ista in principio fiant.

Dubitatio de Repercutientibus;

Verum Azarauius, & Rasis his dictis vidẽtur aduersari, dicentes repercussiua nullo modo esse administranda, ne succus malignus retrocedat ad membra principalia; sed potius allicientibus est prouocandus, vt ficu cum melle, & synapi,

Solutio.

dicendum Auic. locutum fuisse in principio posuisseque repercussiua mediocria, quæ habẽt vim, & refrigerandi, & incidendi, sed non astringendi, & poros, & meatus, tutius tamen est si tumor principium transierit, & maximus sit, mixta, & lenientia, & repercutientia apponere.

In statu.

In statu vero curetur cum scalpellatione, &c. semper enim alia debet administrari curatio in principio, alia in augemento; alia in statu, & declinatione. In statu igitur incisionem scarificationem molitur, vt materia maligna extrahatur, & ne ibi quiescens inficiat, & corrumpat membra. imo adhibet etiam cucurbitulas scarificatas: verum non solum hæc sunt vsurpanda in statu; sed aliquando etiam inter initia circum iacentes partes refrigerantibus, & defensiuis primo munire æquum est: ignis, & ferrum candens aliquando administratur, *si vero, & in illo quod habet subiectam, &c.* ad maturationem accedit, tunc opere precium erit ea adhibere, quæ aperiunt, vt emplastra, vel embrocationem ex camomilla anetho, malua, sed raro contingit, vt pus conficiat, seu vt inquit Auic. ad exituram rupturamve, & abscessum accedat. digerunt autem *Carmata, & Sephirus, &c.* Hic ponit curationem quorumdam medicorum: nam cum tumor iste, & mortem maximũque periculum inferat; non solum remedia ipse proponit Auic. sed aliorum quoque medicorum auxilium in medium afferre non dedignatus est, quę nec laudat nec vituperat: quoniam potius Empirica sunt.

Empirica.

verum sit euacuato vniuerso corpóre, roborato corde administrentur, quæ auxilium, & opem afferre possunt: quia habent vim aperiendi, & resoluendi, & quasi materiam veneficam absumendi, tanquam ignis, hæc sunt veluti emplastrum de capillo veneris attriplice, volubili, rad. altheæ cum pauca gumma pini, & melle cum vino. ceratum ex sordibus alueariorum apum ex lupinis infusis in aceto, aut rad. cucum. asinini cum glutino Albotin, aut emplastrũ ex nitro cum ficubus, & fermento. Alij etiam vsurpant theriacam cum cepa cocta, & allio: Alii columbum, vel gallinam viuam exenteratam illico apponunt; theriaca locum affectum inungunt, & alii Angelicam gentianã, scordium Aristolochiam rotumdam coctas ad emplastrum reductas, & rad. camaleontis, & plura alia administrant, quæ habent vim exiccandi, & attrahendi venenum ad extra, & hęc Auic.

Somnus.

sed dubitatur de sex rebus nõ naturalibus an competat primo somnus, qui solet opem ferre coctioni materiæ; plures tamen medici hortantur ægros vigilare, & presertim si ad cor, & cerebrum impetum habeat malignus humor vel vapor.

4. in 6. Epid. 1. com. 15.

Vigilia.

Vigilia vero à centro ad circumferentiam allicit, & *auocat*: nam & qui symcopim patiuntur, vel in potu venenum sumpserunt, vigilare debent, non est tamen vigilia nimis intensa pręcipienda. nam superflua vigilia spiritus, & vires imbecillitat, & succos inflammat.

Gal. 7. aph. 18.

Cibi.

Cibus, & potus, vt supra refrigerantes, exiccantes gratia materiæ veneficæ sunt exhibendæ, gratia virium, quæ solent à venenositate debilitari, modici nutrimenti esse debent. vnde male non nulli victum admodum tenuẽ, & exquisitum in his administrant, cum plus vrgeat ad indicandum infirmitas virium, quam acuitas morbi.

Inan.

Corpus excrementis, vel arte, vel natura emundetur, & presertim clysteribus lenientibus, aut cassia cum pulpa tamarindi, aut prunorum, reuellunt humores, & vapores à corde, & viscera interna roborant, & refrigerant.

Quies.

Quies animi, & corporis est instituenda. His curatio antracis poterit fierit pręceptis, & indicationibus, & materiis remediorum ab Auic. commendatis.

De Apostematibus accidentibus in Glandulis. Cap. XIX.

APostemata glandosa, quæ non incedunt via atangarij quandoque accidunt, &c. Auic. cũ in superiori capite 18. & 17. explicasset naturam, & curationem Altohin idest tumoris axillarum, antracis, & carbunculi, nunc vniuersaliter de reliquis tumoribus, & calidis potissimum, nec non etiam frigidis qui solent glandulas occupare, sermonem habet.

Tumores critici.

Hi tumores dupliciter solent contingere, vel critice idest quando natura debito tempore concocta materia expellit humores ad extra,

Symptomatici.

vel symptomatice, quando irritata, vel grauata copia, vel qualitate crudum humorem inopportuno tẽpore expellit ad glandulas: expelluntur, vel virtute robustiori, vel à virtute attrahente ratione doloris, vel caloris, vel vi vacui, videlicet si adest vlcus, vel vulnus in glandulosis corporibus; tunc ratione doloris, vel caloris in parte vlcerata, vel uulnerata attrahuntur humores, qui attracti attollunt ipsam partem, & tumorem efficiunt.

Causa tumoris.

Et quandoque sunt cum repletione corporis, &c. In hac secunda parte enumerat Auic. causas ipsius tumoris, & apostematis glandularum, nam cum apostema sit tumor præter naturã corporum glandulosorum, necessario fit ab humore, qui abundat in corpore qui quidem humor, vel est cum maxima repletione; & enim sæpe, vel à cerebro, vel à stomacho, vel ab vtero demandatur aliquis humor ad glandulas, licet in vniuerso corpore non adsit abundantia. humores vero qui abundant, & sunt in causa tumoris, vel sunt calidi vt plurimum, vt bilis, & sanguis, vel frigidi vt pituita, vel melancolia, vel mixti, benigni, aut maligni, aut venenosi: de malignis, & venenosis non est sermo; nam dehis supra c. de Althoin,

Dubitatio.

& dubitatur an sermo sit de tumoribus tantum à materia calida; presertim cum hæc facilius fluat quam frigida:

Solutio.

dicendum sanguinem, & bilem facilius fluere, & vt plurimum gignere huiusmodi tumores, vel vt principales, vel saltem, vt vehicula: attamẽ etiam humores frigidi, & aquosi reperiuntur, qui fluere valent, vt sæpe experentia confirmat: qua propter non solum calidi tumores; sed & frigidi in emunctoriis generantur:

Dubitatio de mẽbro mittente.

secundo dubitatur à quo mẽbro principaliter expellantur huiusmodi humores calidi, an à corde, vel hepate, an vero à cerebro, & stomacho; ratione membri

à cere-

a cerebro & ſtomacho frigidiores ſucci oriuntur, & expelluntur, calidiores ab hepate & corde. ratione vero critici, vel ſymptomatici vt ſtatuit Gentilis, a cerebro critice poteſt expelli materia calida, vt in frenitide ad aures ſæpe detruditur & fit parotis; *Parotis.* ſymptomatice vero & vt plurimum a membris frigidis humores demandantur frigidi & tumores ſimiles excitantur: ex his ab Auic. enarratis *Differentiæ a Forma. A loco.* differentiæ tumorum in glandulis, tum ratione formæ, tum ratione loci, tum ratione cauſarum efficientium erunt manifeſtæ: nam forma, vel maior, vel minor erit maxima, cum hac, vel illa figura. Locus erit, vel in axillis, vel inguinibus, vel ad aures, vel ad linguam, & quot ſunt glandulæ in humano corpore, tot glanduloſi tumores fieri poſſunt. cauſæ effectrices, vel ſunt humores *Ab efficiente.* calidi, vel frigidi, vel mixti, vel in maxima, vel in minima copia, cum maxima, vel minima repletione totius corporis, & tandem, vel critici, vel ſymptomatici & omnino præter naturam, vel medii erunt, nempe partim ſecundum naturam partim præter naturam vt a nobilioribus ad ignobiliora membra, ab intus ad extra, quoquo pacto vtilis eſt expulſio & excretio, licet materia cruda ſit.

Signa, tum generica, tum differentiarum oculis ſe produnt, tactu, viſu cognoſcitur tumor, & ſpecies tumoris, vt pluries dictum fuit. In tertia parte Auicen. explicata natura, differentijs & ſignis, curationem aggreditur; nã indicationes hauriuntur ex ipſamet eſſentia tumoris, *& eorum cura eſt diuerſa a cura apoſtematum aliorum*, *&c.* Hæc tertia pars tripliciter diuiditur primo vniuerſalia proponit: deinde particularia tam Chirurgica, quam Pharmaceutica, & Diætetica & tertio magis particulariter omnia explanat. Cur diuerſa eſt cura huiuſmodi apoſtematum a curatione aliorum: an quia ſupra de venenoſis. c. præcedenti egit, in hoc vero de benignis & de his attinentibus ad emunctoria? non enim vtile eſt venenoſam materiam intro repellere repercuſſiuis, vel ſectione venæ, vel purgatione, quæ a centro ad circumferentiam humores educunt; idcirco inquit neceſſarium eſſe phlebotomiam & ſolutionem ventris adminiſtrare ſtatim inter initia, quia vt inquit Auic. in principio morborum ſi quid videtur mouendum moue &c. enumeratque phlebotomiã & ſolutionẽ ventris: *De vena ſectione.* quia aut adeſt indicans ſectionem venæ, nempe magna & vehemens affectio præter naturam in ſanguine quæ preſeruatiua indicat ſui remotionem per venam ſectam, viribus permittentibus, vel adeſt magna, & vehemens affectio præter naturam humoris alieni a natura ſanguinis, quæ indicat ſui remotionem per medicamentũ purgans: ſi igitur aderit talis affectio, vireſque concedant, medicamentum purgans erit exhibendum; ſi vtraque indicãtia aderunt, vtrumq, remediũ erit adminiſtrãdũ. Quando vero agendum, an primo ſecanda ſit vena, aut medicamentum purgans exhibendum, ab vrgentia & præſentia indicantis erit petendum, & tutius vt plurimum, quemadmodum docet Gal. de comp. med. ſecundum locos. c. de podagra, erit vena ſecanda: nam remouet repletionem & vehiculum: ſanguis enim vt calidus & humidus facile fluit & reliquos humores ducit, & pariter bilis, quę mixta cum ſanguine in venis facile per venam ſectam educitur. *Locus ſectionis venæ.* Locus ſectionis venæ qui vniuerſalem euacuationem reſpicit, ſi inter initia cõtrarius loco affecto & per diametrum & catixim eſſe debet, humor quidem fluens, & dum in fluxu eſt ad terminũ contrarium & oppoſitum retrahi debet: ſi tumor ille ſit circa inguina, circa ſcrotum & partes infernas, vena brachij tundenda eſt dextra, vel ſiniſtra: ſi ſurſum deorſum ratione vero humoris iam fluxi a propinquo loco educendus eſt ſanguis.

Medicamenta. Medicamenta erunt Agaricus, vel Reubar. vel epitimum, ſena, polip. eleb. niger. an vero ſtatim inter initia medicamentum purgans ſit propinandum, vel leniens, vel medium ſcilicet minoratiuũ, ſi materia ſit in primis viis, vel turgeat, vel ſit in motu, vireſque validę ſint, tuto poſſumus, vel pillulas, vel aliud medicamentum purgans adminiſtrare: ſi vero altius & in venis reſideat, crudus ſit humor, & quieſcat, abſtinere oportet a medicamento purgante, & ſolummodo leniens, vel minoratiuum primas vias expurgans ſat erit.

Curatio vero alia prolungetur in eis ſi poſſibile eſt, *&c.* Vniuerſalibus explicatis, quæ ad totius corporis prouidentiam ſpectant, & Chirurgicis, & Pharmaceutitis nunc magis particulariter curationem aggreditur, & localem & diuiditur hæc pars in 4. potiſſimum partes: in prima regulam ponit cognoſcẽdi an criticum, vel ſymptomaticum ſit apoſtema: in ſecunda curationẽ ſymptomatici ponit, in tertia critici, & in quarto vniuerſales quaſdam normas in medium affert. Quo ad primum neceſſe quidem eſt, vt Chirurgus optime noſcat an per viam criſis ſit tumor ortus: an ſymptomaticus per viam repletionis: nam ſi critice a membro principali ad ignobile, non eſt inhibendus hic motus, ſed potius alliciendus quacumque attractione ſcilicet Chirurgica cum ventoſis, & pharmaceutica cum medicamentis calidis & humidis, nec non frictionibus & ligaturis. Dubitatur tamen an ſecanda fuerit vena: nam ſi criſis, non eſt coercenda, non eſt igitur ſanguis detrahendus: attamen dicendum nullomodo motum eſſe impediendum naturæ neque ſanguinem detrahendum, niſi tamen adſit in vniuerſo corpore abundantia, qua detracta non ſolum humor ad intra reuocatur ſed potius validiori natura reddita quod reliquum eſt ſuperuacanei expellit: pariter de medicamentis repellentibus non eſt vllo pacto repercutiendus, ſed blande, & placide; tum digeſtiuis tum & maturantibus eſt auocandus: *Si autem fuerit propter multitudinem repletionis*, *&c.* Si vero ſymptomaticus fuerit tumor, & propter nimiam repletionem tunc euacuatio eſt adminiſtranda & ſectione venæ & purgatione, vt aderit indicans, nec non etiam Diæta, quæ ſemper tenuis eſt vſurpanda; vnde inquit Auic. *minoratio cibi, & ſubtiliatio*; minoratio quidem cibi reſpicit, vt in minori quantitate ſit exhibẽdus: nam vt inquit Hip. morbos ex repletione curat inanitio, e contra morbos ex inanitione repletio ſanat &c. ſubtiliatio vero qualitatem cibi reſpicit, vt ſit tenuis ſubſtantia, facilis digeſtionis, vimque habeat exiccandi: Inædia quidem per accidens euacuat: nam dum corpus non nutritur plurimis alimentis imo attenuantibus ſuperuacanea excrementa concoquuntur & diſſipantur *& non adminiſtres expulſiua, imo mollificatiua*, *&c.* Curationem localem aggreditur & primo inquit non debere Medicum neque expulſiua admouere, ne repellatur ad intra humor, ne ve crudus iam fluxus reddatur: quia repellentia ſunt frigida, & ſicca, & aſtringentia, valent potius materiam duram reddere, & crudam quam concoctam, neque mollificatiua ideſt non admodum mollificatiua, & admodum attrahentia: nam violenter attrahere materiam ad locum affectum non debemus: vehementia igitur mollificatiua materiam plurimam attrahunt. ſed mediocria vero concoquunt, digerunt, & tunc præſertim ſunt vſurpanda, cum ad ſit foramen aliquod per quod egredi poſſit materia. tempora quidem tumoris ſemper ſunt obſeruanda videlicet principiũ augmentũ ſtatus & declinatio ſi recte & ſecura methodo ſit curatio inſtituenda & indicationes in quolibet tempore morbi ſunt ſemper hauriendæ. *In principio.* In principio cum fluit humor ad extra, & præſertim ad emunctoria & glandulas, quæ ſunt membra ignobilia laxa & facile recipientia, tanquam ſentina membrorum principalium, oritur indicatio non repellendi, ſed potius alliciendi mediocriter humorem, è contra vero in aliis tumoribus qui emunctoria non exercent, quod maxime not. *Not.* eſt repellentia aliquando vſurpantur, & in tumoribus glandoſis alia eſt ratio. In augumento ratione humoris tum fluentis, tum fluxi oritur indicatio maturandi iam fluxum, aut digerendi, & fluentis recipiendi. In ſtatu pariter hæ omnes indicationes prẽſto ſunt. In declinatione humo-

res iam

res iam fluxi sunt omnino resoluendi, & pars roborandæ solet dolor aliquando contingere, qui quidem vt inquit Auic. si vehemens est sedandus erit; at si non est vehemens, negligitur indicatio; neque anodina sunt administranda: proponit vtilissimum anodinum, quod est lana infusa in ol. calido & in fine addit salem. calidum ol. mediocre est anodinum. in fine vero addit salem, vt etiam causam doloris tollat *& quando corpus est mũdum aut mundificati &c.* si vero corpus non est superfluitatibus repletum, aut sectione venæ, & purgatione redditum est a Medico mundum, tunc potissimum localia resoluentia tuto sunt administranda: interque probat potissimum farinam tritici aqua coctam, aut si dolor adest, aut materia tumoris nimis calida, farinam hordei: hæc sunt duo resoluentia, & mundificantia mediocria, ne oriantur nocumenta, quæ docet in t. si vehementiora administrētur, scilicet ne apostema maius fiat, neque violenter attrahantur humores, tertio aliud resolutiuum, & mollificatiuum proponit ol. calfactũ, quod effunditur solum; verum quando apostema est in quantitate & substātia molli, si contingit vt tumor sit mollis, & in substantia molli, ut testibus vel mãmis, pariter non est repellendus humor, neque mollificatiuis vehementibus attrahendus; sit ne aut criticus aut symptomaticus; aut cum repletione vniuersi corporis aut absque repletione regulas vltimas tradit, quas tamen supra retulimus, & hoc vnum in tumore duro obiter statuit semper esse leniendum & emolliendum: nam durities semper indicat sui emollitionem, si humor quidem aut resolui debet, prius est emolliendus; si ad pus transmutandus, pariter; vt tumores duri, vt alibi dictum fuit, vel ratione copiæ ipsius humoris fit, & tunc ipsum minuere oportet, vel ratione ipsiusmet substantiæ, vt quando humor melancolicus qui frigidus, & siccus est, aut pituitosus crassus in apostemate diu manet; tunc partes tenuiores resoluuntur crassioresque remanent, quæ tumorem durum efficiunt: semper igitur est lenientibus emollientibus vtendum, vt durities remoueatur: hæc sunt, quæ Auic. in hoc c. docuit: Sciendum tamen generaliter loquutum fuisse de apostematibus, quæ accidunt glandulis; etenim multum differt tumorem in glandulis curare, ac in alijs partibus.

Anodynũ. — *Resoluentia.* — *Not. de tumore in substantia molli.* — *Not. de tumore duro*

De exituris calidis. Cap. XX.

E*Xitura est de summa dubellet, quæ collectionem faciunt ex apostematibus calidis quasi nomen adlubellati cadat super omne apostema vlceratum &c.* longam tractationem, & admodum accuratam de exituris calidis in medium affert Auic. vt primo quo ad nomen secundo quo ad naturam & essentiam causas formales, efficientes & materiales tertio ad species, quarto ad signa dignostica, & prognostica, quinto ad curationem, & materias præsidiorum: in hoc c vigesimo primo nomen, essentiam & differentias exiturarum calidarum exponit. quo ad nomen dubellet, vel adubellati est genericum nomen, quod inter tumores tam calidos quã frigidos attinet, & prædicatur de pluribus tumoribus differentibus specie; inter quos appellatur exitura calida, quæ est vna species dubellet: nam est tumor cum capite acuto, qui tendit ad maturationem, & saniem & relinquit vlcus profundum. omnis igitur tumor, qui erit cum capite acuto, tum in parte externa sub cute, tam internis ventriculo, hepate, renibus, intestinis cum sanie & tandem vlcere, appellabitur exitura calida, & de hac specie sermonem habet Auic. in hoc c. & dicitur apostema vlceratum in interioribus aut sub cute, aut in internis visceribus; aliquando etiam dicitur vomica, abscessus, apostema saniosum: nam omnis tumor, qui ad saniem tendit, necessario vlcus relinquit, & hic ab Auic & ab Arabibus nominatur exitura calida: qua propter habet adiunctum morbum in magnitudine aucta & intemperie;

Nomen.

sed etiam in soluta vnitate. vlcus quidem est soluta vnitas cũ deperditione substantiæ, pluraque symptomata sibi adiungit, dolorem, feb. accidentalem, fætorem putridum & alia. Quo ad essentiam poterit hoc pacto describi. Exitura calida est tumor acutus cum rubedine aut in partibus externis sub cute, aut internis ad saniem tendens, & vlcus relinquens: hanc essentiam colligere valemus ab Auic. in secunda parte c. ibi &c *Hoc enim si incipit exitura propter materiam, quam expellit natura, & non est possibile, vt penetret cutim, neque etiam superficiem carnis &c.* est tumor, ergo magnitudo aucta, & hęc est forma; productus a materia crassa, nempe sanguine & bile permixta & acuta materia: nam humores frigidi melancolia & pituita alias species tumoris inducunt: expellitur hæc materia a natura tanquam grauata onere quantitatis, aut irritata a qualitate humoris, qui humor expulsus, & materia auget locũ præter naturã, in tēperiē gignit & tandem, cum sit collecta incipit putrescere & calore putredinali accendi; sed calor natiuus partis studet & conatur concoquere & ad benignum reddere atque saniem: quia crassa materia est, & copiosa, non penetrat cutim, neque superficiem carnis, sed intimiorem partem occupat. ita in partibus internis. tandē confecta sanie rumpitur natura, vel arte & fit vlcus, quod sanandum postea erit eisdem indicationibus quæ a natura vlceris expetuntur, humor vero modo est magis acutus & calidus, modo minus & a calidiori iecore, vel a cibis externis, & causis procatharticis genitus; ita partes affectæ variæ sunt. vnde species variæ oriuntur tum ratione formæ, tum ratione causarum efficientium, tum ratione partium læsarum, quemadmodum ex Auic. colligere licet ab illis verbis *& quãto plus est exitura vehementioris eleuationis, vsque* ad finem capitis ratione formę species vna, est quando eleuatio est vehemens acuta & rubra: nam significat humorem & causam efficientem nempe sanguinem permixtum bili. hic tumor cito ad maturationem reducitur & rumpitur proprie eminens pinealiter: quia bilis vt calida sursum eleuatur: alia species, quæ potius habet formam latam, & profundam cum pauca rubedine & crassitie declinante ad interiora, pauci doloris & grauis motus, hæc vero species a prædominio sanguinem crassum habet, qui potius a latere se se extendit, quam sursum se eleuet: imò etiam ratione crassitiei sanguinis minorem dolorem. sed tardiorem motum efficit. vnde tardius maturatur. *& non est omne membrum conueniens ad hoc, vt eueniat exitura &c.* In hac parte differentias exiturarum a locis affectis desumit, & primo statuit non omnia loca humani corporis esse obnoxia exituris, rarò iuncturis accidit: quia vt plurimum ipsis in locis agglutinatur humor crassus, glutinosus & frigidus, & si gignitur, hoc contingit propter maximam & vehementem causam. vnde exituræ lacertorum maligniores euadunt, potissimum contingunt in musculis carnosis, in stomacho, intestinis, renibus, collo vesicæ, pulmone, & alijs in locis. *Et exituræ quidem diuersificantur propter spatium maturationis saniei suæ secundum humorem in subtilitate, & grossitudine sua.* In hac parte differentias a specie & diuersitate humorum & causarum efficientium depromit; nam si humor est crassus nimis a prædominio, vel subtilis alter, citiorem, vel tardiorem maturationem producet, & maiorem, vel minorem acuitatem, & figuram pinealem, vel magis latam.

Facilius enim maturatur paucus, & subtilis, quam crassus & multus, & facilius in loco calido quã frigido; facilius etiam si non adest in toto corpore maxima repletio; aut si hæc exitura contingat propter criticum motũ, non autem symptomaticum e contra eueniet. Particulatim in vltima parte *& de exituris quidem hæ species, quæ nominantur turmusios & est exitura, quæ rumpitur & quod est sub ea est simile carni bouinæ* singulatim hanc speciem enumerat admodum diuersam ab alijs: quia apparet rupto abscessu & apostemate caro similis bouinę,

Definitio. — *Forma.* — *Efficiens* — *Locus affectus.* — *Differētia a forma.* — *A loco affecto.* — *Tex.* — *Ab efficiēte.* — *Tex.* — *Turmusios* — *Bona.*

bouinæ,& sanies est admodum diuersa ab alijs:enumerat etiam aliam speciem,quæ dicitur *Albir & est exitura vasalis rotunda,& rubea, quam qui habet, secundum plurimum non expoliatur à febre, & eius euentus secundum plurimum est in capite, & quandoque accidit alijs locis*, materia, & humor collectus in apostemate aliquando huiusmodi naturā,& facultatē obtinet vt potius in carnem transmutetur bouinam quam in saniem; caro enim est opus magis benignum naturę quā sanies,vocatur hæc aliquando vulgo topinara,& in calidis,& humidis corporibus contingere solet, secunda vero vasalis rubea, & rotunda à sanguine ortum ducit in capite nimis redundans:idcirco rubea,rotunda,& vasalis. Hæ sunt omnes species exiturarum variæ tum ratione formæ tumoris; tum ratione causarum efficientium; tum ratione locorum possunt ex Auic. dictis in medium proponi.

Albir.

Topinara.

De Signis exituræ Cap. 21. 22. 23.

C*Vm videris pulsationem plurimam, aut duritiem prolongatam,& caliditatem, tunc existima,quod apostema est in via, vt fiat exitura,&c.* Signa exiturarum alia sunt, quæ exituram enunciant: alia quæ in genere, tertia quæ species omnes manifestant, & quarta, quæ præsagiunt salutem, vel mortem,salubritatem, vel insalubritatem, & demum, alia quæ extrinsecus significāt. In 21. c. signa tradit apostematis in exituram transmutabilis. cum tumor igitur plurimam pulsationem caliditatem, & duritiem obtinuerit,ex his tribus necessario colligere valemus apostema euadere exituram, scilicet tumorem ipsum saniem producturum,& vlcus: nam caliditas adiuuat maturationem,pulsatioque est signum calorem natiuum aggredi concoctionem, & segregare partes heterogeneas vaporosas, quæ eleuatæ pulsant vt egrediantur. Durities etiam significat exituram,quatenus ostēdit aliquam renitentiam,& copiam materiæ: quia si ipsa materia aut pauca,aut tenuis,aut mollis, esset;potius à natura desolueretur,quam in pus transmutata foret. 22. c.

Signa quadruplicia exiturarum.

Pulsatio.

Durities.

Cum videris lenitatem quamdam, & sedationem doloris licet, ex Hip. secundo aphor. 47. cum pus conficitur dolores, & febres fiunt, ita & cum iam factū est, & cum non dum fieret, adest in parte exiguus dolor & lenitas:nam facto pure iam natura vicit, & superauit materiam rebellem; cum non dum aggredi inceperit pugnam, non est actio neque repassio inter naturam,& causam morbificam:quia neque dolor, neque inquietudo. c. 23.

Signa maturationis

Sanies laudabilis est: comune præceptum in medium affert cognoscendi quando exitura est maturitatē consequuta,cognoscitur ex sanie alba, leni,æquali, odore horribili priuata, *in qua non operata est nisi caliditas innata*. ex his verbis summum documentum ab Auic. contra nonnullos habemus;optimam saniem,& pus perfectum non effici nisi ab innata caliditate, quæ omnes concoctiones naturales perficit;imperfectum pus,& imperfectam saniem ab vtroque calore putredinali, & innato,ille tanquam præter naturam opus lædens humanam naturam semper aggreditur; Hic vero conseruans humanā symmetriam, omnia ad benignum sui, & humanæ complexionis similitudinem redigere conatur idcirco cum adest odor, & malus odor, non est perfecte concocta sanies,nec omnino vincit naturalis calor membrorum radicalium,& seminalium, qui natura propria concoquendo dealbat,è contra sanies mala, fætida & non lenis, non æqualis,sed diuersarum partium,& dissimilium in se. *& necesse est omnis saniei* quod supradictum fuit enunciat oportere,antequam pus, vel sanies conficiatur,vt excitetur in humore, & partium circumiacentium putrefactio,alteratio, & diminutio, & tandem maturatio,quæ est concoctio facta à calore naturali,& proprio humidi terminabilis;quando vero ille humor,qui aderat interminatus vincitur à calore naturali, & proprio, tunc appellatur concoctio, quæ abusiue à maturatione fructuum sumitur; nam cum fructus maturus est tunc perfectus & hæc omnia consequitur à calore naturali,& proprio: pariter humores cū à calore naturali, & proprio sunt perfecte elaborati erunt oīno similes,& vtiles, vel ad nutritionem,velad alium vsum, & excessus, & qualitates præter naturam tunc omnino erunt euictæ,& superatæ, & minime corpori humano nocuæ.

Purif perfecti efficiens, imperfecti.

Maturatio.

Significatio exituræ intrinsecæ. Cap. XXIV.

SIgna tradit Auic. quibus innotescat intrinsecum apostema calidum: nam primo à qualitatibus mutatis. secundo ab excrementis, & exeuntibus & tertio ab actionibus læsis omnia signa examinantur & desumuntur,adest igitur horripilatio, quæ est motus totius corporis circa cutim cum sensu aliquo frigiditatis productus à vapore expulso ab expultrice ad cutim,quæ ibi irritat, & mordicat sensitiua loca cutanea; febris etiam ad qualitates mutatas ad tactum: nam est caliditas extranea totius corporis: dolor etiam ad sensum tactus,grauitas etiam percipitur: nam apostema graue est,& materiam copiosam in visceribus adnotat, & hæc omnia,quanto magis hoc apostema ad augumentum,& statum accedit, maiora, & vehementiora fiunt: nam dum pus conficitur dolores, & febris fiunt scilicet omnia accidentia, & symptomata grauiora euadunt, nisi eruptio fiat in principio, & solutio continuitatis: ex his signis colligit apostema euadere exituram, nempe maturari,& in saniem conuerti,& vlcus: Ab actionibus læsis signa desumit nempe à duritie pulsus, quando igitur pulsus est durus,magnum affert testimonium interioris exituræ, & præsertim in membranosis locis membranæ affectæ,tum cerebri tum pleuræ, & aliarum partium,quia duræ sunt,duras arterias obtinent, & inflammatæ durum pulsum repræsentant: locus affectus dignoscitur à situ doloris, & grauitatis, & ipsemet æger locum affectum significat:ab excrementis si circa iecur, vel renes,vel intestina excrementa, & iecoris,& intestinorum, & renum, & pariter aliarum partium erunt mutata.

Horripilatio

Febris.

Dolor.

Durities pulsus.

Dolor

Locus affectus.

Erupt

Significatio maturationis intrinsecæ. Cap. XXV. XXVI.

Q*Vando accidunt significationes exituræ, &c.* sicuti dum apostema calidum ad pus conuertebatur,aderant dolores, & febris, ita iam genito omnia mitiora euadunt: grauitas tamen remanet: quia adhuc in parte affecta collectum, est pus;quando vero erumpitur sicuti docet c. 26. Alij dolores redeunt,& nouæ punctiones quia pus tentat corrodere partem continentem naturaquè expultrix aggreditur hoc opus; ex his signis medicus colligere valet exituras calidas breui tempore erumpi à qualitatibus mutatis,ab exeuntibus,& ab actionibus læsis,inquit igitur Auic. *quando redeunt dolores*: quia alius est dolor qui oritur,dum fit apostema:alius,dum fit pus: & alius dum pus tentat egredi: ideo redeunt dolores: inquit *punctiones fiunt*: quia materia acris,& tenuis pungit,& mordicat; *grauitas fit vehementior*: quia in maiorem molem tumor maturus extenditur, quam dum crudus fit:similiter *febres etiam* cōtingunt:ex his colligitur eruptio propinquam fore,ita calor in vniuerso,horripilatio & pulsus concitantur. factæ iam eruptionis signa sunt sanies expulsa per aliquem locum mordicans,virtus imbecillis in omni enim abscessuum apertione, & resetratione,

Cur maturat immavant quan

Cap. Signa priuata eruptione intrinsec

Signa eruptionis factæ.

ratione multi spiritus dissipantur. vnde sæpe ægrotantes in deliquium,& symcopem incidunt. vnde empirici dum aliquando aliquid apostema, & abscessum incidere tentant,ne delinquant ægrotantes, vinum exhibent, indicatum à viribus: accidunt etiam aliquando *si subiecta est eruptio pulsus cordis, symcopis mala, & fortasse mors*; propter virtutis resolutionem & præsertim si in thorace foret exitura. si in stomaco,aut intestinis aut hæpate vomitus,& ventris solutio, si in pulmone, & propinquis locis, sputum saniei apparet & aliquando præfocatio. Not. illud verbum Auic. &c. *similantur febres,& arefactio*. quia feb. in apostematibus calidis intrinsecis solent assimilari criticis: ideo dixit similantur: quia similia, & habituata difficile cognoscuntur, *neque idem agit in idem* & intus existens prohibet extraneum;arefactio etiam maciem totius corporis demonstrat, *difficile agri nutriuntur cum exituris intrinsecis occupantur*.

Curationes exiturarum apparentium. Cap. XXVII.

Evacuationes quidem, & ea, quibus medicantur apostemata in principijs suis nisi timeatur, reditus materiei ad membrum nobile. In hoc c. indicationes atque remedia examinat Auic. exiturarum apparentium scilicet extrinsecarum: oritur igitur indicatio non repercutiendi ratione materiæ fluentis ad locū affectum, sed potius blande educendi, vtilius est, vt superuacanea materia critica, vel symptomatica externas partes exerceat quam internas, neque oritur indicatio euacuandi per locum affectum in principio; quia cruda iam est materia; sed potius in augumento,statu, & declinatione, duo sunt modi quos etiam recenset Gal. secundo ad Glauc. curandi apostemata, vel resoluendi, vel maturandi:aliqui tumores vt plurimum resoluuntur,& præsertim frigidi;calidi vero qui exituræ calidæ appellantur, maturescere debent concoquentibus, & pus mouentibus: qui tutior est modus, & præsertim cum corpora admodum repleta sint,& cacochyma; Dolor semper anodynis læniendus, eruptio non solutio sed sensim & sensim facienda est,ne virtus dissipetur: materiæ vero antecedentes in vniuerso corpore sunt euacuandæ. & concoquendæ; sed præsertim Auic. localem curationem statuit:quia naturalem in his tract. supponit. tanquam vniuersalem regulam,& præceptum notum in corpore. à viribus sumit indicationes, vt custodiantur cibis bonis, dum præsertim exituræ extrinsecę sunt:nā in intrinsecis tenuiori victu vtendum est, *& secūdus est regimen egrediens à rectitudine propter necessitatem dispositionis*, in hac parte cauendum docet quando maturantia non sunt administranda,& hoc est quando ęgritudo,& exitura, est nimis magna, & infert timorem, & periculum, ne virtus sufficiat vsque ad maturationē imò maturatiua tunc perducent ad immaturitatem: quomodo vero pus mouentia, & maturantia contrarium effectum producant in magna exitura, expendendum est: nam eadem causa secundum idem semper eūdem effectū producere solet cur ergo *maturatiua immaturitatem* pariunt? an fortasse: quia non sunt agentia proportionata materiæ maturandæ, & tunc partes tenuiores dissoluuntur, & non concoquunt tantam molem; quibus dissipatis, quod reliquum est, crassius euadit, durius. & maturationi magis rebelle, quare tuto admonet Auic. nō esse maturantia administranda,iureq;ea negligit,& statim laudat perforationem cum ferro, vt exeat materia iam impacta: caueat tamen Chirurgicus ne ferro pungat aliquam partem subiacentem, neruum, scilicet, tendinem,& similia: addit alias causas, cur tumor ille maturitatem non sit adeptus, aut quia materia sit nimis crassa: quia calor natiuus sit nimis imbecillis, aut quia sit *prope iuncturas*, aut membra principalia vnde oritur timor, ne saniem produceret ipsaque suo contactu corroderet,& maxime læderetur *Et si fiducia habetur in medicinis*. proponit in hac parte quando agendum scilicet quando sunt administranda maturantia, & pus mouentia, nempe, quum calor natiuus est debilis & materia est in conuenienti quantitate vt ab ipso calore adiuto à maturantibus possit maturari; quare tunc administranda sunt pus mouentia, sin autē minus vt supra dictū est, oportet incidere ferro crudū apostema, vel adiungere aliquid putrefaciens scilicet vulgo rotorium quo posito incidenda est pars, & profunde, vt materia copiosa positis digestiuis valeat concoqui, & maturari; docet etiam regulam secandi, & perforandi; nempe sit illa perforatio,& incisio semper per longitudinem villorum, neruorum,& musculorum, non autem per transuersum:quia si transuersim secentur, deperditur motus, & sensus,& spasmus oriri potest, & in fronte potissimū per longitudinem:quia frons inseruit motui, & eleuat palpebras oculorum, quæ quidem si transuersim, vel ab vno tempore ad aliud secaretur, tunc non valeret amplius attollere ipsas palpebras. Quod si vehementiora fiant apostemata facta incisione, & perforatione, si aderit inflammatio eam vaporantibus, & lenientibus calidis & humidis,& temperatis curare oportet, & tandem incarnantia,& emplastra, cum omnino pus erit album, lene,& æquale,& ab omni sordicie vlcus sit emundatum, tuto sarcotica sunt administranda *& loca conuenientiora ad expectandum*. In hac parte docet, quando sunt administranda maturantia ratione loci, scilicet in locis calidis,& humidis carnosis, paruorum neruorum,& venarum;in his locis facile concoquitur, & maturatur apostema, quare non sunt incisione perforatione, vel ferro candente curandi tumores superuenientes in huiusmodi locis: colligendum est igitur illos tumores esse perforandos,& secandos ante maturationem, qui admodū magni,& lati sunt, & extensi, qui in locis frigidis existunt.ē contra tumores, pineales, acuti, potius quam lati, rubri in locis calidis & humidis carnosi existentes, à maturantibus facile sanitatem recipiunt.

Dolor. *Eruptio.* *Cur maturatiua immaturitant aliquando.* *Quando administranda maturantia.* *Regula secandi, & perforandi.* *Not. de frontis incisione.* *Not.*

Regimen maturationis, & ingenium ad faciendum pus in exituris apparentibus. Cap. XXIIX.

Cvm supra enarrasset, quando sunt administranda maturantia,& quando non, in hoc c. de natura ipsorū pus mouentium, & virtutibus sermonē habet Auic.& multas species potentes mediocres, & infimas pus mouentium enumerat. Quo ad primum ait maturantia debere esse calida, & humida permixta, & similia caliditati,& complexioni humanæ:nam similē adiuuatur à simili,& læditur à contrario; debent etiā esse inuiscantia, crassa, glutinosa, vt poros cutis claudāt, quibus clausis, natiua caliditas augetur per qualitatem, cum non possit dissipari, & etiam crescit à qualitate calida,& humida ipsorum maturantium. Quo ad secundum, maturantia leuia,& in primo gradu sunt fomenta, & embrocationes ex aqua tepida. emplastrum ex farina tritici, aut hordei cū aqua, tertio triticū masticatum,& deinde panis cum pice cera,& croco, & puluis olibani, pini cum oleo rof. adeps porcinus, emplastrum de maluauisco,& semine lini. media sunt emplastrum de ficubus ficc. dulcibus, crassis, & pinguibus solis: aut cum farina hordei, aut tritici, cui si hyssopus aut origanum adijciatur, valentius pus mouet; oportet enim vt ficus sint siccę, quia magis calidæ,& humidæ sint, dulces, & crassæ, vt obturent meatus: nam siccæ, & aridæ potius resoluerent, quam maturarent; si additur postea farina valentius incrassat: si profundus esset tumor,& cum materia crassa, hyssopus, & origanum syluestro adijcitur, vt virtus emplastri perducatur ad locum profundum,

Maturātia debere esse calida & humida. *Emplastra maturantia. Media maturantia.* *Ficus.*

craſſities materiæ & frigiditas attenuetur a calore natiuo etiam: pariter aliquando hæc concoqui poſſunt in aqua cum pauco ſale, non autem ſuperfluo quia paucum ſalis attenuat & eſt vehiculum aliorũ medicamentorũ. Si valentius expetitur, componitur ex adipe ol. ſem. lini, cum duabus partib. albotin. vltimo loco validiora ſunt, quæ componuntur ex vuis paſſis, ſtyrace, calbano, myrrha, laudano, reſina, butiro, maſtiche, hyſſopo humida, & rad. cucum. aſinini, & rad. ſanguinis drac. deinde adeſt emplaſtrum vocatũ Galeni cum ol. de cherua abſque cera: deinde emplaſtrum didimos, baſilicon, & poſtremo emplaſtrum de lapide marcheſitæ, cum ammoniaco.

Valentius maturans

Dubitatur aduerſus dicta de natura maturantium, an debeant eſſe calida, & ſimilia naturæ humanæ, nec ne? quia contrarium debet vinci a contrario, at ſuperfluitates in exitura ſunt contrariæ naturæ, ergo a contrarijs, & non a ſimilibus, eo magis cum Auic. pro maturantibus vtatur fimo columbino, qui calidus, & ſiccus eſt. Dicendum maturantia non immediate agere in res pręter naturam neque ab his indicari primo, & principaliter; ſed ſecundario, indicari verò primo a rebus naturalibus, a temperie, & calore partis, qui ſimilia expetit, vt valeat agere in ſuperfluitates præter naturam: natura quidem eſt medica, & principalis auctor eſt ſanitatis; medicaměta vero, & medicus ſecundaria & inſtruměta quẽ admodum dixit Galenus ars natura, & fortuna ſunt cauſa ſanitatis: natura principaliter & per ſe, ars ſecundario, & inſtrumentaliter, fortuna per accidens, & raro: contra inuiſcationem & craſſitiem maturantium dubitatur: illud quod retinet ſuperfluitates in humano corpore nocuum eſt, & potius lędit, quàm iuuat: tale eſt medicamentum inuiſcans: quia prohibet, ne ſuperfluitates in tumoribus diſſipentur.

Dubitationes de qualitate maturantiũ.

Dubitatio contra inueſcantia, & incraſſantia.

Reſpondendum maiorem vtilitatem conſequi ægrũ augumento caloris naturalis, quod producit medicamentum inuiſcans, & obturans poros, quã nocumentum ex retentione ſuperfluitatum: immo etiam ipſæ ſuperfluitates retentæ cum calidæ ſint, quoquo pacto adiuuant maturationem, & inhibent, ne partes tenuiores diſſoluantur & craſſiores remaneant: his de cauſis pus mouentia commoda ſunt & vtilia.

Regimen exiturarum quando maturæ ſunt.
Cap. XXIX.

IN hoc c. remedia chirurgica localia affert, quando exitura iam ad maturitatem peruenit, & ſponte nõ rumpitur ſed neceſſarium eſt, vt chirurgus aut medicamento, aut ferro incidat cutim, & perforet, vt egrediatur pus: multa ſunt quæ exhibent exitum puris iam facti, cutis ipſa dura; locus profundus & altus, docet igitur quando ſit facienda perforatio nempe tempus perforandi; quantitatem perforationis, modum per tranſuerſum per longitudinem, punctim, vel inciſione. locum vbi perforandum eſt, & rectum vſum ipſius perforationis. Si igitur cutis erit nimis craſſa, & venæ, & nerui, & chordæ ſint in illa parte, cum à natura ſit impoſſibile, vt rumpatur, oportet vt Chirurgicus perforet: nam ſi ſanies diu commorabitur in illa parte, venas neruos, & chordas corrodet & præſertim cum fuerit prope iuncturas. locus ſit perforandus, vbi ſanies, quæ tactu dignoſcitur & ſitus perforationis ſit ſemper infernus, vt ſponte ſanies declinet ad locum infernum, & egrediatur, cognoſcitur etiam locus non ſolum tactu, ſed albedine, quia vbi eſt aliqua albedo, iam facta eſt ſanies, vbi non eſt facta, adhuc rubor perſeuerat. ſi vero ſanies fuerit praua & maligna non ſolum locus fit ruber; ſed potius niger, & ſuboſcurus, & plura alia ſigna præceſſerunt. *oportet igitur in ſectione conſequens.* In hac parte docet modum ſecandi & perforandi qui ſumitur a rectitudine membri fibrarum & ſitu neruorum, vt diximus de fronte; inquit, ſi frons ſecetur ſicuti alia loca per longitudinem *cutis frontis ſuper faciem cadet.* In inguinibus ſectio ſit ſecundum latitudinem cutis & facta perforatione extractoque pure tunc cætera alia medicamenta agglutinantia, & anodyna in vlceribus, vt ſupradictum fuit, apponenda ſunt, & *cura cauernarum & fiſtularum* huic etiam accommodantur: ſed hęc obiter. Quo ad modum: etiam Antyllus auctor antiquus hæc ſtatuit; *ſi exitura fuerit in capite, tunc ſectio eius ſit ſectio æqualis & ſeruet ſitum*, vt pili facile poſſint eam cooperire & ne appareat: ſi in naſo perforabis *eam æqualem cum quantitate longitudinis naſi:* ſi ad oculum ſit, perforatio *ſimilis capiti lunæ nouæ, nempe tortuoſa inferius:* ſi in mandibulis æqualis eſt facienda ſectio: ad aures pariter æqualis. *brachia verò cubitos, manus, digitos inguina, omnia perforamus in lõgitudine; prope coxas rotũda perforatio eſt facienda:* quia facilius materia educatur: in coſtis, in latere per inciſionem; ſemper tamen cauendum, ne aliqua magna arteria, vel neruus, vel vena incidatur.

Tempus perforationis.

Locus perforationis.

Modus perforandi.

C. 30. de eruptionib. exituralibus.

Verum ſi exitura non erit maligna, ſed ſalubris, aliquando aqua calida corrumpit eam.

De Cura. Cap. XXXI.

IN hoc c. localia medicamenta tradit Auic. quæ vim habent maturandi crudam exituram, quæ quidem, vt ſupra etiam diximus, alia leuia, alia mediocria, & alia vehemẽtia, rumpunt etiam, & alia ſunt, quæ vim digerendi obtinent, quæ in fine capitis enumerata ſunt. primum eſt emplaſtrum ex rad. narciſci cum aqua, & melle; ol. de liliis & irino: ſecundũ conficitur ex rad. cannæ recẽtis cũ melle pice ſicca, & ſordicie aluearorũ apũ: hæc omnia attenuant emolliunt, & cutim rarefaciunt: eſt emplaſtrum arboſilos, vel conficitur aliud, ex cera, butyro, & oleo pice ſicca & melle ana lib. j. floris æris dra. iij. ol. q. s. eſt etiam medicamen ex allijs coctis, quod & maturat & digerit, vel R. ammoniaci dr. vi. ceræ dra. iiij. glutinis albotin drach. iij. ſulphuris citrini, nitri pariter; m. & fiat emplaſtrum S. A. hoc emollit, & rumpit locum affectum, & R. medullæ granorum pineorum, nucis rancidæ, fermentum, caulis. q. ſuff. decoquantur cum cepa, & addit ſynapi, & fimi columbini. *rumpit, & velociter* eiſdem medicamentis erumpentibus, eſt etiam diaquilon ſolutum mucilagine ſynapis, & ſapone aſſociatum cum ficubus, vel fiat emplaſtrum ex melle anacardorum & pice humida. Fortia ſunt *alchali & calx non extincta poſita in ſubmerſione ſui, & media aqua bulliant:* deinde ponantur in caldarium æneũ ſuper prunas, & tandem congelabitur in ſal & R. huius ſalis vnc. j. ſalis ammoniaci drac. ij. mucilaginis naſturtii, mellis anacardini an. vnc. j. m. & fiat corroſiuum, vel R. cantharid. vnc. j. ol. veteris vnc. ij. m. igne bulliant ad ſpiſſitudinem, vel R. mellis anacardini vnc. ij. ſtercoris accipitris, paſſerum & anatis an. drach. i. m. *& quidam iam dixerunt de medicinis reſoluentibus* t. poteſt etiam non ſolum curari exitura calida maturantibus, aut ferro, ſed etiam reſoluentibus; reſolutiuum medicamentum eſt calidum tenuium partium, rarefaciens membrum, & quanto plus locus emplaſtro reſoluente, vel decocto fouente, tanto citius materia diſſipabitur, ſemper tamen miſcenda ſunt lenientia, mollientia, ne materiæ craſſiores indurentur: materiæ igitur reſoluentes ſaniem, ſunt *albaurat* ideſt vitriolum, *ſynapis, ſtercus auium: arſenicum, calx*, quæ miſceantur cum thure maſtiche; & aceto & ol. antiquo. item conficitur ex alijs, & pyretro, vel ſtaphyſagria *baurach cum melle*, ſemper tamẽ prius foueatur locus aqua calida, quæ attenuat & emollit cutim, poros aperit vt facilius medicamenta penetrare, &

Reſoluentia.

ſaniem

saniem absumere debeant: tandem est medicamentum de marchesita quod conficitur hoc pacto R. lapidis marchesitæ drac.xii.ammoniaci vnc.i.ss. far.fabarum. drac. vi.resinę humidæ q.s.m.leniatur cutis, neque remoueatur donec sponte per se cadat & statim apponatur tepidum: quia velociter exiccatur; aliud etiam R. salis ammoniaci vnc.i.bezaar drac ii.lytargirii drac.iii.olei veteris q.s.m. & quando hæ medicinæ vel non rumpunt cutim, vel non absumunt ipsam saniem; tunc ferro aperiendus est locus, eo modo quo supra dictum fuit.

Medicamentū de marchesita. *Quando perforādū.* *Modus perforandi.*

De regimine exiturarum intrinsecarum. *Cap. XXXII.*

ALdubellet quidem intrinseca oportet, &c. In hoc c. trigesimosecundo curat Auicena exituras intrinsecas, & remediis chirurgicis, pharmaceuticis, & diæteticis vt in 3. partes hoc c. diuidi possit, & præsertim duas species exituræ recenset, vna in qua cholera abundat, quæ cognoscitur egestione per aluū, & vrinam: nam si vrina admodum flaua est, & egestio citrina, bilem attestantur, è contra si vrinæ & fæces naturales sunt, sanguis in venis vtilior est, & totum excrementum delatum est ad exituram: qua propter si cholera, & bilis abundat, euacuanda erit medicamento purgante: si sanguis sectione venæ. post euacuationem verò habita prouidentia totius ad localem curationem deuenit, & inquit, *& post euacuationem oportet, vt maturetur.* medicamenta interna exhibenda maturatiua, alia sunt ex parte cibi vt *vinum subtile & tenue paulatim bibitum*: nā eum sit tenue subtile, habet vim modice calefaciendi, & adiuuandi calorem natiuum, qui materiam crudam concoquit; paulatim bibendum est: nam si copiosum potaretur, potius feb. accenderet, & exiccaret: inter medicamenta recenset myrrham & cynnamomum, & theriacam, mitridatum, & homorusiam, quæ erat compositio antiqua; hæc omnia, subtiliant exiccant, & sunt exhibenda cum potu vini, vt ille ea inducat ad locum affectum, & adiuuet maturationem: hæc sunt, quæ Auic. de exituris, de earum indicationibus & curatione pertractauit.

C.30. de eruptione exiturarum. *Signa bilis.* *Medicamenta interna maturatiua.*

De Aldemenul idest Furunculo. *Cap. XXXIII.*

ALdemenul iterum sunt de genere exiturarum. In hoc cap. naturam & causas, & differentias furunculorum exponit Auic. qui vocantur Arabice aldemenul, & sunt tumores ab humoribus partim frigidis & partim tenuibus, & crassis in ambitu corporis, qui eum maturescunt, desinunt in vlcus curandum. causæ aliæ sunt externæ & procatarticæ, vt cibi & potus, nimis crassi, copiosi, otium, nimia repletio, somnus, quæ gignunt nimiam copiam humorū excrementiciorum. Internæ antecedentes sunt humores nimis copiosi, & inutiles, causę coniunctæ & immediatæ sunt ipsis humores collecti præter naturam in illa parte. quo ad formam; est tumor & magnitudo aucta, morbus in mala conformatione, etiam intemperiem annexam, & dolorem habere solet. partes affectæ variæ sunt: aliæ superficiales & aliæ profundiores, & profundiores deteriores sunt; differentiæ ex his tum a forma, tum a causa efficiente, tum a loco affecto desumuntur: potest esse modo maior, modo minor, vt plurimum pinealis ab humore crasso, pituitoso mixto cum sanguine prędominante; vel è conuerso: aliquando verò non solum a succis copia infestantibus, sed etiam vitio & malitia.

Furunculum quid. *Causa externa.* *Internę.* *Forma.* *Subiectū.* *Differentia.* *Resolutia.* *Signa.*

Signa huius tumoris in genere, & signa specierum facile innotescunt, si temperiem ægrotantis, & ante actam vitam, ætatem tempus anni animaduerterit Chirurgicus, sed præsertim signa humoris vitiosi, aut plethoræ idest sanguinis, quæ signa pituitæ, bilis, melancoliæ, & sanguinis pluries alibi fuere recitata.

De Cura. Cap. XXXIV. Furunculi.

QVando apparent aldemenul, idest furunculi. In hoc cap. & indicationes præseruatiuas, curatiuas & vitales proponit Auic. quæ colliguntur a natura ipsius tumoris furunculi; a magnitudine aucta; a parte affecta, ab humoribus mole augentibus; ab humoribus in toto corpore redundantibus, & a viribus totius corporis, & partis affectæ, quæ indicationes eędem sunt cum illis, quę fuerunt enarratę. c. de exituris. imò ait eorum curam esse *eandem circiter tres dies cum cura apostematum calidorum*: deinde oritur indicatio resoluendi, & maturandi. primo hos furunculos tentat resoluere inquit enim *fortasse resoluentur, sed illud est secundum minus*. idest raro: quia vt plurimum pus gignunt & egent maturantibus: omni cura & studio incumbendum sanitati huius tumoris: quia sępe in magnam exituram male curatus conuertitur; quo ad materias præsidiorum, & *curam eius est euacuatio*. primo vniuersaliter proponit, nempe mittendum esse sanguinem si is porissimum abundauerit, & vires permiserint: deinde humor vitiosus medicamento purgante educendus, *cum fuerit in aldemenul pulsatio*. in hac parte curationem aggreditur & proponit maturationem tanquam necessariam præsertim cum aderit pulsatio: nam rubor dolor & pulsatio solent ostendere materiam ad pus conuerti. maturant semen maluæ, altheæ tritum cum lacte, ficubus, & melle, & ficus cum melle ipso coctus, triticum masticatum, passę confectę cum baurach, ficus cum synapi permixtus cum ol. de lilio, medicamentum de fermento vel R. butyri vnc.i.ss. fermenti acetosi vnc.i.seminis maluæ, altheę, psylii. vnc.i.semis, lactis fici vnc.iij. fænugreci, sem. lini an. drac.v. bulliant in lacte S. A. & fiat emplastrum, temperatum & mediocre est, & cum difficulter ad pus cōuertitur, neque caliditas est vehemens neque pulsatio, oportet locum affectum scarificare, & ad partes circumiacentes cucurbitulam ibi apponere, quoniam sanguis virulētus euacuabitur, crassus verò retentus postea vlcus efficiet, quo facto vlcere etiā crassi humores euacuabuntur, quando vero pus iam factum est, & sponte non aperitur, perforare oportet cutim, aut ferro, aut caustico, veluti R. fimi colūbini vnc.i. fermenti vnc.ss. sem. lini drac ii.m. fiat emplastrum ruptorium, & hæc de cura furunculorum.

Indicationes. *Curatio. Signa suppurationis* *Ruptoriū.*

De Moro. Cap. XXXV.

MOrus, seu porus ficus vulgo, est tumor carneus, & mollis in carne rara, veluti in ano, vulua, productus ab humore crasso & virulento. appellatur morus: quia similatur in figura & colore moris, & est caro mollis addita, quare etiam tumor est, & in ano ficus porus vocatur, in vulua condiloma, quandoque est malignus & cancrosus; quandoque gallicus; de quibus etiam Rasis asecundo continentis c. 7. & Gal. decimoquarto methodi 13. est tumor a toto genere pręter naturā & in numero additus & impropríe potius appellatur apostema, sed potius est tanquam sextus digitus in manu, & morbus in mala conformatione & in numero addito, quare oritur indicatio totum extirpandi & euellendi, aut ferro, aut medicamentis habita prius totius prouidentia, purgatione & sectione uenæ, secandus est ferro incisorio, & euacuato sanguine postea ferro candente est inurendus, aut filo serico purpureo ligandus, & stringendus sensim, & sensim extirpatur, aut medicamento corrosiuo, de quibus supra, aut sale caustico, vel R. calcis viuæ, salis ammoniaci, sulphuris, squammæ eris

Porus ficus quid. *Nomina.*

an. drachmã j. pluries in acqua ebulliant:deinde Rec. post euaporationem aquæ,quod remanet, cui adde opij gr. v. cantharidum præparatarum ſcrup. ſs. m. & fiat cauſticum. aqua etiam aurificis vulgo aqua da partir, ſalutaris eſt vel Rec. ſublimati drachmã j. ſulphuris ſcrup. j. ligni vaiaci drachmã i. aquæ plantaginis lib. i. aquæ roſ. vnciã i. bulliant hæc omnia in petia alligata vſque ad conſumptionem medietatis aquæ,& hac aqua tange morum, vel vtere oleo ſulphuris, vel vitrioli,ſeu calcanthi,ſuccus etiam cæparum,& porri,cum melle anachardino admirabilis eſt:vel Rec. pul.dactil, ſcordij,dictamni ,præcipitati tutiæ præparatæ ſauinæ, an.ſcrup. ſs. m.& fiat puluis tenuuiſſimus, & inſpergatur ſuper locos. In gallicis vero ſemper eſt addendum, vel lignum guaiacum,vel cortex,vel ſalſa perilla ,ceratũ etiam mercuriale appellatum, quod conficitur ex mercurio ſcilicet argento viuo:exiccat, & eradicat,& omnia alia medicamenta quę ſupra enarrata fuere ab Aui.c.31.

Cauſticũ.

TRACTATVS SECVNDVS DE *Apoſtematibus frigidis, & quæ currunt curſu eorum.*

Caput Primum.

Auic.

Tumoris frigidi definitio.



Vmores frigidi, &c. In hoc primo c. quod diuiditur in duas partes, de duobus ſermonem habet,de eſſentia tumoris frigidi, & de ſpetiebus, & differentiis. Quo ad primum tumor frigidus eſt magnitudo auctahumani corporis producta ab humore frigido: Hæc deſcriptio manifeſtatur per tres cauſas, per formam,per materiam in qua ,& per cauſam efficientẽ: forma eſt tumor,& magnitudo aucta, quare eſt morbus vel ſymptoma in mala conformatione, morbus eſt, ſi vt magnitudo lædit actionem humani corporis;ſymptoma vero in qualitate mutata, ſi non immediate lædit actionem ſed vt habet rationem cauſæ, raro magnitudo aucta lędit,vt morbus niſi in hydrope, dum ita eſt magna,vt lædat reſpirationem, vel quando contingit circa muſculos,& minuit,aut deprauat,aut aufert motum,aut ſenſum; actiones enim omnes ſymptoma in actione læſa tripliciter lædit,aut quia minuit actionem,aut quia deprauat, aut quia aufert: aliquando etiam ſibi annectit intemperiem frigidam,aliquando etiam ſolutionem vnitatis,& fit dolor:quia materia ipſa frigida aufert tẽperiem partis ſui frigiditate,& copia,& ſoluit continuũ. tum penes ſymmetriam qualitatum, tum penes continuationem ſubſtantiæ, & molis. Materia in qua ſunt omnes partes ipſius corporis; ſed pręſertim frigidę particulæ,& remotæ,vt caput manus,pedes, iuncturæ, adenes, glandulæ;in his locis facile colliguntur, vel tranſmiſſione vel attractione ſuperfluitates frigidæ. cauſa efficiens tumorem frigidum eſt quintuplex: nam alia eſt pituita; alia melancolia: alia materia aquoſa; alia flatuoſa, & quinto compoſita ex his: pituita ſeu phlegma aliud eſt craſſum frigidum; & humidum: aliud eſt aquoſum & tenue; non loquor de ſalſa pituita quia Auic. de frigidis tumoribus ſermonem habet, melancolia frigida, & ſicca eſt; de atrabilari,& aduſta non loquitur Auic.in hoc c.& potiſſimum alia eſt excrementicia naturalis:alia præter naturã,& alia alimentalis, nẽpe portio ſanguinis alentis,quæ in reſpectu aliarum portionum eſt frigida,& ſicca,materia ventoſa,& flatuoſa, aut à melancolia fit,aut à pituita,& melancolici flatuoſi appellantur ab Ariſtot. & à frigido, & humido facile eleuantur vapores, & venti, qui collecti in vna parte facile tumorem flatuoſum, vel inflationem pariunt, Aquoſus tumor ab aquoſo humore, qui eſt, vel tenuis pituita, vel ſerum genitum à iecore, vel ichor qui eſt portio tenuior maſſæ alimentalis, & præter naturam quæ ab ipſa ſegregatur: quarta ſpecies eſt compoſita exhis, & quot modis poſſint inter ſe miſceri,tot etiam ſpecies fieri poſſunt,vti ſi tumor erit ex phlegmate,& melancolia,vel ex aquoſitate, & flatibus,vel exphlegmate,& aqua,aut flatu,& pluribus alijs modis interſe commeſcentur. raro quidem tumor ſimplex inuenitur;& raro humores ſimplices,& ſinceri colliguntur in illa parte huiuſmodi humores frigidi generantur, vel à cauſis externis, & procatarticis, nempe ſex rebus non naturalibus,aut ex rebus naturalibus, & rebus internis,vt intemperie frigida,& humida, vel cerebri,vel ventriculi,vel hepatis, vel lienis, vel vteri, hæ ſunt præcipuæ partes, quę gignere valent humores frigidos & apoſtemata frigida, aut ſunt phlegmatica, aut mælancolica, aut ventoſa, aquoſa, aut compoſita enumerat ſpecies & differentias tumorum frigidorum, quę quidem ſemper methodo rationali colligi debent, nempe à forma,materia aut efficiente,differentias a forma,& à loco affecto,non clare, & explicite manifeſtauit Auic. ſed tantum à cauſa efficiente quia fort aſſe formę tumorum iam patent,& locus affectus, & vtiliores, & commodiores ſunt, quæ differentiæ ſumuntur à cauſa efficiente.nam tota curatio intendetur cauſæ, ideo à cauſa efficiente quinque ſunt ſpecies, quas ſupra enumeraui, ſed dubitatur primo cur in primo libro, & fen ſecunda enumerat nodos,& glandulas inter apoſtemata melancolica, hic vero aliquando inter phlegmatica.dicendum ſemper quo ad frigiditatem potius phlegmatica fore, quo ad craſſitiem, & duritiem vero,quia melancolia,vt plurimum craſſior terreſtrior eſt,enumerat inter melancolica:aliquando etiam pituita craſſior fit, & diuerſo reſpectu modo reſpicit duritiem, & craſſitiem dominantem; modo frigiditatem ſecundo, dubitatur quomodo glandula enumeretur inter molles & phlegmaticos tumores:imo potius inter cancros debet reponi. dicendũ tumorem glanduloſum alium eſſe mollem,& lenem,& hac ratione, quo ad lenitiem, & mollitiem enumeraui inter tumores phlegmaticos,& inter oedemata,quando vero glandulæ de nouo generantur in corpore humano vt ſæpe contingit,aliquando nodos, & glandulas in humano corpore generari à varijs homoribus, & aliquando euenire extra cutim,& vocantur vulgo natæ:de quorum numero plures ſunt ſpecies: aliæ carneæ, cum tota ſubſtantia ſit carnea,à ſuperfluo ſanguine, & vitioſo genita,aut habet ſimilitudinẽ meliceridis,&melleam ſubſtantiam,aut ſepaceæ,vt ſteatomata, aut alius alterius materiæ duræ,vt ateroma;aliquando pili,oſſa,carbones, terra,gypſum,& plura,& infinita alia à toto genere præter naturã generantur in his glandulis, tertio dubitatur circa illa verba ipſius Auic. inquit enim in fine capitis, *& melancolica apoſtemata, ut ſephiros aut cancer.* ſephiros ſcilicet ſcirrus; cancer vero eſt tumor doloroſus turgidus,cum venis nigris,& turgentibus,& potius oritur à melancolia aduſta quam à frigida, & ſicca: quapropter non debet enumerari in hoc c. cum ipſe Auic. ſermonem habeat de tumoribus, & apoſtematibus tantum frigidis.dicendum exquiſite ſcirrum fieri ab humore frigido, & ſicco, cancrum vero duplicem eſſe alium exulceratum,qui neceſſario fit à melancolia, aduſta,aliũ non exulceratum,qui fit primo,& principaliter à melancolia frigida,& ſicca, ſed huius aliquę portiones incaleſcentes

Forma.

Subiectũ.

Cauſſa.

Phlegma duplex.

Materia flatuoſa.

Aquoſus tumor.

Quomodo generantur humores frigidi.

Differentia.

Abſ[...]te.

Dubitatur de nodis, & glãdulis. Solutio.

Dubitatio ſecunda.

Natæ.

Dubitatur tertio.

Cancer.

Solutio.

centes dolorem faciunt tumorem, & venarum turgentiam, idcirco cum humor faciens cancrum non exulceratum, sit frigidus, & siccus a prædominio; iure merito *Cancer 2.* etiam cancrum enumerat inter apostemata frigida, melancolica, & quando infra cap. 15. tractat non solum de cancro non exulcerato, qui ab ipso dicitur cancer siccus, quietus, sed etiam de cancro exulcerato: omnes hę duę species possunt enumerari inter tumores frigidos, quia in principio humor faciens cancrum frigidus, & siccus est: deinde putrescens calidior euadit, & exulcerat partem: idcirco respexit ad præcipuam materiam ipsius humoris melancolici, ex accidenti verò calidior fit, aduritur, & hæc sunt, quæ Auicen. in hoc cap. dixit. in fine verò addit quædam verba, quibus facile etiam solui potest dubitatio de cancro, *& quandoque componuntur illa apostemata ad inuicem, & cum calidis ex eis ergo.* primo & principaliter loquitur de frigidis, vnde legitima de causa potuit etiam differere de cancro vlcerato, & aliis calidis tumoribus: dum tamē per accidens non principaliter sint annexi tumoribus frigidis.

De apostematibus molli phlegmatico quod nominatur vndimia. Caput II.

EST apostema album, molle, in quo non est caliditas. In hoc capite de apostemate molli vndimia, & oedematoso appellato sermonem, habet Auicen. & de eius essentia, & differentijs pertractat: quare in duas partes diuiditur caput; in prima parte *Oedematis definitio. forma.* vndimia seu apostema molle, seu oedema dicitur tumor mollis, indolens absque caliditate productus à pituita dulci & molli, in aliqua parte humani corporis, cum sit tumor est magnitudo aucta; sed mollis: quia cedit digitis comprimentibus, & foueam obtinet, non habet ruborem neque dolet: quia cum materia sit frigida & mollis, ocius obtundit sensum, quam dolorem inferat. causa *Efficiens.* efficiens est pituita subtilis & dulcis, quæ frigida, & humida est, tenuis & mollis ad differentiam crassæ, terrestris, viscidæ, & ad differentiam excrementi melancolici, quod scyrrum potius excitat, appellat aliquando Auicen. pituitam subtilem, & mollem vaporem phlegmatis, non quia hic tumor fiat a vapore proprio; sed quia pituita subtilis & tenuis vaporosa est, & plures vapores gignit, vnde oedema annexos vapores phlegmaticos habet, *Species pituitæ.* cum plures species sint pituitæ, acidæ, salsæ nitrosæ, amaræ, dulces, subdulces & aqueæ, & præsertim de aquea & subdulci, de tenui & molli sermonem habet, nam reliquæ species non videntur accommodatę generationi oedematis: *Locus affectus.* partes, quæ solēt affligi sunt manus, pedes & omnino remotæ à calore natiuo: *Generantij pituitam.* pituita ortum ducit, tum a stomacho, tum a cerebro tum ab hepate frigidiori, & nonnunquam a cibis pituitosis frigidis & humidis vino, aquis, otio & similibus, nec non aere & ætate, nempe à rebus naturalibus frigidis & sex rebus non naturalibus. *Differentia.* Differentiæ & species oedematis hauriuntur ab illis tribus fontibus, à forma tumoris, a causa effectrice & a loco affecto. *A forma.* ratione formę modo maior, modo minor est tumor, *A loco.* ratione partis modo in manibus, modo in pedibus, modo in capite: *Ab efficiēte.* ratione causę effectricis & humoris: modo pituita est dulcis; modo subdulcis: modo tenuis & subtilis: modo minus tenuis. vnum dicit Auicen. in hoc cap. fieri oedema a causa primitiua, nempe *Oedema ex percussione.* a causa procatartica, & externa, scilicet ex percussione & ictu; sed hæc causa est admodum remota, & adiuuans causam antecedentem, & propinquam, scilicet pituitam dulcem, quæ iam aderat in corpore, vt si aliqua percussione afficiatur manus, ex illa percussione oritur dolor, fit attractio pituitosæ materiæ a capite, quæ iam abundauerat, & hoc pacto pituita ibi collecta & attracta eleuat manum & auget in maiorem molem & tumorem producit indolentem.

Curatio apostematis mollis. Caput III.

EVacuatio quidem, quæ fit cum solutione ventris & abstinentia ab eo, quod generat phlegma: sicuti duę sunt indicationes curandi oedema, *Indictiones.* vna dirigitur ad tumorem, & humorem iam genitū: nā tumor indicat sui remotionem, humor euacuationem tam antecedens quam coniunctus, & vt optime euacuetur indicat concoctionem. Secunda indicatio spectat ad inhibitionem ne humor pituitosus amplius generetur in humano corpore, & pariter ne tumor augeatur. His indicationibus satisfacere debemus omni ingenio tribus illis materijs, nempe Chirurgicis pharmaceuticis, & diæteticis, quæ vniuersalem curationem animaduertent, & quæ localem respicient & semper tanquam magis vrgens vniuersum corpus est ab excrementis liberandum, *Not.* ne vsu localium, magis ruant, ad locum affectum. Diuiditur igitur caput in duas partes. in prima vniuersalem curationem præmonstrat. in secunda localem secundum quatuor tempora, nempe secundum principiū, augumentum statum, & declinationem ipsius tumoris; & hoc pacto, materiæ chirurgicæ, pharmaceuticæ, & dietęticæ diuersæ secundum diuersa tempora tumoris administrari debent: in tot partes diuiditur caput & primo cum humor pituitosus abundet: in corpore omnino est tollendus medicamēto ventrem soluente; sed humor ille concoquitur calfacientibus exiccantibus: ideo hæc etiam sunt primo administranda, exhibetur etiam, ne generetur victu calido, & sicco, *Victus ratio.* vt cibaria omnia sint tenuis substātiæ, & calidæ, & siccæ. vnde abstinendum est à carne porcina, suilla, à piscibus, cochleis, limacibus laganis, & similibus, quæ pituitam gignere valent, *& cum factum fuerit illud oportet.* nunc aggreditur curationem localem oedematis iam facti secundum tempora *Localis curatio.* & primo secūdum principia, *In principio.* oportet igitur repercutere; sed exiccando, & resoluendo, & non simplex repercutiens sit administrandum sed resoluens, & exiccans, modus administrandi docetur, vt prius fricetur locus cum mantili fricatione dura, & pori aperiantur, materia frigida exicceiur & resoluatur: deinde exiccatiua superponantur: summopere probatur in principio *spongia noua infusa in aceto comisto, aut infusa in aqua uitrioli, & cineris*: nam & spongia noua exiccat, & resoluit ratione marinæ salsedinis, & acetum incidit, & exiccat, & partim vt frigidum, & siccum repercutit: aqua baurach & cineris exiccat, & resoluit, *& quoties additur ægritudo*, nempe dum augetur, spongia imbuta, & in aceto fortiori, & resolutiuis, & exiccatiuis administratur.

In statu. In statu vero cum oritur indicatio magis resoluēdi & attenuandi omittendum est acetum, & spongia est apponenda cum oleis resoluentibus vt camomel. anethino, liliaco, rutaceo, absynthino, costino, vulpino, de castoreo, & similibus, vel infusa in aqua cineris vitis, fici, & ilicis, vel decocto saluiæ, roris marini, aristol. centaur. maioris, & minoris, dictamni scordij, *& oportet ut comprehendat spongia*, docet quantitatem extensiuam spongiæ, vt comprehendat totum locum affectum, *ne materia ad latus declinet.* loco spongię administratur pannus duplicatus imbutus vt supra. *aqua etiam calcis fortior est: & oleo ros. cum aceto, & sale, & sulphure combusto, imo sulphur ipsum*, puluerizatum: emplastrum ex cicere cum aqua caulis est mirabilis vtilitatis, & memithe inspersum, structura etiam confert: nam calor fortior euadit magis vnitus, & dissoluit pituitam. *sed ligatura incipiet a superiori ad inferius, & cum hoc apostema est in membrum neruosum*: curato oedemate, & vniuersaliter & localiter secundum omnia tempora respicit nunc naturam loci affecti, & naturam accidentium, quæ aliquando superueniunt, si igitur oedema *Not. de Aceto.* in parte, vbi ligamentum vel chorda adest, contigerit, cauendum est ab aceto: nam illud est neruis inimicum,

sed

sed potius lenientia sunt vtilia, sicuti etiam styllicidium, vel embroca cum vino styptico nigro, & deinde cum cinere, epithema etiam ex myrrha, licio, ciperi, aloe, croco, acacia, bolo armeno conficitur cum aceto quantū s. vel aqua caulis; & hoc summopere exiccat, dissoluit, & dolorem lenit; & potest etiam in principio, & augumento administrari eodem modo emplastrum ex foliis tamarisci, sale, & ol. & bolo armeno cum aceto: alterum remedium est. Rec. Sordium balnei vnc. iv. calcis. vnc. i. aquam q. s. bulliant omnia vsque ad spissitudinem emplastrum ēt de fermento, folia lini cocta & contusa, alumen, & lycium contrita cum aceto, & aqua cineris iuuat. vltimo conficitur epithema ex stercore vaccino, olibano, calamo aromatico, spica & absynthio, iuuat & linaria, chyuelea anethum contusa cum aceto, vel decocto caulium, & anethi, & corti: cum citri: hæc omnia dissoluunt, exiccant, calfaciunt, & pituitosum tumorem dissipant. plura alia similia sunt enumeranda, veluti aquæ thermales sulfureæ nitrosæ, luta Patauina Sancti Petri de Apono, aqua thetutii. hęc omnia exiccant; aqua etiam marina, decoctum Guaiaci corticis, & ligni, decoctum iuniperi, lauri, fici, hæc sunt quæ possunt localiter administrari in curatione oedematis.

De Nodis, Caput IV.

Nominis acceptio nis.

NOdi sunt dubellet flegmatici comprehendentes, &c. in duas partes diuiditur hoc cap. in primo de essentia nodi pertractat. in secunda de differentiis; sed nomen nodi, plurimis accipitur modis; nam aliquando vsurpatur pro duris tumoribus, & scirrhosis: aliquando pro gummate gallico: aliquando pro tumore viscido, & duro, qui in articulis contingere solet. In præsentia verò Auicen. intelligit tumorem plegmaticum potius mollem, qui cum chisti, seu vesicula semper adest, et est genus, quod prædicatur de meliceride atheromate, et steatomate: nam Græci has tres species ita nominatunt a similitudine rei contentæ in tumore: Arabes verò appellatunt nodos plegmaticos: quia a prædominio semper phlegma superabundat: idcirco quo ad essentiam, nodus, seu dubellet est tumor phlegmaticus humani corporis productus à simili humore prædominante. cum sit tumor est in magnitudine aucta morbus, et cum sit phlegmaticus est frigidus. distinguitur a glandulis, a scrophulis, et ab aliis tumoribus ædemate, et scirro: quia neque ita durus est vt scirrhus, neque ita mollis, vt ædema, potius tamen inter molles tumores enumeratur: in qualibet parte humani corporis gignuntur, et potissimum a phlegmate tāquam causa effectrice, quod phlegma non immediate permanet sub ipsa forma pituitæ: sed transmutatur modo ad formam carnis modo ad formam pultis, modo ad formam mellis, modo ad formam sepi, et aliarum rerum omnino a toto genere præter naturam, coniunguntur etiam alii humores, et præsertim melancolia, sed causa principalis, et prædominans est semper pituita. quæ generatur, vel a cerebro frigidiori, vel a stomacho.

Definitio nodi. forma.

Efficiens.

Differētiæ

Differentiæ & species nodorum hauriuntur a tribus illis fontibus nempe a forma, loco affecto & causa effectrice. a forma est tumor mollis, sed modo maior modo minor, modo vnus, modo plures: a loco affecto, modo est in vna parte modo in alia, vt in curuaturis & iuncturis. a causa effectrice, tres potissimum a Gręcis, & ab Arabibus enumerantur species supradictæ; atheroma, meliceris, & steatoma: Steatoma apellatur ab Auic. tumor veluti caro: quia phlegma in ferè carnem transmutatur; aut puls ad similitudinem pultis, vt atheroma, aut meliceris, ad similitudinem mellis: aut steatoma ad similitudinem sepi, cum humor pituitosus pręd ominans pręter naturam colligitur in aliqua parte, aut est pituita dulcis, & mollis, & potius tenuis & atheroma, aut est crassior, & fit steatoma: si permixta est cum melancolia duriores fiunt huiusmodi tumores: transmutatur pituita in has species ob diuersitatem caloris & temperiei partium; in quibus colligitur: nam tentans calor, vel in pus conuertere, vel resoluere huiusmodi pituitam, vel in sanguinem transmutare nequit, & remanent, illæ materiæ omnino præter naturam: colligitur etiam chistis, seu vesicula, seu foliculus, qui quidem productus est a crassiori parte ipsius humoris, sicuti in lebete contingit dum panatella dum puls seu polenta conficitur; fit in superficie tela quędam seu coopertorium ex viscidiori parte & crassiori confecta: dicuntur huiusmodi materiæ a toto genere præter naturam: quia longinquæ a natura sanguinis existunt; & omnino inutiles humano corpori.

A forma

A loco affecto.

Ab efficiēte.

Tela in superficie.

De Cura. Cap. V.

NOdorum qui sunt glandosi curatio est incisio, & perforatio, non aliud: similiter curatio valens in duris & similibus &c. Docet in hoc c. curationem nodorum & præsertim localia medicamenta & præsidia recēset omissis vniuersalibus tū ex opinione propria, tum ex sententia Antylli. Duas indicationes proponit incisionem & perforationem: quia cum sit omnino a toto genere præter naturam indicat etiam statim sui amotionem, non possunt resolui, neque digeri neque in pus conuerti; ideo frustra chirurgi tentant, vel resolutionem, vel concoctionem ad pus. incidit igitur & perforat: quia illa materia statim egredi debet, & amoueri facta perforatione, vel incisione; sed recta administratio huius incisionis indicatur sed tantum cutis, vt foliculus totus & chistis illa integra auferatur, nam si relinqueretur, denuo repullularet: idcirco ex Antyllo, oportet primo cutem extendere manu sinistra: deinde eam secare facile ne foliculus, qui subiacet, incidatur: deinde extendere cutim oportet, vt fiat foramen & vicino postea chistim apprehendere, vt possimus tuto circum circa ipsam apprehendere, & radicem cui adhæret abscindere. Hæc est vera curatio harum omnium specierum: facta incisione & extractione foliculi, sanguinem abstergere & abluuere vulnus oportet cū aqua mellis, hordeacea, postea vulnus est curandum cōcoquentibus, incarnantibus & cicatrizantibus, & si magna fuerit incisio etiam suenda est, & acu labra sunt ducenda. Si vero tumor fuerit vicinus neruo, aut venæ magnæ, summa cum ratione sensim & sensim est a neruo & a vena abducendus, ne neruus aut vena rumpatur; quod si aliquid de chisti; aut foliculo relinquatur indicat sui amotionem medicamen to aliquo acuto adurente, & exedente: postea ne lædatur vena, vel neruus, butirum est imponendum tex. & *in mellino quidem* scilicet in meliceride curanda, hæc sunt peragenda, cauendum omnino vt chistis rumpatur: nam rupta difficilius curatur & symcopim excitare solet; multi tamen solum incisionem patiuntur, nolunt vero excoriationem sustinere. vnde necesse est aliquando absque remotione ipsius chistis tantummodo perforare; vnde foliculus remanet, qui postea potest putrefieri & egredi si singula die, vt docet Auic. ol. tepidum cum butyro ponatur, si verò æger neque incisionem, neque excoriationem, quæ potissimum est celebranda in mellino & fauoso tumore scilicet meliceride excorianda est cutis medicamentis acutis, veluti R. calcis, saponis, & cineris an. vnc. j. lixyuij q.s.m. vel R. calcis drac. iij. fæcis vini adusti drac. ij. nitri drac. ij. magræ drac. ij. aquæ cineris idest lixiuii q.s. bulliant vsque ad spisitudinem & deinde in vase plumbeo referuetur, ne siccescat, & hoc erit accommodatum ruptorium etiam aliis affectibus, scrophulis, glandulis, & similibus, vel R. ellebori, arsenici rubei an. drac. iiii. squammæ æris drac. viii. ol. rosf. q.s.m. & fiat linimentum, vel R. seminis vrticæ corticis æris idest squammæ, arsenici an. dr. ij. ol. rosf. q.s.m. cum humor vero est admodum lenis, cum exiccat hæc medicamenta,

Indicationes.

In mellino ride curatio.

Ruptorium

R. lau-

R.laudani,galbani,bdellii,ſordiciei vaſis apum,glutinis albothin an. drac.ij baurach, ellebori an. drach.i.ol.roſ. vnc.ſs.ceræ q.s.adde calcis colcothar. i vitrioli arſenici an.drac.i.m.hoc ceratum exiccat,& excoriat & abſumit non ſolum humores contẽtos in chiſti;ſed etiã ipſam chiſtim: *Glandulas autem, quæ ſimiles ſunt,&c.* enumerat in hac vltima parte quoſdam tumores & nodos, qui videntur ſimiles prædictis; ſed minime ſimiles ſunt,& affert curationem; primo extractionem, niſi in neruis, & chordis fuerint: ſi vero in ipſis, omittere oportet extractionem,ne syncope vel ſpaſmo æger intereat;ſed tãtum docet aliam curationem nempe conſtrictionem & grauitatem ſcilicet vt ſupra, vel laminam plumbeam, vel auream,vel argenteam, vel puluillum madefactum aceto vel aqua roſ. vel ſucco plantaginis ſemperuiui & huiuſmodi ſtupefacientium, ne creſcat ipſe tumor. ſed ita compreſſus potius in pus conuertatur & plumbum ratione ſulphurei ſpiritus, habet vim attenuandi & digerendi: quia fortior euadit calor;aut pro maturatione,rectius intelligendum eſt, ipſas materias diſſolui: nam his aſtringentibus;viæ etiam non cedunt humori fluenti,& calor validior fit. vnde ille humor collectus facilius diſſolui, & digeri poteſt.

De Glandulis. Cap. VI.

Q Vandoque generatur in quibuſdam membris apoſtema glandulosum ſicut auellana, & nux & minus eis &c. In hoc c.& eſſentiam tumoris glandulosi,& ſpecies,atque curationes earum ſpecierum tradit: ideo diuiditur caput in tres partes: in prima *Definitio tumoris glandulosi* de eſſentia agit tumoris glandulosi, in ſecunda tres ſpecies enarrat, in tertia curationem aggreditur: tumor glãdulosus eſt aucta magnitudo producta ab humore craſſo; differt a nodis, & a ſcrophulis: quia nodi habent *Generatio* foliculum: ſcroſulæ fiunt ab humore nimis duro; glandula vero a mediocri, nempe a pituita mediocriter craſſa, *Partes affecta.* quæ generatur modo a ſtomacho, modo a capite frigidiori. partes affectæ in quibus ſolent glandulæ generari, *Species.* ſunt vola manus & frons: ſpecies ſunt tres, quo ad ma- *Curatio.* gnitudinem,vel eſt magna vt nux,vel mediocris,vt auellana,vel minor.Curationem exponit Auic.eãdem,quam de nodis exhibuit; ideo eo loco petenda eſt cura: locale tamen remedium examinat inquiens,quod ſufficit contritio,& compreſſio:nam dum conteruntur, & comprimuntur tumores; ille humor agglutinatus diſſipatur,at- *Plumbum* tenuatur: deinde apponit plumbum nimis ſtricte: quoniam ipſum plumbum, ratione ſpiritus ſulphurei, & nitroſi, habet vim attenuandi,& reſoluendi, ratione partium frigidarum exiccat & prohibet, ne humores fluãt, ſed præter applicationem plumbi;agglutinat etiam epithema, digeſtiuum, vt cum ſuper plumbum admouetur ſpongia madefacta lixiuio acti, vel decocto Saluiæ florum camomelli, anethi,& roris marini. tertium auxiliũ examinat, nempe conſtrictionem & deligaturam nimis ſtrictam;ligatura prohibet ne humor fluat,vnit calorem partis,qui validior factus valet diſſoluere humorem collectum.

Cap.7. De puſtulis glandulosis. In cap.7. curationem aggreditur glandoſi tumoris parui pro quibus curandis ſufficit contritio, expreſſio, & *Cap.8. de fugille.* plumbi appoſitio nimis ſtricte. Caput 8.de fugille,qui eſt tumor oriens poſt aures, & eſt ſpecies glandulosi tumoris: differt tamen ratione loci, nam ſicuti in vola manus & frontis ſæpe apparent glandulosi tumores, ita fu- *Definitio.* gille ſemper ſedem poſt aurem occupat: qua propter tumor glandulosus poſt aurem productus à pituita mediocriter craſſa curetur ijſdem met auxilijs,& præſidiis, quæ ſupra in curatione in glandulosis tumoribus recenſita fuere: nam habita prius prouidentia totius, confe- *Indicatio.* cta vniuerſali purgatione localia præſidia ſunt inuenienda, quæ indicantur ab eſſentia ipſius tumoris: nam vt tumor indicat ſui diminutionem, pituita mediocriter craſſa, vt frigida, & humida, indicat calida, & ſicca, vt copioſa indicat minuentia & digerentia; locus etiam affectus indicat, vt conſeruetur ſimilibus: qua propter præter ea,quæ dicta fuere. cap.de nodis,docet tria medicamenta calfacientia, & digerentia primo. Rec. cineris *Medicamenta præstantiſſima.* limaciarum vnc. ſs. adipis antiqui non ſaliti vnc. ii. m. hoc remedium habet vim exiccandi, attenuandi, & digerendi, adeps etiam antiquus, emollit, & digerit, & ſummopere opitulatur hoc pręſidium, vel *Rec.* cineris muſtellæ,vnc.ſs. olei lil.q.s.m. confert etiam ſcrofulis hoc præſidium,& hæc duo remedia præſtantiſſima ſunt, & facile parabilia.

De Scrophulis. Caput IX.

S Crophulæ ſimulantur nodis; ſed differunt ab eis. In hoc cap. 9.de ſcrophulis agit Auic. quod diuiditur in tres partes,quia in prima de natura ſcrophularum pertractat, in ſecunda de ſpeciebus, in tertia *Definitio.* de pręſagio. eſt igitur ſcrophula tumor durus carnis mollis a materia craſſa, & melancolica prædominante, vel mixta, differt à nodo: quia hic ſeparatur fere a carne, ſcrophula vero minime ſeparatur, ſed potius agglutinatur vna cum carne, & neruoſo velamine; dicitur ſcrophula: quia rotunda eſt, & ſcrofis .i. porcis ſolet huiuſmodi tumor ſuperuenire, & quia etiam guloſis, & cor- *Cauſſa.* poribus humidis pituitoſis deſtillationi capitis obnoxiis circa collum vt plurimum oriuntur, nec non etiam circa alias partes:producitur à materia craſſa & dura,vel pituita mixta cum melancolia, vel melancolia mixta pituitæ æqualiter, vel inæqualiter, neque ſcrophulę chiſtim, vel foliculum habent, ſed radicem à venis, quæ ſanguinem craſſum, melancolicum, vel pituitoſum emittunt ad partes laxiores, & ſpongioſiores, quæ valent facile recipere craſſos ſuccos, huiuſmodi humores: pituita gignitur a ſtomacho frigidiori, & à cerebro: melancolia a liene, & hepate calidiori: extrinſece a cibis pituitoſis, vel melancolicis a piſcibus lentibus,carne porcina, leporina, ceruina, aſinina, & à carnibus ſalitis, a braſica,& ſimilibus. differentię,& ſpecies ſcrophularum *Differẽtiæ. A forma.* deſumuntur a forma loco affecto, & cauſa effectrice. a forma modo ſunt plures,modo pauciores,modo magnę, *A loco.* modo paruæ. a loco, vel ſunt in collo, vt plurimum, vel *Ab effectrice.* aliis partibus: a cauſa effectrice vel producuntur ab humore melancolico vnà cum pituita; vel a pituita prædominante craſſa, & vnà cum portione excrementi melan- *Ex accidenti.* colici:ex accidenti ſunt aliæ ſpecies, nempe cum ſit aſſociatus vel dolor, vel inflammatio, ſed dubitatur in hac *Dubitatio prima.* tertia parte in qua pertractat de preſagio cur dicat Auic. ſcrophularum illas eſſe difficilis curationis quæ dolorem *Solutio.* comitem non habent, an quia dolor oſtendit partem affectam eſſe adhuc ſenſu præditam, & materiam eſſe tenuiorem, & calidiorem, non autem frigidam, craſſam, & duram. materia verò calidior facilius diſſoluitur, & *Dubitatio ſecunda.* diſſipatur, quam frigidior. ſecundo dubitatur cur habentes colla curta, & humidas complexiones facile cor- *Solutio.* ripiantur ſcrophulis, vel in partibus colli, & capitis, vel ſub axillis: an qui habent collum curtum, craſſum, etiã & humidum habent, in quo facile recipiuntur plura excrementa, & qui humida intemperie capitis afficiuntur, facile etiam deſtillatione, & catarrho vexantur,collum vero, & ſubaxillæ ſunt partes admodum laxæ, & ſpongioſæ glandulis præditæ, quæ facile recrementa ſuſcipiunt. tertio dubitatur cur ſaluiores ſint ſcrophulę, quæ *Dubitatio tertia.* accidunt infantibus, grauiores verò quæ accidunt Iuuenibus: an quia infantes humores ſubtiliores benignio- *Solutio.* res,& euaporabiliores obtinent:Iuuenes verò craſſiores, & magis melancholicos, & craſſos; etiam ſenes difficile ſanantur propter defectum virtutis,& caloris, craſſitiem humorum, & cutis: qua propter cum ſenes, vel Iuuenes ſcrophulis corripiuntur difficile ad ſanitatem perueniunt, eo magis ſi indolentes eſſent, è contra verò ſi in-

fantes,

fantes, et dolorosæ cum inflammatione forent; gulæ, veneri, et cibis nimis indulgentes non solum facile corripiuntur scrophulis; sed etiam difficile sanantur.

De Cura Scrophularum. Cap. X.

R*Adix super quam est fiducia in curatione habentium scrophulas, est euacuatio, & subtiliatio regiminis.* curationem aggreditur Auic. primo generalem: deinde topicam, & quælibet diuiditur in pharmaciam, chirurgiam, & diętam:nam vt in curatione generali ita in topica, & locali debet chirurgus remedia, & à fonte chirurgico pharm. & Diætetico eligere. duo igitur proponuntur scopi, & duæ indicationes principales: prima est materiam euacuare, quæ in vniuerso redundat pituitosam, & melācolicā: secunda, est indicatio calfaciendi, & exiccandi, tū medicamentis, tum victus ratione: difficilis est curatio; si ab ægro errores in victus ratione, cibis & potibus committuntur; qua propter Auic. iuremerito inter præcepta remedia, hæc duo proponit, & euacuationem, & regimen victus subtiliantis: oritur victus subtilis, & attenuans: tum quia in pauca quantitate exhibetur, vnde calor partium aggreditur concoctionem humorum; aut est subtilians: quia constat ex cibis calfacientibus: inter euacuantia primo enumerat vomitum, qui quidē educit materias pituitosas residentes in stomacho, & euacuat materiam antecedentē scrophularum. post vomitum sunt medicamenta purgantia pituitam, & humores crassos videlicet pilullæ ex Agarico mes. fætidæ: postea exhibet drachmas ii. turbit, gingiberis, & sacchari. Hęc sunt medicamenta purgantia, quæ docet ipse Auic. à secundo fonte chirurgico inquit *phlebotomia iterum est iuuatiua, & oportet procul dubio fiat ex cephalica.* mittendus est igitur sanguis eo tamen consilio, cum adest indicans & vires permittunt, nempe cū magna affectio sit in sanguine, adestque abundantia, & humor calidus circa scrophulas, ætas iuuenilis, tempus anni vernum, & vires sint validæ, tunc sanguis est mittendus; si vero corpus potius cachochymum esset, vel ætas nimis puerilis, vel senilis in hyeme, viresque debiles, cauendum est à sanguinis missione, non oportet igitur semper auctoritates auctorum obseruare, nisi quando adest indicans, & vires: quemadmodum in regulis generalibus docent: à cephalica non ab aliis venis sanguinem detrahit: quia respexit subsistentiam sanguinis peccātis in capite: ideo secta cephalica reuellitur, & euacuatur sanguis pituitosus, qui ad scrophulas colli vel sub axillarum fluebat, non est tamen negandum quin si in vniuerso corpore nimis sanguis redundaret, esset primo vena iecoraria secanda, & postea cephalica. verum quia raro corpora sanguinea vexantur scrophulis, sed potius cachochima. ideo cephalicam tantum secat. A tertio fonte remedia sumit inquiens *regiminis vero subtiliatio est quoniam oportet, vt deuitet cibos grossos, & potum aquæ super eos, &c.* sicuti vt dixi subtiliatio à duabus causis ortum ducit, à paucitate ciborum, & qualitate. Quo ad qualitatem inquit oportere, vt æger abstineat à cibis crassis, vt à carne porcina, salata, à limacibus piscibus, cetaceis, & alijs, & ab omnibus, quæ gignunt frigidos & crassos humores: pariter à potu aquæ frigidæ. quo ad quantitatem, quia expetitur pauca quantitas, ait euitandum esse nauseatiuam satietatem, & repletionem sed oportere, vt fames adhibeatur quantum possit, & abhorreat omne genus cibariorum, quod valeat caput replere, vt sunt phaseoli, lentes, fabæ, castaneę, & similia, euitet etiam reliqua, quæ caput replent, & excitant fluxionem, vti aer nimis frigidus, declinationem capitis, puluinar planum, plurimam locutionem, iram, nimium motum, & alia, his remediis non solum euacuatur materia, sed pręparatur, & inhibetur ne generetur, *& ventosatio est inconueniens, &c.* incipit in hac parte localē curationē, quæ quidem etiam perficitur tribus illis remediis chirurgicis pharmaceuticis, & dieteticis. Quo ad Chirurgiam damnat cucurbitulas scarificatas circa collum secundum plurimum: nam sanguis, qui educitur à cucurbitulis per locum affectum, est potius inutilis, & infrigidat magis, & incrassat humores imbibitos, & scrophulas, sicuti sui præsentia, vt calidus, & humidus potius iuuat, inquit secundum plurimum, quia aliquando contingit ægrum nimio sanguine abundare, vel circa scrophulas adesse tumorem calidum inflammatoriū, vtilis est tunc euacuatio sanguinis per cucurbitulas; materia vero impacta in scrophulis per cucurbitulas non educitur, sed tantūmodo subtilis, quæ residet in partibus circumiacentibus, & tunc scrophulæ quæ iam ad declinationem, & resolutionem tendebant, denuo recrudescunt, & maiores fiunt: alterum remedium chirurgicum nempe causticum, & ferrum examinat; docēs hæc duo remedia non esse tentanda, nisi cum magnæ sint scrophulæ: quia tunc oritur indicatio per corruptionem eas abstrahendi, non autem per medicamenta ferro vel medicamine acuto, ruptorio caustico dicto exulcerantur, & putrefiunt, putrefactis tunc oritur alia indicatio euacuandi illud quod est putrefactum, & emundandi, seu mundificandi: pro his proponit emplastrum Apostolicum quod cum facilitate, & lenitate, & euacuat materias corruptas, & emundat. oritur etiam tertia indicatio localis emolliendi, & dissoluendi: nam vt plurimum scrophulæ duræ sunt productæ à materia pituitosa, & melancolica crassa, ideo oportet, & emollire, attenuare, & digerere huiusmodi humores, multa enumerat medicamenta his dotibus præstantia composita & simplicia & primo diaquilō quod habet vī emolliendi, & attenuandi, vel Rec. rad. lilij vnc. ij. stercoris caprarum, & ouium, nasturtij, rad. cucum asinini vuæ montane an. drach. ij. m. decoquātur decoquenda, & fiat emplastrum: radices lilij à proprietate solent scrophulas emollire, vel Rec. ficus albæ immaturæ vnc. j. amigd. amar. bdellij an. drachm. i. farinæ fab. vnc ss. decocti camomelli, & maluæ q. s. m. & f. emplastrum: summopere probat aliud emplastrum videlicet Rec. farinę fab. hordei, pinguedinis porci, et ricij an drachm. i. rad. coloquintidis aluminis sciscilis rad. lilij picis humidæ an. drachm. ss. olei antiqui q. s. misceantur primo pinguedines, & pices cum oleo deinde S. A. reliqua: resoluit duritiem in hebdomada hoc Rec. seminis urticæ, synapis, sulphuris, spumæ maris, aristolochiæ bdellij an. drachm. i. ammoniaci, olei antiqui & cerę an. drachm. ii. m. & f. emplastrum s. ar. hoc magis attenuat, & digerit. quam emollit, & præsertim est vsurpandum in frigidis, et tenacibus: præterea docet aliud Rec. picis vnc. i. ficus squillæ an. vnc. ss. m. rad. caulis rad. capparis bdellii an. drachm. ii. lupinorum drach. i. aceti, & mellis aut syrupi acetosi q. s. m. & f. emplastrum: vel Rec. stercoris vaccini, adipis porcini olei an. vnc. ss. aceti q. s. m. vel Rec. fænugræci drachm. iiii. calcis, nitri anna drachm. i. mellis q. s. m. vel Rec. rad. cucum. asinini, foliorum lauri, cineris amborum an. vnc. i. aquæ q. s. fiat emplastrum: vel fiat linimentum ex farina erui, stercore caprarum, et ouium, proprie montanarum, cum vrina infantis q. s. vel Rec. myrrhæ drachm. x. ammoniaci drachm. viii. viscique reini drachm. v. galbani, olei de bezaar, sordiciei aluearium apum drachm. i. m. cum resina q. s. vel Rec. gūmi pini vnc. i. adipis porcini non saliti vnc. ii. prassii, floris ęris an. drach. ii. m. fiat linimentum: itē Rec. resinæ dactillorum, corticum æris an. drach. ii. aluminis, arsenici, et ex serpentibus incinceratis in vase lutato cum æquali quantitate aceti, et mellis, iuuat etiam nasturtium fimus columbinus, farina erui cum aceto melle pice, et cera, vel Rec. resinæ farinę erui an. vnc. i. nitri, vuæ montanæ an. drach. ii. aceti, et mellis q. s. m. et fiat linimentum, vel Rec. rad. lilii, et sem. lini an. vnc. i. vini q. s. coquantur in eo; deinde adde fimi columbini q. s. fiat emplastrum mirabile;

Indicationes. Prognostica. Vomitus. Purgantia. Chirurgica. De sanguinis missione. Dieta. Replętia capus. Aer. Localia. Chirurgica. Cucurbitulę. Emplastrum Apostolicum.

mirabile; vrina etiam cameli Arabici & limatura cornu caprini adusti ad drac. ij. bibiti per hebdomadam vnam, hæc sunt omnia medicamenta mollificatiua; quæ recenset ipse Auic. aliam speciem scrophularum curat annexam cancro: idcirco semper medicamentis supra enarratis adiungit ol. ros. vt contemperet caliditatem humoris melancolici: vnde etiam proponit sauic de tritico idest polentam cum aqua coriandri, aut myrrham cum lycio confectam, & aquam coriandri: euitare debet tunc omnia medicamenta acuta, & acria; vtitur etiam sternutatorio, præsertim purgato corpore, ne a cerebro fluant humores ad collum, reuellit & deriuat. vltimo chirurgicas materias recenset, si fuerit necessarium vti ferro, & præsertim circa collum, cauendum est, ne venæ pulsatiles. i. arteriæ & nerui reuersiui, qui ad mouendum laringem conferunt, incidantur: quoniam tunc æger voce priuaretur sicuti plures chirurgi aberrant: omnino igitur est ferro leuiter separanda scrophula à venis, arterijs & neruis: postea ferro incidenda, vel caustico. & hæc de scrophulis.

Not. in v su ferri.

De Apostematibus duris. Cap. XI.

De scirrho

APostema durum nominatum sephyros, quod purum est, est, cui non associatur sensus neque dolor. In hoc c. tractat de scirtho non solum simpliciter exquisito; sed etiam non exquisito, & in tres partes potissimum diuiditur caput: in prima de essentia scirrhi loquitur, in secunda de speciebus, in tertia agit de signis differentiarum. dicitur scirrhus, arabice sephyros, ab alijs apostema durum sine sensu & dolore, vel cum exiguo sensu & dolore. exquisitus scirrhus describitur tumor durus, indolens productus ab humore melancolico: pro vt est tumor, est magnitudo quidem aucta, prout est durus, non est mollis, neque cedit tactui, prout indolens, a reliquis tumoribus ab erysipelate & inflãmatione differt, causa efficiens est humor melancolicus, qui humor, vel est excrementum naturale frigidum, & siccum atque acidum, quod appellatur aliquando fæx sanguinis, vel est aliquando sanguis crassus redditus in venis, a caliditate iecoris nimis adustus, qui aliqualem caliditatem obtinet: si hic tumor scirrhosus fit ab excremento melancolico naturali dicitur scirrhus purus, & sensu & dolore priuatur; si vero fit ab excremento præter naturam, & a sanguine adusto, dicitur scirrhus non purus & omnino sensu non caret, qui sephyros, seu scirrhus non purus ad cancri naturam accedit, aliquando etiam; sed in minima portione annectitur etiam portio pituitę: differentię sumentur a tribus illis fontibus a forma, loco affecto, & causa effectrice. A forma oritur differentia scirrhi, dolentis vel indolentis, a causa effectrice, pro vt fiunt a melancolica excrementicia; & fæculenta simplici vel permixta cum pituita, vel a sanguine adusto melancolico, & calido, & hic tumor a melancolia adusta aliquando canceratur: in tertia dum differentias explicat, etiam signa differentiarum explanat ibi, *& sephyros, aut fit a melancolia fæculenta sola, aut a melancolia mixta cum phlegmate* si color est cineritius absque dolore sensu & inflãmatione, significat melancoliam fęculentam naturalem non adustam: si color est decliuis ad colorem corporis, tunc est scirrhus permixtus vnà cum melancolia aut a phlegmate solo indurato: deinde color plumbeus, vehementis tensionis & duritiei & pili superuenientes sunt signa puri, & exquisiti scirrhij; si vero est non exquisiti, sed cancerati, adest inflammatio, pulsatio, apparitio venarum in circuitu, exiguus dolor & sensus, generatur paulatim tum in partibus internis, tum etiam externis, aut cum phlegmon erysipela non fuerint curati; sed partes tenuiores tantum fuerint dissipatæ, relictis crassioribus: nam apostemata calida partibus internis nimis infrigidantibus & astringentibus aliquando & perperam curantur, vt euadant tumores duri & scirrhosi: quapropter ex dictis ipsius Auic. colligendum scirrhum alium esse exquisitum: alium non exquisitum: seu alium purum & alium non purum: humores generantes & efficientes vel esse excrementum melancolicum naturale frigidum & siccum & acidum, vel solum, vel permixtum cum pituita, vel pituitam induratam, vel sanguinem melancolicum in venis adustum tum in partibus internis, tum externis generari.

Nomen. *Definitio scirrhi exquisiti.* *Forma.* *Efficiens.* *Differẽtię* *A forma.* *Signa differentiarũ* *Epilogus.*

De Cura. Cap. XII.

OPortet, vt de his apostematibus illud curetur, cui est sensus &c. hoc caput de curandis apostematibus duris primo diuiditur in duas partes principales, in prima vniuersales indicationes & remedia exponit. in secũda particulares, & particularia, & topica, quę conueniunt singulis temporibus, nempe principio augumento, statu & declinatione *& vt sit incisio & post fac mundificationem corporis.* primo oritur indicatio alterandi & concoquendi humores, incidendi, & emolliendi quod crassum, viscidum abstergendi, frigidum calfaciendi: deinde oritur indicatio euacuandi ipsum vel per medicamentum purgans, vel per sectionẽ venæ, & tertio oritur indicatio quæ prima est in executione primas vias fluidas reddendi, sicuti docet, oportet prius corpora fluida facere, antequam medicamento purgante extrudatur humor è corpore; lenita primo aluo, vel melle ros. solutiuo, vel diacatholicone, & elect. lenitiuo, vel confectione amech, & syrupo de polipodio, quæ respiciunt humorem melancolicum: syrupi, & decocta erunt propinandi, quæ ipsum humorem melancolicum concoquunt, vt syrupus de boragine de lupulis cum decocto ceterach, boraginis, buglossæ, capillorum veneris, fumariæ, cicorei, si aderit portio pituitæ, addenda est betonica, stecados, calamentum, & plura alia, quæ sæpe recitata fuere concoquentia pituitam & melancolicam. concoctis humoribus exhibendum est pharmacũ purgans, vt confectio amech, pillulæ de fumaria, pillulæ fętidæ, infusio elleb. nigri Epithimi, polipodii, senæ & similium: si aderit pituita, agaricus adiiciendus est: si verò sanguis abundauerit, phlebotomia administranda erit, & massa sanguinea mundificãda: pręsertim *si fuerit plurimæ nigredinis*, quæ adnotat, docet etiam Gal. in curatione quartanæ: secta vena si sanguis niger egreditur large mittendus, si vero ruber sit, supprimendus. his expositis quo ad curationem vniuersalem: nam expurgato corpore, & materia euacuata, quę in vniuerso redundat, facilius topica præsidia, & tutius administrantur. oritur igitur indicatio tumorẽ durum in principio emolliendi. in augumento partim emolliendi, & partim resoluendi. in statu magis resoluendi. in declinatione resoluendi & corroborandi. errores quos solent Chirurgici cõmittere, vt in posterum caueant, docet ne scilicet in principio resoluentia & calida adhibeantur: quia magis indurant, & lapidescunt, dissipatis tenuuioribus partibus humores: idcirco exiccantia & emollientia simul sunt administranda semper, quæ calida esse debent a secundo vsque ad tertium, & sicca in primo, & maxime lenificationis scilicet emollitionis & plura huiusmodi medicamenta recenset, quæ habent vim lenificandi, emolliendi & resoluendi, vt adeps gallinarum, anseris, butyrum ceruorum, & medullæ eorum, hyrci, asini, adeps vrsi, leopardi, rapacium leonum, lupi, vulpis, rapacium auium, quibus miscentur ammoniacum, bdellium, galbanum, storax & mastix, & gummata, gummata. n. magis resoluunt, adipes verò & medullæ emolliunt, leniunt: cauendum est tamen vt docet Auic. vt adipes & medullæ non sint salitæ: quia *sal nimis exiccat*; pariter oleum antiquum, de lilio, galbanum, laudanum, storax & hyssopus humida: gummata meliora sunt, quæ non admodum antiqua: quia vetusta deperditam habent quandam humiditatem, & leuitatem & magis exiccatiua euadũt: pariter emol-

Indicationes. *Lenientia* *Syrupi.* *Purgãtia.* *Sanguinis missio.* *Topica.* *In principio.* *Not. de sale.*

Emollientia varia. ter emollientia,& lenificantia:ex his varia emplastra,& liniměta componi possunt,vt R. stercoris asini lib.i. rad. maluisci lib.ſs.coquantur aqua q.s. m.& fiat linimentũ, validius erit si storax addatur, vel R.ammoniaci galbani opoponacis an.vnc.ſs.dissoluantur aceto,quibus adde ol.de ben,& de lilio, mucillaginis, fænugræci. & lini ad vnc.ſs.m.& f.emplastrum: sordicies balnei iuuat,& emollit,& nitrum cum rad.altheæ,et maluæ,diaquilon et omnia alia, quæ ad scrophulas supra exarata fuere. *In augumento. Statu. Fine.* In augumento ęqualiter emollientia, et digerentia. In statu vero minor quantitas medullarum, adipum ponenda est: tandem in fine vehementiora digerẽtia. tumque emplastrum linimenta, suffumigia administrat. *verum oportet vt sit administratio aceti & intromissio eius, & præsertim, quando apostema est in membro carnoso, sicut in splene* vt R.oppoponacis,ammoniaci,aceto dissoluti, et apponatur; deinde ol.de anetho vnc.i.pinguedinis gallinę,anseris an.vnc.ſs. et hoc præsertim venis & chordis; tandem est euaporatio facta, seu suffumigium cum lapides molares, et marchesita igniuntur et irrorantur variis decoctis resoluentibus, et emollientibus, vt R, vini lib.ii.aceti lib.i.aquæ lib.ii.saluiæ,roris marini, mal uæ altheæ an.m.ſs.bulliant omnia; deinde hoc decocto lapides igniti inspergantur. aliquando etiam acetum solum cum marchesita trita permixta lenitur; poterunt etiam variæ suffumigationes parari ex centaurea,hyssopo humida salsa perilla, ligno guaiaci, saxafras, ligno iuniperi, ligno roris marini, floribus camomilę, anethi, fænugræco, meliloto et similibus. camædrios, camepitheos,hyssopo humida; rad.cannæ, chynæ et aliis, quædam etiam Chirurgi. a remedia proponit Auic. in hoc *Tex.*

Fricationes. Picationes. c.nempe fricationes membri oppositi,vt totus sanguis reuelatur ad oppositam partem; adeo vt locus affectus parce nutriatur; hac de causa etiam picationes proponit membri oppositi, vt natura solum intendat resolutioni materię durę;nam si sanguis flueret ad locum affectum, ipsum tumorem etiam foueret.

De Duritie Iuncturarum. Cap. XIII.

QVandoque accidit in iuncturis durities prohibens moueri iuncturas cum facilitate, & aliquando destruit sensum, & neruus stupore afficitur & grossior fit, aliquando caro prope iuncturas durior euadit: pariter in hoc c. ea quæ supra, tum quo ad curationem, tum quo ad naturam tumoris duri dicta sunt,etiam hoc loco sunt adiicienda.

De ijs, quæ nominantur almismar. id est nodo rotundo. Cap. XIV.

De callo.

NAturam & curationem calli vulgo appellati, Arabice vero almismar tractat Auic. idcirco in duas partes breuiter diuiditur hoc caput: *Definitio calli.* natura Nodi rotundi seu calli, seu almismar, est tumor rotundus, durus, albus similis capiti claui productus a phlegmate crasso in manibus, aut pedibus. cum sit tumor est aucta magnitudo, albedo etiam adnotat pitui- *Forma. Efficiens.* tam,& rotunditas crassitiem: causa efficiens est ipsa met pituita crassa,quæ generatur vel a capite frigidiori, vel a stomacho; expellitur vero tanquam ad partes imbecilliores, vel aliquando attrahitur calore, dolore, & vi va- *Locus affectus.* cui,veluti ex percussione,vel aliqua extrinseca causa.locus affectus vt plurimum sunt pedes,& digiti & manus; nam partes sunt frigidæ & longinquæ a calore, & sæpe solent etiam a causa extrinseca percuti. cognoscuntur *Signa. Præsagiũ. Indicationes.* facile visu & tactu: deinde etiam præsagio: quia post multas incisiones sæpe redeunt & multiplicantur, & aliquando inhibent incessum & ambulationem:quare *oportet, vt sectio fiat*. Hæc est secunda pars in qua curationem aggreditur, vt durus & omnino inutilis atque a toto genere preter naturam illico indicat sui remotionem, quæ potest administrari, vel sectione, vel extractione ali *Curatio.* quo modo cum manu, vel aliquo caustico, vt lacte ficus, vel succo aloes, vt durus indicat sui emollitionem. vnde axungia porcina cum maluis decoctis implastratur per plures dies, vel ammoniacum dissolutum cum bdellio, vel ceratum diaquilon cum pinguedinibus, vel caro pinguis porcina apponitur, vel triticum comestum & saliua, aut radix scrophularię, & maluæ cocta cum adipe porcino; emollito callo cultro leni incidatur, & si incidi non potest, caustico aliquo absumatur: de quibus causticis pluries dictum fuit: si non potest extrahi, neque euelli neque incidi, laudat plumbum, videlicet vt lamina plumbi apponatur, hæc sui frigiditate inhibet affluxum pituitæ, restringit & augumentum inhibet: notat etiam in fine callum degenerare in cancrum, sed hoc raro fit, *Not.* & præsertim cum perperam curatur.

De Cancro. Cap. XV.

CAncer est apostema melancolicũ de melancolia adusta a materia cholerica. hoc c. in 4. partes diuiditur,quia quatuor recenset de cancro primo natura ipsius, secundo differentias, tertio signa,& quarto præsagium expendet. Quo ad primum & naturam can- *Cancri finitio.* cri, describitur ab Auic. esse apostema melancolicum ex materia melancolica adusta cholerica in aliqua parte humani corporis; solet circa mammas, circa axillas, circa nasum contingere: cum igitur sit tumor melancolicus, est tumor, & magnitudo aucta sensu apparens; at cum *Forma.* sit melancolicum potius melancolicum,& crassum. causa efficiens est melancolia adusta a sanguine cholerico; *Efficiens.* nam fex sanguinis cum sit adusta, potius scirrhum producit quam cancrum, aduritur primo sanguis ipse, & fit cholera & bilis, quæ postea nimia adustione conuertitur in crassum humorem melancolicum adustum, cõburitur etiam fæx sanguinis, vt calorem recipiat præter naturam, solet etiam pituita salsa nimio calore comburi, sed recenset Auic. causam, quæ vt plurimum cancrum generare solet præsertim exquisitum; nam reliquæ causæ cancrum non exquisitum gignunt, *& differt a sephiros per se cum dolore & acuitate*. ponit differentias can- *Differentia.* cri a se, & ab alijs: quæ hauriuntur a tribus illis causis forma, causa effectrice & loco. A forma pro vt tumor *Forma.* est maior, vel minor, et pro vt est magis dolorosus, et acutus; sephiros scilicet scirrhus cum sit tumor indolens, et durus, neque dolorem, neque acuitatem habet, neque pulsationem, neque inflammationem, et cancer hæc omnia annexa habet acuitatem, dolorem, pulsationem, & inflammationem, nam cum humor adustus calore præter naturam ebulliat in parte affecta necessario illa quatuor accidentia producit, ratione horum accidentium pariter sunt differentiæ cancri: quia alia hæc vehementiora obtinet: alia mediocria, et alia mitiora: ratione ve- *Ab efficiente.* ro causæ effectricis, et humoris adusti, vel est adustus ex cholera super calfacta, vel est adustus ex fæce sanguinis vna cum bile, vel tertio vna cum salsa pituita. ratione ve *A loco affecto.* ro loci affecti alius est cancer nasi, oris, labiorum, mammarum, axillarum, et alius est in fundo, et occultus: alius magis manifestus, et in superficie, alius cum vlcere, et alius absque vlcere: vnde pars vel est vlcerata, vel non *Cognitio.* est vlcerata: Cognoscuntur cancri ex signis relatis, dolore, acuitate, pulsatione, inflammatione, tumore venarum in circuitu cum colore decliui ad nigredinem offuscationem, et viriditatem ad similitudinem pedum cancri. *Signa efficientia.* Signa causæ effectricis si adest exulceratio et symptomata prædicta admodum vehementia, significant causam effectricem esse bilem adustam: si non adest exulceratio cum bile adusta abundat feculenta materia quæ *Signa loci affecti.* cum frigida, et sicca sit, adustionem lenit. locus affectus sensu cognoscitur si extrinsece cancer occupat: quia vt plurimum

plurimum accidit membris raris, et mollibus: nam cum humor sit crassus, expetit meatus apertos et laxos, et carnem etiam similem; vnde intrinsece hepar cancro detinetur.

Præsagiū. Quo ad presagium illud etiam desumitur a forma cācri: causa effectrice, et loco affecto, et quarto ab accidentibus superuenientibus: magis rebellis est cancer vlceratus, quam non vlceratus magnus, dolorosus, quam paruus, et mitis, aliquando vlceratus permutatur ad non vlceratum, et aliquando è contra: propter malam chirurgi curationem: si in sene, et corpore melancolico, incurabilis existit: *Denominatio cancri.* denominationem sumpsit a figura cancri animalis, à colore, et tumore pedum, nam venæ nigræ tumescentes crassitiem pedum imitantur, de quibus egit Galen. lib. 14. Meth. cap. 9. et 2. ad Glauconem, cap. 10.

De Cura. Caput XVI.

I*Llud, quod oportet cauere de cura eius est: quoniā, cum incipit fortasse est possibile, vt prohibeatur ne addatur super illud, &c.* si recte curationem aggredi vult Chirurgicus omnes indicationes animaduertere *Indicationes.* oportet, quæ desumuntur à forma, causa effectrice, & loco affecto. primo sunt curatiuæ. secundo præseruatiuæ. & tertio vitales; recenset igitur Auicen. has tres indicationes, deinde in secunda parte materias præsidiorum enumerat chirurgicas pharmaceuticas, & diæteticas. cancer iam factus inhibendus est, ne augeatur, & saltem ne exulceretur præsertim cum sit impossibile ex toto ipsum debellare, incipiens verò aliquando sanatur, confirmatus verò non: has tres regulas, ponit primo Auicen. vt sciamus postea quid agendum sit; addit etiā de cancro occulto ex præcepto ipsius Hipp. ne moueatur, sed tantum leniatur cibis, & medicamentis infrigidantibus, & humectantibus, *A forma.* a forma igitur cancri oritur indicatio magnitudinē illam tollendi, *Ab efficiente.* à causa effectrice quatenus calida refrigerandi, sicca humectandi, crassa attenuandi, copiosa euacuandi, & digerendi: *A loco affecto.* à loco affecto conseruandi temperiem, & vnitatem: si verò fuerit exulceratus. præter has indicationes enarratas suggeruntur illæ, quæ in vlceribus expetuntur, quare vt his satisfaciamus, habenda est prius prouidentia de toto *Leniētia. Syrupi.* leniendo aluum cum melle ros. sol. & manna, vel syrupo de polipodio concoquendo humorem melancolicum, & pituitosum decocto boraginis, lupolorum fumariæ, cicorei, betonicæ, ceterach, & tandem euacuando conco*Purgātia*ctos sena infusione epithymi polipodii, elebori nigri, vel confectione amech. & elect. lenitiuo, hiera cum eleb. pillulis cochiis cum eleboro, pillulis de lapide lazuli, pillulis de fumaria syrupo de Epithimo comp. & aliis: *Sanguinis missio.* postea vero etiam secanda est vena, præsertim si sanguis niger appareat, vel hyrudines sunt apponendæ hæmorrhoidibus, vel saluatella, & sæpius sunt reiterandæ huiusmodi purgationes: quia humor rebellis, & difficulter euacuatur, & concoquitur: ad particulares species tandem deueniendum est, & ad localia sicuti egit Auic. *De Cācri occulti curatione.* ibi, *& multoties accidit cancer, &c.* curat cancrum occultum: præsertim victu, & medicamentis infrigidantibus, & humectantibus, vt humor aeris & mordax leniatur ne erodat, & exulceret: idcirco laudat omnes cibos infrigidantes, & humectantes, olera, cucurbitas, vitellos ouorum sorbilium, ptyssanam hordeaceam, pisces saxatiles, & pro potu aquam hordei, laudat etiam lac vaccinium, cum extractum est butirum: nam butirum calidum & humidum aereum potest inflammari, & accendi; lac verò vaccinum absque butiro alimentum frigidum & humidum præbet, aut saltem temperatum: possumus alia multa cibaria exhibere, vt lactucam, maluam, boraginem buglossam coctam in iure pulli, *De Cācro paruo.* *& fortasse sufferunt cancri parui sectionem,* hic ponit curationem cancri parui, & exigui, qui indicat sui remotionem per sectionem, quæ est vnicum remedium, nam cum paruus, & exiguus est cancer, fortasse totus extirpari potest incisione, & caustico: magnus vero, & confirmatus impossibile est: debet igitur in circuitu sensim, & sensim incidere eradicando ab omnibus venis, & postea totus est incidendus: post incisionem sanguinis fluxus post mediocrem euacuationem est supprimendus, & inhibendus, vel ferro candenti circumcirca, vel caustico aliquo, vel publicis astringentibus: post incisionem optima victus ratio est administranda, vt supra, postea vero epuloticis incarnantibus, & tandem cicatrizantibus vti oportet: addit Auicen. quendam medicum enarrasse post incisam mammillam cancerosam alteram cāceratam fuisse: nam sæpe sæpius hoc oontingit empiricis, qui dolose aggrediuntur curationem, & inhibent humoris fluxum, *Not. de empiricis.* qui cum non possit fluere ad primam mammellam vlceratam propter incisionem, & obstructionem vasorum, ad alteram sanam impetum habet, vel sæpe ad cor, & ad venas magnas, aut ad pulmonem, vnde ægri euadūt, aut hectici, aut deliri, aut quartana aut febri lethali corripiuntur, aut sputo sanguinis detinentur: nam humor ille rebellis, cum non possit a natura regulari, et vinci, saltem ad extra expellitur, et protruditur: vnde iure merito inquit Auicen. cancrum interius occultum scilicet latentem, et non vlceratum, non oportere irritare medicamentis, ne humor ille rebellis iam quiescens, effrēnis euadat, sed blande tractandus, et demulcendus.

Remomoratio regiminis soluendi ipsum. Caput XVII.

IN hoc cap. paruum cancrum curandi regulam docet præsertim medicamentis purgantibus: inquit *sumat in potu multis vicibus inter quas sint dies pauci* drach. iv. epithimi cum aqua casei, aut aqua mellis, aut *Purgāt.* decoctum sumat epithimi cum syrupo acetoso: et si validior, et firmior est ęger; drach. 1. ss. hieræ cum eleboro, cum aqua casei, aut aqua mellis sorbeat. dicit Auicen. iure merito sumenda hæc medicamenta euacuantia humorem melancolicum in potu, non autem in substantia: quia cum humor melancolicus sit frigidus, et siccus, vt facilius educatur, eget humectatione rei frigidæ, et humidæ, vt aqua casei, aquæ mellis in respectu ad siccitatem humoris melancolici licet aliquam siccitatem, et acreditatem habeant, humidæ sunt appellandæ potestate, et virtute præter humectationem actualem: multis vicibus sunt exhibenda huiusmodi medicamenta, vt per epicrasim educatur et blande, tum quia, quando agendū sumitur a præsentia, et vrgentia indicantis: quia copiosus, et tardus est humor melancolicus: pluribus vicibus præsens erit, et viget, cur paucos dies interponat inter vnam purgationem, et alteram, indicatur pariter a præsentia vrgentis, à natura ipsa humoris melancolici, vt cū ceperit moueri, et a natura expelli atque medicamento attrahi assuescat ipsa natura ad hanc expulsionem illis diebus interiacentibus, est præparandus, et coquendus humor, et viæ syrupis, et decoctis, vt facilius educatur, atque deinde vt vires restaurentur ne a nimia euacuatione purgantium medicamentorum deficeret; quapropter paucis verbis multa vtilia ad praxim docuit ipse Auicen.

Rememoratio medicinarum ad Cancrum. Caput XVIII.

P*Er medicinas locales ad cancrum requiruntur quatuor intentiones destructio cancri penitus, quæ est difficilis. Secunda prohibitio additionis. Tertia prohibitio vlcerationis, & quarta curatio vlcerati:* in hac quatuor intentiones, et scopos examinare studet, et remedia eis afferre accōmodata. Quo ad primam quæ destruunt sunt medicamenta calida, et resoluentia,

quæ etiam aliquam acrimoniam obtinent, indicantur enim ab humore crasso, & terreo, qui eget attenuatione, & resolutione: verum cum hæc sint mordicantia, & plus damni, quam vtilitatis solent afferre, caute sunt vsurpãda, & permixta alijs, quæ leniunt, & emolliunt. Intermitigantia, & lenientia, quæ etiam satisfaciunt duplici indicationi, ne cancer augeatur, sunt minęralia admodũ abluta, vt *tutia cum ol. rof. & ol.* cheirino in vase plũbeo, vel cum aqua corriandri, vel cum aqua agrestæ, lapis & molendini minutim pistus, & in puluerem redactus cum ol. rof. in vase plumbeo diu malaxatus inhibet, ne cancer augumentum recipiat, & ne exulceretur: sed præter medicamenta externa victus ratio sũmopere

Victus ratio.

fauet secundę indicationi vt sint frigidi, & humidi lenientes, quemadmodum supradictum fuit; ptissana hordeacea, cucurbita, fercula ex buragine buglosso, lupulis.

Purgantia.

inter purgantia epithimus sæpe cum aqua casei exhibeatur, quæ vero tertiæ indicationi nempe prohibitioni exulcerationis sunt eadem met linimenta, quæ prohibẽt augumentum, & alia omnino expertia mordicationis, vt Rec. boli armeni, terræ sigillatæ an. drach. ii. succi semperuiui, olei antiqui an. vnc. ij. cum pistillo, & vase plumbeo malaxentur omnia vsque quo redigantur ad formã lenimenti, vel R. cerussæ drach. ij. succi lactucæ m. vt supra, aut R. cerussæ, & plumbi an. drach. ij. mucilaginis psilij vnc. ii in vase plumbeo malaxentur, vel Rec. clymiæ drach. ij. cancrorum fluuiatilium recentium, & elixorum lib. i. cum prædicta coctura in vase plumbeo malaxentur omnia, & redigantur ad formam emplastri. quarta indicatio nempe vlcerationi, & cancri vlcerati curationi succurrit prima vt sæpe sæpius pannus lineus infusus aqua solatri superponatur, & cum exiccatus fuerit denuo madefiat, vel R. medullæ vituli, olibani, cerusæ de plumbo an. drach. i. terræ sigillatæ boli armeni, & aloes abluti an. drach. ii. ol. rof. q. s. m. in mortario plumbeo; confert etiam vnguentum de tutia, & tutia ipsa abluta aqua portulacæ, & mucillagine psyglij: hæc sunt, quæ recenset ipse Auic. in hoc c. & summo artificio quatuor illas indicationes proponit, vt doceat, quæ agenda sint a Chirurgo, & quando: nam si cancrum omnino destruere putat, quæ primo loco sunt posita, administrare oportet: sì inhibere augumentum, quæ secũdo loco: si exulcerationi quæ tertio; si exulceratum curare, quæ quarto loco, docetquè has quatuor indicationes, quæ necessarię sunt, vt ne confuse medicamenta, a Chirurgo administrentur: deinde docet non sat esse medicamenta externa adhibere, sed victus rationem accommodatam, & medicamenta interna alterantia, & euacuantia fore administranda: his remedijs si exiguus erit cancer, adimetur, si magnus aut inhibebitur eiusaugumentum, aut saltem dolor: si exulceratus præcauebitur, ne exulceratio maior euadat, & hæc de cancro.

De Apostematibus Ventosis, & inflationibus lacertorum.
Cap. XIX.

DE *Apostematibus ventosis aliud est quod fit à vapore leui, &c.* de apostematibus ventosis tractans Auic. in hoc c. enumerat plures differentias, ex quibus nos docet non solum essentiam,

Essentia.

sed causas: generica enim essentia tumoris flatuosi est magnitudo aucta partis à flatu; cum sit magnitudo aucta est morbus, aut saltem symptoma cum mala compositione, & prout producitur à flatu tanquam causa effectrice: differt à reliquis tumoribus: loci affecti plures sunt, modo interni modo externi; flatus vero multi-

Flatus.

plex esse potest; nempe vel aqueus frigidus, & humidus vel terreus frigidus, & siccus, & hic ventus appellatur, & oritur à materia melancolia frigida, & sicca, vel aereus calidus, & humidus vapor dictus, & a sanguine ortum ducit, vel calidus, & siccus. exhalatio quæ à bile, & à re adusta, & melãcolia superassata, vel sanguine superassato eleuatorum: causa efficiens est calor vel imbecillis, &

Efficiens flatus.

debilis, vt qui flatum ventosum aqueum, & terreum excitat: quemadmodum in stomachis debilibus, & à crudis humoribus imminuta coctione celebratur, vel a calore superexcedenti, & igneo, vt exhalario: exhis quatuor speciebus flatuum aliquando quinta ex miscela conficitur. verum proprie apostema, seu tumor ventosus & inflatio dicitur de frigidis, & humidis, vel frigidis, & siccis nempe a prædominio aqueis, vel terreis; aliquando etiam de vapore, raro de exhalatione: primam speciem, & differentiam exarat illis verbis *quod fit á vapore leui.* nempe apostema phlegmaticum, & ventosum, & cum tangitur, & percutitur, redit ad eamdẽ magnitudinem, & eleuationem: aliud est quod fit a vapore ventoso; hæc est secunda species, quæ fit a flatu frigido, & sicco, & nominatur proprie inflatio, quæ si per- „ cutitur sonum emittit: nam sicca facilius sonant quam „ humida: sæpe hæc affectio, in hydrope, tympanite conspicitur stomacho, & in intestinis, & inter preiostiũ idest membranam tangentem, & circundãtem ossa, in ossibus ipsius: vnde appellatur spina ventosa: ob ventum enim

Spina ventosa.

inclusum in ossibus, ossa crescunt, putrescunt, & corrumpuntur: aliquando etiam in lacertis nempe musculis: aliquando etiam abbreuiant musculos, quoniam lacerti musculi, & præsertim tendines, & nerui inter tunicam, & tunicã replentur hoc ventoso, qui cum magnitudinẽ efficiant, necessario abbreuiant ipsum membrum sicuti chordæ aliquando aqua imbibitæ, vel alio humore coarctantur, & abbreuiantur; hæ sunt omnes species, quas recensuit Auic.

Signa & prognostica.

Signa patent ex natura generica, & speciebus, nec nõ etiam præsagium; quæ hauriuntur a tribus illis causis forma, loco affecto, & causa efficiente: si locus affectus erit nobilior, & internus, maius periculum imminebit. si flatus erit ventosus frigidus, & siccus: quia difficile discutitur, & dissipatur magis nocebit quam vapor calidus, & humidus: cognita igitur natura tumoris flatuosi in genere, & specie, pręsagioque animaduerso tuto curationem aggredi oportet.

De Cura. Cap. XX.

Indicationes.

INdicationes oriuntur a forma, loco affecto, & causa effectrice, tum in genere, tum in specie, magnitudo aucta indicat sui remotionem, & diminutionem, locus affectus sui conseruationem similibus, sed causa efficiens est principalis, & indicat dissipationem, & resolutionem, quæ fit resoluentibus, & digerentibus, & hæ sunt indicationes, quæ a tumore iam facto oriũtur, causę vero antecedentes, & generantes vaporem, & flatum sunt omnino tollendæ, si erit humor melancolicis: si bilis: si pituita: aut sanguis, adimendi sunt huiusmodi humores: tum deinde præparandi: causæ generantes, vel nimiam copiam sanguinis, inedia sunt tollendæ; pituitá calidis, & siccis. melancoliam calidis, & humidis, bilẽ frigidis, & humidis: calor in becillis augendus: si nimis excedens, attemperandus; abhis omnibus oriuntur indicationes, & semper de toto habenda est prouidentia, antequam ad locum affectum deueniamus. *In inflatio-*

Cura inflationis à vapore calido, & humido.

tionis vero curatione. Hic tradit curationem inflationis a vapore calido, & humido; absque scarificatione ventosam applicat, quæ ratione attractionis, & ignis ad extra educit vaporem: deinde inter medicamenta summopere laudat olea calida, vt camomelinum, anethinum, rutaceum cum cimino semina apij, & anisi, & ammeos: hęc parari possunt sub forma fomenti, vel decocti cum spongijs: adest etiam emplastrum ex diacimino, ex althæa, ex matre sylua, emplastrum camomelli diapheniconis conficitur etiam vt Rec. sordiciei balnei lib. ss. calcis vnc. ss. aquę q. s. m. aliquando; etiam emplastrum de

calce

calce cum vino, vel Rec. hyssopi siccæ drach. iiij. olei anethini vnc. j. ceræ p. m. & f. linimentum: hæc sunt medicamenta externa quæ loco affecto in hac specie inflationis tradit Auic. *& in eo, quod accidit ex inflatione in lacertis*: in hac specie inflationis, quæ prouenit ab exhalatione calida, & acuta, annexumque habet dolorē docet Auic. cauendum esse a medicinis calidis, & acutis, sedantibus dolorem potius vtendum: secūdo resolutiua medicamenta esse administranda permixta semper cū sedantibus dolorem: materiæ aptæ his duabus indicationibus sunt, vt inquit Auic. lana infusa oleo, hyssopū puluerizatum cum pinguedine gallinæ, & si aderit summa caliditas, tunc lanam hyssopi infusam oleo ros. & in aqua hyssopi humidę vtilis est. quo ad rectam administrationem, & modum administrandi ait omnia tepida, & decliuia ad caliditatem esse administranda non autē frigida, neque infrigidari permittant: quoniam frigus nocet neruis, & prohibet inspissādo poros, & meatus, ne exhalatio dissipetur: quapropter summopere olea anethina, camomelina cum oleo ros. permixta tepida sunt apponenda: poterunt etiam parari fomenta spongię ex decocto florum camomelli, anethi, maluæ altheæ, sedato vero dolore cum solummodo sit indicatio resoluendi simpliciter digerentia, & resoluentia sunt admouenda, sicuti oleū rutaceum camomellinum mistū anethino cum nitro, & aceto, vel emplastrum ex cineribus aqua calcis cum decocto saluiæ, roris marini, fęnu græci cum spongia in hac aqua infusa dissipabit huiusmodi inflationem. semper tamen tempora illa quatuor sunt animaduertenda in principio: alia in augumento, statu, & declinatione administrant: sicuti etiam accidentia, & symptomata superuenientia expendere potest, quæ sępe curationem ad se trahunt vti in hoc c. admonet Aui. quando inflationi superuenit dolor tunc, & dolori succurrit, nec non etiam tumori inflatiuo, hęc sunt pręcepta, quæ in omnibus tumoribus sunt semper ante oculos collocanda, & vrgentiori indicanti primo ante alia est succurrendum; si omnibus satisfacere non possumus, & hæc de hoc c.

Curatio Inflationis ab exhalatione.

Not. 2. 1. 2.

Vsus medicamentorum.

De Vena medeni idest de pustula vermiculari. Cap. XXI.

E*St, vt accidat super partem corporis pustula quedam inflans, &c.* in hoc c. Auic. essentiam pustulę vesicantis, quæ desinit in fistulam seu vermiculatē corrosionem, & vlcus cauum corrosiuū, quod est vermis, hac ratione appellatur quasi animal, quod ad similitudinē vermis tortuose progrediatur, sed est tumor crassus viscidus, & salsus, qui cauernas corrodendo per longitudinem producit, & egreditur pus secundum longitudinem vermis, & assimilatur vermi, & animali: in duas partes diuiduntur hoc c. in prima essentiā huius tumoris examinat, in secunda causas generantes, & proximas, & remotas recenset, essentia non solum in forma, sed in causa effectrice, & subiecto consistit. est igitur vena medeni seu pustula tumor inflans desinens in vesicam, & deinde in vlcus vermiculare, vt plurimum crurium, & manuum productum ab humore adusto videlicet vel a melancolico excremento adusto, vel phlegmate salso. cum sit tumor inflans, est aucta magnitudo inflat, & vesicat, sicuti facit fermentum triticem massam: quia tenuior pars eleuat cutim pars vero crassa adusta calida, & sicca, vel salsa sensim, & sensim corrodit profunde, & ad similitudinē vermis in longum tendit: pus quod egreditur est rubeum ad nigredinem tendens, hic vero humor, vel salsus, vel adustus, est causa coniuncta ipsius vlceris, & tumoris, gignitur a calidiori iecore, melācolica superfluitas, vel pituita salsa, nec non etiam a cerebro: causæ antecedentes est caliditas iecoris, vel cerebri, externę, & procatarticę ex quibus Aui. in secunda parte ibi, *& fortasse generant eam quadam aqua, & olera*, sunt omnia cibaria, & potiones calidæ adustæ vitiosæ salsę, vt aquæ salitæ, caro salita pisces, ol. brasicę, beta spinachia, & similia, quæ generant chymū acram, acidum, & acutum, vel melancolicū, vina etiam nimis potētia, & valida, crassa gignunt huiusmodi excrementa: enumerat etiam locos, in quibus generantur, vt in ægypto, & in terra Corasceni, in omnibus etiam corporis partibus, & aliquando pluribus in locis eodem tēpore; corpora calida, & humida, & assueta balneis minus conflictantur: quia humiditas obtundit acrimoniam humoris melancolici, vel pituitæ salsæ: hæ sunt igitur omnes causæ materiales, formales, & efficientes internę, & externæ, quæ gignunt huiusmodi tumorem cum vlcere.

Definitio.

Forma.

Fermentum.

Efficiens

De Cura. Cap. XXII.

S*Ollicitudo quidem eius in terra, in qua generatur, & cibis, &c.* curationem practice, & empirice tradit absque indicationibus, & præsagio, sed solum modo materias presidiorum recenset Auic. breuitati studens; tū quia eædem indicationes sunt petendæ, quæ alibi toties sunt enarratę: præterea ex materijs tacite, & implicite descriptis patent indicationes: nam oportet humorem acrem, & mordacem frigidis, & humidis attemperare, crassum attenuare, viscidum abstergere & copiosum euacuare, tum quæ in vniuerso corpore resident; tum quæ in loco affecto oriuntur, indicationes vlceris corrosiui, tum causæ effectricis, tum ab humore ipsius vlceris causæ effectricis: tum à loco affecto, & hæ sunt vel Chirurgicæ vel pharm. vel diateticæ vel ad hæc tria capita rediguntur quæ dicit, & hæ tres materiæ satisfaciunt omnibus indicationibus. Quo ad Chirurgicas oritur indicatio secandi venam, vt sanguis mundificetur, vel ex basilica, vel ex saphena: nam calidior sanguis cum abundat, est materia, & fomes excrementi melancolici, & salsæ pituitæ, basilica, aut saphena tunditur, nam vbi agendum sumitur à subsistente morbifico, & lædente. si sanguis morbificus, & lædens sit circa iecur, & superiorem partem corporis, basilica est secanda: si vero circa partes infernas, vterum, renes potius saphena, si hæmorrhoides essent retentę, vel menstruæ purgationes. Quo ad pharmaciam alterantem sunt syrupi ex mirobolanis, ex boragine, buglossa, melissa, de capillo veneris, de liquiricia, de lupulis, de fumaria. sunt decocta & iura alterata his plantis cicoraceis, borragineis, alterantibus concoquentibus melancoliam, & pituitam salsam, & acredinem, & feruorem attemperantibus. Quo ad purgantia, est infusio epithimi, senæ, polipodi ellebori nigri, sunt pilullæ cochiæ, triphera, ex sena, & fumo terræ, confectio amech, electuarium lenitiuum, syrupus de polipodio comp. de epithimo, pilullæ indæ, de fumaria, cochiæ fætidæ. Quo ad victus rationem; cibi humectantes optimi sunt, & vinum oligophorum, balneum aquæ dulcis, quies, & somnus: circa localia verò: *verum cum apparet esse eius in principio apparitionis eius.* In hac parte localia medicamēta tradit secundum quatuor tempora, principium, augumentum, statum, & declinationem: in principio emplastra infrigidantia, & humectantia, quæ leniunt acrimoniam humoris, & inhibent, & repercutiunt fluxionem humorum, vt succus lactucæ, plantaginis portulacę cum sandalis, non vtitur ol. vt ros. omphacinum quia in calidis, & feruentibus tumoribus ,, sæpe olea ardent, & inflammantur. idcirco non solum ,, olea vitanda, nisi cum succis permixta frigidis; laudat etiam post mundificationem totius corporis, vt sanguisugæ applicentur loco affecto, vt extrahant sanguinem vitiosum: epithema ex sandalo, & aloe; & camphora, aut ex myrrha, psyllio, & lacte dulci optimum est: his administratis vesica solet disrumpi, si verò non rumpitur pone super eā aloes humidi, & viscosi, drach. ij. post principiū si his medicamētis non cedit sed vlcus appareat, & vena discooperiatur, tunc docet, vt ea vena stringatur, & super

Indicationes.

Chirurgica.

Sechit venę.

Syrupi.

Purgantia.

Diato. Cibi.

Localia.

Olei vitanda.

sam plunbum superponatur: nam refrigerat, exiccat, acrimoniam humoris retundit. si his non cedit, admouenda sunt emplastra, & fomenta ex plantis infrigidantibus, & lenificantibus; laudat etiam oleum de cheiri, sanbucinum, & emplastrum de pice. vltimum remediū proponit, vt vena ipsa discooperta perforetur, nam perforata egreditur sanguis vitiosus, si non potest perforari, eam putrefacere oportet cum butiro, admonet ne calida medicamenta, vel caustica admoueamus, ne fiat esthiomenum idest vlcus depascens: postea vero aquam salitā & sal superponit: nam ista salita abstergunt, & emundant vlcus, & præsertim putridum, & corrosiuum, hæc sunt remedia quæ ab Auic. proponuntur; multa alia essent dicenda, quæ alibi recitata fuere ab ipso, non alias indicationes explent quā enarratas, scilicet in principio emplastra frigida, & humida sunt administranda, euacuandus est sanguis à loco affecto cum hirudinibus: si non cedit oportet stringere, & ligare venam ipsam filo plumbum admouere, & denuo infrigidantia apponere. vltimo perforare, & salita abstersiua, atque humorem melancolicum pituitam viscidam abstergere: post hæc epulotica esse vsurpanda, & replentia cauitatem, & cicatrizantia. & Hæc sunt quæ in tract. secundo de apostematibus frigidis docet ipse Auic. Terræ Durantis nono Octobris 1608.

Epilogus.

IOANNIS COLLE BELLVNENSIS

Expositiones super tract. primum fen quintæ libri quarti Auicennæ de dislocatione, siue luxatione.

Caput Primum.



Dislocatio est egressio ossis ex loco suo &cæt. Auic. cum omnes affectus ad Chirurgicum attinentes exarasset, videlicet de tumoribus, vulneribus, vlceribus, fracturis, in hoc tract. vltimo de luxatione, seu dislocatione agere incipit, quæ maxime pertinet ad chirurgicum, & solius chirurgi opus existit, cum natura nequeat sola ossa luxata reponere in locum naturalem: sed prius videndum, quomodo naturaliter, & quot. modis ossa simul componuntur, nam semper duo ossa simul componuntur (præter os hyoides idest linguæ,) hæc vero compositio duorum ossium habet duo genera principalia, primum genus dicitur artros, seu articulatio, & hæc appellatur naturalis ossium structura, in qua duorum ossium extrema contigua sunt propter motum manifestum, & euidenter, non autem sunt continua: hæc Artros habet duas species sub se, diartrosī, & sinartrosim: Diartrosis etiam in tres alias species specialissimas diuiditur, videlicet enartrosim, vt est femoris, vt est articulatio cum osse Ischyo, quando scilicet cauitas profunda, & sinus respicit caput oblongum ossis, quod in eo sinu inscritur: secunda est artrodia, vt inferioris maxillę cum osse temporum, occipitis cum primo spondilio, & in hac cauitas est superficiaria, & caput ossis est depressum, tertia dicitur ganglimos, & tunc os idem excipit, & excipitur, vt cubitus excipit brachium, & brachium excipit cubitum: sinartrosis habet etiam tres species specialissimas sub se videlicet suturam, armoniam, & gōphosim: alterum genus est symphisis, & est vnio, & continuatio naturalis ossium per quam ossa vnum videntur, qua læsa oritur morbus in soluta vnitate, sicuti si læditur artros seu articulatio, fit morbus in mala cōpositione, hæc symphisis habet duas species, nempe quando ossa vniuntur simul sine medio vel per medium carneum, cartilagineū, vel ligamentosum; cum igitur his omnibus modis ossa, aut simul componantur, aut vniantur potissimum luxatio pertinet ad artrosim, diartrosim, & sinartrosim ad articulationem ossium, quæ manifestum motum, & euidentem prębet, & format articulum, vt de hac luxatione doctissime pertractat Cornelius Celsus libro octauo c.ij. Paulus Aegineta libro vi. c. iij. Aliabas, Albucasis inter recētiores, Rudius vir Doctissimus perfectā tractationē in lucem edit, nec non etiam aqua pendens, Hip. varijs in locis, & Gal. & plures alij Græci, & Arabes, sed Auic. potissimum exponemus, qui doctissime hac de re pertractauit, & primo in hoc capitulo definitionem proponit, quam imperfecte alijs verbis, & Rudius, & Aquapendens vsurparunt, & Tagaultius, & Ioannes de Vico. inquit igitur Auic. dislocatio, seu luxatio est egressio integra ossis ex loco suo naturali in locum ei vicinum motum impediens. Hæc definitio debet constare ex forma, materia, & causa efficiente; sed cum potissimum pertineat ad motum mobile, & mouens non permaneat, omittitur causa efficiens: forma vero est egressio integra; vnde apparet mala compositio, & morbosa ossium (integra) dicit quia cum non integre sit luxatio ossiis in alienum locum, non proprie appellatur luxatio, sed semiluxatio, & semidistorsio, est egressio ossis, non carnis, non aliarum partium humani corporis, non intestinorum vt in rupturis, & hernijs, ex loco suo naturali, vt motum localem ostendat præter naturam, & mobile: nam os a natura in loco proprio accommodatum est, & tali conformatione & compositione, vt motui membrorum, & stabilimento inseruiat, cum motus a termino a quo ad terminum ad quem tendat, mobile a loco ad locum moueatur, mobile est os seu caput ossis, locus appellatur, sinus seu cauitas, in qua naturaliter residebat, si ab hoc loco mouetur, ergo ad alium locum præter naturam accedit. ille debet esse vicinus, vt fiat dislocatio: nam si esset locus remotus, non esset amplius appellanda luxatio; sed corruptio & amissio membri, vt si extraheretur brachium nimis remote a spatula, vel poples a coxa, vel coxa ab osse ischiade, vt ligamenta essent disrupta, vel omnino incisa, vel fracta ab aliquo bellico tormento, non erit appellanda dislocatio, vt dictum est, sed soluta corruptio articuli, & amissio membri: nam hæc corruptio articuli, vel erit deprauata, vt in luxatione, vel imminuta, vt in non integra, vel omnino ablata, quando in longinquum locum trahitur aliquod os, & franguntur ligamenta; adeo, vt simul amplius coniungi non possint, vel si coniunguntur, vt sint contigua, non tamen possunt ligari ligamento, quod ipsa duo ossa coniungit. si non egreditur integre, nominatur *separatio iuncturæ ad partem profundam, aut procedentem, aut eminentem, quæ cognoscitur sensu*, quia motus est imminutus, non ablatus, membrum extortum non omnino è loco naturali remotum: accidit aliquando vt membrum elongetur præter naturam, neque tamen hæc est appellanda dislocatio: *& de homi.*

Ossium compositio. *Articulatio.* *Artrosis* *Diartrosis.* *Artrodia.* *Ganglimos.* *Sinartrosis.* *Symphisis.* *Luxatio* *Dislocationis definitio.* *Forma.* *Substantia ideo os.*

de hominibus est quidam, qui præparatus est dislocationi. in hac secunda parte explicata definitione luxationis antequam ad differentias, & species luxationum deueniat, facilioris doctrinæ gratia enumerat homines & corpora, quæ magis parata sunt huic affectui, dum enumerat hæc corpora tacite, & implicite quatuor facit, primo explicat causas dislocationis, secundo differentias, tertio signa, & quarto præsagium, hæc omnia ex dictis ipsius Auic. in hac secunda parte eliciuntur: nam si præparatus est dislocationi: *quia cauitates ossium non sint profundæ.* & caput non ingrediatur, sunt istæ causæ internæ dislocationis, & pariter si ligamentum, quod ligat articulum, & vtrumque os simul, non sit firmum. tres sunt igitur causæ internę, ex parte membri scilicet cauitas non optime figurata: pariter caput ossis, quod ingreditur, & tertio ligamentum infirmum, ex parte verò humoris est tumor pituitosus qui fluens ad articulos laxat: deinde sui humiditate & viscositate nimis lubricas reddit partes. externę causæ iam supra enumeratæ sunt, vt ictus, percussio, ambulatio &c. enumeratis causis internis & externis a quibus etiam pendent differentiæ, enumerat magis speciatim *iuncturas & articulos*, qui facilius, vel difficilius luxantur, & hæc pars pertinet, & ad præsagium, & ad differentias, quæ capiuntur a loco affecto: nam differentiæ vt toties dictum est, signa & præsagia & indicationes hauriuntur, petuntur, & desumuntur a forma, causa efficiente, & loco affecto *facilius contingit luxatio iuncturæ poplitis propter lenitatem ligamenti sui, sustentatur pila*, vel rotula: nam ante poplitem adest quoddam os, quod patella, seu pila, seu rotula appellatur, & est tanquam propugnaculum ante ossa poplitis, & ligatur ligamento tanquam fasciæ, & sicuti hæc dislocatio facilis est propter causas dictas, ita facile sanatur. *Dislocatio humeri proxima huic est in macilentis, non autem in pinguibus, è contra prauæ dislocationes sunt, quæ contingunt iuncturis digitorum, qui facilius franguntur antequam dislocentur*, & *iunctura cubiti difficilis est pariter.* cuius reditio est praua. media vero inter facilitatem & difficultatem est *iunctura anchæ* scilicet sciæ, ischyadis, & quia supra dixit luxationem facile etiam sanari: addit in hoc loco exceptionem, nempe accidere aliquando facilem dislocationem articulis, qui non facile naturaliter dislocantur, sed propter aliquam causam, veluti si pixis seu os rotundum anchæ luxetur propter nimiã humiditatem, quæ in cauitate ipsius ossis ischyadis residet, facilis eius luxatio, & facilis etiam eius reditio, sicuti accidit habentibus (venam vesicæ idest varices) prope ancham, tunc facile dislocatur ob imbecillitatem ipsius articuli: propter continuam fluxionem, & copiam humoris facile etiã curatur: quia cum articuli & ossa sint humida, & lubrica, facilius etiã impelluntur in cauitatem. vnde obiter dicit ob curationem huius speciei administrandum esse cauterium, quod exiccat nimiam humiditatem, & roborat ligamenta: *praua* & difficilis *Luxatio est illa in qua* capita ossium, vel concauitates, vti supercilia, vel caput ossis, vel ligamentum rumpitur & omnino soluitur hæc luxatio, licet ad statum naturalem redigatur, non perseuerat, sed

Corpora parata luxationi.

Causæ.

Differentię a forma, loco & efficiente causa.

Cauterium.

statim denuo reciprocatur, hoc vero symptoma contingit *in capite anchæ: deinde in capite adiutorij, & in duobus focilibus duorum pedum apud calcaneum.* vltimo vero facit comparationem, inter fracturã & dislocationem inquiens esse *fœdiorem dislocationem fractura*: præsertim cum luxatio nequeat sanari, & restaurari, neque fracturæ. Hæc sunt, quæ Auic. in hac secunda parte primi capitis exarauit, quæ tamen vt dixi, & ad differentias tacite & implicite & ad pręsagia applicari etiam possunt, vt omnes differentiæ luxationum breuiter petendę sint a forma, quæ est egressio, vel tota & integra, vel imminuta, vel impropria, vt quando duo ossa vnita interse dilatantur, vt focile maius, & focile minus; a loco affecto, vt quot sunt articuli in humano corpore, tot esse possint luxationes; a causis tum internis, tum externis, quæ supra expositæ fuere: & hæ sunt differentiæ propriæ: sunt aliæ accidentales, & per accidens, quę non pertinent ad luxationem, vt luxatio est, neque ab eius essẽtia pẽdent, sed ab accidentibus & symptomatibus, vt si adsit luxatio cum dolore, vel cum tumore, vel cum fractura, vel cum vulnere, vel cum vlcere: hæc sunt accidentia, quæ superueniunt luxationi ex accidenti, non per se, & possũt esse & non esse.

Epilogus.

Differentia a forma.

A loco affecto.

A causis.

Differentia accidentales.

De Signis vniuersalibus Dislocationis. *Caput II.*

ACcidit *in iunctura inclinatio, & profunditas insolita sicut accidit &c.* Comparanda semper est ex Hip. pars affecta sanæ. nam similitudo, et dissimilitudo nos ducit in cognitionem morbi, et sanitatis. vnde cum apparuerit cauitas, inclinatio, & profunditas insolita non autem solida, et naturalis circa articulum, erit signum dislocationis, et hoc præsertim in iunctura humeri, et pedis: deinde motus deprauatus, vel imminutus aut omnino ablatus integra luxatione: nã quando membrum mouetur motu suo ad omnes partes, & peruenit ad omnes fines suos naturales, vt si a natura constitutum sit, vt moueatur sursum, deorsum, ante, retro, in girum, et omnes hos motus exerceat, proculdubio non erit luxatum; at si non omnes sed aliquos tantum, vel nullos perficiet, aderitque profunditas illa, & cauitas figuraque membri non sit similis sano tunc manifeste dicendum luxatum esse hæc tria signa enumerat Auic. quæ etiam a Celso et a Paulo, ab Albucasi, & alijs recensita fuere locis citatis. verum in capite tertio de signis declinationis recenset signum quod ponit differentiam inter veram luxationem, et contorsionem: quia non adest omnino motus imminutus, et non omnis, neque ad omnes partes, sed aliquis, et ad aliquas tantum. in c. quarto ponit aliam differentiam et signum inter veram luxationem, et longitudinem accidentalem membri, contingit aliquando vt membrum sit præter naturam elongatum, at tunc non est dislocatum, adest enim aliqua fouea et profunditas: adest motus imminutus, dolor, vt in humeris, digitis et in articulis excarnib. sed cum comprimitur, facile redit ad statum naturalem.

Pars. "
"
"

Cap. 3.

Cap. 4.

TRACTATVS DE TVMORIBVS *præter naturam*.

De Nomine, &c. Caput Primum.

Nomẽ & varia Tumoris acceptiones.



Vmor præter naturam aucta magnitudo partis humani corporis, a Latinis dicitur, a Græcis vero oncos, ab Arabibus apostema, & abscessus, licet impropriè; nam dum pus fit in humoribus, proprie apostema et abscessus appellatur; deinde hic tumor, vel pro morbo accipitur, dum vt tumor est, et aucta magnitudo immediate illius actiones offendit, vel pro symptomate; demũ vel est criticus, dum a natura expellitur humor noxius concoctus ad aliquam partem die critico, et cum virium tolerantia: veluti sæpe in phrenitide parotis, videlicet tumor post aures excitatur, vel in longis febribus, & diuturnis morbis abscessus circa inguina; tandem, vel symptomaticus est, dum crudo morbo, et succo ob nimiam abundantiam humoris, vel imbecillitatem retentricis, uel roboris expultricis irritatę segregatur humor; Tertio mixtus erit, partim symptomaticus, et partim Criticus, dum crudo existente succo, sed ad ignobilem partẽ detruso exurgit; pręterea animaduertitur tumor tum secundum naturam propriam, et exquisitam, quæ habet proprias semper, et solas concomitantes passiones, uel secundam naturam accidentalem, quæ assidentem naturam frequenter, uel raro superuenientem obtinet, et passiones; vnde etiam noxa contingit uel secundum naturam propriam, uel accidentalem, vel magis iuxta vnam, quàm alteram, vel æqualiter; Vt hinc multæ autorum discordiæ concilientur. sermo potissimum erit de tumore præter naturam humani corporis morbo, et symptomate, et critico, et symptomatico. et iuxta vtramque naturam.

Definitio.

Definitur Vitiosa aucta magnitudo partis humani corporis a causa quanta admodum replente. hanc definitionem confirmat Galenus 13. met. medendi, secundo ad Glauc. libro de tumoribus præter naturam & de inęquali intemperie. Auic. libro 4. Celsus libro 3, cuius forma, materia, & efficiente explicata: natura tumoris, & essentia a priori dignoscitur: nam magnitudo aucta adnotat, vel symptoma, vel morbum etiam partis dissimilaris; præcipue enim debet expendi tumor secundum naturam propriam, quę semper, & soli ei conuenit: incommodat porro semper dissimilarem partem tum secundum magnitudinem indecentem, & excedentem: quia augetur hæc præter naturam symptomatice, & morbifice: deinde secundum conformationem: forma enim partis dum eleuatur præter naturam non est naturalis neque superficies, neque situs. vnde non immerito dicitur tumor affectio partis dissimilaris, & membri penes compositionem, & conformationem, nec non solutam vnitatem: quoniam dum pars eleuatur, & distenditur; necessario etiam disiungitur naturaliter ab alia, & segregata naturalia munera exercere non valet. verum secundum accidentalem naturam potest etiam dici morbus partis similaris scilicet penes intemperiem, & penes noxas accidentales atque proprietates assidentes, & superuenientes: hinc erysipelas magis secundum accidentalem naturam, & noxam intemperiem scilicet calidam, & siccam infestat, quam secundum propriam essentiam, & proprietates, & noxas; exiguus enim erisipellas tumor est; at maxime excruciat intemperie calida; & sicca, atque inurente: quare iure merito Galenus, Hip. Auic. Arabes, & Græci omnes ad has proprietates noxas accidentales. & proprias animaduertentes statuerunt tumorem, modo esse vitium partis dissimilaris, modo partis similaris; modo vtriusque, & modo compositam esse passionem, & affectionem, ex intemperie, mala compositione, conformatione, & soluta vnitate, & egere maiori, & diligentiori medici iudicio, & studio, & pluribus indicationibus compositis atque difficilioribus. Ob hęc igitur Galenus tertio loco de tumoribus egit primo quidem de vulneribus, secundo de vlceribus; a faciliori enim est inçohandum, & simpliciori propter nostram faciliorem cognitionem, & sanationem, dictum fuit vitiosam magnitudinem auctã p.n. etenim vitium & ad morbum, & ad symptoma attinet, sic aucta magnitudo pręter naturam immediate aut actiones partis tumefactæ offendit; aut non immediate, & symptomata dicitur partis vniuersi humani corporis; quia non totum humanum corpus simul eodem tempore vitiose augeri potest præter naturam, sed, vel secundum brachium, vel crus, vel oculos vel manus, vel abdomen; deinde vel secundum internas partes, vel secundum externas tantum, & potissimum ad Chirurgum spectant, & de humano corpore aucto præter naturam sermo est, non autem de alijs animalibus & brutis.

Tumor morbus partis dissimilis.

Et similaris per accidens.

Vtriusque.

Cur Gal. egit tertio loco de tumoribus.

Subiectũ.

Causa.

Causa quanta admodum replens immediata & coniuncta tumoris est causa admodum eleuans replensque, quæ quidem primo. duplex est, vel interna, vel externa. Interna, vel est tumor, vel vapor calidus, & humidus, vel flatus frigidus & siccus, vel frigidus, & humidus, crassus, & nebulosus. si humor est, vel est alimentalis, vt sanguis, vel portio sanguinis biliosa, melancolica, & pituitosa rubra tamen, vel est tumor excrementicius naturalis, vt bilis, quæ in vesica fellea solet residere, vel melancolia, quæ in liene, vel pituita, quæ in ventriculo vel serum quod in venis, & in renibus, & vesica perseuerat, vel est humor præter naturam & immoderatus, vt si sanguis transmutetur, vel putredine, vel corruptione, vel alia alteratione in bilem, vel in humorem melancolicum adustum, vel in ichorem sanguineum: icor enim segregatus a propria substantia, & mixtione humoris determinati semper est præter naturam, veluti si serum lactis, quod olet substantiã lactis, ab ipso separetur tunc præter naturam est separatũ, & lac absque ipso sero nõ amplius lac appellari debet; pariter portio biliosa sanguinis quæ calida, & sicca est in respectu rubra tamen, Sed cum flauedine, poterit nimis calefieri, & tumorẽ producere, vel ichor biliosus, ita portio melancholica sanguinis præter naturã efferuescens, vel nimis refrigerata, & pituitosa similiter potest esse tumoris causa, nec nõ etiam ichor melancolicus & pituitosus: præterea uel erit humor excrementicius præter naturam bilis nempe, vel melancolia, vel pituita & hi humores, vel erunt simplices, & sinceri, vel permixti, & si permiscentur dupliciter permixtio euadit, vel æqualis, dum humores inter se æquales copia & qualitate tumorem efficiunt, vel alter alterum superat qualitate, vel quantitate: præterea causa replens poterit esse alius humor, vt meliceris, steathoma, atheroma, vel pars aliqua corporis vt si intestinum delabatur, vel omentum in serotũ, vel aqua, vel lumbricus, vel lapis, vel caro supercrescẽs, vel pus, uel lac coagulatum, vel vrina, vel fęces in estimorũ; hæc omnia possunt tumorẽ efficere, & internum, & externum. A causa etiam externa oritur tumor, vt dum globus plumbeus, vel ferreus, vel sagitta, vel aliquid tale infigitur in humano corpore, vel lignũ, vel clauus etiam: hæc attollere possunt partes, & augere morbose. verum humores, qui tumorem concitant, vel generantur in ipsa parte tumefacta, & tunc dicitur fieri

Interna.

Aqua.

Externa causa.

tumor

tumor per congeſtionẽ nam ipſa pars gignit hunc excrementicium humorem, vel vaporem, vel ichorem, uel flatum ob aliquam intemperiem, vel hic humor aliunde fluit, et tranſmittitur, in qua tranſmiſſione tria perpenduntur Pars mittens, pars recipiens, et viæ per quas humor ipſe fluit: tranſmittit enim pars humorem, vel quia robuſta eſt, et validior ſemper ad imbecilliorem partem trudit, vti docet Galenus ſecundo ad Glauc. vel tranſmittit non quia robuſta, et valida; ſed quia à parte recipiente potentiori attrahitur calore, dolore, vel vi vacui; adeo vt etiam pars recipiens in qua humor collectus tumorem effingit, vel recipit quia imbecillis eſt imbecillitate natiua, et naturali, vt adenes, glãdulæ, cutis ob laxam ſubſtantiam poroſam, et debilem receptricem ſuſcipiunt excrementa, et humores ab alijs partibus demandantibus, vel aquiſiticia, at aduenticia ob aliquem morbum, demum ſuſcipiunt vt dictum eſt, quia attrahunt attractrice præter naturam ratione doloris, vel caloris, vel ui uacui.

Tranſmiſſionis cauſa.

Receptionis cauſa.

Cauſa ſantecedentes

Cauſæ vero tumorum, quæ dicuntur antecedentes ſunt hæ, quæ cauſam coniunctam gignunt, vel mediate, vel immediate, & potiſſimum ſunt ſex res non naturales; nam praua victus ratio, cibus, potus, ſomnus, & vigilia, inanitio, & repletio motus & quies exercitia corporis atque animi affectus, aer & venus, externa medicamenta adhibita, vel applicita, & exteriora, ictus, & caſus, morſus poſſunt dum excedunt, humores & internas cauſas alterare, & producere, & hi producti, & alterati poſtea tumorem efformant.

De Diferrentijs Tumorum. Cap. II.

Differenties.

Sed maior difficultas eſt in recenſendis differentijs, & ſpeciebus tumorum quæ hauriuntur à tribus illis cauſis eſſentiam tumoris conſtituentibus, à forma, loco affecto, & cauſa efficiente: ratione formæ apparent tumores, alij magni: alij parui, alij acuti; alij lati; alij in ſuperficie, & admodum conſpicui, & alij admodum latentes, & profundi. A loco affecto, & parte quotuplex pars nomen ſortitur, totuplex tumor e. g. alia eſt inflammatio oculi, quæ dicitur ophtalmia proprio nomine: alia eſt inflammatio naſi manus, pedis: ſic bubo eſt inflammatio glandulæ circa inguina, tumor aquoſus in capite dicitur hidrocephalos, in ſcroto hernia aquoſa; ſimiliter ædema, ſcyrrus, eryſipellas, alius eſt brachij, alius manus: alius coxæ, & alius lienis, hepatis faciei, oculorum, & quot ſunt partes, tot tumores in ipſis excitari poſſunt, qui tamen ratione materiæ quantæ admodum replentis dicuntur alij ſanguinei, & phlegmones A ſanguine; alij bilioſi, & eryſipellacei à bile, alij ædematoſi a pituita: alij ſcyrroſi a melancholia: alij ventoſi, & flatulenti à flatibus, & vaporibus; alij aquoſi ab aqua, ſero, & ichore: alij ſarcotici a carne, vt dum ſcrotum augetur ab aucta carne circa vaſa, vel inteſtinales ab inteſtino, vel omentales ab omento, vel ab humore melli ſimili melliceris, vel ſeuo ſtheatoma; vel ab oſſea, & aliena, & craſſa modo atheroma, à lacte etiam grumoſa in mammis concitatur tumor. verum adhuc lucidius à cauſa replente, & efficiente quanta, nam auctio fit a quanto, ſicuti alteratio à quali: ſunt examinandę differentiæ tumoris, & ſpecies vt facilius curatio adhibeatur veluti ſanguis alimentalis, & vtilis plus iuſto tamen, & copioſe influens in aliquam partem, vel expulſus, attractus, inflammationẽ ſeu phlegmonem efficit, qui ratione partis affectæ varia nomina ſortitur, vt iam dictum eſt: nam ſi menbranæ cerebri inflãmantur, phrenitis appellatur, ſi tunicæ adnatæ oculi ophtalmia, ſi gargareons columella, ſi vua, ſi glandularum tonſillæ, & pariſtmia ſi larinx, ſeu fauces, ſeu trachea arteria, ſeu gula, & muſculi interni, & externi laringis dicitur angina; ſi membrana, quæ coſtas pectoris cingit, inflãmetur pleuritis vocatur; ſi pulmo peripneumonia, ſi glandulæ inguinũ, bubo dicitur, & phyma, & aliquando ratione bilis permixtæ ſigetra ab ichore etiam ſanguineo oritur inflammatio & phlegmon; ſed minoris magnitudinis: at ſi ſanguis corrumpatur, & inutilis omnino euadat, & craſſior, & feruens, oritur carbo, ſeu antrax, qui quidem exurit partim, & puſtulas circum ſe ardentiſſimas, & cruſtam nigram, & cineream inducit: habet etiam plures ſpecies; alius eſt benignus: alius malignus improprie, & alius peſtilens à ſanguine etiam corrupto, ſed frigidiori, & craſſo cum inflãmatione, & dolore: furunculus docies Grece dictus fit terminthus apud Oribaſium etiam ſpecies eſt phymatis ideſt inflammationis glandularum à ſanguine prędominate. gangræna, & ſphacelus licet non ſint inflammationes has tamen conſequuntur, & circa phlegmones poſſunt nominari.

A forma.

A loco affecto.

Ab efficiente.

Bilioſi tumores: à ſanguine bilioſo alimentali non mordaci, nec admodum craſſo fit eriſypelas, que eſt affectio in ſũma cute; at ſi ichor bilioſus præter naturã euadit producit etiam eryſipelatem, ſed pallidiorem, bilis excrementicia naturalis copia, & qualitate abundans eriſypellatem pariunt cum colore admodum citrino, & flauo abſque rubedine, cutem aliquo pacto magis eleuat & magis ardet: quia hæc bilis non eſt alimentalis neque ichor bilioſus, ſed excrementicia, & per conſequens craſſior, & calidior: at ſi bilis ſit excrementicia & præter naturã, vel ſit alimentalis corrupta, quæ bilis rubra, ab Auic. dicitur, & feruefacta producit eryſipellatem cum vlcere, & dicitur herpes exedens, vel formica corroſiua ab Auic. a Celſo ignis ſacer: ſi vero bilis non admodum craſſa, & mordax, & acris ſit, efficit puſtulas quaſdam, & herpetem miliarem dictum, qui etiam ab ichore bilioſo feruefacto oriri poterit.

Species pituitæ.

Pituitoſi tumores multiplices etiam ſunt, quia multiplex eſt ſpecies pituitæ: alia eſt pituita alimentalis, quæ eſt portio ſanguinis frigidior genita in iecore, et ab hac poteſt oriri anaſarcha, ſpecies hydropis; poſſunt etiam oriri tumores oedematoſi, ſcirroſi bubones. a materia frigida vitiligo alba, quæ eſt cutis defædatio cum ſquammis: ſi pituita eſt excrementicia, vel eſt excrementium naturale vtile quidem corpori; at non nutrit, & hæc gignitur vel in ſtomacho, & lenit inteſtina, et ſeruatur in inædiis, vt vertatur in ſanguinẽ vel eſt mucus qui gignitur in cerebro: omnes tamen ſubdulces ſunt modo magis tenues, modo magis craſſæ, et viſcidæ: ab his etiam excrementiciis pituitoſis ſuccis, ſi in maiori copia gignantur tumores frigidi, et pituitoſi oedæmatoſi, vel ſcirroſi fiunt. at ſtrumæ, ſeu ſcrophulæ circa glandulas colli bubo circa glandulas inguinis, parotis poſt aures faucium, ſeu hernia gutturis bronchocele dictum; nodus ſeu gumma circa os, quod in gallica lue oriri ſolet, et tumores varij circa varias partes frigidi, et duri, ſcirroſi, vel molles, et ædæmatoſi qui foueam conſeruãt, et cedunt tactui; ſi pituita erit præter naturã excrementicia, vt vitrea dicta acida vel ſalſa oriuntur pariter tumores hi enarrati; ſed maiorem caliditatem, et dolorem referunt à pituita ſalſa producti. ab acida vero maiorẽ frigiditatem, et duritiem.

Vitiligo alba.

Strume.

Bronchecele.

Gummata.

Melancholici tumores magis rebelles ſunt, magis duri, et terreſtres: quia melancolia craſſus, et terreſtris humor eſt, & quia multiplices habet ſpecies: nam alius eſt tumor melancholicus alimentalis, alius excrementicius, & hic duplex vel naturalis, vel præter naturam, ita excitantur variæ ſpecies tumoris melancholici: nam ſi eſt alimentalis ſanguis craſſus frigidus, & ſiccus vel excrementicius ſecundum naturam tantum ſcirrum producit magis craſſam, & durum quam pituitoſum; producit etiam ſtrumas, ſeu ſcrophulas, bubonem, vitiliginem, & ſimilia; ſi in ſcrotum influit, ramicem ſeu ſarcocellem parit ſi in crura varices. ſi vero præter naturã ſit tumor melancolicus, & ſuperaſſatus, elephantiaſim, cancrũ pariit, & phagędenam. quę eſt tumor cum vlcere: nam exedit cutem, & carnem: producit etiam ſcabiem, lepram

Species melancoliæ.

Varices.

Pſoram,

Psoram, & si adhuc magis ferueat, carbunculum seu antracem dictum gignit.

Aquosi tumores gignuntur, vel à sero, quod est materia vrinæ, vel ab ichore, quæ est pars tenuior cuiuslibet tumoris, & cum quadruplex sit portio humoris alimentalis quadruplex est etiam ichor pituitosus sanguineus, melancholicus, & biliosus, & tot sunt etiam tumores aquosi, vel permixti sunt tumores nempe ex permixtione humorum inter se, quæ permixtio, vel erit æqualis secundum molem, & qualitatem, vel inæqualis, vti si bilis permisceatur cum sanguine ęqualiter, vel inæqualiter a prędominio bilis appellabitur erysipellas phlegmonosum, a victoria sanguinis phlegmon erisipellatosum; si cum pituita dicetur phlegmon oedematosum, vel oedema phlegmonosum; si cum melancolia erit tumor sanguineus cancerosus, vel erysipelaceus, vel ę contra. verùm vt plurimum tumores permixti sunt, & a prædominio, vel sanguinis, vel pituitę, vel melancholiæ nomen adipiscuntur; raro simplex oedema, & exquisitum reperitur, exquisitum erysipella, vel legitimus scirrus, vel cancer, sunt aliæ species tumoris, quæ propter diuersam materiam nomina diuersa sortita sunt; dicitur meliceris vna species tumoris, quæ continet in se melleam substantiam: steatoma seuosam, atheroma pulticulosam instar pultis, & polentæ: sunt alijs abscessus & tumores, qui in se pilos, carbones, amurcam, lapides, testas gypseā substantiam, & similia continent: nam in humano corpore, & inanimata mixta, & vegetalia & animalia oriuntur; attamen hæc omnia referenda sunt ad aliam speciem humoris; namque calida, & sicca ad bilem referuntur, quæ calida, & humida ad sanguinem, quæ frigida, & sicca ad melancholiam, quæ frigida, & humida ad pituitam: nata vulgo dicta ad steatoma pertinet, & tumor dolore carens, testata mollis ad melicеridem. talpa ad atheroma. Perniones fiunt a melancolico pituitoso, & seroso humore, & Epinyctides seu essaræ vulgo a mixtione sanguinis, bilis, & phlegmonis. Myrmetia, acrochordones Thymion, Clauus ab humoribus melancolicis, pituitosis originem ducunt, Philijstenæ, ab aquoso, & flatuoso humore, flatus a seroso crasso, & glutinoso humore, Condyloma, Varus, Lentigo, Parulis, Lichen, Terminthus, Staphyloma; Grando, Hordeolum. Vnguis, Alphus Mentagra a mixtis humoribus excitantur, & plura alia sunt nomina tumorum, tum ratione diuersitatis partium; tū ratione diuersitatis figuræ, & magnitudinis, tum ratione diuersitatis humorum sic appellatæ.

Serum. *Ichor.* *Meliceris.* *Steatoma Atheroma.*

De Signis Tumorum præter naturam in genere. Cap. II.

Signa varia.

Signa tumoris præter naturam alia generica sunt, & alia specifica; tum formæ generice, tum partis affectæ, & demum effectricis causæ, quæ immediatè tumorē significant, & semper patognomica dicuntur, quæ vt plurimum concomitantur assidentia & quæ raro superuenientia, & accidentalia vocantur. tum alia dignostica quæ præsentem tumorem manifestant: alia prognostica quæ, vel futurum tumorem prænūciant, vel iam facti futuram salutem, vel insalubritatē præsagiunt; sunt etiam rememoratiua, quæ præterita in memoriam reuocant; dignostica, & prognostica generatim per se patent: nam oculis & tactu deprehenditur aucta magnitudo partis; intemperies etiam si adiuncta est percipitur tactu. nam calida, frigida, humida, vel sicca existit; pars etiam affecta sensu conspicitur an manus, vel brachium, vel crus, vel thorax sit: coniuncta Efficiens causa generice vt maxime replens, & quanta tactu percipitur; solēt assidentia concomitari, dolor, pulsatio, inflammatio, vel indolentia, febres raro superueniunt, sincope, deliquium animi, vigiliæ, conuulsio, & huiusmodi. In specie vero forma dignoscitur, & efficiens causa: nam si sanguinei sunt, adest color rubeus, inflammatio, pulsatio; sed calor mitis, plethora abundat, ætas est iuuenilis, tempus anni vernum, & victus copiosus, & boni chymi. si biliosi sint, color citrinus, calor acris & mordax, dolor ingens, abundantia bilis, temperies ægri calida & sicca, tempus anni æstiuum, consuetudo ciborum, & calidorum & acrium. pituitosi manifestantur colore albo, & subalbo, indolentia, fouea, temperie frigida, & humida ægrotantis cibis pituitosis, & frigidis hieme. Scirrosi duritie, & senili ætate. Melancolici pariter dignoscūtur duritie, colore subnigro, abundantia melancolici succi in vniuerso corpore cibis crassis, & fæculentis, autumno, & ætate iuuenili: nam iecoris caliditas melancolicum succum gignere valet. Flatuosi etiam ex renitentia, & sonitu apparent. Aquosi ex murmure; si vero mixti sint: permixta erunt signa: de quibus magis speciatim in proprijs capitibus.

Prognostica; tum ratione formæ, tum ratione partis affectæ; tum ratione effectricis generice, & specifice, & salutem, & mortem prænunciant, & longitudinem, & breuitatem, & celeritatem: nam si magnus est tumor, longiori tempore ad sanitatem redigitur quam paruus. si in parte nobiliori, vel prope principem partem, vt in capite, in thorace prope regionem hepatis, in collo, prope, vel fauces, vel asperam arteriam periculosiores sunt, quam si partem ignobiliorem occuparent: præterea salubriores sunt a causa effectiua sanguinei, & citius sanantur, sanguis enim benignus est succus, facile, vel resoluitur, vel in pus transmutatur: maxime rebelles, & periculum minantes melancolici excipiuntur: deinde biliosi, qui & qualitate, & velocitate excruciant. tardi sunt pituitosi, & chronici; sed vt plurimum salubres. Flatuosi vero difficile sanantur ratione flatus dissipationis non autem ratione causæ flatum producentis. vnde tympanites ægrius curantur; quàm anasarcha, ascites. Aquosi facilius tum ratione coniunctæ causæ; tum ratione producentis, & si coniuncta causa malignitatem, vel impropriam, vel propriam, & pestilentialem annexam habuerit, maiorem sanandi difficultatem, & noxam etiam vsurpant, docet Galenus melius esse per resolutionem quam per suppurationem tumores curare; resolutionis indicia sunt leuitas membri, & pulsationis carentia, sicuti suppurationis pulsatio, dolor, & febris, & caloris incrementum: vnde Hip. secundo aphor. 47. inquit dum pus conficitur dolores & febres magis accidunt, quam in confecto, & sexto aphor. 41. docet etiam nonnullas causas pus non manifestantes scilicet sunt crassitudo loci, & puris profunditas, & altitudo, & si pus album, lene, & æquale cito appareat, velocem sanitatem pręmōstrat, & quo magis profundi, & interni sunt, eo magis lethales: quinimo tumores in collo cito apparentes ex Hypp. sententia salubriores sunt, quam euanescentes & profundam partem occupantes; imminet enim periculum ne suffocatio conciteтur: pariter si in capite existentes retrocedant, & cerebrum petant, & in thoracem ad pulmones, & interna viscera, & in regione abdominis ad hæpar, lienem, renes, vesicam, vterum, & alia membra contenta, quo enim a nobiliori, & profunda parte remoti sunt tumores, minus infestant, & securitatem portendunt.

Prognostica. *In genere.* *Ab efficiente.* *Resolutionis indicia. Suppurationis.*

Indicationes, & scopi in genere tumoris potissimum a tribus hauriuntur, a forma, parte affecta, & causa coniunctiua, ab accidentibus vero, quæ solent superuenire, plures etiā expetuntur, cū eius forma sit aucta magnitudo, vel morbifica, vel symptomatica, & cum annexa intemperie, vel absque intemperie: sanè ipsa aucta magnitudo curatiuam, si morbosa est, indicationem indicat, si symptomatica præseruatiuam at inutilem curationi, & non ex vsu artis; quoniam adempta causa efficiente tumoris etiam aucta magnitudo euanescit: intemperies alterantia per contrarium indicat, calida, frigida: frigida, calida, sicca, humida: humida, sicca. A parte affecta, quæ est tumoris subiectum oritur vitalis indicatio conseruandi similibus temperiem partis, compositionem, & vnitatem, & per consequens figuram, situm, sensum, actio-

Indicationes a forma. *A parte affecta.*

actiones, & vſus ipſius partis: nam ſi calida pars tumore afficiatur frigido; hæç liberalius, & diutius eſt calefacienda: nam pars temperie calida naturali prædita, indicat calorifica, vt conſeruetur; e contra ſi pars calida, calido morbo ægrotet, refrigerantibus lenioribus eget, ſemper tamen aſtringentibus natiuus calor partium conſeruandus eſt; ſenſus etiam tactus ſi exquiſitus, & actiones ſunt conſeruandæ; at dum temperies natiua defenditur, & ſimilibus roboratur; actiones, & ſenſus immunes exiſtunt. Vtiliſſima indicatio eſt a cauſa efficiente, quæ præſeruatrix dicitur in methodo medendi, præſeruat enim dum remouetur cauſa ne augeatur tumor, & ne pars lædatur, ſed potius ſalubris euadat: hæc vero ex Gal. 90. artis paruæ, & 13. meth. c. ſecundo & ſexto, & libro ad Glauc. ſecundo c. ſecundo dupliciter conſideratur, vel pro vt eſt fluxa in partem; ſed non adhuc firmamata, & pro vt ad partem affectam vicina eſt, & hæc indicat repellentia ſtatim inter initia, quæ raro humorem fluentem, vel prope iam fluxum, ſed non firmatũ repellunt, qui vero humor iam firmatus eſt, pro vt cauſa coniuncta, & replens indicat primo ſui ablationem, & euacuationẽ, vel per inſenſibilem diſſipationem, & reſolutionem, vel per tranſmutationem in pus, vt calida vero indicat refrigerantia, vt frigida calefacientia, vt craſſa attenuantia, vt viſcida incidentia, vt dura aliquando, & ſcirroſa emollientia, calida & humida, & pinguia; verùm hęc coniũcta cauſa tumoris, & in affecta parte reſidens, & magnitudinem faciens, vel ibi generatur per congeſtionem ob intemperiem partis, quæ indicat per alterantia contraria ſui remotionem, vel aliunde fluit, indicat remedia reuellentia in contrariam partem, & vaſa per quæ fluit aſtringentia, & compeſcentia, intercipientia, & defenſiua vocata: demum cauſam generantem humorem hunc fluentem adimere oportet: nam vel a capite frigido, vel calido, vel ab hepate, vel liene, vel vtero intemperie aliqua affecto calida, vel frigida, humida, vel ſicca prouentum habet: idcirco huiuſmodi intemperies contrarijs alterantibus ſunt remouendæ. plures in repellentium vſum animaduerſiones docet Galenus 13. methodi c. ſecundo, nam dum materia ad emunctoria, & glandulas impetum habet, ad aures, ad axillas, non eſt repellenda, vel admodum blande, vt ad principes partes regurgitat. ſecundo ſi eſt venenoſa. vel maligna, tutius enim tunc temporis eſt ad extra ipſam auocare, quam intro eam repellere. tertio ſi critice fluat imitari non inhibere naturalem motum debemus. quarto ſi vniuerſum corpus cacochymum aut pletoricum excedat prius ſectione venæ, vel medicamento purgante; plethora, & cacochymia ſecundum partem ſaltem eſt auferenda. Difficilius enim eſt cum vaſa venæ, & arteriæ ſuccis admodum repletæ ſint, retro pellere ſuccos fluentes, quinto ſi pars ad quam fluit admodum imbecillis eſt, calor exiguus, illius a repellentium frigiditate penitus deſtruetur: ſexto ſi dolor eſt vehemens potius anodinis, & paregoricis leniendus, quam repellentibus exaſperandus, vti docet ſecundo ad Glauc. ſecundo. poſtremo ſi ad partem prope principem, vt eryſipelas in facie, in collo humor, tunc non eſt retro cogendus. demum obſeruãdum eſt, an fluxio excitetur, vel a parte mittente, dum ipſa valida eſt, & expultrix, vel a parte recipiente, quæ vel calore, vel dolore, vel vi vacui humores attrahit, ut in contuſionibus, vulneribus: ſi calor vel dolor vrgeat, & alliciat, leniendus eſt dolor, calor attemperandus primo eſt; demum etiam per reuellentia ſucci ſunt auocandi. ſi pars aliunde tranſmittat, & quia valida, & quia gignat ſuccum noxium, ſtatim ad partem mittentem remedia apponenda ſunt alterantia intemperiem, reuellentia humorem mandantem, & vaſa per quæ fluit ſunt aſtringenda, & roboranda: nam tutius tunc poſſumus curam adhibere parti affectæ tumore. accidentia varia dolor, & alia, quæ ſolent tumorem concomitari, erunt pariter corrigenda, & hæc de indicationibus tumoris in genere.

Ab efficiẽte.

Not. de eryſipela in facie.

De Cura Tumoris in genere.
Cap. III.

SAtisfacere indicationibus ſupra enarratis poterunt, tum materiæ Chirurgicæ, tum Pharmaceuticæ, tum Diçteticæ. quæ quidem aliæ ſunt vniuerſales, & vniuerſalem prouidentiam totius corporis reſpiciunt, tum reuellendo humores fluentes, tum euacuando ipſos; tum alterando, & ſuccos præter naturam, & membra ipſos gignentia, quibus peractis: aliæ ſunt, quę partem affectam reſpiciunt, humorem iam fluxum & euacuando & alterando, & auctam magnitudinem minuendo & partis affectæ temperiem conſeruando: inter Chirurgica præſidia uniuerſalia adeſt primo uenæ ſectio, quæ moliẽda erit in tumoris curatione generica, ſi magnus erit in ſanguine affectus, & uires ægrotãtis aderint, ętasque non prohibeat videlicet ſi ſanguis, vel in maxima copia fuerit, vel in maximo motu ad locum affectum impetum haberet, vel aliqua alia qualitate calida; vel putrida afficiatur: quantitas vero pro vt maxime lędet, erit menſuranda, & locus oppoſitus gratia reuulſionis eligatur, ſi tumor in crure aderit dextro, a dextro brachio ſanguis detrahendus erit, non autem in ſiniſtro, licet diſtãtia & oppoſitio maior exiſteret: quoniam reuulſio non ſecundum omnes diametros ſed unum tantum celebratur, & hæc ſectio uenę inter initia ſtatim adminiſtranda dum humor fluit reuulſionis gratia; euacuationis vero licet non fluat, dummodo in corpore excellat ſanguinis aliqua vitioſa affectio, non eſt omittenda: præterea & hæmorroides aliquando ſunt reſerandę, præſertim ſi retentæ forent, & malleolorum ſcarificatio in menſtruis diminutis: cũcurbitulæ ſcarificatæ, hyrudines & huiuſmodi alia chirurgica præſidia ſunt in medium collocanda, eorumque recta ratio in quantitate, qualitate, tempore & loco: cauterium etiam adminiſtratur ſed potius præſeruationis gratia, quam reuulſionis; tum ligaturæ, & frictiones: inter topica vero, & localia, quę partem affectam reſpiciunt, & tumorem, alia ſunt adminiſtranda in principio tumoris: alia in augumento: alia in ſtatu, & alia in declinatione. verum hoc loco not. eſt aliud eſſe tempus tumoris fientis, aliud tumoris iam facti: nam dum fit tumor, & generatur illud dicitur principium, dum adhuc augetur augumentũ, dum vero maxime auctus eſt, & ſummum vigorem aquiſiuit, ſtatus; dum declinat declinatio. pariter in curatione iam facti alia remedia in principio, alia in augumento: alia in ſtatu, & alia in declinatione vſurpantur. Chirurgica pręſidia & topica pręſertim in ſtatu & declinatione cele„ brantur nempe dum materia concocta eſt, tunc ferro ſe„ camus partem tumidam, vt pus confectum egrediatur; aliquando etiam inurimus partem ferro candente, ne ſana pars corrumpatur vti in gãgręna, ſphacelo, de quibus ſpeciatim in proprijs capitibus; aliquando etiam per ſetaceum & foramẽ educitur materia collecta, vt in hernijs, & in purulentis apoſtematibus thoracis, vel natis, & carnoſis tumoribus; cannula etiam, vel ferrea, vel argentea, vel ærea, vel lignea; vel tela cerea imponitur pro expurgandis tumoribus; inuritur etiam vt ſupra dictum eſt cauterium & præſertim in ſcyrris curandis, imponiturque pillula ex hędera, vel granis ebuli, vel radice elebori, vel rad. cucumeris aſinini, vel gentianæ, ariſtolochię, ciclaminis, & huiuſmodi: etiam veſicantia adminiſtrantur loco affecto, & cucurbitę ſcarificatę, & non ſcarificatę, vt alliciantur ſucci, augeatur calor.

Vena ſectio.

Hæmorroidũ apertũ

Cauteriũ.

Topica.

Pharmaceutica pariter, & vniuerſalia, & topica erunt celebranda: inter vniuerſalia, & alterantia, & euacuantia experiuntur: lenienda aluus erit vel vomitu, vel Clyſtere vel medicamento leniente pro ratione ſucci peccãtis, & conſiſtentia: deinde concoquendi erunt ſucci decoctis vel ſyrupis, & tandem erunt coctione elaborati euacuandi, pro vt in vniuerſo abundauerint, aut pituitoſi,

Pharmaceutica vniuerſalis.

aut

aut biliosi, aut melancholici, aut aquosi, aut mixti educentur vel agarico, polipodio tum pilulis, tum bolis, tũ potionibus, vt supra alias dictum fuit, & in proprijs capitibus tractabitur. *Topica.* Topica erunt primo repellentia humorem fluentem ad locum affectum, dummodo nil prohibeat horum vsus: postea coercito impetu humorum partim repellentia, & digerentia misceantur in augumento, in statu vero digerentia tantum, & dissoluentia; in fine & declinatione magis resoluentia, & corroborantia: nam crassiores partes remanere solent, quæ discutientibus validis egent: non enim Empirice cura instituenda erit; sed pro ratione temporis tumoris habita sẽper prouidentia temperiei, & naturæ partis tumefactæ; nam alia medicamenta iecoris tumor expostulat: alia lienis, ventriculi, cruris, cerebri & similia.

Victus ratio triplex. Diætetica præsidia similiter & vniuersalẽ prouidentiã vniuersi corporis iuuant vel particularem, & partem affectam: demum alia sunt alimentalia tantum, quæ à viribus sumuntur expostulantibus per similia conseruationem, & tutelam: alia medicinalia, quæ a reb. præter naturam hauriuntur, & corrigunt errores præter naturam vel succorum, vel spirituum, vel partium solidarũ, uel tertio sunt mixta: partim enim nutriunt humanum corpus, & partim alterant excessus, & qualitates uitiosas uel humorum, uel spirituum, uel solidarum partium:
" in tumoris generica curatione sane nisi uires prohibe
" ant, mixta uictus ratio instituetur, & potius tenuis: nam morbus materialis est, & in repletione consistit, quæ eget euacuatione, & inanitione: quo ad qualitatem uaria erit, prout uaria tumoris natura. in biliosis tumoribus refrigerans, & humectans, & modice incrassans. in pituitosis calefaciens exiccans, & attenuans incidens: in melancolicis calfaciens, attenuans. In aquosis calfaciens, & dissoluens. In flatulentis discutiens. In mixtis mixta erit instituenda: nam qualitates primas, & secundas non solum humoris antecedentis in uniuerso corpore sed iam contenti in tumore corrigere debet, nec non membrorum intemperies hos succos gignentes: *Quando.* quando cibandi erunt ægri præsertim ieiuno uentriculo, & absque cruditatibus, & in hora minoris aflictionis: *Quantũ.* quantum vero an parum, vel multum nutrire, & si tenuis victus sit instituendus, indulgendum tamen ętati consuetudini, & tempori anni, regioni, nec non accidentibus superuenientibus, qui assuetus est bis in die comedere, bis ei cibus exhibendus erit, in minori tamen copia, & præsertim cum minus, quam antea se exerceat æger; sed quoniam genericus sermo atque generica præsidia non admodum curationi prosunt, magis speciatim, & maiori cum ægrotantium emolumento hæc omnia erunt expendenda in tractatibus particularibus de speciebus tumorum: & hæc de tumoribus in genere.

De Inflammatione, seu phlegmone. Cap. IV.

Nominis acceptiones. NOmen inflammationis, seu phlegmonis, seu phlogosis tripliciter vsurpatur à medicis, modo accipitur pro simplici calida intemperie absque materia, & tumore; sed proprie non est tumor appellandus: secundo accipitur pro quolibet tumore calido herpete, ērysipelate, inflammatione: tertio accipitur pro tumore calido à sanguine, & hæc proprie appellatur inflammatio seu phlegmon, & alia appellatur legitima & alia illegitima, seu spuria: de hac vltima spetie pro vt contra distinguitur a ceteris tumoribus, sermo est habẽdus: de qua Galenus passim locutus fuit 13. methodi c. primo & 12. methodi primo secundo, ad Glauc. primo secundo libro de inęquali intemperie c. tertio libro de tumoribus præter naturam secundo: secundo de differentijs febrium 9. Auic. tertia quarti tract. primo c. secundo, quarto de ratione victus 21. & 22. de missione sanguinis c. quinto, primo aphor. primo, sexto aphor. 49. 7. aphor. 48. in primo prognost. 42. libro de Sectis c. nono, & alijs in locis, in quibus tum de natura inflammationis, tum de signis, causis, & curatione plura docet Galenus, quapropter eius natura breuiter est explicanda tribus causis circum scripta forma, loco affecto, & causa efficiente, quæ tres causę optime cognitæ exactam naturam inflammationis explanant, & inde indicationes, & curationem prænunciant; *Definitio.* est igitur inflammatio magnitudo aucta partis viuentis humani corporis à sanguine admodum replente præter naturam mutato, est quidem aucta magnitudo & tumor, & per consequens morbus, in conformatione si lædit actionem partis, aut saltẽ symptoma, & annexam habet etiam intemperiẽ calidã ob causam efficientẽ nempe sanguinem: quæ intemperies semper calida est, modo vero humida, dum sanguis quantitate tantum excedit, modo calida, & sicca, dum putrescit, & calidior euadit, dum dolor etiam fit, annectitur solutio vnitatis; verum, vt tumor est principalis affectio in aucta magnitudine viget, sequitur ex accidẽti p̃ter naturam tumoris intemperies, & solutio vnitatis, dũ *Forma.* dolor infestat: forma itaque inflammationis in magnitudine aucta consistit symptomatica, vel morbosa: *Locus affectus.* locus affectus seu materia in qua, est pars viuens humani corporis, & præcipue est caro, quæ crescit, & augetur, calidior efficitur; sed impartitur etiam hæc inflammatio, & cuti externæ, & venis, arterijs, neruis, musculis tendonibus, ossibus, & alijs partibus, idest inflammatur etiam cerebrum, licet aliter fortasse sentiant Arabes, ventriculus etiam, hæpar, intestina, lien, renes, vesica, vterus, & alia membra; sed potissimum ad Chirurgum pertinet inflammatio externarum partium, quæ oculis cernitur, & tactu percipitur, quæ & cutim externam, carnem, & subiectas partes occupat. *Efficiens.* Efficiens causa inflammationis contentiua, & immediata est sanguis admodum replens, per quem distinguitur a cæteris tumoribus, & dum admodum replet inania spatia, poros, & cauitates, auget partem & in molem attollit; sed præter naturam *Mutatur quadrupliciter sanguis præter naturam.* mutatur quatuor modis secundum substantiam, quantitatem, qualitatem, & locum, vnde præter magnitudinẽ, auctam adsunt alia vitia in sanguine secundum substãtia, aliquando mutatur dum putridus fit, & deperdit propriam formam: nam dum in loco colligitur calido, & humido, facile putrescit obstructis meatibus; ex quo *1. Secundum substantiã.* putrescente oritur febris, quæ accidentalis dicitur, & a parte inflammata dolor fit, dum nimis distendit continuum, & dum calore putredinali symmetram qualitatem remouet a partibus sentientibus, augetur etiam pars dum putrescit: quia ebullit, sicuti ferculum in Lebete igni posito; *2. secundum quantitatem.* secundum quantitatẽ vero mutatur dũ in maiori copia in parte aliqua colligitur quam decet, vel transmissus à robustiori, & validiori particula ad debiliorem vel attractus ad ipsam, calore, dolore ob inflictum vulnus. vlcus fracturã, contusionem, vel vi vacui; *3. Secundum qualitates.* his de causis attrahitur sanguis ad partem aliquam: secundum qualitatem mutatur dum calidior fit sanguis dum tenuior, aut dum crassior. vnde septimo aphor. 48.
" inquit Gal. inflammatio alicuius partis alia est ob ob-
" structionem sanguinis crassioris citra tamen multitudi-
" nem quam soluere potest vini potio, & meracioris, alia
4. Secundum locum seu motum. ob multitudinẽ sanguinis, hanc iuuat venæ sectio, quarto mutatur præter naturam sanguis dum fluit aliquo impetu vel quia, validior, & tenuior, vel quia copiosior, vel demũ attractus vel transmissus vt supra dictũ est: his quatuor modis præter naturã mutatur sanguis substãtia quantitate, qualitate & motu; semper tamen in parte inflammatione affecta sicuti sanguis admodum replens est, & copia abundat: quia in ea parte in minori copia excellit quam debet, ita in vniuerso corpore peccare potest, aut motu tantum, aut qualitate, aut quantitate, aut substantia, aut his omnibus simul. sed non est ignorandum, vt dictum fuit supra, & in maiori quantitate *Causa mutationis sanguinis.* abundare in parte dolente, & qualitate calidiori infestare, & sœpe putredine; sanguis vero in hæc quatuor vitia mutatur tum à causis internis, nempe intemperie calidiori

diori

diori iecoris, vel causis externis nempe sex rebus non naturalibus, aere, nimio potu, & cibo, inanitione, repletione, somno vigilia, motu & quiete, & Venere, quæ quidem diligentissime erunt exploranda: nam frequentissima solet oriri inflammatio, & alios morbos concomitari, vulnera, vlcera, fracturas luxationes dolores, & similia, vt hac de causa sit optime, & diligentur expendenda.

De Differentijs, & signis Inflammationis, & Præsagio.
Cap. V.

A forma.

DIfferentiæ, & species inflammationis desumuntur a triplici genere causarum, forma subiecto seu materia in qua, & efficiente, quæ causæ intrinsece essentiam inflammationis constituunt. A forma alia erit inflammatio magna, alia parua, alia in superficie & alia profunda, & alia secundum formam acutam, & alia latam: alia secundum orbicularem, æqualem, & inæqualem: deinde alia erit legittima, & propria; alia spuria, & notha. A subiecto vario nomine appellatur à diuersitate partis inflammatio gulæ, & tracheæ arteriæ dicitur angina, membranæ subcingentis costas pleuritis, pulmonis peripneumonia, oculorum ophthalmia, membranarum cerebri mania, phrenitis cum febre, & lethargus a materia pituitosa putrescente in parte posteriori. si inflammentur glandulæ circa inguina, bubones appellantur, & sic de alijs partibus internis, & externis: nam inflammatio nomen disummit à parte inflammata. a causa efficiente, contentiua, qui sanguis est modo tantũ alteratus; modo putrescens; modo crassus, modo tenuis, modo simplex, modo permixtus cum alijs humoribus vel bile, vel pituita, vel melancolia: si simplex est propria inflammatio, & phlegmon legitimus dicitur: si permixtus, spurius appellatur vt si adsit cum sanguine pituita, quod sæpe cõtingit, dicitur phlegmon œdematosus: si cũ bile erysipelaceus, si cum melancolia cancerosus, & melancolicus: semper tamen quia dominatur sanguis nominatio desumitur à sanguine, e contra, si pituita vel bilis, vel melancolia vinceret diceretur œdema phlegmosum, erysipelas sanguineum, cancer phlegmonosus; sed de his in proprijs capitibus: plures sunt aliæ species & differentiæ, sed accidentales quæ ab accidentibus, & simptomatibus annexis denominantur vt si, adsit dolor, vel febris, vigiliæ, conuulsio, fractura, vlcus, vulnus, appellabitur inflammatio cum dolore, cum febre, conuulsione, vulnere; vlcere.

A subiecto.

Ab efficiente.

Signa etiam, quæ manifestãt inflammationẽ pariter a tribus illis causis oriuntur: nam alia manifestant formã. alia substantiam, seu partem affectam: alia causam efficientem: forma & locus affectus tactu, & visu cognoscitur: causa vero efficiens etiam deprehenditur tum tactu calore, rubore, in genere vero dignoscitur inflammatio sex signis vt docet Galenus 14. meth. c. secundo, libro tertio de fracturis com. 8. Calore rubedine, dolore, tensione, renitentia, & pulsu. calor à sanguine calido constipato, & putresente fit, nec non rubedo. Dolor vero a calida intemperie, & solutione continuitatis facta a sanguine replente, & etiam calido: tensio à copia sanguinis, pariter renitentia a materia: pulsatio vero non semper adest, sed vel cum pus fit, vel cum arteriæ inflammantur speciatim vero à loco affecto particularia signa apparent: nam si partes membranosæ, vt tunicæ cerebri, ventriculi, spinalis medullæ, costarum inflammentur, adest dolor pungitiuus ratione neruosæ partis tensiuus atque pulsus serrinus ratione duritiei partis, & inæqualitatis, si caro, & musculi inflammantur potius adest pulsatio, & mollis pulsus: mollis dicitur in respectu neruosarum partiũ: tandem si causa efficiens simplex est, solus sanguis purus, adsunt enatrata signa: si vero impurus, & permixtus fuerit, miscella signorum apparebit, vt dum sanguini ad mixta, est pituita rubor est cum aliqua albedine, foueam admittit, & minus facile suppuratur: ad sunt etiam signa in corpore pituita redundantis nec non ætas senilis: vita otiosa, tempus hyemale, & vsus ciborũ, qui crassum sanguinem, & frigidum procreant; si cum sanguine bilis erit, rubedo apparebit cum citrinitate, calor magis acris, & infestans, & tumor non ita renitens, si cum melancolia color fuscus aderit, & subniger, tumor magis durus, & in corpore apparebunt signa aut bilis, aut melancoliæ.

Signa formæ.
Signa efficientis.
6. Signa inflammationis.

Signa pituita admista.

Bilis.

Melancolia.

Signa temporum inflammationis non sunt omittenda: nam alia sunt, dum incipit inflammatio: alia dum augetur: alia dum viget, & alia dum declinat, sicuti docet Gal. libro de totius morbi temporibus c. tertio: principium dignoscitur dum adhuc fluit, & repletur pars sanguine: Augumentum cum fluxus cessauerit, augetur tamen in tumorem pars ob sanguinem ibi collectum, & putrescentem, & dolor, & calor, & rubor, febris, & magnitudo partis increscit: status, & vigor, dum hæc omnia vehementissima sunt, & tunc incipit, aut in pus verti: aut resolui. dum vero aut pus euacuatur, vel sanguis digeritur, & tumor, rubor, calor febris minuuntur manifesta declinatio est, sciendum tamen quodlibet tempus adhuc in tres partes diuidi in principium medium, & finem: nam adest principium principij, medium principij, & finis principij, & sic de alijs temporibus nempe augumento, statu & declinatione: imo si velimus digentius perscrutari alia quatuor tempora dum fluit humor possunt inueniri scilicet dum incipit fluere, dum augetur ipse fluxus, dum maxime fluit, & viget, & tandem dum declinat ipse fluxus, quo cessante recte dicere valemus ipsum tumorem esse iam factum, & de ipso facto enumerantur illa quatuor tempora, at dum humor sanguineus fluit, tumor semper in fieri, seu fiens erit appellandus: quas distinctiones diligenter expendere debet qui rationabiliter curationem instituere exoptat: sin vero potius empirice modetur: alia enĩ medicamẽta, & indicationes præsto erunt, dum incipit fluere; alia dum augetur fluxus, alia dum ipse viget, & alia dum cessat.

Signa principij.
Augumenti.

Status.

Declinationis.

Not.

Præsagium etiam petitur à tribus illis causis salubribus tamen, & periculum maxime pendet à loco affecto si cerebrum, cor, hepar gula, & aspera arteria inflammentur si intestinum gracile, & ilion, maximum impendet periculum, si pleura, & pulmo: at si partes externe, potius sanitas speranda est, & quo magis ignobilior erit, & remota à principalibus partibus, facilus etiam ratione ipsius sanguinis curatur dum simplex est, & minus infestat, & citius sanatur quam, si cum bile, vel pituita, vel melancolia annexa fuerit: periculosissima inflammatio erit maligna, vel pestilens, vt sunt bubones, antraces, & cancerosæ phlegmones; adhuc si temperies partis destruitur, & in gangrenam, & sphacelum migret: tẽpora anni, ætas ægrotantis, temperies, & victus facilem, vel difficilem, lethalem, vel salubrem curationem præsefe runt. In Iuuene enim æstiuo tempore in parte calida, & rara, in corpore non pletorico citius inflammatio curatur, è contra si opposita.

Prognostica à subiecto.

De Indicationibus, & Curatione.. Cap. VI.

INdicationes, quæ sunt media ad inuenienda remedia, pariter tres sunt: aliæ curatiuæ a morbo scilicet magnitudine aucta inflammationis, quæ indicat sui ablationẽ, licet ex vsu artis vtilis non sit: sed potius causa, quæ facit magnitudinem auctam vtilem indicationem demostrat, & intemperies calida refrigerantia, & alterantia per contrarium: secunda vero indicatio est preseruatiua, & maxime expenditur à Chirurgo tamquam vtilissima pro curandis tumoribus, & inflammatione, & hæc duplex est: alia respicit sanguinem fluentem aliunde reuellendum, & dicitur indicatio

Indicationes curatiuæ.

Preseruatiuæ.

reuul-

reuulsiua: nam si accidit inflammatio cruris dextri, secanda erit vena brachij dextri inter initia dum fluit in contrariam partem: sunt etiam viç intercipiendæ, atque motus ipse sanguinis pro vt fluit inhibendus incrassantibus, prout calidus refrigerandus, pro vt copiosus minuendus, refrigeratur syrupis & decoctis & victu refrigerante, atque inedia: minuitur sectione venæ inedia atque appositione hyrudinum, cucurbitularum scarificatarum, sectione malleolorum, sudorificis, & alijs similibus remedijs: oritur alia indicatio etiam reprimendi humorem fluentem, dum respicit locum affectum, at si respicimus sanguinem iam fluxum in parte & tanquam causam coniunctam phlegmonis, oritur indicatio præseruatiua sed diuersa ab alia: nã iam fluxum sanguinem oritur indicatio deriuandi & dissipandi calidum refrigerandi, crassum attenuãdi, aut si nequeat per insensibilem dissolutionem inaniri, oritur indicatio conuertendi in pus, & maturandi; laudatur tamen magis a Galeno curatio per dissoluentia quam in pus vertentia, non tamen semper dissoluere possumus tumorem phlegmonosum; sed aliquando a natura ibi cõtentus, & putrescens in pus transmutatur a calore naturali partis: tertia indicatio a natura partis, & vitalis appellatur, quę semper sui conseruationem similibus exoptat; si pars temperie calida, & humida sit calidis, & humidis conseruanda, substantia mollis & laxa leuioribus medicamentis tractanda; crassa, & dura validioribus. *Vitalis.*

Indicationes secūdū quatuor tempora. Verum quia vt dictum est inflammatio distinguitur penes quatuor tempora, principium, augumentum, statum, & declinationem; propter hæc tempora tres illæ indicationes aliquam varietatem consequuntur, vt in principio oporteat statim reuellere sanguinem fluentem, repellere prope fluxum: his peractis cum accedat augumentum augescatque inflammatio: oportet partim repellere, partim deriuare, atque refrigerare humorem iã fluxum. In statu vero resoluentia magis conueniunt, nec non calorem mitigantia. In declinatione adhuc magis emollientia, & resoluentia: quia crassiores partes relictę fuere: cum vero omnis materia resoluta fuerit, in fine declinationis partem ipsam roborare oportet ne facile recipiat, vel trahat sanguinem, sed aquirat maius robur: si vero natura potius sanguinem in pus conuertere studeat, oportet potius pus mouentibus vti, quæ sunt calida, & humida pinguia & poros cutis incrassantia, his calor natiuus augetur; & validior euadit, vt valeat sanguinem in partem inflammatam concoquere, & dealbare, atque in pus transmutare: non enim medicamenta hoc faciunt, Sed temperies partis & calor natiuus ipsius; medicamenta vero solum hunc calorem fouent, & augent. his satisfacere indicationibus possumus tribus illis remedijs Chirurgicis, nempe Pharmaceuticis, & Diętеticis, quæ tria remedia variantur pro temporis inflammationis varietate.

In principio inflammationis possumus hæc tria administrare: & primo quo ad Chirurgiam sectio venæ molienda est, præsertim cum nullus sit affectus, qui magis sectionem venæ desideret, quam phlegmon: nam sanguis copiosus, & fluens indicat & sui reuulsionem, & sui euacuationem, & calidus etiam per accidens refrigeratur venæ sectione per quam dissipatur spiritus, & calor, dummodo vires permittant & valeant sectionem venæ quod est potens remedium, sustinere, tutius secatur in iuuene robusto sanguine abundante, & verno tempore: quantitas sanguinis educenda a quantitate læsionis, & ipsius sanguinis lœdentis desumitur, modo quoque ad lib. j. ad 2. & ad 3. sanguis detrahitur: sin vero patiens non sit ita robustus; inflammatio vero mediocris, sat erunt vncię octo; si ætas, vel vires prohibeant, vel leuissima sit inflammatio aut est omittenda, aut eius loco cucurbitulæ scarificatæ sunt vsurpandæ, aut hyrudines hæmorroidibus, etiam saphena secanda erit, si menstruæ purgationes fuerint retentæ, aut hæmorroides, loco sectionis venæ indicantur gratia reuulsionis a parte a qua fluit sanguis, vt in contrarium ducatur, sursum deorsum a dextra, ad sinistram, ante, retro: semper tamen per rectitudinem vasorum. modus, vt foramen fiat in æstate sanguine tenuiore existentem exiguum, in hieme crasso existente sanguine magnum foramen, tum vires validæ erunt: reuellitur etiam frictionibus ligaturis cucurbitulis, balneo aquæ dulcis: semper tamen reuulsio ad contraria loca exercenda est. præter Chirurgica præsidia Pharmaceutica etiam sunt administranda in principio tum lenientia; tum etiam alterantia: leniatur aluus his medicamentis, quę non solum liquidam aluum reddãt; sed quoquo modo sanguinem coerceant atque refrigerent vt flore cassiæ, pulpa tamarindorum, diapruni simp. diasebesten lenitiuo syrupo viol. sol. syrupo ros. solutiuo cum sero caprino ad lib. iiij. vel v. & similibus; alterantia etiam & sanguinem fluentem retardent, refrigerent & contemperent, vt sunt decocta ex cicoreo, boragine, buglossa, acetosa, endiuia cum syrupo de acido citri, aut de granatis, aut iuiubino, aut ros. simp. quę quoquo pacto astringunt: aliquando in maxima inflammatione & calore iecoris succi depurati adduntur, vt succus acetosæ, lactucæ, fumariæ, cicorei: at si venæ sint angustæ, ne oriatur aliqua obstructio desistendum est ab astringentibus a syrupo nempe myrthino granatorum rob. de ribibus, a decocto hypocistidis malicorij, sed contenti erimus decocto plantaginis rubi pilosellæ, ros. & similium: vsurpatur etiam serum caprinum depuratum quod maxime refrigerat, & attemperat: at si inflammatio ingens erit temperaturaque biliosa, & ætas vigeat, syrupi ex saccharo, & dulcia omnia omittenda sunt, & tantum decocta iuscula, & succi sunt administrandi, vt R. decocti hordei, cicorei, acetosæ politrichi, pillosellæ vnc. vi. In impuris, & illegitimis inflammationibus si cum sanguine fuerit, pituita, vel melancolia, vel bilis addenda sunt ea, quæ valent alterare hos succos, & humores, de quibus in proprijs capitibus. *Vena sectio.* *Quantū.* *Quomodo.* *Pharmaceutica.* *Lenientia.* *Syrupi.* *Not. de adstringentibus.* *Not. de dulcibus.*

Intercip. & defensiua. Inter alterantia intercipientia, & defensiua sunt numeranda de quibus sæpe sæpius dictum est in tract. de vulneribus, similiter de repellentibus vt in præsentia de his nihil sit dicendum: nam posca, acetum rosaceum, aqua plantaginis decoctum ros. rubi hypocistidis solent & intercipere, & repellere, terra lemnia, terra sigillata cum albumine oui, & aceto vias astringit;

Diæta. Diæta etiam erit instituenda penes qualitatem refrigerantem penes quantitatem exiguam, vel mediocrem, vt tenuis & refrigerans sit victus. nempe panatella cum seminibus melonum, aut panis in iure pulli, aut vituli in iure cocto, ptissana hordeacea, ferculum ex acetosa, boragine, lactuca addito vino granatorum, mala cidonia non improbantur: *Potus.* potus erit aqua cocta simplex, aut aqua hordeacea cum syrupo myrthino, aut granatorum, vel iulepo ros. si vires robustæ erunt, aut patiens assuetus vti copioso cibo, aut rusticus sit; oportet etiam, & oua, & pedes, capita vitulorum, & castratorum exhibere: nam hæc incrassant; aqua etiam calybeata non improbatur, Hæc statim inter initia sunt molienda gratia totius, & partis inflammatæ, & si dolor aut maxima inflammatio vrgeat, leniendus est dolor, & præsertim his, quæ & refrigerant, & repellunt, ne dolore, & calore fiat maior attractio. vti decocto maluarum: violarum, lactucæ; semperuiui, & plantaginis, & hæc de prima parte circa principium inflammationis.

De Cura Augumenti. Cap. VII.

Dum augetur inflammatio, duo infestant & humor, qui adhuc partim fluit, & humor, qui iam partim fluxus est, qui ibi firmatus putredinem quãdam acquirit, & halitum & vaporem gignit. vnde & pars magis augetur, & calor magis infestat, & febris: qua propter etiam duæ indicationes sunt æstimandæ: vna est repellendi humorem in fluxu positum: altera est *Indicationes 2.*

ra est putrescentem humorem, & halitum digerendi, & discutiendi; sed oritur difficultas inter loca Galeni pugnantia: nam libro primo medicamentorum per genera, cap.4. & libro sexto medicamentorum localium, cap. primo, libro tertio medicamentorum c.17. statuit in augumento inflammationis esse repellentia, & discutientia administranda: alibi vero tantum discutientia, & digerentia: his respondendum Galenum concoctoria, & digerentia statuisse adhibenda gratia pratis affectæ. at dum & partem affectam, & humorem fluentem expendit, duas indicationes in medium affert. deinde in augumento inflammationis, quæ per suppurationem terminatur, concoctoria tantum esse vsurpanda: deinde tertio respondendum digerentia loco affecto tantum esse ponenda; repellentia vero potius circum circa, vt inhibeāt humorem, ne ad partem inflammatam ruat: præterea si simul mixta digerentia, & repellentia parti affectæ apponantur, id faciendum est, dum augumētum est in principio: diuiditur quodlibet tempus in tres partes in principium, medium, & finem, vt dicatur principium augumenti, medium augumenti, & finis augumenti, sed & repellere, & digerere possumus non solum medicamentis externis; sed internis: quare etiam illa tria remedia Chirurgica, Pharmaceutica, & Diætetica sunt in augumento pręstanda, & uarianda: a principio qua propter circa chirurgica præsidia si fortasse aliqua de causa inter initia omissa fuerit sectio venæ; aut alia sanguinis euacuatio enarrata, erit tentanda in hoc tempore, pariter frictiones, ligaturæ, & alia, quæ fluentem humorem reuellunt: inter Pharmaceutica aluus semper lubrica sit præsertim iis, quæ emolliunt & humectant. intus vero alterentur succi refrigerantibus, & incrassantibus; & impetum humoris coercentibus; sed validiora exhibeantur an mitiora quam in principio est dubitandum: quia cum maior, & impetuosior sit inter initia fluxus humoris, quam in augumento sane necessarium videtur inter initia fortiora, & validiora esse administranda, non tamen desistere debet Chirurgicus a decoctis refrigerantibus, & cicoraceis, vel a sero caprino. Diæta etiam similis sit refrigerans & humectans, vt supra, sed potissimum circa externa debet Chirurgus versari, quæ sunt repellentia, & digerentia; sed repellentia mitiora sunt administranda in augumento, vt sat sit lactuca, plantago, rosa, posca decoctum solani, rubi, corticum cotoneorum, quæ repellentia circa partem affectam, & supra partem affectam permixta digerentibus sunt administranda Digerentia vero quę diaphoretica, & discutientia appellantur triplicia sunt, vti docet Galenus lib. nono simp. medicamentorum c. de paronichia: & libro 13. methodi medendi cap. decimosexto. Alia validissima. Alia mediocria, & alia mitia. Mitiora sunt camomellum, anethum, malua, althęa, vel liliorum alborum oleum, ammoniacum, galbanum, fermentum, lolium, eruum, ciceres, fęnum græcum, farina milii lupinorum, & similia. Mediocria sunt thymus, origanum, pulegium, calamintha, hyssopus, radix aristolochiæ betonica, ros mar. saluia. Valentiora spuma nitri, nitrum ipsum, sulphur, vinum, calx semel extincta, galanga: ex his componūtur varia medicamenta, vel digerentia, vel repellentia tantum, vel simul digerētia, & repellentia verbi gratia componitur discutiens, vel in formam emplastri, vt emplastrum dialtheæ, meliloti, vel R. florum camomelli, anethi seminum anisorum, fęniculi, an. drac. iii. radicis altheæ, liliorum alborum an. vnc. i. lupinorum, fœnu greci farinæ an. vnc. iii. decocti altheæ lib. ii. m. & bulliant omnia ad formam emplastri, vel R. pulegii calamynthę, hyssopi, origani an. m. i. aquę com. lib. vi. bulliant omnia, deinde pistentur, & calida ponantur. vel spongia hoc decocto imbuta loco affecto applicetur: possumus lactucam solum, endiuiā, & similia addere si velimus repellentia permiscere, vel flor. violarum: Auic. componit hoc digerens. R. foliorum oliuæ. m. i. absynthii, ros. an. m. ss. hordei farinæ vnc. ii. olei camomellini vnc. iii. aquæ q. s. coquantur, & tundantur hæc omnia. Aliud etiam quod est repellens & digerens. R. defruti vnc. iij. aquæ ros. aceti an. vnc. j ss. croci drac. ii. lento igne ferueant. deinde colentur, & lintea imbuta imponantur, & aliud R. myrtillorum, lactucæ, solani an. m. i. pulegij calaminthæ, hyssopi an. m. ss. aquæ q. s. coquantur, & contundantur hæc omnia: deinde adde farinæ fœnugræci vnc. iii. pulueris betonicæ, camomelli an. vnc. i. ol. anethini, Camomellini an. vnc. iii. decocti herbarum prædictarum q. s. m. & f. cataplasma, & hæc de cura augumenti.

Contradictio in Galen. tollitur. — *Chirurgia* — *Lenientia* — *Alterantia.* — *Dubitatio* — *Diæta.* — *Repellentia.* — *Digerētia* — *Digerens Auicenæ.* — *Repellens & digerēs*

De Cura Phlegmonis in statu. Cap. VIII.

DVm viget inflammatio, & in summo statu existit, viget etiam calor, tumor, & dolor, omninoque humor ab impetu, & fluxu cessauit; sed ipse iam fluxus putrescit & accenditur partim extra venas transmissus: (nam etiam venæ in parte inflammata tumida, & plena sanguine superabundanti in molem auctæ sunt:) idcirco plures in hoc tempore hauriuntur indicationes refrigerandi calorem præter naturam, humorem iam fluxum copiosum digerendi, & euancuandi præsertim, qui extra venas existit, qui vero adhuc in venis commoratur potest repellentibus repercuti; sed dubitatur an liceat repellentia administrare in statu, ne maior noxa oriatur quam emolumentum, quia humor extra vasa, qui eget digestione, & euacuatione recrudescit & præter naturam ad intus cohibetur & humor in osculis & orificiis venarum difficile poterit repelli: nō nulli tamen miscent repellentia & digerentia in principio status, In augumento vero, & fine digerentia tantum sunt vsurpanda, vt docet Gal. 13. methodi c. 16. & tertio simp. medicamentorum c. decimo, & 17. de quibus digerentibus, & repellentibus plura antea dicta fuere. Hoc vnum tamen animaduertendum vt leuiora repellentia administrentur hoc tempore: sat erunt folia vitis, salicis, plantaginis, rosarum, rubi, lactucæ, acetosæ, endiuiæ, flores violarum. Digerentia vero erunt radices altheæ, liliorum alborum camomelum, anethum semen lini, vmbilicus veneris, origanum calamentha pulegium, succus opij verbi gratia R. florum camomelli m. i. ss. rad. liliorum alborum vnc. iii. lactucæ, acetosæ an. m. ss. coctis in aqua, & contusis adde farinæ fęnugræci, hordei an. vnc. ii. olei anethini, violacei an. vnc. iii. succi apii q. s. m. & f. cataplasma quod erit in principio status administrandum tanquam repellens & digerens; nisi pars nobilis & præcipua, uel aliæ conditiones, vt supra expensum fuit, inhibeat repellentia, ne materia, quæ ad extra profunditur, ad interiora, & nobiliora viscera propellatur. In facie caute sunt repellentia administianda ne humor ad cerebrum recurrat: pariter circa regionem cordis, hepatis & circa emunctoria cordis & hepatis: etenim potius est humor aliunde euocandus, & digerendus his in locis: ad hæc remedium præscribendum erit in medio status simpliciter digerens veluti. R. florum camomelli, meliloti, anethi an. p. i. vmbilici veneris, origani an. m. ss. decoquātur in vino, vel decocto maluæ, & altheæ, tundantur, & cum melle paretur cataplasma: in fine status validiora digerentia sint in vsu: vt R. sulphuris, calcis semel extinctæ decocto altheæ meliloti an. vnc. i. nitri drac. ii. origani, pulegii, roris marini an. m. ss. decoquantur in aqua, & contundantur, quibus adde farinæ lupinorum, fœnugręci an. vnc. ii. olei camomellini, laurini, an. vnc. iii. m. & formetur cataplasma: at si cataplasmata, emplastra negligantur poterunt eorum vice olea tantum vsurpari, veluti in principio R. olei camomelini, liliorum alborum, anethini an. vnc. i. rosacei, violacei an. vnc ss. m. vel in medio status digerens tantum erit R. olei anethini liliorum alborum; rutacei an. vnc. i. m. In fine validius erit R olei rutacei, laurini, anethini an. vnc. i. m semper tamen, & natura partis spectanda, & temperies ægri, necnon ma-

Indicationes in statu. — *Dubitatio de repellētibus in statu.* — *In principio status* — *Not.* — *In medio status.* — *In fine status.* — *Olea vsurpanda in temporib. quatuor inflāmationis.*

teria inflammationis an tenuis, vel craſſa ſit, non ſunt omittendæ ſpongiæ, vel petiæ lanæ, vel lana ſuccida, vel goſypium imbutum aliquo decocto ex prædictis herbis: inſperguntur etiam aliquando pulueres confecti ex plantis ſupra enarratis.

Aliæ materiæ.

Du Curatione Phlegmonis in declinatione. Cap. IX.

DVm inflammatio declinat, dolor, calor, & tumor etiam miteſcunt, & ſolummodo vna excitatur indicatio humorem iam impactum reſoluendi præſertim in principio, & medio declinationis, in fine vero non ſolum reſoluendi, ſed alia oritur indicatio à natura partis ſcilicet ipſam roborandi, ne denuo imbecillis humorem fluentem recipiat ſicuti docet Gal. libro ſexto de compoſitione medicamentorum ſecundũ locos c. primo, & libro ſimp. medicamentorum c. 10. probantur itaque mitiora digerentia veluti ſpongia expreſſa in aquis Thermalibus Patauinis, vel aqua ſalita, vel aqua thetutij. In ſtatu declinationis in decocto origani ruthæ pulegij calaminthæ. In declinatione & vltima parte declinationis ſpongia exprimenda erit etiam in aqua calcis ſemel extinctæ decocto camomeli, & anethi: conuenit etiam ceratum ſacrum, aut hoc cataplaſma. R. hyſſopi, origani an. m. i. decoctis in vino potenti, & contuſis adde olei lil. alborum vnc. iiii. pul. pulegij farinæ fænu græci an. vnc. i. m. & f. cataplaſma S. A. vel Rec. abſynthij, ſaluiæ, roris marini, betonicæ an. m. i. decocti pulegij lib. v. vini albi lib. ij. coquantur, & deinde contundantur quibus minutĩ inciſis adde olei rutacei, liliorum alb. an. vnc. ij, farinæ lupinorum vnc. i. m. & f. cataplaſma, & hæc de curatione phlegmonis ſeu inflammationis per repellentia, & digerentia potiſſimum, dum originem ducit à ſanguine, nam ſi à prædominio erit inflammatio vel eryſipelacea, vel œdematoſa, vel melancolica, & ſcirroſa, vel permixta æqualiter, vel inæqualiter horum ſuccorum bilis pituitę & melancoliæ, ſat erit in proprijs capitibus expendere, quæ præſidia, bili, pituitæ, & melancoliæ conuenirent, nam ſi inflammatio originẽ ducat à ſanguine pituitoſo, vel bilioſo, vel melancolico alimentali, vel a ſanguine vna cum recrementis naturalibus, vel præter naturam bilioſis, pituitoſis, aut melancolicis, neceſſarie eſt vt Chirurgus recte, & accurate expendat permixtã eſſentiam inflammationis, & permixta etiam remedia, & præſidia adhibeat: nam neminem latet, phlegmon eryſipelaceũ validiora refrigerantia expoſcere, pituitoſum, œdematoſum calefacientia, & refrigerantia, Melancolicũ attenuantia, & calefacientia, & ſic de alijs: in quibus etiam animaduertere oportet ſemper tempus ipſius inflammationis an principium augumentum, vel ſtatus, vel declinatio ſit, & an tempus ſit principium principij, vel medium, vel finis, cum diuerſa præſidia diuerſum tempus exoptet, vt tuto cito, & cum iocunditate curemus.

Digerentia mitiora.

De Phlegmone per Suppurationem Curanda. Cap. X.

SI vel ratione copioſi humoris defluxi, vel qualitatis, vel loci inflammati præſertim carnei inflammatio non per reſoluentia potuerit ad ſanitatem redigi, concoquentibus, & ſuppurantibus, eſt tentanda, de quo modo egit Gal. de inæquali intemperie c. tertio verum puris eſſentiæ generatio, & differentiæ ſunt perноſcendæ: materia puris potiſſimum ſanguinis eſt extra venas, & ſecundo pituita, & inter dum partes ipſæ corruptæ: efficiens puris eſt calor natiuus partium, eſt temperies naturalis, quæ vincit calorem putreſcentem humoris, & ad naturam puris tanquam ad minus noxium deducit: adeo vt pus nihil aliud ſit, quam humor corruptus, vel putrefactus a calore naturali deuictus, & tranſmutatus extra venas in ſubſtantiam albam, craſſam, & bene olentem: nam dum nimis liquidus eſt, ſanies appellatur, dum niger, vel cæruleus incoctus, & fœtidus, at dum calor vincit ſuccum, illum dealbat boni odoris, craſſitiei, & æqualitatis reddit, vnde optimum pus dicitur, quod eſt æquale album, & lene, & boni odoris; ſi fętet, calor adhuc pręter naturam viget in ipſo humore: pariter ſi non eſt albus liquor: hoc vnum tantum ſciendum, quod in hepate pus ratione ſubſtantiæ hepatis rubræ, pariter in ſubſtantia renum, & lienis ad rubedinem aliquantulum declinat. Differentiæ puris tum à forma, ipſius, tum à materia, tum a cauſa efficiente deſumuntur a forma, pro vt magis, vel minus concoctum eſt pus, album, æquale, & lene, & bene olens. A materia, vel erit ſanguinea, vel pituitoſa, raroquæ melancolica, & ita pus erit modo magis, modo minus album, craſſum, vel tenue; a cauſa efficiente, ſi calor & temperies erit partium ſpermaticarum, pus magis album euadit, quoniam partes ſpermaticæ magis dealbant; ſi partium ſanguinearũ aliquantulum ad rubedinem declinabit.

De pure.

Diffinitio puris.

Differentia puris à forma.

A Materia.

Ab efficiente.

Præterea duo dignoſcere debet Chirurgus an primo inflammatio ſit per digerentia, vel ſuppurantia curanda nec ne, quo ad primum ſi materia admodum copioſa erit, ſi frigida, & craſſa, coniectandum potius ad ſuppurationem deuenire, e contra ſi tenuis calida & pauca. quo ad ſecundum materia iam ſuppurata dignoſcitur calore, dolore, tenſione & pulſione. dum pus ſit dolores & febres fiunt; at ſignum confectum ſaniei eſt mollities partis digito preſſæ, inundatio, & eminentia in parte, & albidior cutis; idcirco primo erunt eligenda ſuppurantia quæ quidem debent eſſe calida, & humida, & temperata ſeu potius ſimilia temperiei partis inflammatæ, ut valeant ſimilitudinem ſubſtantiæ, & qualitatum adiuuare calorem naturalem, & temperiem partis; ideo ſi temperies partis erit frigida, vt cerebri, menbranarum, & tendinum, oleum roſ. videtur accommodatum ſuppurans: ſi pars erit calida, & humida, eligitur adeps, axungia, butirum, oleum camemolinum, anethinum Amygd. dul. & ſimilia Emplaſtica, vt farina tritici, panis coctus, thus fol. maluæ, & ſimilia, quæ calida, & humida; Emplaſticam etiam ſubſtantiam obtinent, & poros infarciens, auget calorem partium intenſiue, & extenſiue, vnde is auctus, valet ſuccum in pus conuertere, & calorem putreſcentem vincere. Efficaciſſimum ſuppurans eſt. Rec. radicum altheæ vnc. iij. fol. maluæ m. i. coctis in aqua & contuſis adde axungæ porcinæ q. s. m. & conficiatur cataplaſma, diaquilon etiam ſimp. cum pinguedine plurimum valet. In ſiccioribus & durioribus corporibus Rec. farinæ fœnu græci, ſeminis lini an. vnc. ii. lactis vaccini lib. i. fiat cataplaſma vel Rec. foliorum maluarum, branchæ vrſinæ an. m. i. rad. altheæ vnc. ii. coctis, & contuſis adde farinæ fœnu græci vnc. iii. olei com. & butiri q. s. m. & fiat cataplaſma S. A. confecto his, vel ſimilibus pure, vel abſceſſus ſponte rumpitur, vel ferro inciditur cum ſigna adſint maturationis, & puris, uel aliquo medicamento ut ruptorio, ueluti flos, & ſemẽ urticæ cum ſale trita, uel cum rad. raphani; item farina lolii decocta in uino, & mixta ſtercori columbino, & modico ſulphuri, butirum cum croco emollit, & cutim attenuat: prætercea radix narciſſi cum farina orobi, & lolij, & modico melle, & præſertim his utendum in Puerulis, & mollioribus corporibus: in durioribus uero, & ruſticis Rec. litargirii in ol. decocti uſque ad colorem nigrum unc. ſs. cantaridum præparatarum gr. iiii. m. vel Rec. elatherii, farinæ horde an. unc. iii. cum ol. & alb. oui q. s m. ol. ſulphuris, & ol. de uitriolo ſunt efficaciſſima: Ruptus abſceſſus medicandus eſt tanquam vulnus: oportet enim digerere, & pus emundare, carnẽ gignere, & cicatricem inducere, ſed de concoquentibus, ſarcoticis, & epuloticis abunde dictum eſt in curatione vulnerum, ulcerum, ut non ſint hoc loco repetenda eadem medicamenta.

Quando fiet ſuppuratio.

Signum materiæ ſuppuratæ.

Suppurantia.

Ruptoria.

De

De Accidentibus, quæ contingere solent & superuenire inflammationi.
Cap. XI.

HAec accidentia potissimum quatuor sunt, quæ inflammationi superueniunt, & eius curationem impediunt febris, durities, gangræna, & dolor: febris enim vt plurimum putrida est, ex accensis humoribus & sanguine putrescente in inflammata parte, vnde eleuantur vapores & exhalationes calidæ ad cor, ipsumque adeo calefaciunt, & intemperatum reddunt, vt denuo illud mediante sanguine & spiritu per venas, & arterias calorem extraneum diffundat, qui similares partes potissimum intemperie calida afficit secundum vniuersum corpus; aliquando vero tantum febris diaria est, aut synoca absque putredine, vt contingit in bubone; oportet igitur febrem adimere propriis indicationibus nempe refrigerantibus, & humectantibus intemperiem calidam & similiter concoquentibus sanguinem calidiorem, & inhibentibus, ne sanguis ad locum affectum ruat, ibique magis inflammationem augeat, & demum euacuantibus humorem antecedentem: hæ indicationes optatum finem consequuntur consuetis præsidiis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæteticis, quæ respiciunt etiam inflammationem: secanda erit igitur vena si indicans adsit, & vires permittant, vt euacuetur sanguis; reuellatur, & febris extinguatur, aut cucurbitulæ aut hirrudines, aut scarificationes crurum sunt admouendæ, & præsertim si febris vehementer insultet: locus sanguinis mittendi sit contrarius, & oppositus secundum rectitudinem tantum vasorum loco inflammato, vt si inflāmatio sit in facie, a brachio sanguis est mittendus: si in pede dextro a cubito dextro; et sic de aliis sitibus. Quo ad pharmaciam aluus subducenda erit, vel cassia cum tamarindis, vel melle ros. vel syrupo ros. solutiuo, vel diap. simpl. lenitiuo, vel sero caprino, vel manna uel clystere refrigerante. uti R. decocti hordei, lactucæ maluarum betæ mercurialis prunorum lib. i. ss. mellis ros. simp. unc. ii. uitelli ouorum num. i. salis p. m. pro clystere, uel R. mellis ros. solutiui syrupi ros. solutiui an. unc. ii. seri caprini q. s. m. & f. p. b. uel cum decocto lactucæ, & hordei q. s. m. uel R. floris cassiæ no ex. drac. x. pulpæ tamar. dr. iii. m. & fiant boli: administrantur postea syrupi, & decocta & diluta confecta ex boragine buglosso, cicoreo, endiuia, sonco, acetosa & huiusmodi aliis, & tandem concocti humores exturbantur è corpore pharmaco aliquo solutiuo quod uim habeat tenuiores succos, & calidos educendi, ueluti reub. sena, scammonium, diagridium electuarium de succo rosarum, uel diapruni solutiuum uti R. diap. solutiui drac. iii. diasebestem lenitiui drac. x. m. & f. boli. uel R. reubar. drac. i. ss. foliorum senæ drac. ii. R. spicæ p. seri caprini q. s. fiat infusio S. A. & facta diligenti expressione adde syrupi ros. solutiui unc. iiii. m. & f. p. b.

Febris. *Indicationes feb.* *Sanguinis missio.* *Lenientia* *Syrupi.* *Purgātia* *Dieta.*

Victus etiam ratio correspondeat refrigerans, & humectans, nec non etiam in quantitate qualitate temporibus inflammationis, exhibeatur quidem panatella cum sem. melonum, cremor ptisanæ, ptisana ipsa, ius alteratum lactuca boragine, & acetosa modica portione carnis elixæ uitulinæ, ueruicinæ pullorum & huiusmodi: & potus sint aqua hordei, uel aqua cocta cum tamarindis, uel cum granatis, uel cum iulepo ros. & huiusmodi aliis.

Durities. Alterum symptoma quod solet superuenire inflammationi, ut docet Gal. secundo ad Glauc. est durities partem inflammatam occupans, quæ solet excitari tum propter medicamenta admodum frigida administrata, aut extra methodum calida; repellentia enim succum magis incrassant, & indurant, & nimis calida tenuiores partes dissoluunt, & reliquas magis incrassant; nequit igitur ad pristinam sanitatem redigi tum ob intemperiem, tum ob duritiem inhibentem transitum sanguini alimentali: qua propter duritiem ipsam emollire oportet pinguedinibus, & calidis & humidis & sensim atque sensim post vsum emollientium resoluere oportet. Verum si circa partem induratam aderit etiam copia sanguinis, post totius euacuationem scarificandus erit locus durus, ut sanguis euacuetur, quamuis alii negent ullo pacto esse sanguinem euacuandum a parte strumosa, uel dura: quoniam sanguis sua præsentia calidus, & humidus potius humectat, & emollit duritiem illam, quam aliter: dicendum tamen si illa durities fuerit excitata ab humoribus crassis, & uiscidis iique abundent in uniuerso, nullo pacto locus est scarificandus. at si durities originem duxerit a causis supra enarratis præcedente inflammatione adsitque in corpore copiosus sanguis & circa locum affectū rubedo appareat, tuto scarificare possumus locum inflammatum, & sanguinem educere. emollientia uero administranda plurima supra descripta fuere, de quibus etiam Rasis tract. de ęgritudinibus iuncturarum ueluti R. rad. maluisci cucum asini. an. unc. ii. olei com. lib. i. coque usque ad spissitudinem & f. unguentū, uel R. pinguedinis gallinæ, anatis, medullæ cruris uituli an. unc. i. cerę unc. ss. olei amygd. dul. q. s. m. & f. unguentum. S. A. uel R. bdellii. storacis liquidę ammoniaci an. unc. ss. olei yrini. q. s. m. uel R. fęcis olei yrini fęcis olei sem. lin. an. unc. ii. mucilaginis fœnugręci pinguedinis anatis an. unc. i. m. & simul coquantur ad spissitudinem unguenti, uel R. cerę drac. v. olei yrini vnc. i. medullę cruris vituli, ammoniaci, storacis liquidæ, bdellii, galbani drac. v. liquefiat cera cum pauco oleo yrino, & aliæ medicinæ puluerizatæ addantur, & conficiantur. si vero his tandem resoluentia addi volumus, possemus adiungere farinam fœnugræci cum aqua mellis, calcem cum pinguedine antiqua, vel serum caprinum cum oxymele, vel cinerum, caulium cum ammoniaco & pinguedine anatis: resoluit etiam emplastrum confectum ex rad. ireos, aristolochia, elleb. pipere cum oleo, vel farinæ lupinorum fœnugræci, stercoris columbini an. vnc. ss oxymellis q. s. m. & f. emplastrum, vel R. rad. brioniæ, asari cucum. syluest. an vnc. i. caricarum pinguium vnc. ii. in aqua coquantur & per cribrum transmittantur: deinde adde farinę fœnugręci vnc. i. adipis anserini gallinacei pinguedinis suillæ ana vnciam ss. m. & paretur cataplasma.

Emollientia. *Dubitatio* *Solutio.* *Materia emollientium.* *Resoluentia.*

Gangrana & sphacelus. Tertium symptoma quod infestare solet inflammatam partem est gangræna & sphacelus: gangrena vero est corruptio partis: sphacelus est cum iam corrupta est omnino & mortua: corrumpitur in gangræna, quia calor natiuus partis & temperies, vel suffocatur ob prohibitā transpirationem, vel marcescit ab alio calore magis ingenti: nam dissoluto & dissipato, uel a simili, uel a contrario calore natiuo pars corrumpitur: sphacelus dicitur, cum omniuo corrupta est pars. sed de iis agendum erit infra proprio capite. nam oportet, uel obstructionem, uel constipationem caloris omnino inhibere ut possit uentilari & refrigerari; de quibus infra.

Dolor. Quartum symptoma est dolor, qui potissimum excruciat ob sanguinem feruentē, uel ob habituosam substantiam distendentem & acri qualitate calida corrumpente sensorium tactus. dolor enim est corruptio sensorii tactus facta ab excellenti tangibili: tangibile excellens est, uel aliquid nimis acutum, uel graue, incidens pungens, uel qualitas aliqua calida frigida, uel sicca, hęc sunt obiecta, quæ a sensu tactus cognoscuntur: sed cum uiolenter & repente in sensorium tactus agunt, illud dissoluunt, & corrumpunt disuniendo, atque dissoluendo unionem mixtionis illius sensorii; nec non etiam aliquando unionem qualitatum: semper quidem unio mixtionis, & continuationis naturalis dissoluitur; aliquando etiam unio qualitatum & armonia earum: necesse igitur est dolorem ipsum remouere, qui tribus præsidiis sedatur primo respiciente causam ipsius doloris & ipsum dolorem, secundo anodyno emulcente uiolentiam tangibilis, &

Præsidia tria pro dolore.

exquiſitum ſenſum ſenſorij recipientis, tertio narcotico ſcilicet ſtupefaciente calorem naturalem partis, ſpiritus vitales, & temperiem ſenſorij: nam dum hæc tria nimis refrigerantur, ſpecies, & qualitates tangibiles neque facile poſſunt penetrare, neque facile recipi: quia facultas tactiua læſis inſtrumẽtis, & principalibus, & ſecundarijs inſeruientibus non valet exquiſite dignoſcere ſpeciem ei oblatam, & præſertim cum refrigerata ſint: etenim frigiditate immobilia reddũtur, & actiones aut immediatæ aut ablatæ euadunt, quia frigus, & torporẽ, & immobilitatem inducit: primus modus efficitur, dum curatur inflammatio, quæ adimitur ſanguinem euacuantibus, reuellentibus; & intercipientibus; nec non refrigerantibus, & humectantibus, & circa partem affectam refrigerantibus etiam, & poſtea ſenſibiliter, & inſenſibiliter euacuantibus; de quibus ſupra actum eſt. verum ita aliquando viget dolor, vt licet ſupradicta remedia ſint adminiſtrata, nõ miteſcat: idcirco cogitur medicus, aliquando neglecta cauſa ſtatim, quæ leniunt dolorem adminiſtrare vti ſunt ea quæ calida in primo gradu exiſtunt, & partium tenuium, quæ humanæ temperaturæ adſimilia apparent, vt oleoſa pinguia decocta medicamentorum ſimp. temperatorum, & in primo gradu calidorum, & humidorum olea anethinum, amygd. de lumbricis camomelinũ, decoctum lini, ſem. altheæ maluæ fænu greci, vitelli ouorum oleum vulpinum, mellinum, adeps ſuillus, vitulinus, gallinaceus, anſerinus anguillæ, humanus, butirum, æſipus, lana ſuccida, ſpongia madida aqua dulci, aut ſalita: ſed quia pinguia, & oleoſa facile inflammantur aut nimium partem laxant, quæ laxata fluxionem magis proritat, & dolorẽ ſuſcitat: anodynis ſunt admiſcenda refrigerantia, & inhibentia inflammationem, vnde probatur fomentum ex aqua roſata plantagine oleo myrthino æquis portionibus: ſi calor inſignis excruciet, fiet ex aqua virgæ paſtoris, ſemperuiui, camphoræ & modico aceti; vel ex decocto hordei lactucæ gallæ foliorum rubi, modico vino & aceti, vel ex mucilagine ſem. pſyllij oleo myrthino, & aceto, quod emplaſticis dolorem lenit: nam penetrans emplaſtica etiã, oleoſa & pinguia intus permeare facit: laudatur inunctio olei myrth. nenupharini, & violati addito ſucco roſ. plantaginis ſolani, vel lactucæ, vel ſucci; conficitur etiam cataplaſma ex eiſdem herbis coctis cum lacte vaccino ouilo atque caprino. verum ſi dolor concitatur à materia dura comprimente, & grauãte, neceſſe eſt emollire digerere, & leuem materiam conficere emplaſtra, ex paſſo, cera & oleo roſ. vel ex arnogloſſo, lente pane & oleo roſato, vel ex pane cocto in lacte addito oleo roſ., & modico croci, & vitellis ouorũ, ſi valentior intemperies fuerit, & corpus durum, ſuccus pſyllij cucurbitæ, vmbilici veneris plantaginis bene facit mica panis oleo violato, & lacte cocta, vel decocto maluæ plantaginis, & lactucæ: non tamen diutius circa locum affectum conſeruanda hęc medicamenta, neque ponderoſa, & grauia ſunt adminiſtranda nam diutius commorata ſicceſcunt, & calorem augent, & pariter dolorem, vltimo loco narcotica veniunt vſurpanda ſi maxime neceſitas vrgeat, & prædictis non cedat dolor, hæc ſunt hyoſciamus, opium, mandragora, cicuta, ſuccus lactucæ ſylueſtris, ſolatri, papaueris, & huiuſmodi: conficiuntur ex his emplaſtra, decocta, fomenta, & ſucci etiã: veluti Rec. rob de muſto, aquæ plantaginis altheæ alb. oui an. vnc. ii. ſem. citoniorum farinæ fabarum, hordei an. drach. ii. opij gr. ii. m. vel Rec. decocti ſeminis portulacæ lactucæ, papaueris, plantaginis, anethi, caulium, mandragoræ, violarum pſyllij lib. i. pinguedinis gallinarum vnc. ii. farinæ hordei vnc. i. m. et conficiatur emplaſtrum; emplaſtrum etiam de ſem. plurimum confert Rec. ſem. papaueris albi, cucurbitę anethi, lini, maluiſci an. vnc. i. olei antiqui libr. ſs. aquæ com. lib. ij. coquantur omnia ad conſiſtentiam cataplaſmatis, cui adde ceram albam pinguedinem renum vituli an. vnc. ſs. m. et hæc ſatis.

Narcotica.

De Eryſipelate. Cap. XII.

De eryſipelate agendum eſt non ſolum exacte ſimpliciter exquiſito, ſed exquiſito tantum, & ſpurio, exquiſito, & non exquiſito. tum de critico a natura grauata, & irritata confecto tempore, & ſymptomatico præter naturam: de his omnibus generica deſcriptio producenda eſt, & erit. Eryſipelas eſt tumor præter naturam a bilioſo ferueſcente acri, & tenui humore cun ſanguinis mixtura factus in aliqua humani corporis parte, hanc deſcriptionem colligere valemus ex Aetio libro 14. c. 59. ex Paulo libro quarto c. 21. ex Celſo libro quinto c. 28. ex Hip. 6. epid. at ex Gal. ſecundo ad Glauc. primo 14. meth. libro de tum. præter naturam ſexto aph. 25. 7. aph. 19. & ex Raſi tract. ſeptimo c. 17. & 11. & alibi nec non ex Auic. lib. 4. ſed quælibet pars huius definitionis explicanda erit forma efficiens, & materia in qua: forma igitur eſt tumor præter naturam, qui quidem cum ſit aucta magnitudo partis humani corporis, debet vt tumor, ſed præſertim vt tumor calidus temperiem partis labefactare, & per conſequens actionem illius partis lædere, & deprauare, lædit enim eryſipelas potius qualitate acrimonia, & caliditate humoris quam copia & mole; adeo vt non nulli inter tumores non enumerent eryſipelata ſed potius inter intemperantias calidas; ſed hi aberrant: nam paſſim à Gal. & libro de tumoribus præter naturam ſecundo ad Glauc. & tertio de ſymptomatum cauſis c. ſecundo, & ab omnibus Auctoribus enumeratur inter ſpecies tumoris, licet minimus ſit, & parum in tumorem attollatur, quia potius cutaneas partes occupat: pars affecta præſertim cutis eſt, nec non etiam aliquando caro, ſubiecta cutis, & varijs in locis humani corporis excitatur; ſed præſertim in facie, circa nares, & crura, quoniam tenuior ſanguis, & bilioſior ad has partes ruit: de internis vero partibus loqui ad Chirurgicum non ſpectat: nam manifeſtum eſt eryſipelata excitari circa menbranas cerebri, & phrenitidem efficere, partem circa pulmonem, & peripneumoniam ducere circa pleuram; & pleuritidem efficere & ventriculum: inteſtina, iecur renes, veſicam & vterum aliquando corripere. cauſa efficiens eryſipellatis generica, quæ omnibus eryſipelatis communicatur, fuit deſcripta bilioſus feruens & tenuis humor cum mixtura ſanguinis: hæc effeciens cauſa rationem habet differentiæ, & differre facit eryſipellas ab omnibus alijs tumoribus ſanguineis pituitoſis, & melancolicis: dicit Paulus eryſipelas eſt tumor conflatus ex feruente, & tenui ſanguine; Aetius vero aſſerit eſſe tumorem a flaua bile tenuiori, & acriori vna cum ſanguine ad aliquam corporis partem irruente; ſed huiuſmodi humor bilioſus, feruens, & acris vna cum ſanguine vel eſt alimentalis, & in venis, vel ichoroſus, & parit eryſipelas exquiſitum, præſertim cum ſemper bilioſus humor dominari debeat portioni ſanguinis ad mixtę: nam ſi dominaretur ſanguis, eſſet potius inflammatio eryſipelatoſa, aut ſi vterque humor exceſſerit affectio, vt inquit Aetius inter eryſipelas, & inflammationem media vocatur: de hac ſpecie eryſipelatis locutus eſt Gal. ſecundo ad Glauc. c. primo, aſſerens fieri à ſangnine tenuiſſimo, & bilioſo, vel erit tumor excrementicius, qui ſignificatur à iecore calidiori, vel propter ſui naturã, vel ratione veſicæ felleæ, vel calidioris chyli, qui humor bilioſus excrementicius in venis permixtus ſanguini non ſimplex tandem irruit ad aliquam corporis partẽ, de quo eryſipelate tertio de ſymptomatum cauſis locutus eſt Galenus aſſerens fieri a bile excremẽticia, ſicuti icterus: ſed differt icterus ab eryſipelate efficiente cauſa, & his differentijs optime animaduerſis contradictiones, & diſſidia inter Galeni loca, & alios Authores cõciliantur: nam modo inquit Gal eryſipelas ortum ducere a ſanguine bilioſo, modo a bile excrementicia, Paulus docet

Defini[tio] — Forma — Dubi[um] — Solut[io] — Locus [af]fect[us] — Effici[ens]

oriri ex feruente & tenui sanguine Aetius, a flaua bile
tenuiori, & acriori vnà cum sanguine: differt ab icteris
seu ictericio seu morbo Regio & arquato (quod idem
Differētia icteri ab erysipelate. est) quia icteritia fit semper ab excrementicia bile flaua,
vel pallida, vel melācolia, & nullum tumorem parit. ery
sipellas efficitur a bile flaua, & pallida excremētitia, sed
acriori & feruentiori & semper portionem sanguinis ad-
mixtam obtinet: icterus non dolet & colorem flauum,
& citrinum obtinet: erysipellas dolet, & colore rubro
& claro & flauescente resplēdet, differt etiam ab inflam
a inflāmatione matione quia tumor maior apparet in hac, & occupat
non solum cutim sed subiectam carnem, color magis ru
bicundus, adest etiam dolor, pulsus, & tensio maior; sed
in erysipelate dolor est pungitiuus, color magis flauus,
sed calor magis acris & mordax: dictum fuit (cum mix-
tura sanguinis:) quoniam hac differentia optime expli-
cata ab Aetio nec nō a Paulo differt ab aliis tumoribus,
& explicantur Galeni loca: nam in erysipelate vnà vel
cum sanguine bilioso alimentali, seu ichoroso, vel cum
excremētitia bile flaua, vel pallida ad cutaneam partem
demandata semper adest etiam sanguinis portio, &
numquam efficitur erysipelas, vel a simplici sanguine
alimentali, vel a simplici bile excrementicia: nam si sim
plex adesset & acris, & feruens cutem occupans oriretur
herpes exedeus, vel miliaris, vel huiusmodi, quę sunt vl-
cera a bile acri, & mordaci excrementitia confecta de
quibus alias dictum fuit: his differentijs expensis, & co
gnitis facile erit discordias authorum conciliare: causæ
Causæ generantes. & generantes, & adiuuanres, vel sanguinem biliosum a-
limentalem, vel bilem excrementiciam, aliæ sunt exter-
næ, & aliæ internæ: externæ sunt sex res non naturales
aer, cibus & potus, nimis calidi & sicci, æstas, ragio cali-
da, vigiliæ inanitiones motus animi & corporis, labor &
exercitatio, & venus: inter internas cernetur temperies
ægrotantis calida, & sicca, habitus gracilis, iecoris & cor
dis calida temperies, & huiusmodi aliarum partium, nec
non morbosæ affectiones calidæ partium internarum,
& externarum: hæc omnia gignere valent copiosum hu
morem biliosum feruentem, & acrem; adsunt etiam no
xæ vesicæ felleæ, dum non attrahit excrimenticium hu-
morem a iecore obstructa, & labefactata intemperie: at
hæc de natura, & causis erysipelatis.

A forma. Differentiæ vero erysipelatis aliæ sumuntur a forma:
A loco affecto. aliæ a loco affecto, & alię a cā efficiēte: forma fuit tumor
præter naturam, quæ differentias parit secundum magis
& minus. Locus affectus multiplex est, semper tamen est
cutis; aliquando etiam ratione bilis crassioris, vel tenuio
ris præter cutim: adest etiam carnosa substantia, verum
dum cutis vniuersum corpus occupat, plures etiam obti-
net partes, & plures hinc excitantur differentiæ erysipe-
latis; de externis sermo est, non de internis: aliud igitur
est erysipelas in facie, in crure, in pectore, in collo, & hu-
iusmodi, sed commodiores, & vtiliores sunt differentiæ,
Ab efficiēte. quæ hauriuntur a causa, efficiente: quilibet. n. dignoscit
oculis affectum locum & tumorem, sed non ita exacte
nisi a medico diligentiori, & doctiori deprehēditur spe
cies a causa effectrice: causa efficiens alimentalis biliosa
materia feruens, & tenuis vnam speciem parit: ichorosa
aliam & alia fit ab excrementitia bile flaua, vel pallida:
ex mixtione sanguinis oriuntur etiam plures differentiæ:
nam si sanguis, qui debet esse in minori copia, est portio
sanguinea alimentalis in corpore calido, & sicco regione
simili, ætate iuuenili, fit erysipelas exquisitū, si æqualis
est portio bilis & sanguinis; fit affecto media inter ery-
sipelas & inter inflammationem: si vero sanguis domi-
natur appellabitur inflammatio erysipelatoides; at si v-
na cū portione bilis dominante, & mixtura sanguinis mi
nima aderit etiam portio aliqua pituitæ, vel melancoliæ
tunc erysipelas vocabitur oedematosum, vel scirrhosū.
hoc vnū semper aduertēdū in his differētiis discernēdis,
vt semper biliosus, & feruens & tenuis humor nō solum
qualitate sed quantitate dominetur aliis humoribus, qui
ei admiscentur, si debet appellari erysipelas; tumor enim
semper a causa efficiente tumorem prædominante no-
men desumit, quemadmodum de inflammatione supe-
rius narratum fuit, & hæ sunt omnes differentiæ erysipe-
latis exquisiti & non exquisiti. exquisitum dicitur erysi-
pelas cum bile, vel alimentali, vel excrementitia vnà cū
portione sanguinis dominante: si æqualis est sanguis, nō
est exquisitum sed spurium: pariter si aderit pituita, vel
melancolia: criticum vero erit, dum natura expellit hu-
morem biliosum concoctum, & debito tempore ad cu- „
tim. vnde Hypp. ab angina erysipela ad collum, bonū: „
a phrenitide ad faciem bonum, melius enim & tutius
est bilē externa occupare quam interna: symptomaticū
dicitur cum nulla concoctione, & tempore inopportuno
biliosus humor irritans naturam copia & qualitate ex-
pellitur ad cutim, & morbifice lædit: vterque enim læ-
dit, sed criticus minus; cum interna viscera libera sint &
immunia, & subleuata, in symptomatico vero interna
& externa adhuc læsa apparent.

Signa diagnostica idest demonstrantia præsens erysi-
pelas, alia sunt generica: alia specifica, nempe species, &
differentias erysipelatis ostendentia: deinde horum alia
patognomica, quæ perpetuo & semper concomitantur
erisipelas: alia ex Gal. dicuntur assidentia, considentia,
seu consistentia quæ vt plurimum consequuntur: alia
tertio sunt superuenientia, quæ raro consequuntur: gene- *Signa generica.*
rica signa ex Galeno loc. cit. & Aetio sunt tumor feruen-
tior, ac flauior, quam inflammationis non tamen dolo-
rem neque pulsum, neque pressionem, neque tensionem
inflammationi æqualem inducit: persæpe enim per cu-
tim tantum diffunditur sine nulla iniuria affectus; atque
hoc est quod erysipelas exacte nominatur & hæc signa
enumerantur a Galeno 14. meth. c. primo, & secundo ad
Glauc. c. primo: nam cum humor biliosus tenuior sit ip-
so sanguine, non efficit tumorem ita magnum, neque
pulsum: calidiorem tamen feruorem, &; dolorem pun-
gitiuum indicit, & cutaneas potius partes occupat. spe- *Signa specifica exquisiti.*
cifica signa sunt, quæ species erysipelatis declarant, si ex-
quisitum est, & simplex, adest rubor ad flauedinem ver-
gens, minimus, tumor, ingens & feruor, tēpus anni cali-
dum ętas temperies, & victus correspondens. si spurium *Spuriij.*
& illegitimum, uel annexam habeat pituitam, vel melan
colicam; tumor aderit maior, & occupabit carnem, color
minus flauus & calor minus intensus; maior etiam ade-
rit grauitas circa partem, & renititur tactui: nam in ery-
sipelate exquisito, si digito tangatur, rubedo abit, & alba
cutis apparet; sed cito redit ob tenuissimum sanguinem
at non ita facile in aliis, imo adest tensio; sumentur etiā
signa non tantum ratione formæ erysipelatis, causæ effi-
cientis vt dictum est, sed etiam ratione loci affecti: nam
si in facie & circa nasum aderit, facile significatur; pari-
ter si circa crura, vel manus; sed oculis cernitur pars affe-
cta: plurimum tamen confert an in hac, vel illa parte
resideat.

Indicationes cognita natura erysipelatis in genere, & *Indicationes a forma.*
in specie erunt desumendæ; tum a forma, tum a causa
effectrice, tum a loco affecto: a forma si tumor est mor-
bosus, oritur indicatio curatiua tumorem adimendi, &
auctam illam magnitudinem ad statum naturalem redi
gendi, sed alia indicatio vrgentior adest, nempe intempe
ries calida, & sicca partis, quæ indicat refrigerans & hu-
mectans. ab effectrice causa oritur indicatio præseruati- *Ab efficiēte.*
ua in methodo curandi, a bile nempe flaua, & feruenti
vna cum sanguine vel bilioso humore alimentali, vel ex
cremētitio oriuntur plures indicationes, pro vt sunt hu
mores calidi, & sicci, egent refrigerantibus, & humectan
tibus, pro vt copia & præsentia excrucient, sunt minuen-
di, & educendi extra corpus: prout fluunt, vel a iecore,
vel ab aliqua parte ipsos gignente ad locum affectum,
sunt reuellendi, vt tandem quiescunt præter naturam in
parte affecta, sunt euacuandi per deriuantia medicamen
ta, & per euacuantia insensibiliter: a loco affecto oriun- *A loco affecto.*
tur indicationes vitales, quæ custodire debent locum af
fectum secundū temperiem habitū, & vnitatem natura-

lem; vt si pars affecta sit calida naturaliter, calidis conseruare eam oportet, & frigida temperatura administrari, si frigida frigidis, & magis frigidis contrarijs alterari. nam magis recedit à naturali statu frigida pars erysipelacea inflāmatione affecta quam pars naturaliter calida.

Prognostica in genere. Præsagium pariter a tribus fontibus originem ducit, a forma, effectrice, & loco affecto: deinde ipsum consideratur in genere, nec non etiam secundum singulas species animaduertitur: vis, & magnitudo erysipelatis comparatur viribus secundum totum, & secundum partem: nam si maxime lædat erysipellas, & pars imbecillis sit, vel nobilis, maius periculum infestat, & præsertim si exquisitum fuerit erysipelas in genere, non leue periculum affert: quia & dolorem & febrem cōtinuam annexam habet. in specie vero, si bilis alimentalis erit in causa, *In specie.* periculosius erit, quam si excrementicia. vires enim magis labefactantur. A loco affecto si facies, & caput erysipelate tentabuntur, vitæ discrimen impendet. pariter si circa regionem cordis, vel iecoris, quoniam timor adest ne retrocedat humor biliosus ad partem principem, & ingentem noxam pariat: imo ex Galeno, & Hyppocr. 6. & 7. aphor. sicuti bonum est dum erysipellas ab intus ad extra efflorescit, ita malum & læthale, dum ad extra, ad intus recurrit. a forma quo maius erit erisipelas, & quo feruentius, maius erit periculum: nam aderit etiam maior dolor, & febris ingentior, & ardentior infestabit: per hoc affectu debellando tres materiæ remediorum sunt vsurpandæ Chirurgicæ Pharmaceuticæ, & Diæteticæ.

Inter Chirurgicas potissimum expenditur venæ sectio, de qua adest maxima dissensio inter Galen. & ceteros authores. *Dubitatio an vena secanda.* Sed animaduersis proprijs indicationibus, ac permittentibus, cognita natura indicantis venæ sectionem præsentis vel non, præsentis, non ita arduum erit ipsos discordes conciliare. Galen. 2. ad Glauc. c. proprio de erysipelate; dum ipsum curat, non mentionem facit de venæ sectione: hac auctoritate negatiua, quæ nihil valet, nonnulli viri negarunt secandam esse venā. Paulus tamen & Aetius loco citato Galeni interpretes, Oribasius etiam, nec non Auicen. Galeni assecla sanguinis venæ detractionem affirmant; sed vt veritas conspicua appareat auctoritates semper exacte, & rationabiliter sunt interpretandæ, *Solutio.* & ratio & natura rei est imitanda: statutum est à Galeno, & a rei veritate sanguinem per venæ sectionem non esse mittendū, nisi adsit propriū indicans, & vires permittant: propriū indicans est magna affectio, & passio in sanguine, vel primo & per se, vel secundario aut secundum propriam magnitudinem, essentiam, aut propter loci præstantiam, aut propter cacocthiam, vt docet Galen. 6. methodi 4. robur virium, & ætas florens permittit. at in erysipellate de quo loquitur Galenus 2. ad Glauc. cum sit exacte simpliciter exquisitum, scilicet a bile excrementicia productum cum sanguinis mixtura in corpore calido, & sicco, regione, & ætate calida, nullo pacto poterat adhuc præsens indicans indicare venę sectionem: quia non aderat virium robur iam dissolutum a temperie calida ægrotantis, & aeris, & indicans desiderabatur, potius enim abundant excrementa bilis, quam sanguis: idcirco iure Galen. venæ sectionem omisit, Aetius, Paulus, & Oribasius, & alij venę sectionem laudarunt in erysipellate non omnino exacte exquisito: sed in corpore calido, & humido sanguineo, *Nos. de erisipelate circa caput.* in vere, & in quo sanguis, vel copia, vel motu, vel cachexia peccaret, & robur virium, & ætas florens adesset. vnde Aetius loco citato inquit ea igitur venæ sectione curabimus si sanguis redundarit, quando loquitur de ery- *l.14.c.59*
„ sipellate circa caput, *quod nisi efficacibus auxilijs cura-*
„ *tur partes tonsillarum per consensum inflammat & suf-*
„ *focat*: quare sanguis redundare debet: *si vero bilis re-*
„ *dundauerit per medicamentum bilem flauam expur-*
l.4.c.21. *gans curabitur*: idem affirmat Paulus de erysipellate cir
„ ca caput, *quòd plus negotij facessere solet inquiens ery-*
„ *sipelata, quam capiti potissimum oboriuntur maximè,*
periculosa sunt, & auxilia efficacia exoptant, quod si- „
mul ac fuerit deprehensum, protinus ab initio venam „
cubito præsertim humeralis debet incidi; sin autem „
hæc non appareat, ea quæ se conspectui obiecit: at si „
quid sanguinis missionem impedit, purgatione vtendum ex medicamento, quod bili ducendæ est: ex his dictis satis constat non venam incidendam, si erysipellas caput occupauerit, vel aliam partem, nisi sanguis redundauerit, quam incisionem si quid impedierit, saltem bilis medicamento aliquo è corpore extrudenda erit; loco etiam venæ sectionis si vires, vel ætas impediant, vel indicans sectionem venæ sit mitius, mitius etiam auxilium subrogandum veluti cucurbitulæ scarificatæ, crurum scarificatione hyrudines ano appositę, vel alijs locis, hæc omnia sanguinem euacuant, locus euacuandi a subsisten- *Cucurbitulæ.* tia sanguinis indicatur, & a motu, vt reuellatur a parte affecta, & euacuetur, quando vero statim inter initia est sanguis detrahendus, & præsertim dum caput, faciem, vel ceruicem deprehendit erysipelas, immo circa locum affectum in erysipelate chirurgicæ materiæ sunt administrandæ quoniam cum leuissima sit materia facile dissoluitur, & per habitū dissipatur nec scarificatione; incisione, vel cucurbitulis eget in phlegmonoso erysipelate audacius secanda vena est, pariter in non legitimo cum portione pituitæ, vel melancoliæ, dum tamen præsens aderit indicans, nempe abundantia sanguinis alimentalis, aut motus, aut qualitas, aut cachoetia.

Inter pharmaceutica præsidia primo vniuersalis prouidentia habenda est, & corpus vniuersum euacuādum antequàm ad perfectam loci curationem deueniatur, ideo aluus erit lenienda præsertim in corpore bilioso, & *Lenim...* tempore anni calido, flore cassiæ cum tamarindis, vel diap. lenit, vel diaseb. vel syrupo rosato solutiuo, & violato solutiuo, cum decocto cord vel cicoraceorum, vel sero caprino, vel subducitur aluus chlystere refrigerante confecto. Rec. decocti hord. viol. prunorum lactucæ boraginis mercurialis lib. 1. ss. floris cassiæ pro clystere vnc. 1. olei viol. mellis viol. ann. vnc. ij. vitelli ouorum num. 1. conficitur hoc enema ex refrigerantibus, & humectantibus, vt refrigerentur intestina, bilis demulceatur, & ne vias abradat: postea concoquendi sunt succi præsertim decoctis refrigerantibus, & à syrupis saccaro confectis abstinendum, præsertim in exquisito erysipelate, corpore ętatis, & temperaturæ calidioris ne bilescant, & feruor augeatur veluti. Recip. decocti Cicorei sonci, *Syrupi.* hæpaticæ foliorum viol. hordei, sebesten, Acetosę boraginis vnc. vj. vel Rec. decocti plantaginis lactucæ sem. peponum vnc. v. succi granat. succi citri ana vnc. ss. vel Recip. seri caprini depurati vnc. viij. emul. sem. peponum vnc. 1. ss. syrupi acetosi, vel de acetositate citri vnc. ss. succi præparati, atque concocti sunt medicandi pharmaco eductiue purgante vt R. eletuarij ros. Mes. diap. sol. an. drach. ij. syrupi ros. solutiui vnc. iv. dec. flor. & fruc. *Progn...* cord. q. s. m. & f. p. b. In bolo Rec. elec. de succo ros. t. drachm. ii. reubar. drach. i. floris cassiæ no. ex drach. vi. ni fiant boli. at si humor redundauerit pituitosus Rec. diacatholiconis, elect. lenitiu. ann. drac. v. elect. de succo ros. drach. ii. m. f. b. demum si aderit humor melancolicus ipsum euacuare oportet hoc medicamento Rec. elect. lenit. vnc. 1. floris cassiæ, confec. amech. an. dram. ii. m. & fiant boli, vel in potione Rec. senæ polipod. an. drach. ii. reubar. drach. 1. fiat infusio in decocto foliorū, & fruc. cord. q. s. & facta diligenti expressione adde syrupi de epithimo, syrupi ros. sol. an. vnc. ii. m. & f. p. b. non ab re erit semper animaduertere, an simplex, & exquisitum fuerit erysipelas, vel spurium, & illegitimum; ratione pituitæ, vel melancoliæ, vt pariter et alterantia, & euacuantia possint correspondere; sed obiter hic sciendum quid, & quotuplex erit indicans leniens medicamentum vomitorium, & clyster primas vias emun- *indicans leniens.* dans, quid erit indicans medicamentum electiue purgans, & quid alterans: nam cognita natura indicantis, & indicati, nec nō recto vsu eorum rationabili methodo

. pro-

progreditur medicus: indicans leniens medicamentum per os nihil aliud est quam humor excrimenticius in primis viis,& ductibus corporis redundans, qui humor excrimenticius, vel est excrementiũ crassum primę concoctionis,& est stercoralis colluuies, vel est aliud excrementum humorale, nempe, vel pituita genita in ventriculo, vel aliunde illuc demandata à cerebro, vel aliis partibus, vel aquosus humor, vel bilis vitellina, porracca ęruginosa, quę semper omnino præter naturam sunt, vel bilis flaua, citrina,& pallida à stomacho, vel iecore genita: primæ viæ dicuntur stomachus intestina, ac venæ mesaraicæ infra iecur: cum igitur, vel stercus, vel huiusmodi humores excrementicii in his uiis,& ductibus primis redundant, omnino indicant sui euacuationem; sed cum sint faciles ad eductionem sola medicamenta lenientia, seu subducentia appellata vsurpantur, quæ nõ ratione formæ occultæ seu totius substantiæ euacuant primas vias,& leniunt, sed potius ratione qualitatis manifestæ,& temperamenti: quia vel leniunt, & emolliunt humida,& lubrica qualitate, vel attenuant, & irritãt caliditate,& acrimonia, vel astrictione cõprimũt supernas partes: emolliunt cassia, pruna, vua dulcis, lac, manna, mora, irritant & attenuant decoctum betæ, mercurialis, maluæ, ius conchylium: astringunt tamarindi, & incidunt,& myrabolani: alia sunt, quę medias facultates obtinent inter lenientia simpliciter,& soluentia, pro vt sũt ex his confecta, vt electuoriũ lenit; Diacassia Diamanna, Diaprunum lenit. Diaseb. lenit. & huiusmodi:

Indicans Clisteris

Clysteres indicantur ab huiusmodi humoribus in primis vijs existentibus sed præcipue in infernis partibus intestinorum (loquor de clysteribus emollientibus & cõmunibus appellatis, non de acribus, & solutiuis) licet aliquando vsurpantur alijs de causis, vel propter dolorem, vel consuetudinem, vel ob nauseam, & stomachi inbecillitatem, vel duritiem stercoris,& alia, quæ videntur inhibere medicamentum per os,

Vomitorij

vomitorium indicatur pariter a materia excrimenticia in primis vijs sed potissimum existente,& inclinante ad os ventriculi, & bilis maxime accommodata videtur vomitui, hac ratione Hypp. in aphor. ait æstate per superiora euacuandũ est, hyeme per inferiora. quia in æstate bilis humor leuissimus copiosus existit,& superna petit, hieme humor pituitosus grauis inferius potius declinans. netat aliquãdo vomitorum insueta consuetudo vomendi, difficultas respirandi, pectoris strictura, sanguinis reiectio, dolor capitis,& huiusmodi:

Purgantis.

medicamentum vero purgans seu electiue ducens, seu pharmacum à tota substantia à formæ proprietate succos determinatos educens indicatur præsertim ab humore excrementitio redundante in iecore visceribus & alijs longinquis partibus: nam vi quadam producta à forma substantiali medicamẽti sibi adsimili materiam attrahit similitudine inquam trahit substantię non dissimilitudine sed illa similitudo valentius trahit,& validior est quã humores; agens.n.validius est passo, quæ expellunt a tota substantia humores sunt dissimilia naturæ humanæ, & sapiunt veneni naturam vt præcipitatum antimonium, sic bilis attrahitur a reubarbaro, a scammonio,& diagridio. Melancolia a sena epithimo polipodio elleboro nigro, pituita ab Agarico hermodactilo. Turbit sem. chartami Colocintide: serosi humores ab elaterio, Cyclamine, esula, rad. cucum. asinini; rad.& sem. ebuli, succo brasicæ, succo hyberidis, lacte Thytimalorum, & alijs;

Obiectio.

sed quis obijciet sicuti magnes sola ferrum attrahit, & vnum mixtum habet contrariam formam alteri, & vnum in spetie ratione formæ specificæ attrahit bilem, ergo ratione illius met formæ scamonium illam attrahere,& educere non poterit, & si attrahit ratione formæ vna, & eadem forma esset Reubarbari, & scamonij, quod impossibile videtur: nam alia est forma substantialis reubarbari, & alia scãmonij: dicendum sicuti in homine adest forma animlis, quæ motum,& sensum producit, & forma propria hominis, quæ intellectionem patit, & forma vegetatiua, quæ nutritionẽ augumentationem, & generationem producit, & diuersas humanas operationes eodem que tempore efficere, ita in quolibet medicamentorum quod mixtum est, vel similare, uel dissimilare, inanimatum, ad sunt primo generica forma determinata, forma mixti,& postea specifica, ratione comunis formæ genericæ possunt reubarbarũ,& scammonium virtutẽ & facultatem a natura possidere bilem euacuandi, non autem ratione specificæ formæ tantum; & ita dicendum de alijs medicamentis purgantibus.

Responsio.

Indicans Alterãtis medicamenti.

Alterans medicamẽtum semper indicatur, vel a simili alterante in humano corpore quod indicat sui conseruationem, & omne simile à simili conseruatur vt calidum à calido frigidum à frigido siccum,& humidum, à sicco,& humido, & tenue à tenui, crassum a crasso, vel à contrario quod gratia sanitatis deperditę a contrario tollendum est, vti si intemperies aderit calida, refrigerare oportet: si frigida calefacere: si humida, vel sicca, exiccare, vel humectare: si crassum attenuare si tenue incrassare, si viscidum abstergere,& incidere, si durum emollire, si molle indurare:

Alteratio quod.

alteratio enim est motus secundum qualitatem manente subiecto eodem, non quęrit destrutionẽ, & nouã generationem; sed tantum alterationem manente forma substãtiali,& subiecto: veluti si murus dealbetur, vel denigretur, vel rubro, vel flauo colore ornetur est tantum alteratio, & motus secundum qualitatem muri, neque, secundum augumentationem, aut diminutionem quia ipse neque generatur neque corrumpitur non augetur neque decrescit, sed idem manet, solus color; sola qualitas mutatur; ita bilis, pituita, melancolia, dum alterantur secundum qualitates primas, vel secundas ponuntur à contrario secundum has, seu rediguntur ad symmetriã naturalem, non autem generantur, vel corrumpuntur, vel augentur: datur postea aliud remedium quod non pertinet, vel ad substantiam, vel ad quantitatem, uel ad qualitatem sed ad motum localem,& hoc indicatur, vel à re quę mouetur præter naturam, vel à re, quæ mouetur secundum naturam in methodo tuendæ sanitatis, vel à re quæ quiescit secundum naturam, & eget sui conseruatione, vel quæ preter naturam quiescit, & eget destruente ipsam quietem tanquam contrariam sanitati.

Indicatio à motu & à quiete.

si humor, vel quiescit, vel mouetur secundum naturam in corpore sano, debet medicus ipsum motum, & quietem conseruare similibus, vt possint & spiritus, & humores tum alimentales, tum excrementicij per uenas, & arterias,& alios ductus attrahi, expelli, detineri, concoqui,& assimilari,& per poros cutis & partium ventilari, & refrigerari, e contra. si quiescant humores præter naturã in aliquo loco, vt in partibus tumore aliquo affectis, vel obstructis, vel compressis, debent hi humores moueri motu locali,& ab illo loco dimoueri, vel per resolutionẽ dissipationem, vel per sensibilem euacuationem, vel per impulsionem, vel per attractionem. si moueantur vero præter naturam à loco ad locum mouentur ratione loci, a quo incipit ipsorum motus oritur remedium reuellẽs, scilicet retro trahens, retro ducens, & in aduersam partem oppositam mouetur. si humor a supra ad infra mouetur sursum est reuellendus: si à sinistra ad dextram, à sinistra est retrahendus: si ab ante ad retro, ad ante est euocandus, ratione vero termini ad quem mouetur humor,& ratione humoris iam fluxi, sed ad huc residentis in venis,& orificiis, sed non firmi, & fixi sed mobilis, oritur remediũ repellens, repercutiens, & reprimens, quod humorem, vel iam ad partem fluxum; sed adhuc in motu positum, vel iam fluentem prope partem ad maiora vasa repellit reprimit, & repercutit.

Reuellentia.

Repellentia.

si offendit tota substantia, & forma, eget medicamento extirpante illum,& corrumpente à tota forma aduersa, vt venenũ, & humor ferè veneficus, quod secundum substantiam, & formam operatur: desiderat etiam medicamentum quod secundum substantiam,& formam contraria operetur: idcirco breuiter omnia indicantia, & omnia indicata sicuti generice tria sunt Curatiua,& præseruatiua, & vitalia,

Alexipharmaca.

& vitalia. illa prima res præter naturam respiciunt temperiem naturalẽ, compositionem & solutam vnitatẽ. ita præseruatiua causas morbificas penes sympromata, cãs, humores, vel spiritus: tertia vitalia a rebus secundum naturam a temperie cõpositione & vnitate sumuntur partium solidarum spirituum & humorum; specifice hæc tria in alias species subordinantur: nam quodlibet horũ, vel respiciunt substantiam quantitatem, vel qualitatem primã, vel secundam, vel motum & quietem & sic, vel conseruant substantiam, quantitatem, qualitatem, & motum tanquam secundum naturam, vel corrigunt tanquã neutra, vel alterant tanquam contraria, & aduersa naturę, his duobus dogmatibus semper insistunt, vt omnia remedia, sanitatem præsentem conseruent similibus substãtia quantitate, qualitate, & motu, vel deperditam propter motum qualitatem, quantitatem, aut substantiã reparent motu, substantia quantitate, & qualitate contraria: hæc breuiter dixisse volui de remedijs indicatis in genere, & specie de indicantibus tam in methodo tuendæ sanitatis præsentis, quam in methodo resarciendæ deperditæ; sed non solum oportet animaduertere quid agendum, seu indicans & indicatum in genere sed specificum indicans & indicatum, quod specificum indicans gradus & intentionem indicantis & remedij respicit nõ quantitatem, & mensuram, quæ potius ad rectam administrationem, & quantum agendum spectat, verbi gratia erysipelas indicat frigidum, & humidum, quod est indicatum genericum, erysipelas calidũ, vt duo quod est indicans specificum indicat refrigerans vt duo, & est indicatum refrigerandum vt duo, quod intẽtionem gradus respicit: materia huius remedij refrigerantis, vt duo erit verbi gratia lactuca; sed de hac materia tractare spectat ad methodum componendi medicamenta: selecta hac materia lactucæ, oritur necessitas indicantis vsum, & rectam administrationem huius materiæ: circa quantitatem, quando, quomodo, & vbi: nam in his quatuor considerationibus tota recta administratio consistit: etenim cum primo inuenerit indicans genericum, & indicatum genericum correspondens, & indicans & indicatum specificum non potest in arte ad indiuidualia indicantia peruenire: quia hæc infinita sunt, & ad artem non spectant sed potius ad exercitationẽ artis circa singularia, & in executione artis, dum explicat vniuersalia manifestata in arte, & explicata singulari indiuiduo sano, vel ęgro, vel neutro; tunc temporis non solum debet medicus genericum indicans, & indicatum; sed specificum, & indiuiduale animaduertere, & inuenire, & pariter nõ solum genericum vsum & administrationem genericam remedij inuenti, sed specificam, & indiuidualem: solus enim cito, & recte & cum iocunditate medetur q. rationabiliter vniuersalia dogmata in arte medica aquisita applicat indiuiduo & proprietati indiuidui, & naturam vt docet Hypp. in prognosticis non solum vniuersalem ægri; sed particularem agnoscit: idcirco sæpe sepius quia consuetudo a particulari emanat eam attendendam, & incumbendum ei docet, & indulget: quia est altera natura, & quia naturæ genericæ huic aliquando contrariatur, & quid natura cõmunis indicat & suadet, particularis & propria contraindicat, & dissuadet; imo coacti sumus huic totam operam nauare: si quis inquit Hypp. assuetus est semel, bis, vel ter in die comedere, licet praua sit hæc consuetudo; eam tamen seruare oportet, vel paulatim sensim, & sensim immutare: tuto adhibemus frigida aquam ei, qui naturaliter assuetus est eam bibere: alij natura dulcia spernunt & amara appetunt: alii potiones: alii bolos: verum ad rectum vsum est deueniendum & præsertim ad quantitatem remedii, cum lactuca remedium specificum frigidum vt duo sit indicatum ab erysipelate indicante calido vt duo, non adhuc scit medicus an. vnc i. vel ii. vel ss. lactucæ debeat exhibere; sed hæc quantitas & mensura extensiua pertinens ad rectam administrationem indicatur ab agente vehementi, vel mediocri, vel debili in humanum corpus, & a lædente mediocriter, vehementer, vel debiliter in methodo medendi, & in methodo conseruandi sanitatem ab agente extensiue naturaliter vehementer, mediocriter, vel debiliter: si erysipelas calidum vt duo, vehementer extensiue aget, & lædet; vel mediocriter, vel leuiter, vel ratione sui, vel resistentis corporis, lactuca erit exhibenda, vel in maxima, vel in minima dosi; ita etiam de euacuantibus, si reubarbarum erit indicatum a bile, quantitas reubarbari in recto vsu & mensuræ extensiue indicabitur a quantitate mediocri vehementi, vel debilibilis agentis: vt, vel drac. i. vel ii. vel iii. exhibeantur reubarbari: in methodo tuendæ sanitatis pariter alimentum potus, vel cibus quo ad quantitatem extensiuam erit mensurandus in maxima, vel minima, vel mediocri quantitate, prout maxima, minima, vel mediocris erit quantitas agentis naturalis, & facultatis vegetatiuę & nutritiuæ, ad quam spectat alimentum alterare: ita dicendũ de vitali facultate, & eius obiectis; & de facultate aĩali, instrumentisq; eius, & obiectis: semper quantitas agentis materia mediocris, vel minima extensiua, non intẽsiua est indicans, specificum indicatum postulat, extensiua indicat quantitatem remedii conseruantis indicatam a virtute extensiua maxima, vel mediocri, vel minima. Quando verò agendum semper indicatur a præsente vrgente. Nam quod vrget, est præsens indicat tunc temporis esse exhibendum, & administrãdum remedium, aut simile, aut contrarium vt si fames est naturalis, indicat cibum esse exhibendum eo tempore: quia præsens est vrgens, nempe fames; si concocta est materia morbifica, tunc indicat remedium euacuans: quia tunc materia cõcocta est vrgens præsens: semper tamen animaduertẽdum ne quid impediat, vel vires, vel aliud: sic dicendum de singulis aliis remediis: circa quando agendum eorum; Vbi administrandum remedium semper a constituente & residente in loco indicante: nam vbi adest & in loco eo residet indicans, ad illum locum apponendum est remedium agens & patiens contactu se inuicem afficere debent: nam actio & passio fiunt per cõtactum realem, sed, vel corporeum, vel spiritalem: si erysipelas est in crure euacuato vniuerso corpore, vbi erit applicãdum remedium nisi cruri? quia eo in loco adest indicans nocens, ibi etiam debet administrari remedium iuuans, vt simul ex se contangant, & pugnent: quomodo nempe calidum, frigidum, vel tepidum, aut in puluere vel potione, liquida vel crassa substantia, in bolo vel pillulis, vel potione, cerati vnguenti emplastri modo vel fomẽti sicci, vel humidi, & similibus; hoc indicatur a patiente & resistente indicante: tum in methodo tuendæ sanitatis: tum in curando ægritudinis naturam. si materia euacuanda facile cedet medicamento purganti. tunc potius in potione erit exhibendum pharmacum. si calida erit materia, quia admodum resistit, non calidum aut tepidum actu, sed frigidum erit administrandum remedium, nisi vires, vel pars affecta impediat & inhibeat: tandem hæc omnia erunt etiam accommodanda non solum in remediis in methodo medendi, sed in methodo tuendæ sanitatis; his expensis remanet vt ad topica vsurpanda circa partem affectam erysipelate sermo reuertatur: in primis cum erysipelas secũdum actionem moueat se se, tum lædendo tum agendo, & in ortu eius & post ortum, oriuntur quatuor tempora primum augumentum status & declinatio ortus: principium status & declinatio erysipellatis iam facti, & post eius generationem, primo enim incipit fieri, augetur eius generatio, est in statu eius generatio, & declinat eius generatio dum omnem perfectionem est assecutum. dum omnino est iam factum, (de quo iam facto agendum) status & declinatio, sed quia nimis subiliter hæc expensa videntur de temporibus quatuor vtroque modo simul dicendum:

In principio erysipelatis exquisiti quatuor primo sunt examinanda, primo an localia ante purgationem totius, aliquãdo sint vsurpanda, quæ et quando: secundo an in

Materia, & vsus materiæ remediorũ

D quantitate.

Quando agẽdum a quo indicatur.

Vbi.

Quomodo

Topica.

principio eryſipellatis repellentia tuto poſſint admini-ſtrari, vel tamen in aliqua parte, & in aliqua ſpecie ery-ſipellatis: tertio an repellentia debeant etiam refrigerare & aſtringere, vel refrigerare, & humectare tantũ: quar-to an huiuſmodi refrigerantia, & humectantia pote-ſtate, & actu frigida & humida ſint ponenda, an poteſta-te tamen, his expenſis, & animaduerſis rationabili me-thodo plures errores quos chirurgi ſolent committere euitabunt: ſicuti manifeſto docet citatis locis Aetius, Paulus, Alexander, Auic. Raſis et Galenus.

An localia ante purgationes totius ſint aliquando vſurpanda.

Quo ad primum non ſemper prius eſt molienda to-tius prouidentia, euacuatioque: imo nos docet Gal. ter-tio acut. 14. methodi, & alibi exemplo pleuritidis, poſſe tuto nos adminiſtrare localia ante totius purgati onem qñ vel materia in vniuerſo corpore admodum exigua, & pauca ſit, & corpus non ſit vitioſis humoribus refertum: tertio dum maximus dolor, vel inflammatio partis mo-leſtet, & quarto dum eryſipelas ab externa cauſa factum ſit, nempe a percuſſione dolore, vſtione, ſolis feruore, & ſimilibus: nam fluxio non eſt a cauſa interna, & mandã-te excitata; ſed tantum a læſione partis affectæ extrinſi-ce confecta? ſi uero humor in vniuerſo corpore redun-dauerit, prauiſque humoribus corpus plenum appareat, iecur calidum biliſque infeſtet, tunc prius euacuandum eſt vniuerſum corpus purgatione, & ſectione venæ leni-to tamen anodinis dolore, ſi is maxime vrgeat, ne is in-feſtans attrahat ad ſe tenuiores ſuccos, & calidiores: præ terea ratione loci affecti non ſunt localia adminiſtranda ſi eryſipelas in facie aderit, ne ipſa ad cerebrum retroce-dat, & phrenitidem, aut maniam pariat, neque ſi occu-pauerit glandulas axillarum, quæ ſunt ſub axillis poſitæ tanquam cordis excrementorum ſentina, neque ſi glan-dulas inguinum: nam humor excrementicius, & bilio-ſus ſanguis ad faciem, vel axillas, vel inguina expulſus tanquam ad ignobiliora loca liberat interna, & princi-palia viſcera, & minus negotij faceſcit, quam ſi retro re-mearent ad imas partes, licet Theodorus Priſcianus libro primo c. 21. ſolum caput, & faciem excipiat, in quibus ſi eryſipellas apparuerit ante tertiam diem phle-botomandum, & à cibo abſtinendum ſuadet: verum ſi coacti in face aliquid ponere ſumus, imitari debemus Aetium loco cit. qui non repercutientia, & refrigerantia adminiſtrat; ſed potius ea, quæ relaxant, attenuant: nem-pe nidum hirundinis puluerizatum melli admixtum ſumit, & penna intincta faciem illinit, poteſt etiam vſur pari decoctum maluæ, altheæ, fœnugræci butirum recẽs loco huiuſmodi decocti.

An in principio repellentia tuto adminiſtrentur.

Quo ad ſecundum repellentia adminiſtrantur ſicuti docet Aetius inquiens *& quod influxit repellemus, & feruorem refrigerabimus per ea quæ humectant ſimul-que frigefaciunt. ſit autem terminus refrigerandi muta tio coloris.* in principio igitur dum humor fluit, oritur indicatio repellendi, niſi quid prohibeat: prohibet autẽ, vt dictum eſt, facies, caput, axillæ & inguina, & partes, quæ ad nobiliora viſcera rectitudinem habent, ne ad ip-ſa humor retrocedat, & maiorem noxam inferat.

An ſemper repellantia debeant refrigerare, & humectare.

Quo ad tertium ſunt ſemper adminiſtranda refrige-rantia, & humectantia, quoniam adeſt intemperies cali-da & ſicca, in parte affecta quæ eget refrigerantibus & humectantibus, & pariter materia binoſa calida, & ſic-ca. vnde Aetius inquit, *feruorem refrigerabimus* ſci-licet intemperiei & materiæ *per ea, quæ humectant ſi-mulque frigefaciunt* ſicut autem humectantia, & refri-gerantia citra manifeſtam aſtrictionem, vt ſolanum, ſemperuiuum, portulaca, vmbilicus venenis pſyllium lẽ-ticula paluſtris, hioſciamus, glaucium, lactuca, epatica, Ceratum, oleũ roſ. omphacinũ confectum ex ceræ qua-druplo, tenuis, & albi, ac pellucidi aceti modico, & ſi re-frigeratorium magis cupies medicamentum, ſuccus ali-quis herbarum relatarum admiſcetur, & in mortario cũ piſtello teritur: hoc idem Paulus affirmat, inquiens *in-fluentem materiam refrigerantium virtute repellere o-portet, ſicuti collectam calefacientium mediocriter, & humectantium diſcutere priuſquam particula line-at, aut nigreſcat adhibita ſemper cura, vt per liquida inunguntur ita, vt frequentius immutentur,* & hoc per-tinat ad modum agendi, qui indicatur à temperie calida & materia bilioſa reſiſtente, & difficulter patiente: ideo liquida ſunt adminiſtranda, & frequentius immutanda: quia magis humectant, & refrigerant, dum ſæpe immu-tantur, & per liquida inunguntur, calorem & ſiccitatem intemperiei, & bilis: principio ait *per ſpongias molles ablutis, ſi quidem multus particulæ feruor celeriter in vaporẽ erumpens, hæc deſiccat. ceterum requirunt ery-ſipellata, per initia, vt dixi, quæ refrigerent cum humi-ditate, non aſtringant, quale eſt ſemper viuum, portula-ca, pſylion, lenticula paluſtris, ſeris, cucurbita, ſolanum altercum, lactuca glaucium, violæ, ceratum ex aqua ad modum frigida addito opio, papauere cicuta, & man-dragora.*

Lib. 14. c. 59.

Lib. 4. c. 21.

An refrigerantia, & humectantia, ſint vſurpanda talia actu vel poteſtato.

Quo ad quartum potius poteſtate, & actu frigida, & humida ſunt ponenda: quia talia ſunt indicantia intem-periei calidæ, & bilis, præſertim in æſtate, & ægro Iuue-ne, at in hyeme actu tepida, & in ſene: humiditas dupli-citer hoc in loco conſiderantur, & quatenus indicatur ab agẽte calido, & ſicco generico, & ſpecifico, & hæc perti-net ad quid agendum: altera eſt humiditas, quæ indica-tur in recta adminiſtratione, an ſcilicet medicamentũ in forma humida actu, vel ſicca ſit vſurpandũ, & hæc indi-catur vt dictum eſt, à patiente, & reſiſtente intemperie, et humore: magis contrariatur humiditas actualis me-dicamenti, quam ſiccitas: idcirco medicamenta potius liquida, et humida accipiuntur, vt ſunt cerata liquida, ſucci emplaſtra, fomenta, quam in ſicca forma, vt pulue-res, et huiuſmodi: cito etiam, et frequenter remouere appoſita medicamenta indicatur à patiente, et reſiſten-te, et ad modum adminiſtrandi pertinet: quoniam dum ſæpe permutatur humidum medicamentum, magis agit et difficilius reſiſtit materia, et intemperies, ſed facilius patitur, et hæc fuere ſumma diligentia animaduerſa, a Paulo, et Aetio: componuntur ex enarratis pura medica-menta veluti cucurbita, cucumere, coctis et elixis, ſimul-que contritis his opium; ſuccum papaueris, cicutæ aut mandragoræ addere licet, pro vt eryſipelas purum, vel impurum aderit: nam in œdematoſo, vel ſcyrroſo pro-pter miſcelam pituitæ aut melancoliæ refrigerantia et humectantia mitiora ſunt exhibenda; ſed in pituitoſo addere licet aliquid apii, petroſelini. ſaluiæ pro vt pitui-tam reſpiciunt; in melancolico aliquid boraginis bugloſ ſæ, ceterach, capilli veneris, maluæ altheæ: tranſacto

In augmento.

initio eryſipelatis in augumento eius oritur indica-tio partim refrigerandi, et humectandi, atque repellendi partim fluxam iam materiam euacuandi, quoniam in hoc tempore adhuc influit humor bilioſus ad partem, ſed debiliter, et adeſt aliqua portio iam fluxi, qui diſcu-tiens medicamentum exoptat, et euacuans; idcirco cum duo ſint indicãtia in augumento, duo debent eſſe indica-ta, et medium ex his duobus confectum Aetius, et Ori-baſius duo ponunt in lucem medicamenta Rec. ſpumæ argenti drach. i. ceruſæ drach. ſs. ſulphuris viui croci an. ſcrup. ſs. excipe paſſo; vel Rec. ſpumę argenti, ceru-ſæ ſulphuris viui, opii an. drach. ii: paſſo excipe, vel Rec. acatiæ drach. viii. miſios drach. iiii. thuris tantundem, opii drach. ii. cum paſſo fiat cataplaſma vel decoctum lactucæ, hordei, fęnugreci maluæ althęę, vel opii ſolani, cucurbitę, portulacæ: hęc omnia permixtam vim obti-nent et refrigerandi, et euacuandi.

In ſtatu

In ſtatu, cum omnia ſymptomata vehementiora ſint, calor, febris, dolor, et color, cumque non amplius influat humor, ſed influxus omnino, accenſus, et feruefactus grauiora inducat; oritur indicatio duplex, quia duo ſũt etiam pręcipua indicantia ratione materię iam fluxę et firmatæ oritur indicatio eam euacuandi: ratione vero intẽperiei maxime calidæ, et feruidæ materię indicatio eſt refrigerandi; conficietur igitur Cataplaſma refrige-rans et euacuans cum farina hordei, milii, fabarum cum melle

melle, aut cum succo portulacæ et lactucæ, aut cum decocto maluæ, altheæ, florum camomelli: sœpe etiam aqua calida fouetur pars: demum si erysipelas impurũ, et spurium fuerit propter pituitam, vel melancoliam, a vehementer refrigerantibus cauendum erit, ne pars liuescat, sed vsurpanda sunt, vt diximus calidiora et permiscenda frigidis, verum dum aliquo casu liuescat pars primo vt Galen. 2. ad Glauc. 20. fouenda est pars aqua calida: deinde muria, aut aqua marina, vel aqua Thermali: deinde scarificationibus incidenda. postea emplastrum ex farina fabacea, et lupinorum: imponenda interdum cataplasmata sunt, vel muria vtiliter misceatur, vt calor natiuus, qui semi extinctus videtur, a frigore reuocetur, et materia coacta fundatur: vsurpatur etiã calx viua, vel lota decocto prædicto: vtiliter imponitur Coriandrum cum polenta, et parte lilij sem. et folia e vino trita, tussilaginis folia cum melle, quinque folij radix cocta cum aceto, sal ex aceto illitum cum hysopo impositum, decoctum calamynthæ pulegij betonicæ, de his omnibus loquitur Aetius, et Paulus locis citat. addere possumus decoctum lupinorum scordij dictamni gentianæ, præsertim si ab vsu nimis refrigerantium pars liuida vel nigra euaserit, hæc sunt quæ in curatione erysipelatis exquisiti, et spurij administranda veniunt in principio statu et declinatione; in qua si quid materiæ crassæ, et duræ ob malam adhibitam curationem remanserit: nam sœpe ob nimiam refrigerationem, & inopportunam succi refrigerantur, & indurantur, & meatus & pori cutis astricti, & inspissati inhibent euacuationem aliquando ob vsum calidorum tenuiores partes dissipantur, & crassæ indurescunt, ideo si hęc aderunt, induratam materiam oportet emollientibus, & humectantibus concoquere sensim & sensim, vti cum axungiis pinguedinibus oleo camomellino, anethino amygdalino vel decocto maluarum altheæ boraginis buglossæ caricarum pinguium, butiro farina sem. lini: hinc apparet cura erysipelatis puri, & illius qui mediũ obtinet naturam inter phlegmonem, & erysipelas: nam hic sanguinis copiosam euacuationem desiderat, & mitiora refrigerantia. Hoc vnum docendum, ne ab empiricis, & a mulierculis damnentur Chirurgici, & hoc est ab Arist. primo probl. adnotatum, cur cum erysipelates sint tumores calidi & feruentissimi, & calidis, & frigidis curantur, & mulierculæ adhibent vinum nigrum, & pannum rubrum madefactum in vino & non nulla dæmoniaca verba susurrantes aiunt se erysipelata tutius curare, quam Chirurgus; sed dolus, & fallacia atque impostura adest: nam cum erysipelata oriantur ab humore bilioso tenui, & calido ipsæ mulierculæ, & empirici calidis vtuntur haurientes indicatum non a qualitate calida materiæ, sed a copia, & materia fluxa, quæ eget sui euacuatione: idcirco vinum, & aqua chymica confecta ex calidis medicamentis aqua vitæ cum calida & resoluentia sint, dissipant & resoluunt materiam biliosam iam fluxam, *& tanquam maior ignis minorem extinguit*: negligunt indicationẽ a qualitate calida, & intemperie, & etiam totius prouidentiam, quæ curatio non admodum legittima cũ rei naturæ non correspondeat, sœpe in maxima pericula ægrotantes inducit: tutior est ea, quæ a Galeno, & ab alijs adscribitur confecta tum ex refrigerantibus in principio, & humectantibus tum in augumento ex mixtis calefacientibus & refrigerantibus atque in statu, & hac ratione habita totius prouidentia si opus erit, tuto & cito & cum iocunditate curantur erysipelata.

Pro materia indurata. (margin)

Impostura ulierũ, & empiricorum. (margin)

De Oedemate. Cap. XIII.

Nomen & 4. in 5. Epid. comment. 1. (margin)

OEdema ab Auicen. & a Rasi vocatur vndimia, & apostema molle ab Hypp. tumor laxus mollis; sed dupliciter, etiam hoc nomen oedematis vsurpatur vel generice pro omni tumore, vt ait Gal. 4. aphor. 24. vel in specie pro tumore molli producto a pituitoso excremento: præterea hoc oedema secundo loco appellatum, vel est accidens seu symptoma quod sequitur alios affectus velut pthysim, hydropem, Cachexiam: nam in huiusmodi affectibus sœpe intumescunt manus, pedes crura, facies, vel est morbus in parte aliqua lædens operationes illius partis, & vt similaris, & vt dissimilaris: nam & intemperie frigidas afficiet partem, & naturam illius partis offendit & instrumentalẽ, etiam actionem sensus, & motus incommodat, & est vel exquisitum, vel spurium ob miscellam alterius humoris: præterea aliud est oedema vniuersale secundum vniuersum corpus, aliud particulare secundum determinatam partẽ; illud primum conspicitur in hyposarca, quoniam totus habitus corporis pituitosus apparet, & humidus cedit tactui, & foueam recipit; hoc dupliciter est in parte aliqua, & præsertim solet contingere in manibus, & pedibus; extremę enim partes a calore longinquæ frigidæ apparent, & frigida excrementa facile colligunt: adhuc aliud est oedema symptomaticũ productum à natura irritata; aliud criticum confectum a natura concocta materia, quod euenire solet in longis, & diuturnis morbis a pituitosis succis exortis: nam tunc temporis præsertim ad infernas partes natura demãdat pituitosas superfluitates, & ægram a præcedenti morbo liberet. In præsentia sermo erit de oedemate exquisito, & spurio particulari, & morbifico symptomaco aut critico quod producitur ab excremento pituitoso demandato ad vnam determinatam partem eius actiones similarem, & dissimilarem lædens: cuius definitio colligi poterit ex Galeno 2. ad Glaucon. & 1. prognos. 24. nec non ex Paulo Aegineta lib. 4. cap. 27. & ex Aetio lib. 15. cap. 1. ex Rasi tract. 3. cap. 12. erit igitur oedema tumor laxus indolens a pituitoso excremento prædominanter excitatus in determinata parte humani corporis. Constat hæc definitio sicuti ceteræ definitiones morborum constare debent, ex forma, causa efficiente, & subiecto seu materia in qua affectus consistit: forma, quæ limitata est non nullis conditionibus, est tumor laxus indolens dum est tumor, est eminentia & aucta magnitudo præter naturam quæ actiones illius partis quam occupat, lædit, vt non solum intemperies labefactetur facultas nutritiua, & eius actio imminuatur, sed etiam actio instrumentalis sensus fiat imminutus ob frigiditatem, & humiditatem materiæ obtundentis sensorium tactus, & refrigerantis, & humectantis spiritus animales vitales, & calorem, quę sunt instrumẽta sensus & cõprimentis organum sensus, ne facultas animalis influens recipiatur in organo: pariter motus imminutus aut deprauatus apparet, quia musculi ab huiusmodi tumore primo nequeunt contrahi, & extendi secundum naturam, & facultas motiua etiam impeditur ab huiusmodi tumore, tum comprimente neruos tum refrigerante sensorium, & organa motus spiritus, & calorem vt dictum est de sensu tactus: dicitur mollis, seu laxus tumor quia cedit tactui, & digito prementi, & foueam recipit: indolens est: quia demit sensum tactus & imminuit ob rationes supra exaratas: an vero omnino sit sensus ablatus illius partis an tantum imminutus: potest aliquando vtroque modo contingere, & nomen indolens accipitur dupliciter pro omnino nihil sentiente, & pro imminute sentiente. Efficiens causa est excrementum pituitosum prædominans quod dupliciter vsurpatur vel pro humorali excremento vel pro flatuoso: aliquando accidit vt pituitosum excrementum reperiatur vel sub forma humoris frigidi crassi, vel tenuis, vel reperiatur sub forma flatuosi vaporis crassi aliquando eodem tempore reperitur & flatuosus vapor, & pituitosus; facile enim a pituita flatus eleuantur; pituita vero cum plures habeat species: nam alia est mucus. qui a cerebro pro nares expurgatur: alia gignitur in stomacho, & intestinis: alia gignitur in hepate, & euadit sanguis pituitosus præter naturam etiam alia euadit salsa pituita: alia acida: alia vitricca. verum pituita, quæ oedema producit, est tumor excrementosus albus

Oedem- ta in mor bis longi- (margin)

Definiti- (margin)

Forma. (margin)

Efficiens (margin)

Flatus. (margin)

Pituitas species. (margin)

sub-

ſubdulcis; modo craſſus modo tenuis prædominans abſolute in exquiſito oedemate, & ſecundum quid, & ſecundum partem in ſpurio, quia tunc miſcetur portio vel bilis, vel melancoliæ, vel ſanguinis, ſed in pauca quantitate, qui gignitur aut a ſtomacho frigidiori, aut ab hepate frigidiori, vel a cerebro frigido, & humido, vel ab vtero, cauſæ externæ adiuuantes hanc generationē pituitoſi ſucci ſunt res naturales ægrotantis, vt ætas ſenilis, temperies frigida, & humida, habitus carnoſus: deinde ſex res non naturales vt aer, & regio frigida, & humida vſus ciborum, & potus frigidi & humidi nimis, crapula, ſomnus otium, & quies; aliquando etiam immoderata venus, quæ calorem natiuum vniuerſi corporis, languidasque, et imbecilles partes reddit; per accidens etiā nimia vigilia, et nimia vini potio calorem imbecillitant et diſſoluūt, & ex conſequēti refrigerant tēperiē, & habitum vniuerſi; flatuoſus, & pituitoſus vapor pariter ab eadem materia gignitur, ſed oportet, vt poſtea ad locum determinatum expellātur, & recipiantur ab imbecilliori, & ibi magnitudinem, & eminentiam faciant, cum a calore partis, & virtute concoqui, & diſſolui non valeāt.

Humor pituitoſus.

pars affecta eſt (determinata particula humani corporis) non vniuerſalis, quia non eſt ſermo de hypoſarca, et Hydrope; ſed de particulari oedemate determinatam partem occupante: et hæc pars erit carnoſa, et muſculoſa, laxa, quæ valeat recipere pituitoſum excrementum nerui, membranę, oſſa nequeunt oedemate detineri: præterea alia erit pars interna, alia externa, ſed de interno, et externo oedemate a pituitoſo excremento per con fluxum huiuſmodi excremento genito loquimur: explicata natura, et eſſentia generica huius oedematis differentię ſunt deſumendæ, quæ pariter, tres ſunt formales effectiuæ, et ſubiectiuę, ſicuti tres ſunt cauſæ hunc tumorem producentes a forma, modo oedema eſt magnum, modo minus, et modo prementi digito magis cedit, modo minus: ab effectrice triplex olitur aliud eſt a pituita dulci, et craſſa: aliud a flatuoſo, et pituitoſo vapore. Tertiū mixtum erit ex vtroque ſpuriæ vero, & non exquiſitæ differentiæ ſunt, dum cauſa efficiens non eſt ſimplex, ſed permixta modo ſanguis ſecundum portionem dominatur tamen ſemper qualitate, & quantitate pituitæ, & fit oedema phlegmonoſum, ſi melancolia annectitur, fit oedema melancolicum, & ſcirroſum: ſi bilis, fit oedemia eryſipelatoides: ſi permiſcetur pituita ſalſa, vel vitrea, vel acida, vel alius humor excrementicius, oritur ſpurium œdema variis nominibus inſignitum: poſtremo a loco affecto differentiæ ſumentur, & tot apparent, quot loca affecta, vt plurimum manus crura, pedes facies hoc tumore infeſtantur, & hac ratione appellabitur oedema faciei, manus, vel pedis, vel cruris: & ſic in aliis partibus.

Locus affectus. *Differentia.* *A forma.* *Ab efficiente.* *A loco affecto.*

Signa in genere, & in ſpecie expenduntur, & tum formę tum cauſæ efficientis, tum loci affecti: in genere cognoſcitur oedema laxitate, mollitie, indolentia, fouea impreſſa, colore albo, nec non ex ſignis cauſarum præcedentium, vel ex vagantibus, veluti ex ſenectute, aere frigido regione, vſu ciborum frigidorum, ſomno, quiete crapula, potu aquę frigidę, & ſimilibus pituitam gignentibus: In ſpecie cognoſcitur ſi exquiſitū oedema eſt, & ſimpliciter omnino album indolens, laxum, foueam recipiens apparebit, ſi vero non exquiſite ſecundum quid & ſpurium aderit, aut cum melancolia aut cum bile, aut cum ſanguine, tunc ſi œdema phlegmonoſum erit cum minima portione ſanguinis, tunc color aliquantulum rubeus aderit, calor & ſenſus: ſi bilis, apparebit ſubpallidus color, calor, & acrimonia, & puncto, & reliqua ſigna bilem atteſtantia: ſi melancolia color erit ſubobſcurus, frigiditas, & craſſities, & durities maior, & temperies ægrotantis, & habitus melancolicus: ſigna formæ, effectricis cauſæ, & loci affecti ex his dictis notitiam acquirunt.

Signa in genere.

Indicationes indicātia, & indicata, quæ debent cōſiderari in œdemate pro eius recta curatione generice tria ſunt, Curatiua, pręſeruatiua, & vitalia; verum iam prius notum eſt quid ſit indicans, quid indicatio, & quid indicatum: nam indicans eſt in humano corpore quid expoſtulans, vel ſui corruptionem a contrariis tanquam res præter naturam, & moleſta, vel vt cauſa, vel vt morbus, vel vt ſymptoma, at morbus proprie appellatur curatiuum indicans: quoniam ſolum curatur morbus, & ſolus morbus eſt indicans curatiuum, vt paſſim docet Galenus indicans præſeruatiuum in methodo medendi eſt non morbus ſed cauſa morbifica, quę indicat ſemper per contrariam: nam ſi nocet qualitate prima, vel ſecunda, vel ſubſtantia, vel quantitate indicatum conſideratum debet eſſe ſubſtātia, aut quantitate, aut qualitate prima vel ſecunda, vt æqualiter correſpondeat: in methodo tuendæ ſanitatis indicans præſeruatiuum ſeu pręſeruatorium, ſeu prophilacticum eſt cauſa materialis nempe humor, ſpiritus, quæ ſui conſeruationem deſiderant ſimilibus. vitalia præſidia indicantia pariter ſemper ſunt res naturales, modo temperies, & conſtitutiones naturales modo cauſæ naturales. vnde indicata vitalia erunt correſpondentia, & indicatum nihil aliud eſt quam præſidium, auxilium indicatum ab indicante, & ei correſpondens, & indicatio eſt actio, quæ emanat ab indicante. exempli gratia in methodo medendi adeſt intemperies calida cum materia bilioſa, intemperies eſt indicans frigida, indicatio eſt illa actio, quæ emanat ab intemperie calida ad frigida; frigidum eſt indicatum, materia indicati appellabitur ſimplex aliquod medicamentum vt lactuca: indicans præſeruatiuum erit materia bilioſa, hæc indicat indicatum præſeruatiuum refrigerans bilem. Vitale indicans in methodo tuendæ ſanitatis ſemper ſui conſeruationem expoſcit, & eſt aut temperies naturalis, aut cōpoſitio, aut vnitas, aut erit præſeruatiuum, quod producitur a cauſa conſeruante ſanitatem nempe ab humore aliquo vel ſpiritu, & indicatū erit quid ſimile ſubſtātia, aut quantitate, aut qualitate prima vel ſecunda: in œdemate igitur tria hæc erunt, vt iam dixi indicantia curatiua, præſeruatiua, & vitalia, & triplicia indicata in genere, & vſus eorum. primo a forma tumoris oritur indicatio curatiua duplex, vna reſpicit magnitudinem auctam, & eminentiam præter naturam lædentem actionem illius partis, quæ ſui minutionem indicat, minuentibus euacuantibus, digerentibus, repellentibus, & ſimilibus: altera eſt calefaciendi, et exiccandi intemperiē frigidam, et humidam introductā a materia forma, ſecunda indicatio erit præſeruatiua, quæ oritur a cauſa morbifica, et efficiente pituitoſo excremento ipſum tumorem, quæ indicat ſui præſeruationem, præſeruatur in methodo medendi, ne fiat tumor ſi repellatur materia fluens, ſi reuellatur, et demum ſi materia fluxa euacuetur digeratur, et frigida, et humida exiccetur, et calefiat, craſſa attenuetur, et viſcida incidatur, copioſa minuatur, et quieſcens præter naturam in loco illo educatur aliunde, vt dixi reuellentibus, digerentibus. tertio eſt indicans, indicatio, et indicatum vitale conſtitutio naturalis partis affectæ indicat ſui conſeruationem: temperies compoſitio, et vnitas caloris naturalis: oportet ſemper igitur calore, et leui aſtrictione partē fouere gratia vitalis indicantis, et hæc ſunt exactius expendenda vt non empirice, ſed rationabiliter, et philoſophice per ſigna, vel cauſas ſciamus mederi.

Indicationes. *Indicans quid.* *Vitalia indicantia.* *Indicatū quid.* *Indicatio.* *Indicatio a forma.*

Pręſagium pariter animaduertitur in genere, et in ſpecie tum ratione formæ tum ratione cauſæ efficientis tum loci affecti ex Galeno 2. ad Glauc. cap. 3. et 1. præſagiorum 24. ſi œdema ſubſequitur, et accidens, et ſymptoma ſit, periculum minatur: nam, vel phtyſim, vel Hydropem, vel cachexiam quæ ſunt affectus perículoſi ſubſequitur: vel eſt morbus per ſe, et tunc minoris periculi timorem affert, ſi maximum eſt, maius periculum ſi minns, minus ſi exquiſitum, exiguum negotii faceſcit quam ſpurium: quoniam ſpurium cauſas diuerſas obtinet inter ſe contrarias, et generantes cauſas, et remedia difficiliora. ſi aderit melancolia, et pituita aut bilis, difficilius curabuntur.

Prognoſtica.

A loco

A loco affecto. A loco affecto si aderit in regione calida sicuti ratione causæ efficientis maiorē efficaciam ostendit, & periculū: nam censendum est potentem fuisse authorem aut imbecillimam esse facultatem, quæ permisit pituitosam materiam ibi recipi, & colligi: nā si calor robustus, & validus & pars calore referta fuisset, pituita ibi non fuisset collecta: in extremis partibus facilius, & faciliori de causa generantur huiusmodi tumores ob natiuam imbecillitatē, sed difficilius curantur ob caloris exigui inopiam: vnde aliud est præsagiū rōe originis, & generationis, aliud est præsagium ratione curationis: non parum difficultatis afferunt, cum ætas tum temperies ægrotantis consuetudo tempus anni aer regio, cibus potus, & vita ante acta, præsens in sene hyeme, & regione frigida otioso viro, vel muliere: nam in fœminili sexu ægri curantur ob frigiditatem, sed facilius gignuntur: vnde Hypp. morbi facile naturæ ægrotantis, & tempori anni correspondēt, & curantur, sed hic aphor. diligenter, est explicandus ne contradictio inter Hypp. dicta oriatur; si œdema quod est frigidum, & morbificum in sene, & hyeme oriatur, vel ægrotante temperamenti frigidi, & humidi quia facilior est huius ortus & facilis recessus adhuc morbi a naturali statu, facilius etiam, & penes exiguus videtur recessus: nam in symbolis facilis est transitus, & simile facile in aliud simile degenerat. vnde etiam ratione curationis facilis apparet, at in iuuene regione calida calidis assueto si excitetur œdema maxime recedet à naturali statu: difficile erit eius initium, difficilius etiam eius curatio, & maius periculum: maior enim est à naturali statu recessus, & ille maior ingentius discrimen portendit: hoc vnū etiam animaduertendum si recessus oriatur in simili, & a simili remedium minoris intentionis esse vsurpandum si contra maioris.

Sed tandem opere præcium est vt indicantibus, & indicationibus satisfaciamus ijs præsidiorū materijs, quæ in re medica tanquam media, & instituta pro consequēdo fine solent in medium collocari Chirurgicæ pharmaticæ, & Diæteticæ quæ tres auxiliorum materiæ aut vniuersum corpus respiciunt, & morbificas affectiones in toto, aut quæ in determinata parte œdemate obsessa resident, sed prius dicendum pro curatione œdematis

Chirurgica. quod accidens est, siue insequitur alium affectum nēpe phthysim cachexiam aut hydropem, tunc temporis reprimentia, & mitigantia opportuna, nempe fricanda sunt crura oxyrodino, vel ol. cum sale, vel oxyrodino salem habente, aliquando oleum rof. & acetum cum sale permiscetur, & his illinitur pars, & fricatur, sed huiusmodi œdema curatur curatione causæ, & morbi: rationabile est tunc temporis phthysim aut cachexiam, aut hydropem sanare, eorum causas adimere. si tumor omnino œdematosus tolli debet, reliquum œdema quod per se est morbus an venæ sectionem requirat, examinādum videtur, & discutiendum cum frigiditatis tumor

An inœdemate vena secanda. sit, & à frigida causa exortus, non videtur missionem sanguinis exposcere: dicendum tamen immediate, & principaliter in genere, & in exquisito erysipelate non indicari sanguinis missionem, in specie tamen œdematis phlegmonosi cum in eo minima portio sanguinis redundat, & sanguis alimentalis pituitosus etiā impetum ad partem affectam habuerit, ætas ægrotantis, & robur virium consentiat, non esse abre sanguinem mittere, sed parce: in alijs speciebus nullo pacto immediate indicat nec etiam principaliter, aut vt adiuuans, quia licet potuerit tanquam vehiculum pituitosam materiam ad locum affectum deducere, maius tamen erit emolumentū sui præsentia caliditate destruente frigiditatem pituitæ quam sui euacuatione: pariter scarificationes cucurbitulæ scarificatæ hyrudines his conditionibus erunt moliendæ, & ni aderit maxima copia sanguinis, permiserit ætas, & virium robur totius erit a detractione sanguinis abstinendū: frictiones vniuersales; & particulares, ligaturæ sinapisinatæ, vesicantia, vrentia poterunt vsurpari, quę valent a longinquo reuellere, & à propinquo parti affectæ applicita euacuare, vel à circumiacentibus deriuare.

Pharmacia. Quo ad pharmaciam hæc pariter, vel vniuersalis totius prouidentiam respiciens, vel topica, & particularis partem affectam spectat, pro totius euacuatione dum æger pituitosis excrementis scatet, subducenda erit aluus primo in pituitoso exquisito œdemate quatuor vncijs

Lenitiua. mellis rof. sol. & drach. ij. diaphen. cum decocto cord. q. s. vel in bolo cum drach. iiij. diacatolici & iiij. diaphen. cum drach. i. specierum hyeræ simpl. Gal. in bilioso quæ bilem etiam euacuant addendo, in melancolico quæ melancoliam veluti pro bile Rec. mellis rof. solutiui vncias iiij. elect. de succo rof. drach. ii. decoct. cord. q. s. pro melancolico Rec. syrupi de epithimo de

Syrupi. polipodio, mellis rof. solutiui an. vnc. ii. decocti cord. q. s. m. & f. p. b. subducta aluo humores in toto corpore sunt concoquendi pituitosi præsertim cum syrupo de betonica de stecade, melle rof. & decocto betonicæ, saluię, roris marini, origani calamenthi, aut camedrios, camepitheos, corticum citri iuæ & similium. si aderit bilis cicoracea in minima portione sunt addenda, si melancolia, quæ succum melancolicum concoquunt, borago; buglossa, fumaria ceterach, capillus veneris postremo medicandi sunt humores concocti, & e corpore ex-

Purgantia. turbandi pharmaco aliquo veluti Rec agarici trocisc ati scrup. iiii. sem. cartami scrup. i. gingiberis scrup. ss. diaphen. & diacatolici an. drach. iii. m. & fiant boli: additū est gingiber correctionis gratia, vel in potione accipe sem. cartami Agarici trocis. an. drach. i. ss. salis gemmæ, gingiberis an. scrup. ss. fiat infusi in decocto saluię iuæ, corticis citri, florum cord. q. s. facta diligenti expræssione adde mellis rof. solutiui vnc. iiii. m. & f. p. b. pro bile addere licet electuarium de succo rof. & pro melancolia cōfectionē amech. expurgato vniuerso corpore

Topica. his medicamentis ad topica deueniendū, quæ vel respiciunt partem generantem pituitosum humorem excre-

Capitalia. mentum ventriculi, cerebri, vel iecoris, & tunc exhibēda sunt, quæ calefaciunt, & exiccant stomatica, vel iecoraria, vel capitalia: pro cerebro est conserua saluiæ, ro-

Stomachica. ris marini, stecados, iuæ, maluæ, betonicæ theriaca mitridatum, diambra pliris arcoticū, & similia: pro stoma-

Epatica. cho conserua absynthii, gingiberis, betonicæ menthæ: pro iecore absynthyum agrimonia, angelica, camedrios

Pro corpore. vel decoctum ex his plantis, vel pro vniuerso decoctum saxafras, chynæ, & ligni Guaiaci; quod non solum causas generantes; sed pituitosum humorem in vniuerso calefacit, exiccat & dissoluit. Quo ad materiam influxam, & partem affectam oportet, & materiam euacuare & calefacere, & influxam in poris & spatiis existentem, & ad huc influentem repellere. In principio adsunt duo indicantia repellere materiam fluentem, & digerere: In augumento & statu adest vnum tantum indicans digerendi, & euacuandi: nam digerentia cum calida sint qualitate etiam materiæ pituitosæ frigidam & humidā calefaciunt, & exiccant: proponit in principio Gal. secundo ad Glauc. loco cit. spongiam nouam madefactā aceto & aqua, & fasciam valenter stringentem ad alias partes hinc inde supra & subter: oportet hoc medicamentum tanquam quid agendum indicatum specificū & rectum eius vsum considerare: proponitur spongia aceto, & aqua imbuta & fascia: spongia noua est indicatum

Spongia. à materia quę indicat digerens & resoluens: nam noua spongia abstergit & digerit, & si noua non est oportet lixiuio sarmentis confecto ex sale nitro, & aphronitro madefacere: acetum & aqua habet vim repellendi, nec non condensandi, & adstringendi, & per accidens

Fascia. calorem natiuum augendi, qui auctus valet excrementū flatuosum discutere, & dissipare: fascia repellit: sed re-

Quo agendi. ctus vsus notetur huius medicamenti quo ad quando agendum est vt administretur dum fluit, & dum augetur & fit œdema, quia tunc temporis adsunt

Modus. indicantia. Modus est vt valenter stringat vt humor repellatur & calor partis magis vniatur quando etiam

quia

quia ad quantitatem extenſiuam pertinet, debet hoc medicamentum totam partem oedemate obſeſſam occupare, & maximam copiam ſpongiæ aceti, & aquæ & faſciæ adeſſe; aqua, vt inquit Gal. 1. ſimp c. 8. digerit & euacuat per accidens, quatenus condenſat poros, & aſtringit, acrimoniam ēt aceti obtundit, admiſcet ſecundo ad Glauc. & 14. metho. plus aceti: dum œdema non quieuerit in corporibus duris: quia tunc egemus maiori repulſione: ſi his non ſedatur, addit Raſis aliquid aluminis ēt aquam roſ. aquā myrthi, & aquā ſaponis cum aceto, & ol. roſ. madefacit his oībus ſpongiam nouam, vel pānum, vel Tarſi cum elichnium, quòd eſt goſypium: his adminiſtratis inter initia, & augumentum oportet cum amplius non fluit pituitoſus humor, iam fluxum digerere, diſſoluere atque euacuare: digerunt primo olea camomellina, anethina, de caſtoreo, vulpinum liliaceum cum ſale: deinde ſpongiam lixiuio apponere, & vehementius ſtringere oportet: efficacius medicamentum aqua calcis, vel decoctio origani, ſaluiæ ſcordij, dictamni, ſulphuris: deinde emplaſtrum e radice cucumeris aſinini, colocintidis cū farina hordei; radix cucumeris, & colocintidis à proprietate pituitam attrahit; brancæ vrſinæ folia contrita cum axungia porcina vetere mixta vtiliter imponitur; deinde rebellibus, & antiquis œdematibus calx viua, & ſabina puluerizata cum axungia porci mixta præſtantiſſimum eſt remedium, vel medulla ſaliti porci cum calę viua gingibere pipere, & flore geniſtæ: in augumento mixtæ materiæ componūtur ex his veluti quòd deſcribitur à Raſi loco citato Rec. aloes, myrrhæ, acatiæ, croci orientalis boli armeni omnium partes æquales, cum lixiuio fiat magdaleon, quòd poterit diſſolui aceto, & ſucco caulium, & ſi in facie, aut in palpebris extiterit hæc ægritudo, diſſoluetur aqua roſata, ſucco endiuiæ, & pauco aceti; comprimit & diſcutit. In augumento quælibet terra, & ęgyptia præſertim hortenſis & ſatiua, cauſtica ſinapiſmata aliquando vſurpantur, ſed additis emolliētibus axungijs, ne ipſa pituitoſa materia indureſcat: mitridaticum etiam & theriaca cum aqua vitæ & axungia ſuilla conficitur; Hip. tamen 1. prognoſt. 37. ponit ēt œdematis curam per ſuppurationem, licet raro cōtingat, niſi in antiquis œdematibus, aut circa ventrem, vt ſuppurētur, ſuppurātur tandem ratione caloris: in partibus vero longinquis à corde & à calore, raro ad ſuppurationem perueniunt, & cum perueniunt tranſeunt ſexageſimum diem vt in empiemate, & pituitoſa diſtillatione ad pectus, quę & ſi natura ſua frigida eſt & inſuppurabilis, attamen tēporis diuturnitate à calore vnita naturali in pus tranſmutatur, idcirco cum œdema poſt longam curationem præſidijs ſuperius enarratis q̄ prius eligenda ſunt, non curabitur, tunc temporis oportet pus mouentia adhibere, vt diaquilon cum gummis, aut rad. liliorum alborum altheæ & maluæ coctis & contuſis cum gallinaceo, aut ſuillo adipe, & alijs huiuſmodi præſidiis emollientibus quę ſuperius deſcripta fuere: tumore ſuppurato locus ferro, vel cauſtico aperiendus, aperto foramine concoquentibus, & deinde abſtergentibus poſtea cauitatem carne replentibus, & vltimo cicatrizantibus eſt vtendum: cōcoquit oui vitellus cum reſina terebinthina, abſtergit mel cum terebinthina, & thure: carnem gignunt hyeme vnguentum iſydis, æſtate de tutia, mediis temporibus de betonica: cicatricem parit ceratum diapalma, & linamenta ſicca, ſpuriis œdematibus aliud ſtudium non eſt adhibendum, niſi ut biliosis lactucam, vel endiuiam, vel ſoncum in pauca portione addamus; melancolicis bugloſſum, boraginem, capil. veneris, maluam althæam vt omnibus indicationibus ſatisfaciemus, & pituitæ, & bili, & melancoliæ cum mixti ſunt humores mixta ſunt adminiſtranda remedia & permiſcenda accommodata.

Aqua vires. — *Digerent.* — *In augmētum dorem.*

Victus rō.

Victus ratio in ſex rebus non naturalibus conſiſtens correſpondeat his dictis: aer calidus & ſiccus eligatur: cibi calidiores, & ſicciores, panis biſcoctus, vinum tenue & album, non admodum potens, longior vigilia ſomno, motus potius quiete conuenit, niſi œdema ſit in cruribus: tenuis & attenuās victus eſſe debet, ne copioſa gignantur excrementa & calor natiuus vincat iam genita; imo cum victus poſſit eſſe, vel alimentalis, vel medicinalis, vel mixtus: cum morbus ſit diuturnus, victus mixtus eligatur; qui ſimilitudine, & alimonia naturales vires conſeruat, et contrarietate morbum, et morbificas cauſas expellit, vnde pro potu eligatur vinum abſynthiacū, guaiacinum, ſaluiaticum, vel cum rore marino; & ex ſaxafras & chyna et huiuſmodi, vel attemperatum ex decocto betonitæ ſaluiæ roris marini ſaxafras, et huiuſmodi, vel meliſſæ calamenthi origani, et ſtecados, vel iua ſerpillo ceterach, et corticis citri: carnes ſint vitulinæ, veruecinæ, auium montanarum, et potius aſſæ quam elixæ: et hæc de œdemate.

De flatuoſo humore ſuo inflatione. Cap. XIIII.

NIhil ſuperius dictum fuit de œdemate flatuoſo, quia in hoc capite eius cura magis accōmodata erit, licet quæ ſuperius dicta fuere pro curatione œdematis pituitoſi, opem ferant etiam flatuoſo œdemati, ſed inter initia ſciendum variis nominibus appellari hunc tumorem flatuoſum ab Auic. ventoſum apoſtema dicitur a Gal. inflatio, à Græcis etiam inflammatio & abſceſſus flatuoſus: præterea ratione partis affectæ, quia modo occupat muſculoſas partes, aliquando membranas oſſa cingentes, aliquando etiam arterias, et fiſtuloſum neruum vt in priapiſmo, dum penis augetur in latitudinem, & magnitudinem morbificam, & doloríficam præter voluntatem coeundi: aliquando etiā ſed improprie flatus occupat oſſa, ipſaque diſtendit, & tumeſcere facit, oriturque ab Arabibus ſpina ventoſa: apparet etiam vel exquiſitus, vel non exquiſitus hic tumor flatuoſus, vel vniuerſalis, vt in tympanite, quæ eſt ſpecies hydropis, & tunc eſt accidens & ſymptoma ſequens alium affectum, vel eſt particularis, & vel criticus, vel ſymptomaticus, & internas & externas partes ſolet infeſtare: loquemur potiſſimum de particulari, & morboſo, qui lædit actionē partis determinate, & de exquiſito & non exquiſito, apparebit tamen omnium cura de hoc tumore flatuoſo ſeu inflatione nos docet primo Aetius lib. 15. c. 2. inquiens flatuoſus ſpiritus aliquando ſub cute, aliquando ſub pelliculis oſſa, aut muſculos ambientibus colligitur & inflationem parit, aliquando etiā circa viſcera ventremque ad inteſtina coaceruatur: œdema affirmat Paulus Ægineta lib. 4. c. 78. & Gal. 3. meth. c. 4. & 14. meth. c. 7. & 2. ad Glauconem 6. & 7. 3. de ſymptomatum cauſis ſecundo vnde ex his locis & auctoritatibus generica definitio colligi poteſt, quæ valent amplecti omnes differentias, & exquiſiti & ſpurii tumoris flatuoſi: erit igitur flatuoſus tumor, ſeu inflatio, ſeu apoſtema ventoſum aucta magnitudo, ſeu eminentia renitens cum ſono determinatæ partis humani corporis producta prędominanter à flatuoſo ſpiritu: hæc deſcriptio obtinet. 3. cauſas formā genericā, locum affectum, & cauſam effectricem: cognoſcere igitur ea oportet in genericis definitionibus accidentiū & paſſionum humani corporis: nam morbi, et ſymptomata accidentia ſunt, & qualitates: adeſt primo forma generica quæ ſub ſe amplectitur plures res ſpecie differentes: *nam genus prædicetur de pluribus differentibus ſpecie*: & cauſam efficiētē in generatione tumoris habere debet rōnem principii effectiui generantem ipſum tumorem, in iam genito habere rationem differentiæ, vt ex ipſa differentia, & forma generica oriatur forma ſpecifica: nam ex flatuoſo ſpiritu, & aucta magnitudine oritur forma ſpecifica tumoris flatuoſi, cauſa materialis ſeu ſubiectum in quo quia *accidentis eſſe eſt inhærere ſubiecto & accidens eſſe non poteſt ſine ſubiecto*; habebit rationem differentiæ ſubiectiuæ, ita pariter dignoſcuntur hæc omnia in definitione tumoris flatuoſi: nā forma generica eſt magnitu-

Nominis acceptiones. — *Priapiſmus.* — *Spina ventoſa.* — *Definitio. Inflationis.*

do aucta, seu eminentia, quæ erit morbus in mala compositione aucta pter naturā substantia partis ita, vt actio illius partis lędatur, vel vt imminuta vel ablata, vel deprauata, et pręsertim actio nutritiua, in parte.n. lęsa nō fit nutritio naturaliter, sed imminutè: conuenit hęc generica forma tumoris scilicet eminentia, et aucta magnitudo omnibus alijs subalternis gentibus tumorum sanguineis, pituitosis, biliosis, melancholicis, aquosis, quæ differunt inter se specie, (renitens cum sono) etiam est differentia magis specifica: nam ibi adest renitentia cum sono, adest flatus, qui inhibet, ne fouea oriatur, sed potiùs renitentia & sonus, qui distendit partem, & pars distensa in aere, dum percutitur parit sonum, qui est qualitas emanans a duobus corporibus inter se collisis: non dictum fuit lucida, quia non semper luciditas adest in omni tumore flatuoso, sed in aliquo tantum, & præsertim in exquisito, vel in hernia ventosa, & tumore serotoso: pars affecta debet esse particularis, & determinata ad differentiam tumoris flatuosi, qui solet oriri in hydrope tympanitica: pars determinata, vel erit cutis, vel caro musculosa, vel membranæ ossa inuestientes, vel scrotum, vel priapus, vel ossa, vel intestina, ventres, vesica, & huiusmodi interna viscera, in capite aliquando etiam intus, & extra solent concitari huiusmodi tumores: causa efficiens in generatione, & iā genito formalis differētia est a prædominio flatuosus spiritus, hic vero, vt docet etiam Arist. 4. metheor. gignitur tanquam a causa efficiente a calore imbecilli respectu materiæ: nam si admodum potens est calor, materiam dissipat, & vaporem, & flatum non gignit, vt in æstate: si admodum imbecillis est, non concoquit, neque flatus eleuat, debet esse mediocris, imbecillis, qui imminutam concoctionem facit, & a materia eleuat flatus, & non omnino dissoluit, vt in temporibus medijs Vere, & Autunno, materia ex qua excitatur flatus potissimum pituitosa est, crassa & viscida, aut vitrea: nam hæc magis accommodata est flatus generationi, aliquando tamē, vel sunt cibaria ipsa iā ingesta sui natura flatulenta, vel chylus flatuosus, vel sanguis, vel melancolia, vnde melancolici ex Aristot. flatibus abundant, & hac ratione salaces sunt, vel bilis, vel ichores, & aquosi succi. vnde flatus aut erit pituitosus vt plurimum, aut cibalis, aut chylosus, aut sanguineus, aut melancolicus, aut biliosus, aut ichorosus, aut aquosus, aut a vermibus etiam aliquādo, & a rebus a toto genere pręter naturam flatus eleuantur, & a pure: varijs in locis hæc materia flatus gignitur sed potissimum in stomacho, intestinis, cerebro, vtero, nempe in frigidioribus membris; sed postea, vel a parte ad partem expellitur, & expulsus tumorem inducit, & appellatur hic tumor per effluxum flatuosi spiritus aut in eadem parte, in qua generatur, ibi etiam inducit tumorem, & eminentiam. vnde hic tumor dicitur per congestionem, sępe fit vt pars imbecillis reddita aliqua de causa vel percussione, vel ictu gignat flatuosas materias, quæ ibi detentæ eleuant partem in magnitudinem morbosam: externæ causæ flatuosi spiritus sunt sex res non naturales aer nimis frigidus, & ventosus, vel austrinus: cibi & potus flatulenti, & aquosi, vt legumina, rapa, pisces, fungi, aquæ crudæ, fructus, poma, pira, cerasa, pruna recentia, vuæ & huiusmodi: nimius somnus, ingens repletio, immoderata vehus: animi accidentia molesta, & iniucunda ex his gignitur flatuosus spiritus, qui sicuti simplex, & syncerus esse potest. ita aliquando permixtus est vt in tumore, vt non solum flatus sed humoris etiam aliqua portio videatur: semper tamen a prædominio debet esse maior portio flatuosi spiritus: ex hac prædominanti copia iure merito flatuosus appellatur. vnde differentiæ, & species tum ratione formæ, tum ratione causæ efficientis, tum subiecti apparent: forma generica modo erit maior, modo minor, & modo magis renitens, & cum sono modo minus, prout maior, vel minor erit copia flatus, vel permixtio, & sinceritas: a causa effectrice potissimum si sincerus est, simplex erit flatus, exquisitus erit tumor, & si crassus vel turbidus erit renitens, sed cum graui sono, si melancolicus, & siccus, sonitus erit maior, & luciditas, & renitentia: at si permixti humores erunt, vel alius vapor, vel plures species vaporis, & flatus, tunc spurius illegitimus, & non exquisitus tumor aderit. A loco affecto quot sunt loci, tot sunt differentiæ, & species: si penis augetur a flatu morboso dicitur priapismus: si serotum, est tumor seroti: si ossa, spina ventosa dicitur, si stomachus vel intestina, vel cutis, vel musculi, tumores a loco affecto appellantur: has omnes species dignoscere oportet ratione, sensu, & experientia tam formales, quam effectiuas, quam subiectiuas, & tam simplices, & exquisitas, & spurias: primo sensu visu, & tactu percipitur differre a reliquis tumoribus, quia non recipit foueam dum percutitur, sonitum, & tympanum edit, renitentiam manus comprimentis parit, lucidum splendorem in eius summitate inducit: hæc omnia signa sunt patognomonica tumoris flatuosi in genere, & exquisiti: sunt assidentia aliquando dolor, & nimia distensio: signa causæ efficientis si pituitosus flatus erit, dominium pituitæ abundabit, & signa exquisita apparebunt: si melancolici, signa melancolię, & sic de alijs, & dum permixti sunt vapores, & humores, complicata, & permixta aderunt signa, vt si cum flatu prædominante adfuerit aliqua portio pituitosi succi, aliqua fouea remanebit, renitentia, & sonitus minor infestabit, grauitas in parte aderit, & subobscuritas: his signis præsagiendum tumorem qui sequitur cachoetiam, vel hydropem, vel phtysim periculosiorem esse: quoniam non solum partem determinatam lædit, sed morbum grauiorem annexum habet, non ita periculosus est alius tumor per se in determinata parte, & quo maior est, & in parte nobiliori, maius periculum facescit, & è contra: sicuti exquisitus ratione causæ generantis minus periculosus est, at ratione curantis difficiliùs sanatur, vti enim docet Auicen. de speciebus hydropis minus morbus est causa flatum gignens, quam humorem pituitosum, at facilius euacuatur humor, quam flatus. præsagium igitur semper est attendendum penes vehementiam, vel debilitatem, tum formæ tum causæ efficientis tum loci affecti, & sicut tota essentia tumoris flatuosi consistit in exacta notitia trium earum formæ efficientis, & subiecti, ita differentiæ signa præsagia, & indicationes ab his tribus semper petendæ sunt; & hoc ordine progrediendum in omni vulnere, vlcere, & tumore curando: membrorum densitas tum spiritus simul crassities auget periculum, & musculorum inflationes curatu difficiles: quoniam flatuosus spiritus constringitur intercluditur ab ambientibus pelliculis; ex Paulo, & Aetio.

Indicationes igitur formales efficientis, & subiectiuæ erunt: pariter indicantia aderunt tria primo ratione magnitudinis auctæ, licet hæc indicatio non sit ex vsu artis, quia remouetur ad remotionem causæ coniunctæ scilicet flatuosi spiritus in tumorem partem attollentis, oritur indicatio emimentiam, & magnitudinem minuendi, & adimendi: efficiens causa nempe flatus in genere primo indicat discutiens, digerens, atque resoluens, & vt crassus attenuans: causæ annexæ flatui nempe quilibet humor, & copiosus indicat euacuans, & minuens, vt qualitate prima secunda nocens per contrarium alterās: pariter quælibet species vaporis, & vt quantus, & vt qualis per contrarium indicat, & pars affecta vitale præsidum exoptat sui conseruationem, vt amplius, vel non valeat recipere hunc flatum aliunde demissum, vel non amplius generet: hæc circa partem affectam sunt examinanda: at quia in toto corpore poterit redundare humor, ex quo eleuatur ille flatus, & causa generans ipsum; si causa erit intemperies frigida, vel humida ventriculi, vel cerebri, vel vteri, oritur curatiua indicatio, calefaciendi, & exiccandi hæc viscera. materia genita pituitosa, vel melancolica, vel huiusmodi inducit præseruationem, & indicationem præseruatiuam: nam vt quanta indicat sui euacuationem, & præsertim dum concocta

Sonus

Subiectū.

Causa efficiens.

Flatus generatio.

Cur melanco lici flatuosi.

Externæ causæ flatus.

Differentia.

Forma.

Ab efficiēte.

A loco affecto.

Signa generis inflationis.

Prognostica.

Indicationes. A forma

Ab efficiente. Flatus quia [illegible]

A parte affecta.

A causa flatus

ĉta erit, vt frigida crassa viscida indicat attenuans incidens calefaciens, vt quiescit in aliquo loco, præter naturam, & moueatur, vel vt mota, præter naturam quiescat, & reuellatur in aliam partem: pariter flatus extra locum affectum sunt reuellendi, euacuandi, & discutiendi, & si vehementissimi aderunt, vel mediocres, vel mites pariter æquale præsidium, & indicatum expostulant vehemens, vel mediocre, vel mite.

Materiæ præsidiorum, quæ valent hunc tumorem debellare, erunt aut Chirurgicæ, aut pharmaceuticæ, aut Diæteticæ, & vel curant vniuersum corpus, vel locum affectum spectant: in curatione exquisiti flatuosi tumoris si omnino, & simpliciter exquisitus sit consentiente ætate temperamento regione forma flatuoso spiritu aut melancolico, nullo pacto secanda est vena, & sanguis mittendus, quoniam nec immediate, nec mediate est causa huius tumoris: potius frictiones sunt administrandę, quę possunt reuellere humores, & flatus & euacuare, possunt calefacere, & exiccare membra, præsertim si validæ, & asperæ sint: synapismata vesicantia, & cauteria expurgato vniuerso corpore sunt loco affecto adigenda.

Chirurgica.

Leniētia.

Quoad Pharmaceutica vero primo vniuersum corpus ab excrementis emundatur lenientibus vti melle ros. sol. diacatolicone, diaphen. hyera simp. quæ possunt crassos & pituitosos humores educere: postea concoquuntur succi pituitosi syrupis, & decoctis calefacientibus, exiccantibus, & discutientibus: exempli gratia Rec. decocti betonicæ ceterach, camedrios, corticum citri boraginis vnc. vj. syrupi de corticibus citri oxymellis sympl. an. vnc. i. m. pro syrupo, & sic pro alijs: postremo succis concoctis, & vijs referatis: nam oportet prius corpora fluida facere, vt docet Hypp. tum succos crassos attenuando, viscidos incidendo, tum vias, & ductus aperiendo; erunt administrandæ pillulæ, vel de Agaric. Mes refor. cum syrup. de corticibus, vt Rec. pillularum de Agarico Mes. drach. i. de hermodactilis drach. ss. cum syrupo de betonica reform. pillul. v. vel Recip. agarici trocis. scr. iv. diaphen. drach. iij. anisorum scrup. i. m. & fiant boli, vel in potione, Recip. agarici trocis. drach. ij. sem. cartami, epythimi an. drach. i. gingiberis, salis gemmę an. scrup. ss. fiat infusio in decocto anisorum dauci q. s. & facta diligenti expressione adde mellis rosat. solutiui vnc. iv. m. f. p. b. hæc pharmaca pituitosos succos euacuant, & flatus dissipant: si ijs non cedat, aliquando tum ratione vniuersi corporis tum partis affectæ tum causæ generantis flatus, & materias pituitosas vsurpatur decoctum ligni Guaiaci, saxafras, & chynæ, vel ius galli antiqui, vel pulli columbacei repleti aniso fęniculo dauco, ligno iuniperi circa partem affectam in principio si flatus ad ipsum demandetur (nam aliquando in ipsa parte gignitur) oportet partim repellere partim discutere: conficitur emplastrum ex sapa oleo, & vino quod vim habet repellendi, & hæc omnia succida lana excipiũtur vel œsypo, vel conficitur lixiuium aceto, nitro, & spuma nitri, quo spongia madefacta, vel lana succida, vel lintea apponuntur, transacto principio sola rarefacientia, & discutientia sunt admouenda, vt oleum rutaceum chamomellinum, anethinum cum pul. cimini anisorum fęniculi sem. apij & ameos, vel decoctum paratur ex ruta, cimino, opio saluia, rore marino, flore camomelli, anethi, aquæ thermales, sulphureæ conferunt, nec non aqua calcis cum farina inspissatur: oleum de cera chymico modo extractum admittatur: semper tamen prius fouenda est pars spongia madefacta decocto pulegij, calamenthi sem. lini, & fricanda, vt pori aperiantur præsertim si densitas cutis aderit, & crassities flatulenti spiritus, vel recipiatur dum rebellis est tumor sordidum balnei calcis viuæ q. s. & fiat emplastrum vel conficiatur ceratum ex pul. hysopi oleo anethino, & cera; at si tumor in profundum aderit, *etiam cucurbitula affixa magna flamma absque scarificatione tam cito hominem a molestia liberat, vt admirabilis sit ea celeritas, & incantationi similis.* Quando agendum indicatur a præsenti vrgente, ne quid prohibeat. prohibet autem si totum non sit expurgatum, & in vniuerso humores excrementicij abundauerint, decoctum etiam saxafras, ligni Guaiaci, ligni Iuniperi, ameos, saluiæ, in quo spongia noua sit imbuta, vtile erit.

Syrupi.

Purgātia

Decoctū.

Circa partem affectam in principio.

Aet. l. 15. c. 2.

Verum si tumor non exquisitus fuerit; sed potius ex contusione; tunc temporis ne musculi inflammatione lædantur, & intendantur dolores, non ab re erit sanguinem mittere secta vena, vel hyrudinibus, vel scarificationibus, & quo ad medicamenta mitigantia adhibere, vt sapa *sunt, œsypus modico oleo adiecto*, vel decoctum maluæ, altheæ fænugræci florum camomelli, anethi, hordei, & matrum violarum; licet ēt in principio addere aliquid repellentium, vt acetum oleum ros. postea in augumento, & statu mitiora calefacientia sunt apponenda: semper enim contusa pars aliquid inflammationis obtinet, & quo ad modum agendi obseruandum quod docet Aetius, *vt medicamenta calida permaneant, neque sinantur donec frigesiant, vt forinsecus calida lana adhibeatur, & vbi calorem eius æger amplius non percipit, noua statim applicetur.*

In inflatione ex contusione.

Si aderit tumor flatuosus, spurius ob miscellam bilis, vel sanguinis; huic etiam satisfacere oportet, mixtis præsidijs, & secanda erit vena, & sanguis detrahendus, & reuellendus, quia & fouet tumorem, & partim immediate efficit: postea pharmaca adhibenda, quæ sanguinem, vel bilem respiciant, non ita calida lęnientia. Sed mixta, vt Rec. floris cassiæ no. ex. Diacatolici an. drachm. vj. m. & fiant boli, vel in potione accipe mellis rosati solutiui syrupi rosati solutiui an. vnc. ii. ss. decocti boraginis, betonicæ cicorei q. s. m. & f. p. b. succi etiam e corpore exturbantur pharmaco educente calidiores succos, vti rhabarb. elec. de succo ros. diasebesten solutiuo, diapr. solut. & similibus, quæ permiscentur proportionaliter Diaphen. diacatolic. agarico, & alijs pituitam educentibus: pariter circa locum affectum mitiora sunt vsurpanda decocta emplastra, & cerata, & partim refrigerantia. vnde conficiendum est decoctum ex hordeo, malua althea, fęnu greco, & aceto: deinde in augumento, & statu magis calefacientia, & attenuantia, vt decoctum saluiæ anethi pulegij, ameos, in quibus spongia lineamenta madefacta apponuntur, in fine vero ceratum ex calce nitro, cera & oleo vulpino. De priapismo curando, vel hęrnia flatuosa nihil in præsentia agendum, cum alias sermo erit: hoc vnum sciendum aliquando ob profunditatem tumoris, & abscessus, & cutis densitatem coactos esse chirurgos ferro incidere, & foramen efficere, & tunc curatur vt vlcus, vel vulnus profundum, & ex illo foramine flatus exeunt, & superuacanea excrementa collecta: spina etiam ventosa curatur vniuerso corpore expurgato, & cura vlceris ossis.

Aet. in tumore flatuoso spurio.

Leniētia.

Purgātia

Topica.

Spina vētosa.

Pro antiquatis, & neglectis inflationibus, docet Aetius, *vt primũ lixiuio foueatur pars: deinde imponatur emplastrum molliens, & discutiens, quale est hoc; strigmenta feruefacta excolata in ollam mittito, & calcem viuam velut farinam tritam infarcito, vt lutosa compages medicamenti euadat: efficacius est pharmacum ex sycomoris compositum.*

Victus ratio omnibus his speciebus satisfacere debet quantitate qualitate, modo temperie in sex rebus non naturalibus: aer in exquisito sit potius calidus, & siccus: cibus pariter calefaciens, & exiccans, & potius æstiuosus: vinum album, & tenue potensque vel medicatum ligno Guaiacino, saxafras, vel saluia, rore marino semin. apij cum aniso, & similibus, & potius tenuis sit quam plenus victus, & corpus perfecte excrementis vacuum reddatur: vigilia potius, & motus laudatur, & animi accidentia læta nec non venus: in aliis speciebus non exquisitis correspondeat, vt dum contusio, vel bilis, vel sanguis annectitur, a vino est abstinendum, vel paucum bibendum, cibi etiam non omnino exiccantes, & calefacientes, &

Aer.

Cibus vinum.

Vigilia.

partim elixi erunt comedendi: Aer etiam aut temperatus aut modice frigidus eligatur; varietur tamen victus ratio pro varietate temporis morbi: alia in principio, alia in augumento: alia in statu: alia in declinatione conuenit: & hæc de tumoribus flatuosis.

De Scirrho. Cap. XV.

DE Scirrho loquitur Gal. 14. methodi 14. lib. de tumoribus c. 9. secundo ad Glauc. c. quarto, septimo medicamentorum per genera c. 9. & quarto acutorum 21. nec non Paulus lib. quarto c. 32. Aetius, libro 15. c. tertio. Rasis tract. septimo c. 13. Auic. lib. 4. sed. variis nominibus appellatur, modo dicitur apostema lapidosum, modo apostema durum, modo scirrhus, modo præter naturam sensus experes, & durus *Nomina.* & exquisitus, præterea, vel non exquisitus est, vel criticus, aut symptomaticus & in parte determinata exortus primo, & per se, vel alium affectum subsequens nempe erysipellata, inflammationes aut œdemata male curata, contingit enim aliquando, vt dissipatis tenuioribus humoribus in erysipelate, vel inflammatione, vel œdemate ab exiccantibus, & attenuantibus violẽter reliquiæ crassiores remaneant, aut a frigidioribus medicamentis quã par esset vsurpatis, duriores euadant humores. durum seu durities pluribus modis contingit ex Galeno quinto *Durities quatupl. fiat.* simp. c. quinto, nec non ex Ar. quarto metheororum: causa efficiens duritiei, aut est frigiditas, aut siccitas in aqueis, vt in glacie, quæ fit a frigido, & sicco concrescente, & congelante, in terreis non solum a frigido, sed a calido etiam oritur durities, vt lapides & ereta a calido exiccante, & euaporante humidum indurescunt, *quæ a frigido concreta sunt, a calido liquantur, quæ a calido & a frigido, & humido*, sed hæ duæ causæ, vel per se primo exiccant, & indurant, vel secundario frigiditas aliquando per se vt in glacie, aliquando ut in luto facit euaporare calidum quod secum attrahit humiditatem, & partes crassiores relinquit; caliditas pariter primo, & per se calefacit, & exiccat, vel secundario quatenus inducit frigiditatem per accidens ita inedia, solis feruor exercitatio labor per accidens indurat manus, pedes, & cutim quia tenuiores, & molliores humores dissipant, & hæc durities mollientia requirit: tertio indurantur corpora ab aliqua causa extendente, & distendente, vt a nimia copia flatuum, vel à nimia copia humorum, vt in vesica aere plena, vel in vtre vino pleno apparet, quæ vasa nimis extensa, vel vapore, vel humore renitentia, & dura tactu sentiuntur, & hæc durities euacuantia, & dissipantia flatus, & humores exposcit: in præsentia potissimum sermo est de scirrho tumoreque duro sensu experte, qui fit à materia per se dura, crassa, reddita tali vel per se primo vel per accidens non autem a causa extendente, & distẽdente: nam in capite de flatuoso tumore de hac actum *Definitio.* fuit: describitur igitur scirrhus hoc pacto, vt sit tumor durus præter naturam sensus expers particulæ humani corporis productus ab excremẽto crasso, & sicco prædominãter: hæc descriptio omnes species tumoris scirrhosi exquisiti & non exquisiti recolligit, & vt generica species omnes complectitur tres obtinens causas quæ potissimum examinandæ sunt, & diligenter inuestigandę; nam cognita, natura huius tumoris, & essentia per cau- *Forma.* sas; facile eius curatio inuenietur: formalis causa generica est tumor præter naturam vt non solum symptoma, sed morbus sit hædens operationes illius partis nutritiuas, nec non etiam aliquando motiuas. & sensitiuas; quoniam non solum pars imminute, & deprauate nutritur impedita à mala compositione, & tumore morboso, sed labefactata ab intemperie frigida introducta ab humore crasso frigido, & sicco: læditur etiam ab his aliquando motus voluntarius, & sensus, dum musculi, & nerui, vel refrigerantur, vel impediuntur a grauitate aut a copia tumoris, ne valeant distendi, vel alimentalem facultatem suscipere: coarctatur illa generica forma tumoris, & subalterna redditur atque etiam specifica dum dicitur (sensus expers, & durus): nam dum priuatur sensu distinguitur ab erysipeliare, phlegmone ab inflammatione, dũ dicitur (durus) distinguitur ab omnibus alijs. solus enim scirrhus duritiem habet, & sensus, vel omnino priuationem, vel imminutionem, subiectũ est particula determinata humani corporis: quæ alia est interna vt iecur, lien vterus hæc viscera sæpe scirrhum pati solent, vel renes, vel collum vesicæ, vel alia interna viscera. externa omnes partes potest esse musculosa, carnes, cutis, tandem ligamenta & nerui, quæ omnes partes possunt esse subiectę tumoris scirrhosi. Efficiens causa quæ coniucta, & immediata dicitur est excrementum crassum terreum, & siccum, vel est atra bilis scilicet melancolicum excrementum, quod naturaliter gignitur à iecore & recipitur à liene. & dicitur fæx sanguinis excrementum fæculentum terreum crassum, & acidum: nam aliæ species melancoliæ, non producunt scirrhum hunc, vel hoc excrementum est pituita crassa, & viscida superexiccata, quæ gignitur, vel a cerebro, vel ab vtero, vel a ventriculo frigidiori, vel est excrementum biliosum, vel sanguineum, vel pituitosum relictum post malam curationem erysipelatis, vel phlegmonis, vel ędematis, dum Chirurgici praue curantes inopportune, vel nimis frigida, vel nimis calida imponunt (prædominanter) dictum fuit quia sermo est de scirrhoso tumore non solum exquisito sed etiam spurio, & omnibus alijs speciebus, in quibus tamen semper, & copia, & qualitate frigida sicca, & dura excrementum simile durum crassum frigidum, & terreum prædominari debet, aut omnino simpliciter exquisite absque vlla alterius permixtione vt in simpliciter exquisito scirrho, aut non omnino simpliciter exquisito, in quo aut portio sanguinis aut bilis, aut pituitæ, aut flatus, aut ichoris annectitur, & non omnino sensus priuatio deprehenditur neque durities: præter internas causas hæc excrementa gignentes nempe ventriculum, vel cerebrum, vel iecur, vel vterum frigida aliqua intemperie laborantes, externæ causæ solent concomitari aer frigidus, & autumnalis, cibi crassi. & melancolici, vt legumina, lentes, carnes salitæ, pisces saliti, & duræ carnis, caseus salitus, vina nigra austera, acerba, nimia crapula, nimia vigilia, exercitatio, & labor, nimia venus, omnes curæ, & solicitudines hæc omnia augere valent in humano corpore crassa excrementa: ætas etiam senilis temperies frigida, vel nimis calida, & adusta, habitus gracilis, & morbi calidi præcedentes, & melancolici hi prouentum excrementorum melancholicorum relinquunt ob adustionem factam, & prægressam, & quo magis ætas, tempus anni autumnale, temperies corporis melãcolica & assuetudo cibis melancolicis adfuerit, eo magis exquisitus erit scirrhus: hoc pacto essentia tumoris explicata; Differentiæ, & species huius tumoris apparebunt, tum a forma, tum a loco affecto, tum a causa efficiente: a forma oritur modo maior, modo minor hic tumor, & modo magis sensus expers, & durus, modo minus, & hinc exquisitus magis vel non exquisitus sed spurius: a subiecto, vel occupat internam partem vel externam, & si externam, vel cutim vel musculum, vel carnem, vel tendinem, vel ligamenta vel neruum; vel alias particulas: ab effectrice causa, quot fuere causæ effetrices enumeratæ, tum simplices, tum compositæ, tot species parere valent, tum simplices, tum complicatas, & exquisitas; & non exquisitas: quia, vel oritur ab excremento melancolico, vel a pituita super exiccata, vel a bile, vel a sanguine exiccato, vel a permixtione etiam alterius humoris.

Signa, & generica, & specifica, tum diagnostica, & pathognomonica semper manifestantia, & concomitantia, vel assidentia, quæ vt plurimum adueniunt, vel superuenientia, quæ raro sunt agnoscenda; semper enim pathognomonica signa sunt durities renitentia, sensus, vel omnino priuatio, vel omnino imminutio, & hæc ma-

gis, vel

gis, vel minus grauiora, & sinceriora fiunt maiora, vel minora pro vt causæ magis exquisitæ, vel non exquisitæ fuerint: aliquando annectitur dolor, & est signum assidens, quia non semper sed aliquando scirrho non exquisito contingit, non mouetur ad tactum sicut glandula, struma ganglium, & alia id genus, quæ ad tactum mouentur, imo scirrhus est immobilis tumor ac si esset clauo affixus; pili etiam in ipsis oriri soliti minime nutriuntur & exacte glabri fiunt: species distinguntur: nam si oritur a pituita super exiccata, durities non est ita intensa, & color ad album vergit: si a melancolico excremento magis est intensa durities, & color plumbeus, & subobscurus inspicitur: si non exquisitus sit scirrhus, facile dignoscitur: quia non omnino durus nec expers sensus, vel bilem, vel sanguinem, vel alium succum fluidum comitem habet: pars affecta, quę sit, sensu visu deprehenditur an sit caro musculosa, vel glandosa, in mammis oritur aliquando scirrhus; sæpe circa os, tendines, & ligamenta.

Definitio specierũ.

Indicationes.

Indicationes & scopi pro curando scirrho oriuntur ab eius essentia, & natura, & per consequens a forma effectrice causa, & subiecto, & tres sunt curatiuæ a morbis præseruatiuæ a causa efficiente, & vitalis a natura partis affectæ: in scirrho primo curatiua indicatio oritur a tumore præter naturã qui indicat minutionem & adæquationem, intemperies frigida calefaciens, durities emolliens, sensus expers exiccans: a causa effectrice præseruatiuæ oriuntur indicationes pro vt humor excrementicius est durus indicat emolliens, ut frigidus calefaciens, vt crassus attenuans, vt siccus humectans, & viscidus incidens & abstergens, vt quiescit præter naturam in illo loco indicat mouens: mouetur in præsentia dum euacuatur per halitum, & discutitur & dissipatur, rarefactis cutis poris; vitales indicationes, tum a toto, tum a parte affecta sunt conseruatiuæ totius, & partis similibus: semper enim natura partis eget similibus conseruari temperie calore, compositione, & vnitate, e quibus vires emanant.

Vitales.

Paul. lib. 4. c. 32.

Præsagiendum ex Gal. secundo ad Glauc. c. quarto, & ex Paulo, Aetio, Rasi, & Auic. locis cit. *exquisitum scirrhum incurabilem esse, & ægre sentientem vin sanescere*, siquidem humor, vnde huiusmodi vitium contrahitur glutinosus, crassusque est, qui particulis, quæ scirrho obducuntur *impactus soli contumaciter repugnat*: adhuc magis rebellis erit, si in sene aderit: melancolicus nono simpl. difficilius curatur quia, cum cancro affinitatem habet & a medicamentis facilius irritatur; pituitosus non tam graue periculum portendit, & quo partes obsessæ nobiliores sunt, maius discrimen afferunt: semper enim facienda est collatio inter vehementiam formæ, causæ efficientis, loci affecti, & vires: nam si vires nequeunt naturaliter superare, & vincere vehementiam formæ, & causæ efficientis: insanabilis tumor insistit: si aliquo modo vincent, species salutis aderit.

Sunt tamen in præsenti affectu summa diligentia, & recta methodo administranda remedia tum chirurgica, tum pharmaceutica, tum diætetica, & recta eorum administratio molienda, & primo animaduertendum an laborans rusticus, a natura, & siccum, & durum temperamentum ac habitum corporis talem obtinuerit, qui assuefactus vehementiora remedia, & fortiora emollientia expostulet: secundo ex parte tumoris, tum ex natura propria, an maxime durus, & exquisitus, qui summe emollientia exoptat: an non ita durus, & exquisitus, qui mitioribus indiget: tum ratione temporis: semper enim inter initia mitiora, & summam molliendi vim obtinentia sunt vsurpanda: deinde discussoria mollientibus admixta, vt semper ex Aetio *Curandi corporis habitus sit considerandus, & affectionis status quantum processerit. hæc vero si recte consideraueris coniecturalem quidem, non tamen penitus arte carentem peritiam acquires: prima enim die statim mollientia adhibebis, altera deinde aut tertia transacta facile intelliges an augere, aut remittere medicamenti vim oporteat: præstat autẽ tum ad hos vsus tum ad reliquos si rectam curationem peragere velimus, oppositi medicamenta validissima videlicet ac mitissima præparata adseruare, quo pro affectuum diuersitate diuersæ misturæ fieri possint*: vltimo pars affecta diuersitatem propter sui naturam consimilem expostulat: nam si scirrho ligamentum aut tendo, aut alia pars durior fuerit occupata, valentioribus indiget, ob quam causam iubet Gal. secundo ad Glauc. quarto si in ligamentis, vel tendinibus scirrhi exoriantur emollientibus admiscenda esse incidentia, vt acetum; "
sed non in principio, quia acetum absumit quod tenue "
est, & crassum lapidescere facit, sed post principium: his animaduersis Chirurgica præsidia, quæ totum respiciũt & partem affectam sunt examinanda: in exquisito scirrho ratione contumacis causæ quæ frigida, & sicca est, non est sanguis detrahendus sed aliquando ratione antecedentis causæ, & principalis; præsertim in melancolico si vel hæmorroides fuerint suppressæ, vel menses, & ob id melancolicum excrementum coaceruatur. si vero suppressæ non fuerint vacuationes, & sanguis non abundauerit, nec ætas, & robur virium consenserit, abstinendum est a misione sanguinis, quia potius eius pręsentia vt calidus, & humidus iuuat: at si præcesserunt erysipelata, & inflammationes male curatæ, & corpus adhuc sit pletoricum; sanguis euacuandus erit, vel sectione venæ, vel scarificatione, vel hyrudinibus: caustica, & vstiones ex Rhasi, & Paulo loco scirrho affecto administrantur post totius purgationem: nam loca diu aperta manent, & euacuant posita vel cerea pila, vel confecta ex granis hederæ colocintide, agarico cera, & terebinthina, vel rad. elleb. ebuli, tamarisci gentianæ, quæ vim habent materiam induratam dissoluendi, & euacuandi: aliquando etiam setaceum infigitur pro subiecta materia educenda, tum in scirrhis, lienis, vteri aliarũ partium.

Vena sectio.

Lib. 15. c. 3.

Inter pharmaceutica primo vniuersũ corpus expurgatur, & crassa excrementa concoquuntur, & deinde euacuantur: postea ad locum affectum studium adhibetur, subducatur aluus, vel melle ros. solutiuo, vel diacatolicone, & electuario lenitiuo: deinde concoquantur succi pituitosi syrupo de hyssopo, de Betonica, de stæcade, de corticibus citri, decocto calaminthę, saluiæ, pulegij, vel oxymelite simp. melle ros. & decocto iuę, camedrios, camepitheos: pro humore melancolico syrupi accipiantur de succo boraginis de pomis, de lupulis, de fumaria, decoctum ceterach, buglossę, boraginis, capillo veneris rad. capparorum, & similibus: pituitosus humor postea educatur, vel pilullis de agarico mes. vel fętidis, vel de hermodactilis, vel agarico infuso: melancolicus sena, polipodio, veratro nigro, confect. amech. verbi gratia R. electuarij lenitiui drach. vi. confect. amech. drach. iii. ellebori nigri preparati drach. ss. cum saccharo fiant boli, vel Rec. foliorum senę, polipodij epithimi an. drach. ii. fiat infusio S. A. in decocto ceterach. boraginis lupulorum q. s. facta diligenti expręssione adde syrupi de polip. comp. vnc. iii. m. & f. p. b. expurgato corpore aliquando reiteranda est purgatio, pręsertim si maxima copia excrementorum in vniuerso fuerit, & postea non ab re erit aliquod decoctum veluti chynę, saluię, ligni Guaiaci in iure: hoc vnum obseruandum, vt semper alterantia, emollientia permisceantur vt capillus veneris, malua, althea liquiricia, buglossa, burago, vt non solum humores dissoluantur; sed emolliantur. Topica vero, pręsidia, quę summam curationis ad se trahunt diligentius sunt administranda, vt supra dictum est, tum ratione loci, tum naturę corporis ęgrotantis, tum ratione tumoris, & speciei tumoris: inter moderata emollientia enumeratur adeps gallinaceus, medulla ceruina, vitulina: deinde adeps suillus, anserinns, medius est taurinus & hircinus: validior leoninus, pardinus hieme discutit, & emollit, sicuti resina terebinthina laricis spinea, &

Lenientia

Syrupi.

Purgãtia

Not.

Topica.

Emollientia moderata.

abietina mastiche, china emollit sed magis siccat, & discutit, thus, fœnugræci semen coctum, maluarum strigmenta butirum, altheæ decocta propolis validissima emollientia, & discutientia, aut ammoniacũ thymiama, bdellium styrax galbanum oppoponax: ex his componũtur plura medicamenta: non sunt omittenda lana succida, lutum Patauinum D. Bartholomei, & D. Petri sicuti balneum ex his adipibus, & axungiis cum malua althea: balnea vero sulphurea, & bituminosa, nitrosa, tã intus quam extra sunt omnino vitanda, vt inquit Aetius *à medicatis balneis abstinendum consulo præsertim quæ aluminis, aut sulphuris, aut æris qualitatem annexam habent. hæc enim huiusmodi affectibus aduersantur.* simplicissimũ paratur emolliens, *ex cera, butiro, & colophoniæ æquis portionibus cõstans*, vel confectũ ex radice altheæ maluæ cocta, & adipe porcino, demũ ex ammoniaco aceto dissoluto styrace, bdellio cũ resina, terebinthina: in scirrho, qui successerit inflammationi, vel erysipelati administratur emolliens nempe Rec. ceræ citrinæ, adipis anatis liquati, & colati ana vnc. j. ol. lil. vnc. ij. medullæ crurum bouis tantumdem, m. Aliud ẽt paratur à Rasi 7. tract. c. 13. dum scirrhus est factus à refrigerante causa Rec. bdellij ammoniaci, galbani ana vnc. j. ol. lil. vel yrini q. s. in mortario calido terantur deinde addendæ sunt mucilagines fœnugræci, & sem. lini tantundem additis caricis pinguibus fiat emplastrũ: fouendæ sunt partes affectę sæpe oleis & pinguedinibus nec non balneis calidis ex malua althea pinguedine anserina butiro, & similibus, in fine discutientia sunt etiã addenda, vt colocintidis rad. cucum. asinini rad. elleb. nigri gentianæ.

Validissima molliẽtia, & discutientia

Postremo si tendines aut ligamenta erunt vulnerata mollientibus aliquid incidentis adiungendũ, inter quæ præcipue est acetum, prius tamen pars affecta emollientibus fouenda, poste[illegible]fumigium paratur aceto acerrimo alterato fęnug[illegible]hea sem. lini rad. cucumeris syluestris, tunc pro[illegible] per ignitum lapidem pyritẽ aut molarẽ, postea admin[illegible]ato suffumigio statim mollitorium medicamentum imponitur, & paucis diebus interpositis idem fomentum repetitur, sæpe enim in hac ligamenti, aut tendinis admotione ab eleuato vapore, ita resoluta est durities, vt res incantationi similis uideatur: in principio tamen affectam partem non aqua sed oleo plurimo quotidie large effundere oportet, qđ oleum dulcissimum astrictione penitus carens accipiatur: in quo interdum fænumgræcum rad. altheæ ac cucum. siluestris, vel ebuli, & yridis Illyricæ coquitur, & hæc per vices alternatim administrantur: non oportet discutientibus plus æquo vti in principio ne tenuiores partes dissipatæ ad lapideam naturam transmutentur in scirrho lienis tutus, & commodus ipsorum vsus est & præsertim ammoniaci aceto subacti.

Gal. monitum.

Diata.

His addenda est recta, & accommodata victus ratio calefaciens, & modicè attenuans, sed non admodum exiccans, vt caro veruecina, vitulina, hædina, auium, elixa & assa, vinum album tenue mediocre: Aer sit potius temperatus, pariter somnus, & vigilia, inanitio & repletio, & motus mediocritatem obtineant: non enim oportet admodum exiccare, neque excrementa redundare: medicatum vinum ex saluia, & chyna capil. veneris, melissa, ceterach solet diuturnos tumores conterere, sicuti etiam calybeatum: sed de internis nempe de scirrho, lienis, vteri plura alia essent dicenda; attamen ex iam dictis pro his & alijs curandis plura adnotata fuere, & hæc de scirrhis.

vinum medicatum.

De Aquosis Tumoribus. Cap. XVI.

Numerus aquosorũ tumorũ.

TVmores aquosi appellantur illi, qui à serosa humiditate, seu ichorosa, seu aquosa producuntur, & alii sunt vniuersales, vt hydrops ascites: alij particulares, vt hernia aquosa, & alii tumore aquosi, qui solent contingere in capitè, & circa vesicam & vterum, & circa abdomen: præterea alii sunt legitimi, & simpliciter aquosi: alii sunt spurij, & permixti ex aliis humoribus, sed à prædominio semper aqua copiosior est: alij critici sunt, & alij symptomatici, de his oĩbus agendum erit in genere; sed præsertim de legitimo, & hic Definitur magnitudo aucta partis corporis humani ab aquoso humore prædominante, quæ descriptio 3. causas continet formam locum affectum seu materiam in qua, & causam efficientem, seu materiam ex qua conficitur ipse tumor: forma igitur est magnitudo aucta: debet in molem pars ipsa attolli præter naturã, quæ quidem magnitudo, si lædit immediate actionem ipsius partis, morbus est: si vero non omnino lædit, symptoma appellatur: præterea potest annexam habere intemperiem frigidã & humidã, quæ lædit partem ipsam, & fouet ipsum tumorem, & causam efficientem: pars affecta est quælibet pars humani corporis, & præsertim externa: nam de externis tumoribus sermo est, non autem de internis: hi potius ad medicum physicum attinent quam ad Chirurgum. causa efficiens seu materia ex qua constituitur aquosus tumor, est aquositas, seu serositas, seu humor serosus, qui quidem variis in modis producitur; aliquando enim ob cibum & potum frigidiorem, & copiosiorem gignitur in maxima copia humor aquosus, quia à natura detruditur ad aliquam determinatam partem: aliquando ob intemperiem frigidam, & humidã ventriculi, aut epatis, seu obstructionem ipsius: nam cũ hepar sit fons & origo ipsius sanguinis: dum intemperie frigida, & humida laborat nequit chylum in sanguinem probum conuertere, sed aquosum producit. vnde sæpe oritur hydrops: aliquando etiam serosa humiditas, seu vrina non expurgatur debito tempore, & per conuenientem regionem, vel quia hepar non expellit ad renes ipsam serosam humiditatem, vel quia renes non attrahunt, vel quia obstructi sunt meatus, vreteres, aut venæ emulgentes, per quas solet huiusmodi humor pertransire. demum aliquando non per affluxum, sed per decubitum inducitur ipse tumor, dum pars affecta intemperie frigida, & humida aquosum succum in eo loco gignit: adeo vt aquosa illa humiditas, vel in parte ipsa gignatur, vel aliunde transmittatur necesse est, hæ sunt potissimæ causæ humoris aquosi, adiuuant ẽt ætas, vel puerilis, vel senilis, sexus fęmineus, temperies a natiuitate humida, & frigida, ciborum, & potuum frigidorum vsus, nimia repletio, otium, & nimia etiam vigilia, aut somnus, aut venus, quæ solent vires naturales omnino imbecilles reddere; & coctricem facultatem imminuere.

Definitio.

Forma.

pars affecta.

Efficiens

Differentię huius tumoris pariter à triplici fonte hauriuntur à forma loco affecto, & effectrice; ratione formæ modo est maior, modo minor, modo symptomaticus, & modo morbificus, modo comitante intemperie, modo absque ea. A loco affecto quot sunt partes externæ humani corporis tot esse possunt tumores: ab efficiẽte vero causa, quotuplex est serositas, aut simplex, aut composita, aut permixta, aut cum pituita, vel cum sanguine, vel cum flatu: erunt etiam tumores simplices, & legitimi, vel permixti & spurij.

Differẽtia

A forma.

A loco affecto.

Signa quibus dignoscitur tumor aquosus, & pariter omnes differentiæ sunt colligendæ; tum à forma, tum à loco affecto, tum à causa effectrice, & in genere, & in specie dignoscitur, primo, quia percipitur murmur, ad est etiam quidam splendor apposito lumine, & adest, etiam renitentia: nam si digito premitur, renititur, aut si cedit, iterum illico attollitur veluti si vesica aqua plena percutiatur, signa formæ iam patent, uel ostendunt maiorem, vel minorem tumorem, & sensu etiam percipitur, quę pars sit affecta, vel testes, abdomen, brachiũ, caput, effectricis causę signa manifesta fiunt: nam si simplex sit aqua absque aliorum succorum permistione, generica signa refulgent: si vero miscela aliqua aderit, licet semper à prædominio aquositas copia mole miscelã superet

Signa in genere.

Signa formę.

Signa causę.

superet dignoscitur, si cum flatu: quia adestent tinnitus est sonitus, maior viget renitentia: si pituita, vel sanguis signa pituitę, vel sanguinis aderunt, nō erit spendor, neque murmur, fouea aliqua apparebit: cognita igitur natura ipsius aquosi tumoris; tum in genere, tum in specie aggredi curationē oportet indicationibus methodo de-
Indicationes. sumptis, tum à forma tumoris, tum à loco affecto, tum vero à causa effectrice; nempe ab aquoso humore. A
A forma, A loco. forma oritur indicatio curatiua si morbus est, ipsum tollendi, si symptoma vero erit indicatio præseruatiua, prout habet rationem causę, locus affectus eget sui tutela, vt similibus conseruatur, & roboretur, ne, vel recipiat pręter naturam ipsum aquosum succū, vel gignat,
Ab efficiente. sed potissima indicatio est à causa effectrice, & hęc utilis, & ex vsu artis & proprie præseruatiua dicitur in methodo medendi, adeo ut ipsa causa omnino tollatur per contrarium prout frigida, & humida calidis et siccis adimenda est, prout copiosa minuenda, et euacuanda aut sensibiliter perforato loco, aut insensibiliter scilicet per meatus, & poros cutaneos euaporata: non eget.n. vt serum, vt docet Arist.4. metheororum coctione, quę fit per incrassationem, cum serum, aqua, acetum, lixiuiū nō possint incrassari, pro ut mouetur ad illum locum reuellenda est, & ea, quę in loco persistit euacuanda, & deriuanda, vel per propinquum locum vel per ipsummet.

Presagium vero animaduertitur a vehementia, & debilitate formæ, loci affecti, & causæ efficientis, & quo maior est noxa, & læsio, maius infertur periculum, & discrimen, quo minor minus, & quo pars est nobilior, vel prope nobiliorem, discrimen etiam augetur, veluti circa caput, cor & hepar.

Chirurg. Curatio igitur perficitur tribus instrumētis, tū vniuersalibus, tum particularibus, seu topicis chirurgia, pharmacia, & diæta: Chirurgica præsidia vniuersalia erunt, aut setaceum, aut cauterium, quæ aut diuertere aut reuellere possint fluentem aquositatem. Sectio venæ aut cucurbitulæ applicatio, aut hyrudinum, locum non habent, quoniam frigidus morbus est, & vt plurimum a frigido hepate vel liene originem ducit, topica vero incisio cutis loci affecti, aut inustio, aut scarificatio: nam aliquando ipsa serositas alijs instrumentis euacuari non potest; sed cutem ipsam secare, & incidere cogimur: circa quam incisionem rectus vsus adhibeudus est, nempe quantum, quomodo, quando & vbi: foramen igitur modo amplum, modo strictum est moliendum, pro ut materia erit magis, vel minus aquosa, & facilius, vel difficilius educi potest; deinde spectanda est partis nobilitas, in qua angustius administrandum est foramen absque dolore, & leuiter est efficiendum: emollita prius cute aliquo emolliente, vel cum ferro acuto, admodum penetrante, vel lato, & incisiuo, prout materia facile, vel difficile erit educibilis, & loci temperies, & constitutio permiserit: quando vero aderit vrgens, & præsens serositas, indicabit sui euacuationem, & nullum aderit impedimentum nempe prius euacuato vniuerso corpore, & post tentata alia præsidia medicamentorum calefacientium, exiccantium, & emollientium, & digerentium per halitum: nam si per huiusmodi diaphoretica medicamenta potest aquosus humor digeri atque resolui, non est foramen tentandum: locus patet: nam topica præsidia administrātur, vel circa locum affectum vel circa ipsummet locum affectum.

Pharmaceutica præsidia vniuersalia erunt primo lenientia, secundo præparantia, & concoquentia, & vltimo euacuantia seu hydragoga, *corpora prius fluida face-*
Lenientia *re*, vel cassia, vel syrupo rosato solutiuo, vel melle rosato solutiuo addito elec. de succo rosarum nempe Rec. syrupi rosati solutiui vnc. IV. elec. de succo ros. drach. II. decocti Betonicæ assari, serpilli q. s. m. & fiat p. b. vel Rec. in corpore pituitoso mellis ros. sol. vnc. IV. elec. Diaphin. drach. II. decocti Betonicæ Agrimonii. q. s. m. & fiat p.
Syrupi. b. lenita aluo syrupi erunt describendi prout serosam humiditatem, & intemperiem frigidā, & humidā ventriculi, vel hepatis, vel lienis, vel obstructiones respiciunt, vt Recipe decocti Betonicæ, Absinthii, Pulegii, calaminthæ vnc. VI. syrupi de hyssopo, de capillo veneris, an. vnc. ss. m. pro syrupo: si copia pituitæ aderit Recipe oxymellis simpl. vnc. I. syrupi de stecade vnc. ss. decocti thymi, camedrios, camepitheos, ligni iuniperi vnc. IV. m. pro syrupo: tandem erunt educendi humores antecedentes pharmaco eductiuo, vt Recipe pillularum cochiarū *Purgãtia.* d'Agar. mes. ann. diach. ss. elatherii gr. III. m. cum syrupo de Betonica reformentur pillulæ, vel Recipe pillularum de euphorbio drach. ss. trociscorum alandal. scr. ss. m. cum syrupo ros. solutiuo q. s. reformentur pillulæ; succus etiam soldanellæ, succus hyridis nempe lilij syluestris, solent summopere conferre ad eductionem aquosi succi: purgato per aluū vniuerso corpore adsunt duæ aliæ vię serosam humiditatem euacuandi per sudorem nempe, & per vrinam. Inter sudorifica non est o- *Sudorifica* mittendum decoctum saxafras, ligni Guaiaci, chinæ, salsæ perillæ, ligni iuniperi, ligni roris marini, & huius- *Diuertentia.* modi. Inter vrinam prouocantia adest decoctum assari pulegii thymi, capillorum veneris, ceterach, sabinę, anisorum rad. feniculi, petroselini, rusci, etiam aquæ thermales, S. Casiani, vel Patauinæ, S. Petri, S. Bartholomęi, & Thetutianæ summopere auxiliantur.

Topica. Topica præsidia alterantia habita prius vniuersa prouidentia sunt tentanda per emollientia, calefacientia, exiccantia, & digerentia, spongia madefacta in decocto maluarum altheæ fœnugreci florum anethi camomelli, vel etiam lixiuio sarmentorum vitis confecto, vel tandem quod valentius est aqua calcis: Emplastrum etiam probatur de Betonica, matris syluæ, de melliloto, de althea, vel conficitur ex farina lupinorum cicerum rub. ol. anethino, camomellino cum vino albo simul mixtis; vel Rec. sem. sinapi, sem. vrticæ, sulphuris, spumę maris, aristolochiæ rotundæ bidelii an. vnc. I. ammoniaci, olei antiqui ceræ an. vnc. II. m. fiat vnguentum molle, vel Rec. sem. colocinthidis dictamni an. drachm. II. olei liliorum alb. ceræ an. vnc. II. croci p. m. & fiat vng. S. A. Ceratum etiam oxycroceum, & ceratum sacrum exiccant huiusmodi tumores. aquæ Thermales, luta thermalia, dissoluunt, & exiccant.

Diæta. Victus ratio correspondeat, sit calefaciens, exiccans, & attenuans; tum quantitate, tum qualitate eligantur carnes auium, pullorum, vitulorum hædorum, & potius assæ, quam elixæ: vinum album seu medicatum, ex *Vinũ medicatum.* assaro, ligno Iuniperi, ligno saxafras, & huiusmodi, & hæc pro curatione aquosi tumoris in genere. si aderit vero cum aquoso humore annexa, vel pituita, vel sanguis, uel alius humor, erit etiam permiscenda curatio sicuti in cap. de tumoribus pituitosis, & sanguineis dictum est: pariter dolor leniendus, & alia symptomata præcauenda, de quibus alias abunde dictum fuit.

De Bubonibus non Contagiosis. Cap. XVII.

Nomen. BVbo nominatur a bobus: quoniam huiusmodi animalia sæpe inflammatione glandularum torquentur, imo herba bubonaria dicitur: quia auxiliatur huiusmodi affectui: de hoc loquitur Galen. 2. ad Glauc. cap. 1. & 2. de differentiis febrium 5. Paulus lib. 4. cap. 22. 23. & 24. & Rasis libro 7. cap. 14. nec non lib. diuisionum cap. 126. Definitur bubo, vt sit tumor in- *Definitio.* flammatorius partium glādulosarum humani corporis: *Defertur.* describitur etiam tumor durus, renitens, tensus, cum calore, & rubore, & aliquando cum febre; in præsentia sermo est de bubone simplici, seu benigno, non autem de pestilenti contagioso, aut gallico, de quibus infra. pręterea bubo alius est criticus cum præcedente aliquo morbo, vel febre, natura enim per crisim perfectam, vel imperfectam materiam expellit ad glandulas, si omnino

cessat

cessat morbus, aut febris, & tota expellitur materia criticus appellatur: si vero non cessat potius symptomaticus dicitur: sunt etiam duo alij tumores admodum affines nempe phyma, & phygethlon: nam phyma est inflammatio, quæ cita festinatione, & inflammatione glãdulæ ad suppurationem spectat. phygethlon vero est inflammatio glandulæ erysipellatis particeps, nam sanguine non solum; sed etiam bile abundat: agendum primo est de bubone simplici, & benigno, deinde de phymate, & tertio de phygethlon, vt distinctius curatio manifesta habeatur dictũ est igitur bubonẽ esse tumorem inflammatorium, seu inflammationem, seu phlegmon partium glandulosarum humani corporis seu descriptiue esse tumorẽ rubrum, dolentem, tensum, tangenti renitentẽ, quandoque pulsantem in glandulis consistentẽ. causæ huius tumoris, & bubonis pariter tres sunt expẽdendę forma, efficiens & materia in qua seu locus affectus, vt his cognitis recta methodo curatio adhibeatur,

Forma

& non empirice cũ sit inflãmatio, vt cap. proprio dictũ est de inflammatione, necessario est tumor auctus præter naturã & annexã haber intemperiem calidã partis glandulosæ: adeo vt tumor modo sit morbus, modo symptoma: materia in qua, seu pars affecta sunt glãdulosa corpora, & hæc plurima sunt in humano corpore alia interna, & alia externa, quæ pertinent ad Chirurgum; sunt

De glandulis. Parotis.

præcipue glandulæ circa aures vnde inflammatio harũ appellatur magis specifice parotis, quasi post aures, inflammatio glandularum circa collum prope linguam, axillarum sub brachijs, quæ sunt emunctoria cordis; mãmillæ etiam appellantur glandulosa corpora: sed hæ potius sunt vtiles ad generationem lactis, sicuti testes ad generationem seminis: glandulæ circa inguina sunt emunctoria hepatis: nam excrementa hepatis recipiunt, nec non substernuntur tanquam puluinaria venis, & arterijs ne rumpantur, in Anatome de glandulis manifeste patet alias esse a natura procreatas pro generatione humoris vtilis & necessarij vt seminis, & lactis: alia esse pro receptione excrementorum vti glandulæ inguinis, axillarum, auris, colli & puluinaria esse, atque ad tutelam vasorum: his de glandulis exaratis sciendum erit bubonis subiectum seu materiã in qua seu partem affe-

Locus affectus.

ctam (quod idem est) esse glandulosum corpus, quod cum sit natura laxum, & molle, facile recipit excrementa, & facile à robustioribus menbris demandatur ad ipsum.

Efficiens.

efficiens vero causa bubonis est sanguis superabũdans. hic vero, vel simplex, est, vel permixtus nempe, vel simpliciter sanguis naturalis nimia copia abundans, vel etiam qualitate infestans, vel permixtus cum pituita, vel bile, vel melancolia, vnde si sanguis tantum copia, & qualitate infestat, legitimus bubo seu inflammatio dicitur: si aderit portio pituitę, vel sanguinis pituitosi, vel bilis, vel sanguinis biliosi erit illegitimus, & spurius. de gallico vero bubone, & pestilenti nunc sermo non habetur: causæ antecedentes huius sanguinis tum hepar est calidum, & humidum paratum ad copiam nimiam gignendam, tamen sex res non naturales nempe nimia copia, cibus, & potus, optimi chyli, & alimenti oua sorbilia, castratorum, hædi pullorum, gallinaceorum, suum: Vinum dulce, & huiusmodi, somnus, otium nimia repletio lætitia, & alia. tempus anni Ver, ætas iuuenilis complexio calida, & humida.

Signa in genere.

Signa alia sunt generica, alia species magis designantia, & alia formam, alia locum affectum, & causam efficientẽ notificant: cognoscitur in genere cũ glandulæ ruborem, dolorem, calorem, tensionẽ, & renitentiã tumefactæ patiuntur nec non aliquando pulsationem, & febrem, vt plurimum enim solet febris accidentalis, & ephemera seu sinochus absque putredine concitari: nam ex accensione sanguinis in corpore glanduloso, calor venarum, & arteriarum accenditur, & vapor eleuatur, qui postea cor calefacit.

A forma.

forma dignoscitur modo maior modo minor, pro vt tumor maior, vel minor aderit;

A loco.

locus affectus patet oculis, si aderit inflammatio glandulæ sub axillis, vel in inguine, tactu, & visu apparet.

Ab efficiente.

causa efficiens manifestatur ex signis relatis, dum sanguis ipse accenditur in aliqua parte, necessario adest rubor præter naturam illius partis, calor, dolor, quatenus distẽdit loca sensitiua, & vnitatem dissoluit armoniamque; non solum continuitatis partium. sed qualitatum elementorum: tensione, quia in ebullitione sanguinis moles magis crescit ob vaporosam substantiam, & ideo partes continentes, sicuti apparet in ferculis vase ebullientibus, sequitur etiam renitentia quia tactui non cedit.

Differentiarum signa a sanguine.

Differentiæ manifestantur, & patefiunt: quoniam si sanguis simplex & copiosus est, rubor, dolor, calor, relucent: si vero aderit sanguis pituitosus, color non ita ruber cernitur neque calor ita ingens deprehenditur, sed maxima aderit renitentia & fortasse etiam fouea: si melancolia erit annexa, durities aliqua, aderit etiam color subniger: si bilis, calor magis acer, & mordax, & infestans, & color subcitrinus: aderunt etiam in humano corpore, alia signa præcedentia scilicet temperies ægrotantis, & ætas, vel calida, vel humida, vel calida, & sicca, vel frigida, & humida, deinde vsus ciborum, & sex rerum non naturalium ad sanguinem, vel pituitam, vel bilem gignendam accomodatus, nec non ex vrina, & alui excrementis facile erit deprehendere dominiũ & subdominiũ humoris redundantis in humano corpore: differentię iã patent ex supradictis tum ex natura bubonis declarata, atque ex signis solum modo desummendæ sunt.

Indicationes.

Indicationes tum à forma, tum a loco affecto, tum a causa effectrice ipsius bubonis.

A forma.

a forma dum tumor est morbus, curatiuæ dicuntur, & indicant tumorem omnino esse tollendum: & magnitudinem auctam esse redigendam ad statum naturalem:

A loco affecto.

a loco affecto vitales dicuntur, quæ custodiam partis spectant, & similia expostulant, vt temperies compositio, & vnitas ipsius partis secundum statum naturalem conseruetur, & tandem remotis præter naturam causis roboretur, & custodiatur ne amplius recipiat excrementa præter naturam aut facile inflammetur.

Ab efficiente.

a causa efficiente in methodo medendi præseruatiuæ indicationes appellantur nempe a sanguine super abundante simplici, vel permixto, dum fluxit reuellendi, dum vero fluxus est euacuandi, & deriuandi non autem repellendi. In glandulis repellentia non sunt tuto administranda: nam ad nobiliora viscera repellitur humor, qui noxius est, & copiosus est euacuãdus, vt calidus refrigerandus & per contrarias qualitates attemperandus: pariter si cum sanguine permixti sunt alij humores, ij sunt & alterandi per contraria, & tandem euacuandi.

Prognostica.

Quo ad præsagium cum bubo benignus sit affectus, & in parte ignobili, non est lethalis, nec periculosus: aliquando tamen propter annexa accidentia periculo non vacat, & in fistulam transmutatur.

1. aphor. 20.

Curatio tum vniuersalibus tribus instrumẽtis Chirurgicis Pharmaceuticis, & diæteticis, & topicis circa partẽ affectam perficitur: si bubo est per uiam Crisis ortus, vt inquit Hip. „ *quæ iudicata sunt integra opera medici non indigent* „, totum studium naturæ committendum. si imperfecte tunc oportet vt docet Auic. sanguinem imperfecte commotum attrahere ad glandulam, vel cucurbitula absque scarificatione, vel medicamento ex fermẽto, axungia porcina, etiam adipe vrsino confecto: vel dyachylone cum gummis, vel resina pini, quæ calida est & attrahit, vel sapone nigro, & alijs, sed quia sermo est de bubone non critico tantum perfecto, vel imperfecto. sed potissimum de eo qui ortus est per viam expulsionis nullo præcedente morbo; sed tantum ob redundantiam sanguinis naturam irritantis ad expulsionem, hic curandus est ea methodo qua phlegmones supra.

Sectio venæ.

Primo igitur secanda erit vena, & sanguis extrahendus reuulsione, & euacuatione; redundat enim in corpore, si vires permittant, ætas, & alia consentiant, vel cucurbitulæ scarificatæ, vel hyrudines.

Lenientia.

postea vero aluus lenienda erit, vel cassia cũ tamarindis, vel syrupo ros. solutiuo; postea

conco-

côncoquendi sunt humores, & sanguis refrigerandus vel bilis, quæ solet permisceri cum sanguine, & compescendi sunt huiusmodi succi, ne fluant decoctis Cicoraceis Boragine Buglossa Acetosa, & similibus; postremo aquosiores succi, & tenuiores sunt educendi, vel infusione Reubarb. vel elec. de succo ros. vel diapruno lenitiuo, & solutiuo, immo Auicen. inter initia purgans medicamentum suadet, vt alii humores sanguini permixti euacuentur; sed nisi humores turgeant, tutius est prius sanguinem, mittere cum ipse superabundet, & postea medicamentum exhibere. *Syrupi.* *Not.*

Quo ad partem affectam euacuato vniuerso corpore habitaque totius prouidentia tum chirurgicis pharmaceuticis præsidiis nec non dięta tenui, & refrigerante; Indicationes circa locum affectum sunt animaduertendę vt primo ex Auicenna, & Oribasio, & aliis non sit repellentium vsus administrandus, sed tantum digerentium, & præsertim dum dolor adsit: vnde lana oleo calido imbuta auxiliatur, oleum anethinum camomellinum cum farina fęnugręci sem. lini, scordii, butiro pinguedine Gallinæ, ouorum vitellis, vt Recipe butiri pinguedinis gallinæ an. vnc. ii. farinæ hordei vnc. i. olei camomellini vnc. ii. ouorum vitelli num. ii. croci parum, vel Recipe cassiæ extractæ vnc. i. ss. far. sem. lini, butiri an. vnc. i. m. sedato dolore digerentia sunt adhibenda, & valentiora quam in aliis inflammationibus, cum glandulæ obtusum sensum habeant, & excrementa partium recipiant veluti Rec. rad. petroselini, florum altheę, anethi rad. fęniculi parietariæ ana p. coquantur in sufficiẽti quantitate aquæ, his concoctis, & contusis adde far. lupini, milii an. vnc. i. olei camomellini q.s. m. vel accipiatur stuppa imbuta lixiuio è cinere vitis, vel Recipe farinæ tritici vnc. ii. mellis q. s. vel Recipe farinæ hordei vnc. iv. mellis q. s. fiat cataplasma, vel Recipe caricarũ pinguium, passularum an. vnc. ii. axungiæ porcinæ vnc. i. croci p. omnia in mortario pistentur. *Not.* *Digerẽtia* *Digerẽtia validiora.* Verum si bubo non per digerentia, sed potius ad suppurantia ad curationem tendat, hæc quidem sunt eligenda, & primo Rec. far. tritici lib. ss. olei butiri an. vnc. ii. aquæ com. lib. ii. croci parum m. & fiat cataplasma: vel Recipe diaquilon simp. remollitum pinguedine Gallinæ, uel diachilon cum gummis remollitum pinguedine porcina rec. uel Recipe caricarum pinguium vnc. ii. rad. lil. alborum, cepę pinguedinis porcinæ an. vnc. i. vitelli ouorum num. ii. omnia simul permixta lento igne bulliant, & pistentur, & per cribrum transmittantur: suppurato bubone foramen moliendum est, & pręsertim per transuersum in inguine; quia facilius vnitur: facta igitur sectione ferro vel caustico, vel medicamento nempe confecto ex caricis passulis croco, & axungia porcina, fouendus est locus spongia expressa aqua calida vino, & oleo, turunda imponenda, & si dolor vrget, stuppa cum alb. oui, & dũ sanguis fluit abstinendum a fomentis, & turunda imponenda imbuta oleo ros. inficitur etiam seuo candelæ, qui dolorem lenit, & concoquit: deinde concoquente communi, vt ex resina therebintina, thure & oui vitello, postea euacuato pure opus est digerente, vt Recipe vitelli ouorum num. ii. mellis vnc. ii. far. lup. q. s. aliquando Rec. mellis ros. colati vnc. ii. far. hord. q. s. ad inspissandum: mundificato vlcere caro gignitur hoc sarcotico Recipe resinæ vnc. iii. ceræ vnc. i. ss. thuris, masticis an. vnc. i. olei com. vnc. i. S. A. conficitur, dissoluitur resina cum cera, & oleo deinde puluis iniiciatur; adest etiam in promptu vnguentum de Betonica, vel de tutia, Isidis, & Apostolorum: Cicatrix postremo ducitur vel linamentis siccis, vel ære vsto loto, vel pul. thutiæ præparatæ aut Corui cerui vsto, & hæc de bubone benigno, & simplici. *Supperantia.* *Foramen.* *Fomentũ.* *Sarcoticũ.* *Cicatrizantia.*

De Phymate. Cap. XVIII.

PHyma ex Galeno 2. ad Glauc. cap. 1. & 6. simp. med. & ex Paulo lib. 4. cap. 22. *est tumor glandularum a sanguine ortus, & ad suppurationem maxime festinans*: eget igitur ea met curatione, quæ supra enarrata fuit: nam pus factum euacuari debet, vel digerentibus, uel incisione veluti si habita totius prouidẽtia: postea loco affecto apponatur emplastrum ex abrotano trito, & elixo cum far. hord. vel ex vrtica, parietaria, rad. altheæ cum melle, vel ammoniacum dissolutum cum melle, vel emplastrum ex caricis, & passulis addito croco, & pul. Betonicæ; si vero puris copia ita magna sit, vt discuti medicamento tuto cito, & cum iocunditate non possit, sæpe oritur nimius dolor, & febris tunc temporis cogimur ferro incidere phyma, & pus euacuare. quo educto curatur vlcus, vt supra concoquentibus, digerentibus, detergentibus, sarcoticis, & cicatrizantibus. *Definitio.* *Topica.*

De Phygethlo. Cap. XIX.

PHygethlon est inflammatio glandularum facta a sanguine bilioso, vt sit appellanda phlegmon erysipelatoides glandularum, & locis citatis, 2. ad Glauc. & 6. de simp. medicamentis, & Paulus lib. 4. cap. 22. & Rasis loco citato curauit eo modo, quo erysipela. nam post sanguinis euacuationem purgationem, & dięta satisfacientem sanguini bilioso calido, & sicco, topica remedia refrigerantia, & humectantia, & partim digerentia sunt admouenda, non autem suppurantia: nam bilis non suppuratur, sed potius resoluitur: ideo accommodatum erit emplastrum ex cucurbita, ex melonibus, ex pomis, vel emplastrum ex atriplice lactuca, foliis maluæ elixis, & contritis cum farina hord. vel ex plantagine cocta Buglosso Boragine, & aliis medicamentis, quæ descripta sunt in capite de erysipelate phlegmonoso. *Curatio.* *Topica.*

De Bubone Gallico. Cap. XX.

BVbo Gallicus Europeos infestare cepit tempore, quo Gallici populi Neapolim inuaserunt, qui ab Hyspanis fœminis hac lue venerea infectis deturpati sunt adeo, vt nouus sit morbus in hac regione, erit egitur bubo Gallicus tumor glãdularum inguinum productus a sanguine lue venerea infecto. cum sit tumor, est aut symptoma, aut morb. in magnitudine aucta adeo, vt glandulæ inguinum, quæ sunt hepatis emunctoria, tumidæ euadant, & intemperie etiam calida affici possint: differt ab aliis tumoribus potissimũ causa efficiente scilicet sanguine infecto lue venerea, qui sanguis aut est a prædominio talis, aut pituitosus, aut melancolicus, aut permixtus cum aliqua portione bilis prout temperies, ætas, habitus corporis, victus ratio ægrotantis, & anni tempus, & regio fomitẽ præsentẽ ad gignendum potius hunc, quam illum succum habent: etenim ægrotantes, alii succo pituitoso abundant: alii melancolico: alii bilioso, & alii sanguineo, vt plurimum contactu mulierum coitu peracto venerea lues impartitur corpori, & præsertim pudendis: nam in coitu cum tanguntur illæ partes inualescunt, & facile malignus, & gallicus vapor inficit sanguinem, & humores residentes in illa parte, qui vel statim a natura tanquam maligni, et naturæ inimici expelluntur ad extra, et ad glandulas tanquam ad ignobiliorem particulam, vel diutius serpens, et latens altius radices inficit, et per partem post partem per venas, et arterias ad iecur potissimum ascendit, et inficit humores ibi commorantes, et aliquando etiam substantiam ipsius hępatis, eius intemperiem labefactat, et calorem natura- *Definitio.* *Forma.* *Efficiens.* *Quomodo lues venerea capiatur.*

lem

lem acriorem reddit: vnde sanguificatio, quæ est actio
ipsius hepatis, fit praua & sanguis, qui gignitur pra-
uus etiam producitur, & vitiosus, nempe frigidus aquo
sus & putredine maligna caloreq; acri, & mordacio-
ri infectus: calor enim hepatis, licet ab ipsa aura mali-
gna gallica intensior, & acrior euadat, non potest tamē
nisi sanguinem prauum gignere, qui à naturali calore
iam imbecilli proprie producitur, non autem à præter na
turam, immò inficit aliquando cor, & spiritus, & ali-
quando etiam cerebrum: vnde alii plures affectus oriun
tur, & dolores capitis, & totius corporis & gummata,
vlcera, scabies, pustulæ, & huiusmodi, profluuiumque
capillorum. sed in præsentia de bubone tantum galli
co sermo habendus est. de his alias locuti fuimus in pro-
prio tract. explicata natura, & essentia gallici bubonis;
tum per formam tumoris; tum per locum affectum, &

Differētię à forma. per causam efficientem pariter triplices erunt alii bubo-
nes à tumore: alii à loco affecto, & alii à causa effectri-
ce fiunt; tumor erit maior, vel minor, benignus, vel ad-
modum rebellis, facile, vel difficile suppurabilis, in su-
perficie, vel admodum profundus, ad hanc, vel illam

A loco affecto. formam tendens, sed potius ad oualem: locus affectus
vnus est tantum, nempe glandula inguinis: causa vero
efficiens quotuplex supra enarrata fuit, tot species bu-
bonis producit; nam à prædominio est sanguineus, vel
pituitosus, vel melancolicus, vel æqualiter ex his omni-
bus, vel ex duobus tantum nempe pituita, & sanguine,

Signa. vel melancolia: dignoscuntur huiusmodi species partim
ex supra narratis de tumoribus in genere, atque de bu-

Sāguineus bonibus, sanguineus enim colorem rubrum obtinet, do
lorem, pulsationem, febrem annexam, synocum, facile
suppuratur, & ætas temperies & habitudo corporis, tem
pus anni, victus ratio correspondet generationi sangui-

Pituitosus nis, si erit pituitosus, vel melancolicus color erit subni-
ger, vel fuscus, plumbeus, durities maior apparebit, dif
ficile suppuratur, & febris non admodum grauis, nec do
lor, nisi cum incipit suppurari, tunc temporis dolores,
& feb. auctiores fiunt: ex ætate præterea temperie, & ha
bitu, vel corpore melancolico, vel pituitoso, & ex vno
cibariorum huiusmodi, cognoscetur an bubo melanco-
licus, vel pituitosus sit: bilis vero potius tanquam vehi-
culum adest.

Indicationes desumptæ tum à tumore, tum à glandu

ab humore gallico. lis; tum à causa efficiente iam patent ex supra enarratis:
sola oritur noua indicatio quatenus humor est Gallicus,
indicat sui extirpationem, & alexipharmaca quampri-
mum, ne diu latētes in corpore humores magis inficiat,
ideo cito ad suppurationem est auocandus.

Præsagium oritur ex causis tribus iam dictis, nempe
à tumore, glandula, & humore lue venerea vitiato, quo
maior est bubo, quo durior, & in ætate senili, vel corpo-
re melancolico, aut infecto aliis symptomatibus gallicis,
eo magis periculosus erit: si vero tumor facile suppura-
bilis, paucus, & in corpore Iuuenili, nec admodum co-
inquinato, minus periculi affert: præterea expenduntur
symptomata annexa febris, dolor, gummata, scabies, alo
pecia, seu defluuium capillorum, quæ augent difficulta-
tem atque periculum: idcirco remedia quamprimum
sunt petenda tum à fonte Chirurgico: tum pharmaceuti
co, tum diætetico: plurimum tamen differt bubonis gal-

Curatio bubonis ante suppurationem. lici curatio à cæteris: nam animaduertitur, vel ante sup-
purationem, vel post suppurationem: ante enim puris or
tum & incisionū diæta est plena vsurpanda, optimis ci-
bis, Vino, exercitio, & aliis consuetis vti debet: aluus na
tura tamen & sponte lubrica sit: non est neque venæ se-
ctio, nec purgatio adhibenda, ne natura auocetur ab in-
cepto opere, scilicet puris generatione, & expulsione gal
licę & malignæ materiæ ad glandulā. tutius est, & lau-
dabilius, vt humor malignus ad extra propellatur, quā
intus prope viscera nobilia maneat: hoc ordine æger est
instituendus, dum remedia illico pro suppuratione ap-

Suppurantia. ponimus: suppuratur iam supra enarratis medicamentis
suppurantibus conficitur emplastrum ex caricis: pingui-
bus passulis dulc. axungia porcina simul mixtis cum mo
dico croco, & hoc est nobilissimum emplastrum: confi-
citur & aliud ex pinguedine anatis, anseris, gallinæ, ra
dice liliorum alb. cocta cœpa vna simul permixtis; fit et
ex malua, althea, rad. liliorum alb. elixis cum farina tri-
tici, ol. com. & axungia porcina simul: lana etiam suc
cida etiam imbuta oleo amigd. dulc. anethino, vel buti-
ro, & axungia: maturat etiam far. oleum & aqua si-
mul mixta ad ignem, si vero pertinacissimus sit bubo,
validioribus est vtendum emplastris, tum aliquando al- *Cucurbit.*
ternatim cucurbitula affigitur, sine scarificatione, vt
sanguis ad bubonem attrahatur, qui ibi attractus, po-
stea putrescere, & incalescere incipit, & in pus conuer-
ti: postea dyachilon cum gummis cum sapone nigro
admouemus, verum si his ad huc non valeat suppurari, *Causticū.*
Empirica curatio est tentanda, vt apponatur causticum,
quod escharam producit, qua ablata addimus suppurās
aliquod ex supradictis, vel hoc quod conficitur nempe
Rec. ol. amygd. dulc. olei com. butiri, axungiæ porci-
nę ana vnc. j. ligni guaiaci, dictamni, salsæ perillæ ana
scrup. j. mellis rosati p. misce: extra vero, quia admo-
dum rubellis & pertinax est tumor, poterit hoc emol-
liens, & suppurans describi: Rec. pinguedinis anatis, an
seris, gallinæ, axungiæ porcinæ, adipis hædini & vitu-
lini ana vnc. ii. emulsionis, & mucilaginis sem. lini, psyl
lii, rad. altheæ, maluæ ana vnc. i. ammoniaci dissoluti vn
ciā ss. olei amigd. dulc. rad. liliorum alb. coctæ elixæ
ana vnc. i. m. ad ignem & cum decocto altheæ caricarū
ping. rad. liliorum alb. cęparum q. s. m. & fiat empla-
strum. postremo vel inciso bubone, vel caustico erit po-
stea curandum tanquam vlcus primo concoquentibus:
deinde detergentibus, carnem gignentibus, & cicatri-
zantibus, si admodum durus sit, concoquens erit confi- *Concoquētia.*
ciendum admodum emolliens cum butiro axungia, ol.
amigd. & oui vitellis: si dolor aderit, addendum est
ol. ros. vel violaceum, & sic de detergentibus, maneat
diu apertum, ut uirulentia gallica per hunc locum ema
nare valeat saltem per mensem cicatrizato bubone, tūc
uniuersum corpus erit expurgandum, ne labes aliqua su
persit, quæ humores, aut solida præcipuaq; uiscera coin
quinare ualent: uniuersalis cura fusius alias est explica-
ta: breuiter tamen in præsentia dicendū & primo aluus
lenienda erit melle ros. sol. vel syr. ros. sol. cū elect. leniti *Leniētia.*
uo, uel syr. de epithimo, uel de polipodio comp: uel de
fumaria comp. solent enim coaceruari excrementa me-
lancolia adusta, et crassa. Rec. e. g. syr. ros. sol. syr. de
epithimo mes. ana vnc. ii. ss. cum dec. florum & fruc.
cord. q. s. m. & fiat p. b. si pituitosi humores aderunt ℞. *Syrupi.*
mellis ros. sol. unc. iii. syr. de fumaria comp. unc. ii. dia-
phen. drach. ii. decocti betonicæ, boraginis, q. s. m. & f.
p. b. postea decocta, uel syr. sunt describendi, qui aut hu-
morem melancolicum, aut pituitosum corrigant, & san
guinem ab infectione emundent: Rec. pro melancolicis
decocti boraginis, buglossæ, fumariæ, capil. ueneris, ci-
corei, epaticæ, cardui benedicti vnc. vi. syr. de pomis, de
fumaria ana vnc. ss. m. pro syr. et pro pituita R. decocti
betonicæ, melissę, stecados, boraginis, cicorei, scordii
vnc. vi. syr. de eup. vnc. i. syr. ros. simpl. vnc. ss. m. pro syr.
& sic pro aliis: secanda erit postea vena si sanguis ad-
modum in toto abundet brachii, si minus abundet, ve-
na saphenæ à latere affecto, ut materia uenefica, quæ *Not. de uenę sect.*
circa regionem inguinis residebat, reuellatur, & euacue-
tur: tutius est humorē gallicum à partibus nobiliorib. ad
longinqua reuellere, quam ut non nulli male practican-
tes sursum retrahere ad hepar, & cor: postremo erunt
succi concocti medicamento purgante exturbandi, ut
Rec. elec. len. unc. i. confectionis Amech drach. iij. deco *Purgātia.*
cti cord. q. s. m. & f. p. b. uel Rec. foliorum senæ, epithi-
mi, polip. an. drach. ii. turbit, salis gemmæ ana drach. ss.
cinnamomi p. fiat infusio in decocto cord. q. s. & facta
diligenti expressione adde syr. ros. solutiui, syr. de fuma-
ria cōp. ana drac. ii. m. & fiat p. b. uel Rec. sem. cartami,
agarici trocis. ana drac. i. ss. epithimi drac. i. sem. anisorū
drach.

drach. ſs. infundantur S.A. in decocto betonicæ ſcordij florum cord. q.s. & facta expreſſione adde mellis roſ. ſolutiui vnc. iii. ſyrupi de polipodio comp. vnc.i.m. & f. p.b. poſt hanc totius prouidentiam aliquando reiterandi ſunt ſyrupi, & denuo corpus euacuandum; poſtea aut decoctum ſalſæ, & ligni præſcribitur, aut electuarium aliquot, aut puluis pro veſtigijs gallicæ luis debellandis, aut ſerum caprinum cum ſucco fumariæ, vel cicorei, vel cardui, benedicti: & hæc ſunt, quæ pro bubone Gallico curando ſunt obſeruanda a Chirurgico.

De Bubone Peſtifero. Cap. XXI.

Definitio. BVbo peſtifer, de quo docet Gal. ſexto epid. primo, ſexto, & Aetius ſecundo de cauſis acutorum tertio, & Gal. libro de tumoribus ſexto 14. methodi ſecundo ad Glauc. ſecundo, & Celſus libro *Forma.* quinto c. 28. eſt tumor glandularum productus à ſanguine maligno putrido infecto, aut peſtilenti. cum ſit tumor, neceſſario adeſt magnitudo aucta præter naturã, aut morboſa, aut ſymptomatica, nec non intemperies *Subiectũ.* calida partis: quoniam humor peſtilens qualitate & forma nimis uehemens eſt: cauſa materialis ſunt glandulæ, humor eſt cauſa efficiens peſtilens aut malignus à putredine affectus, cum adeſt peſtis, & cauſæ peſtilentis affectus contagioſus, & epidemicus, ſuſpicandum bubonem eſſe peſtilentem, & præſertim ſi tumor colore ſubnigro, dolore vehementiſſimo præditus ſit, & febris vehemens infeſtet. ſi vero non aderit contagium, & Epidemica conſtitutio, quæ plurimos homines occupat, tũc poterit eſſe malignus a maligno humorę productus, qui *Humor malignus proprie. Improprie* humor malignus, vt de vlceribus malignis dictum fuit, alius eſt proprius, qui forma vehementi, & qualitate excedit, & ita putredine ferè venenoſa, aut impropria, nempe tantum qualitate excedens, nimis, vel calida, & humida, vel calida, & ſicca: cognita natura bubonis in genere *Differentia.* facile patent differentiæ: nam quot ſunt humores tot sũt ſpecies: quilibet enim humor peſtilens, & malignus euadere poteſt: idcirco has omittere oportet: pariter etiam *Indicationes.* indicationes, quia ſuperius explicatæ fuere: vna tantum eſt enumeranda in hoc capite, que eſt aduerſari malignę putredini, & reſiſtere qualitatibus malignis proprijs, vel improprijs alexypharmacis, & Antidotis.

Prognoſtica. Præſagium ex prædictis perſpicuum eſt, maximum periculum, & mortem impendere; iccirco citiſſimè ad remedia deueniendum Chirurgica pharmaceutica, & Diætetica hoc vnum eſt obſeruandum, ne ad intra ma- *Vena pedis ſecanda.* teria attrahatur ſed potius ad extra auocetur ideo ſecanda potius uena pedis, quam brachij, vt longinque attrahatur à corde, & ſimul à parte affecta euacuetur: immo circa locum affectum, ſcarificationes ſunt moliendę, *Topica.* vt omnino materia educatur: quo ad emollientia, & topica præſidia, ſi dolor ingens aderit, adminiſtrare oportet, quæ leniunt vna cum alexipharmacis, vt emplaſtrum ex malua, violis, rad. altheæ, ſcordij, oleo ſcorpionis, Butiro pinguedine porcina, uel emplaſtrum ex granatis, cũ *Not. de repellentibus.* rad. conſolidæ, & ſucco ſcabioſæ, non ſunt repellentia vſurpanda, immo cauſtica potius, inciſiones: neque puris generatio eſt expectanda, vnde inuſtione adhibitaaut cauſticis veluti cantharides, ſuccus titimali, flammula iouis, ranunculus contuſus, & ſimilia vt Rec. cantaridum præparatarum drach. ij. ſaponis nigri drach j. ſucci thytimali vnc. ſs. m. vel Rec. flammulæ iouis, ranunculi an. m. ſs. cæparum numero j. omnia contundantur ſimul poſtea exortis veſicis, vel cruſta facta remouentur butiro appoſito, vel axungia porcina, vel huiuſmodi: poſt remotionem cruſtæ, vel veſicæ Theriacam, vel Mitridatum cum axungia porcina apponere licet, vel emplaſtrum ex ſcordeo, dictamno, Gentiana, Centaurea, ſcabioſa, cum ſucco pomorum granatorum q. s. gallina etiã viua deplumata cum Theriaca admouetur: herba bubonaria contuſa eſt admouenda: verum quia plurima ſunt dicenda de carbunculo, qui eandem fere curationẽ exoptat; ſatis hæc ſint de vniuerſali curatione: ſupra de bubone in genere dictum fuit; in præſentia quædam peculiaria buboni peſtifero fuerunt expenſa.

De Carbunculo ſeu Antrace. Cap. XXII.

CArbunculus ſeu carbo, ſeu Antrax (quod idem eſt) tumor cruſtoſus modo cum puſtula, vel
puſtulis ortus à ſanguine atro ſuperaſſato &
feruido, qui quidem febres aut malignas, aut peſtilentes
concomitatur, & tunc eſt malignus, aut peſtilens car-
bunculus, aut ſine febre excitatur in humano corpore
aut aliquando febris non eſt neque maligna, neque pe-
ſtilens, vt ex his manifeſte pateat alium eſſe carbuncu-
lum peſtilentem: alium malignum, & alium non mali-
gnum: in genere tamen de hoc carbunculo loquitur
Gal. de differentiis morborum 12. ſecundo ad Glauc. c.
primo, de tum. c. ſexto, 14. methodi c. 14. nec non Pau-
lus libro quarto c. 25. Aetius lib. 14. c. 58. & Raſis tract.
ſeptimo c. 10. ſermo in præſentia fiet de omnibus ſpetie
bus; ſed deſcriptionem genericã in medium afferemus
ſub ratione tumoris, licet ſæpe, & ſæpius vlcus appelle-
tur loc. cit. immo videtur eſſe morbus compoſitus ex tu
more, & ulcere: quia & magnitudo aucta cum cruſta,
vel ſubcinericia, vel nigra adeſt, qua ablata puſtulæ plu-
res vt milia adſunt, vel vna tantum: deinde apparet ma-
nifeſte vlcus, vt poſſit generice deſcribi Carbunculum *Deſcriptio.*
eſſe tumorem cum vlcere cruſtoſum, cum puſtula, vel
puſtulis humani corporis productum à ſanguine melan-
colico adurente: hęc generica definitio continet formã
carbunculi genericam, cauſam efficientem, & materialẽ
in qua. forma ſeu eſſentia eſt tumor cum vlcere. adeo *Forma.*
vt appareat morbus compoſitus in magnitudine aucta
& mala compoſitione, nec non ſoluta vnitate cum deper
ditione ſubſtantiæ, cum qua etiam aderit ſemper intẽ-
peries calida, vt triplex ſit morbus; non poteſt enim hu-
mor ita rebellis, & adurens diu in parte perſiſtere, quin
calorem præter naturam non introducat: cauſa mate- *Subiectũ.*
rialis in qua eſt quælibet pars corporis, caroque muſculi,
nerui; ſed diligens habenda eſt ratio de cauſa effectri-
ce quæ eſt humor aduſtus, qui quidem aut eſt melanco- *Efficiens. Humor aduſtus.*
lia naturalis ſuperaſſata, aut ſanguis aduſtus, aut bilis ſu
peraſſata, & aut maligna proprie, vel improprie, aut
peſtilens, aut tantum calore exedens abſque malignita-
te, aut peſtilentiæ labe. cauſæ vero huiuſmodi humorũ *Cauſa humoris aduſti.*
producentes, vel ſunt externæ vt cibus, & potus nimis
craſſi, & calidi, ſalſi, amari, vel nimia venus, vel exerci-
tium, vel aer calidus, vel malignus, vel peſtilens. internę
cauſę eſt calor excedens hepatis, qui ſanguinem adurit,
ad ſunt etiam ſuppræſſæ euacuationes ſanguinis men-
ſtrui, vel e naribus, vel per venas hæmorroidales: ex his
coaceruatur ſanguis aliquis melancolicus in corpore,
qui delatus ad aliquam partem feruidus, & adurens nõ
ſolum tumorem procreat durum, ſed cruſtam etiam pa-
rit cineritiam, vel nigram, ſub qua ad ſunt vlcuſcula e-
manantia.

Differentiæ ſeu ſpecies carbunculi iam perſpicuæ erũt *Differentia a forma.*
ex cauſis enarratis nempe forma, materia, & efficiente:
ex forma pro vt maius, & minus aderit vlcus, & intem-
peries, & cruſta aderit; vel cineritia, vel nigra, vna, vel
plures, & vlcus vnum, vel plura, ad ſimilitudinem mi-
lij. Locus affectus ſeu materia in qua quotuplex erit pars *A loco affecto.*
humani corporis, totuplex aderit etiam carbunculus
ſed cauſa efficiẽtes quotuplex fuerit enumerata, tot ſpe-
cies inter ſe diſtinctas producit: primo vel erit excremẽ-
tum melancolicum naturale nimis aduſtum, & feruens, *Ab efficiente.*
vel ſanguis feruidus aut craſſior pars eius poſt putredi-
nem relicta, aut bilis feruore incraſſata & benigna aut
maligna, aut peſtilens; poſitis differentijs cognoſcendũ *Signa in genere.*
eſt hoc vlcus, & quælibet differentiæ ſunt pernoſcendæ,
vel ex cauſis ſuperius enarratis, & ex natura carbunculi
animaduer-

animaduersa facile vnusquisq; poterit dignoscere in genere,& species,carbunculus cognoscitur primo ex tumore,dolore vehementi,crusta cineritia,uel subnigra pustula,vel pustulis: deinde ex feb. aliquando concomitante; in specie pars affecta oculis dignoscitur,forma etiam patet, prout maior,vel minor aderit tumor,hoc,vel illo colore & hac, vel illa forma malignitatis, vel pestilentiæ. causa efficiens lucidius animaduertenda. si bilis adusta, & corrodens crustosum vlcus ad citrinitatẽ tendet, corpus ægrotantis erit biliosum, & victu bilioso vtens. si melancolica erit, vel subcinericius color,vel niger ad similitudinem picis,vel bituminis splendens in colore admodum nigro: adest quidam splendor, & præsertim in materia crassa, in qua color niger magis vnitur; si pestilens contagium aderit, & frequentes carbunculi grassabuntur, plurimosque interficiet: si malignus pariter enecabit; sed absque contagio,vt docet Celsus libro 5. cap. 18. febris etiam aderit propter humoris feruorem dolor, calor,pruritus semper concomitantur: alia signa aderunt communia pestilenti affectui, nempe lingua denigrata, vrina tenuis, vel turbulenta, deiectiones liquidæ,& colericæ,appetitus prostratio, nausea, vomitus, sudor, vel multus & tepidus,vel frigidus: fetor grauis animæ, virium omnium naturalium,vitalium animalium prostratio, & imminutio. sed ad chirurgicum pertinet potissimum signa expendere, quæ circa locum affectum apparent.

In specie. *Bilis.* *Melancolia.*

Prognostica.

Præsagium ex tribus illis causis hauritur forma, loco affecto, & causa efficiente: quo vehementior, & maior erit forma tumoris, & vlceris; quo locus nobilior, quo causa efficiens malignior,aut pestilentior,maius erit periculum,& interitus instabit: è contra si causæ tantum vehementes non contigerint: in genere tum omnis carbunculus periculum affert, summa cum difficultate curatur,vt docet Galen.de tum.cap.6. & 3. epid. 12. Aetius Paulus Rasis locis citat.nec non Auicen.lib.4.

Indicationes. *A forma.* *A loco affecto.*

Indicationes pariter ab illis depromuntur causis tribus, forma, sede affecta,& causa efficiente: a forma quę composita est ex tumore, & vlcere,& intemperie calida, oritur indicatio tumorem minuendi,& exiccandi,intemperiem refrigerandi, crustam remouendi tanquam quid omnino præter naturam: a loco affecto vitalis indicatio excitatur locum affectum conseruandi similibus, & roborandi, ne a materia adusta infestetur,solum ex vsu artis oritur indicatio præseruatiua in methodo medendi a causa effectrice,qua remota attemperata, & si pestilens, & malignus humor fuerit alexipharmacis correpta indicat particulariter primo quatenus fluit ad locum affectũ, vt debeat reuelli,quatenus copiosa, vt euacuetur quatenus vero gignitur in humano corpore, vt generans per contrarium remoueatur; quatenus vero habet partes nimis calidas adurentes & crassas, necesse est refrigerare, humectare, & attenuare; dum vero aut maligna,aut pestilẽs excruciet, vti oportet alexipharmacis,& Bezoarticis tum genericis tum specificis, sed etiam topica indicantia animaduertere oportet circa locum affectum, vt tumor animaduertatur. locus affectus, sed potissimum causa efficiens: tumor curandus erit vt supra nec non vlcus, sed maximis exiccantibus potius, quam pus mouentibus, nec non alexipharmaca administrare oportet: idcirco summam diligentiam in his curandis adhibere oportet: quia summum etiam periculum, & sæpe mors impendet, & omnia remedia summa, & vehementissima sunt vsurpanda: quia morbus non dat inducias, & acutissimus est: Chirurgica igitur, pharmaceutica, & diætetica sunt vsurpanda, & in medium tutiora afferenda.

Prognostica.

Vena Aetio.

Inter chirurgica præsidia pharmaceutica, & Diætetica primo sunt vniuersalia spectanda, quæ totum humorem, & totum corpus redundans respiciunt: deinde topica circa partem affectam. primo igitur cum antrax sit summa, & ingens inflammatio, vt docet Galen. 1. aphor.23. secanda erit vena vsqne ad animi deliquium: summis enim inflammationibus, & doloribus præstantissimum remedium est sanguinis euacuatio, aut medicamentum purgans, & præsertim si carbunculus malignus,& pestilens non fuerit; quo in casu parcius est sanguis mittendus,ne vires prosternantur,aut loco sectionis venæ scarificationes crurum sunt moliendæ, aut hyrudines sunt applicandæ: deinde corpus leniente pharmaco est expurgandum melle ros. solutiuo, vel syrupo ros. cum decocto cord. cum additione tamarind.& mirabol. vel cum infusione epith. senæ, quæ humorem melancolicum educit, cum maxima, & copiosa portione seri caprini: syrupi etiam continuo sunt administrandi, & præsertim absque saccharo, & melle, ne bilescant veluti decoctum florum cord. pimpinellæ scordij,melissæ, fumarię,& similium; si vero maxima copia bilis aderit,serum caprinum depuratum cum succo acetosæ præstans erit remedium, vel decoctum sonchi boraginis acetosæ, lupulorum Cicorei, corticum citri: semper enim cordi opem ferre oportet. postremo sunt è corpore exturbandi succi huiusmodi, vel infusione Rabarb. & senæ, epithimi, polipod. quercini in sero caprino cum syrupo ros. solutiuo,vel cum infusione elleb.nigri,polipod.mirabol. chebulorum, in decocto cord. cum additione pulpæ tamarind. & additione syrupi de polipodio comp. & ros. solutiui, vt v.g.Rec.elleb. nigri drach.1. epithimi polipodij an drach.ij. tartari albi drach. j.infundantur in decocto cord. cum addit. pulpæ tamarind. q. s. & facta diligenti expressione: adde syrupi de polipodio comp. syrupi ros. solut.an.vnc.ij. m.& fiat p.b.

Not in carbunculo maligno. *Lenientia.* *Syrupi.* *Purgãtia.*

Cibi. *potus.* *Topica.*

Dięta etiam correspondeat refrigerans,& humectans, administretur hordei ptyssana cum sem. peponum, panatella cum sem. melonum, vel ferculum ex boragine buglosso, Acetosa, pimpinella melissa, & si malignitas, vel pestilentia aderit,succi aranei, citri, vel limonis sunt addendi: potus etiam sit ex aqua hordei cum syrupo de acetositate citri vel aqua decocta ex prunis, pulpa tamarind. & toto citro. Quo ad Topica, quæ alia sunt in principio alia in augumento, alia in statu, & declinatione administranda,& quæ respiciunt non solum inflammationem sed vlcus, & intemperiem annexam, & humorem non solum feruentem,& adustum,sed etiam aliquando malignum,& pestilentem. circa initium in parte circumiacente ex Galeno 14. methodi 10. temperatum, repellens est adhibendum, quod potius vim refrigerandi, dolorem leniendi, quam repellendi facultatem possideat,& eo magis si pestilens,& malignus humor adesset, qui repellendus minime est,sed potius auocãdus: laudat igitur medicamentum compos. ex plantagine lacte,& pane a furfure non libero coctis,& Auicen. vtitur galla cum aceto vini, uel alumine cum aceto, nec non medicamento composito ex malo punico acido,hordeo, folijs plantaginis coctis in posca, & contusis,uel ex pulpa mali cydonei prunorum,uel ex folijs uiridibus cupressi, passulis sine nucleis, farina hordei, caricis, folijs rutæ, & nuce uiglandis. hæc omnia repellunt leuiter, & acrimoniam succi attemperãt; in ipso uero ulcere crustoso Galen. scarificationem,& sectionem facit, ut uirulentia emanet; sed prius fouet locum aqua calida,aut axungia cum fimo columbino ablata crusta summa exiccantia sunt administranda,& quæ malignitati resistunt. laudat igitur Galen.pastillos Andronis Polydæ,& Pasionis,qui liquantur uino dulci usque ad sordis spissitudinem,folia uerbenæ recenter expressa, fimum gallinaceum aridum cum antiqua axungia porcina probat Aetius; sed utitur etiam ad crustam demendam ferro candenti, uel medicamento ex mysi Calcitide, Arsenico & calce cum melle, ut absumat hęc crustam illam; at si durities remanet, adhibeatur cataplasma ex nucibus Rutha,& caricis uel ex fimo columbino seu limi cum melle, uel ex rad.rec. liliorum,foliis brassicæ simul coctis,& contusis. Vlcus postea curandum carnem gignentibus,& cicatrizãtibus: at si malignitas, & pestilentia annexa fuerit non sunt omittendi antidoti, Mitridatum, Theriaca Scordium,

In principio. *Repellentia leuiter.* *Vlcus.*

dictam

dictamnum, rad. Angelicæ, Carlinæ, Bistortæ, rad. pentaphili simul coctis, & contusis addito melle ros. vt Rec. rad. bistortæ, pimpinelle, gentianæ, carlinæ an. vnc. i. foliorũ ruthę m. ss. aquę com. lib. iii. coquantur deinde cõtundantur quibus adde mellis ros. vnc. iii. vel R. theriacæ vnc. ii. scordii drach. iii. dictamini drach. i. syrupi de corticibus citri vnc. iii. m. pro linimẽto: hæc & similia sũt administranda in ipso carbunculo ablata malignitate, ablataque crusta, aut scarificatione, aut ferro, aut axungia cum exiccantibus medicamentis enarratis, est vlcus illud vt dictum fuit detergendum; carne implendum, & cicatrizandum. Duobus tamen symptomatibus, quæ solent hunc tumorem crustosum concomitari succurrẽdum est dolori, & ingenti calori, & inflammationi: idcirco partes circuniacentes semper liniendæ sunt aliquo refrigerante succo, vel emplastro: ab oleosis est cauendũ præsertim solis: quia facile inflammantur: præter emplastra superius enarrata in principio vsurpanda tanquam modice refrigerantia, & lenientia dolorem sunt huiusmodi adhibenda remedia Rec. succi plantaginis, lactucæ, succi limonis an. vnc. ii. aceti ros. vnc. ss. m. vel Rec. olei ros. vnc. ii. succi citri, succi plantaginis an. vnc. ss. m. inflãmationi hæc etiam resistunt, & aliquando si ingens aderit dolor, vel inflammatio totum vlcus est illiniendũ cũ ros. vnguento, & pul. nitri, aut cũ malo punico acido in aceto cocto, & superimponito, aut cum decocto aluminis, plantaginis, mali punici pentaphili, pimpinellæ an. p. addito aceto ros. & hæc erunt pro curatione carbunculi.

Ad dolorem.

Ad inflãmationẽ.

De Gangræna & Sphacelo. Cap. XXIII.

LOquitur de Gangræna, & sphacelo Gal. libro secundo ad Glauc. c. nono Paulus libro quarto, c. 19. & Aetius lib 14. c. 56. est enim affectio, quæ vt plurimum solet concomitari maximas inflammationes nec non etiam alias causas vehementissimas: nam dũ corrumpitur calor partis viuentis, & incipit vitam amittere, gangræna est. dum vero pars ipsa viuens omnino emortua iacet, corruptus, est calor natiuus, & temperies labefactata amittitur, tũc sphacelus & syderatio appellatur: adeo vt possit describi esse gangrænam corruptionẽ partis viuentis humani corporis a causa admodum excedente, & sphacelum esse ablatam omnino caloris naturalis, & temperiei partis viuentis essentiam a causa admodum excedente simili, vel contraria; corrumpitur quidem calor natiuus, in quo vita animalis consistit, quæ est mansio caloris naturalis in proprio humido ex Aristotile duabus de causis, vel a contrario nempe a frigore, tum qualitate frigida, tum etiã copia obruente, & soffocante calorem naturalem, & huiusmodi corruptio appellatur suffocatio: contingit hæc in hybernis temporibus: vnde sœpe iter facientibus in hyeme, & in niuosis locis, & frigidis extrema nempe pedes, & manus, nasus & aures gãgræna, & sphacelo deperduntur: corrumpuntur a nimio frigore, & vita amittitur quæ non potest absque calore natiuo, atque humido radicali consistere; sœpe etiam a medicamentis nercoticis & frigidis atque stupefacientibus immodice calor natiuus partis, & temperies aboletur: secundo corrumpitur calor non a contrario, sed a simili, & tunc dicitur marcor nempe a nimio calore excedente, vt inflammatio, medicamenta nimis calida apposita, ignis. obstructio per accidens etiam corrumpit, quatenus nimis auget calorem internum prohibens trãspirationem; tunc enim a simili calore excedente auocatur humidum radicale, & absumitur tanquam maior flamma extinguens minorem, & imbecillis calor natiuus redditur absque humido radicali marcescens sensim & sensim, sicuti lucerna accensa, aut accenditur, & marcescit ob penuriam alimenti: nam dum pabulum calor non obtinet aduenticium, absumit humidum radicale, & primo acrior euadit, & intensior: deinde imbecillis, & sensim atque sensim marcescens corrumpitur: hi sunt duo modi, qui ab Arist. etiam recensentur. additur tertius modus a medicis quando scilicet corrumpitur calor natiuus non a qualitate contraria, vel simili excedente; sed a maligna aliqua aura, & substantia, quæ non ratione qualitatis manifestæ; sed occultæ formæ agit in formam mixtionis humanę, vti venenum putrefaciens, succus napelli, viperæ, & huiusmodi, vel putredo maligna ac pestilens, quæ sensim, & sensim a tota substãtia corrumpens calorem natiuum & formam mixtionis partes viuentes humani corporis gangræna, & sphacelo afficit. subiectũ igitur gangrenæ & sphaceli est pars uiuens: quoniam gangræna, & sphacelus sunt passiones viuentis partis, & vitæ, & præsertim carnosæ partis neruosę, musculosæ: aliquãdo etiam ad os pertingit, cum ipsum corrumpitur sed improprie gangrena appellatur sed potius caries: hęc est igitur essentia gangrenæ & sphaceli, qui duo affectus differunt tantum inter se secundum magis; & minus: pars affecta, & causa efficiens enumerata fuit, vt his explicatis differentiæ, & species facillime dignoscantur: tum a forma, tum a loco affecto, & a causa effectrice: forma, & differentia in gangrenam, & sphacelum secũdum magis, & minus elucescit. locus affectus est quælibet pars viuens externa, & interna. efficiens causa immediata, est corrupto partis viuentis, vel iam corruptus in sphacelo a contrario, vel a simili excedente: causæ contrariæ, & similes enumeratæ sunt supra, & quot sunt causæ, tot sunt differentiæ.

Gangrenam.

Quid.

Corrumpitur calor natiuus dupliciter.

1\. (frigore) — 2. (calore)

3. corrũpitur.

Subiectũ.

Differẽtia

Signa pariter, quæ nobis manifestant gangrenam; tũ a forma, tũ a parte affecta; tum a causa effectrice, sunt expendenda; dũ corrũpitur calor, color ipsius partis subniger apparet, neque floridus est, dolor & pulsus cessant, sensus hebes euadit: causæ, vel nimis refrigerantes, vel nimis calefacientes, tum per se, tum per accidens prægressæ fuere: corpus scatet vitiosis humoribus malignis, aut pestilentibus; & adest, vel inflammatio, & tumor circa ipsam partem, vel fluxus humorum perseuerat obstruens, & corrumpens; tum qualitate, tum quantitate calorem natiuum: adest etiam febris, & dolor incipit intolerabilis ob maximam luctam, & pugnam: natura enim conatur se tueri, & conseruare a causa corrumpente: postea cum incipit vincere, & superare calorem natiuum causa morbifica, nõ amplius dolor apparet: quia incipit sensus hebetescere. *nam vbi sensus; ibi dolor & voluptas, & e contra*, & si sensus corrumpitur, dolor, & uoluptas abeunt; in sphacelo vero cognoscendo hæc omnia accidẽtia, & signa augentur, & grauiora euadũt, quia pars cum demortua est, & vita caret, primo non nutritur; nutritio est fundamentum vitæ, & prima actio animæ alentis; secundo, neque sensus, neque dolor adest, licet pungatur, vel incidatur pars: color niger apparet, & membrum molle, & putridum redditur: his cognoscitur sphacelum adesse: præfuerunt etiam causæ admodũ potentes, supra enarratæ, & internæ, & externę: incurabilis & mortiferus sphacelus est; quia *à priuatione ad habitum non datur regressus*; grangræna vero magis curabilis est; sed adeo difficulter, vt nisi quis potenti auxilio opem feret, breui temporis spatio hominem iugulet. tollenda est contradictio ex Celso libro quarto, cap. sexto, qui asserit gangrenam facile curari: ad hoc dicendum ipsum loqui de grangrena statim incipiente in corpore iuuenili, & a medico diligenti & docto, præsertim si nerui & musculi parum læsi sint, at gangræna quę fit ex affluxu humorum difficilior est, quam ea quæ sine affluxu contingit. senes vero, & corpora prauis succis scatentia, crapulis dedita, vt plurimum intereunt, & præsertim secunda, & tertia die.

Signa gãgrana.

Signa sphaceli.

Prognostica.

Not. de celso.

Indicationes tres in hoc affectu sunt animaduertendæ a forma, nempe a corruptione caloris natiui, vel iam corrupto, & indicat primo sui conseruationem, corruptus omnino extractionem & extirpationem, si corrumpitur in gangræna a frigido, simili conseruari debet nẽpe calido, quod erit contrarium frigido, pars affecta sui conseruationem exoptat, si est in fieri, vt quæ ad-

Indicationes.

huc est viuens conseruetur: iam vero emortua tanquam quid præter naturam extirpanda omnino est, & euellenda, vel ferro incidente, vel caustico: causæ efficiẽtes, quę vtiles sunt & ea vsu artis, indicant præseruationẽ in methodo med. & quot enumeratæ fuere causæ, tot erunt indicationes & scopi, nempe si à nimio frigore partis inflicto oritur gangræna, oportet sensim & sensim in principio calefacere, et humectare, si obstructio adest, & prohibita trãspiratio, oportet deobstruere, & recreare, et poros aperire, ut calor possit uentilari, & excrementa tertiæ coctionis excerni; si aderit affluxus humorum, ipsum reuellere oportet, diuertere, atque repellere a parte affecta, si causa erit excellens calor, uel per se uel ex accidente, oportet modice refrigerare. cauendum tamen in usu refrigerantium, ne nimis stupefacientia adhibeamus, quorum inopportunus usus in ingentibus inflammationibus dẽsatis meatibus, & poris gangrenæ fuit in causa: si aderit maligna qualitas, & pestilens, oritur indicatio, seu potius requiritur, (quia indicatio oritur à causa manifesta et nobis nota, non autem occulta,) ut est malignitas et uenenositas (ut rebus Bezaarticis aduersetur) oppugnare enim oportet bezaarticis, et alexypharmacis malignam ac uenenosam causam: his tribus indicationibus diligens studium adhibendum erit, sed presertim causæ efficienti qua remota forma, et locus affectus facilius curationem recipiunt: ad remedia igitur deueniẽdum, quæ copiosissima ab Aetio Paulo Celso, et Gal. locis citatis describuntur, tam chirurgica, quam pharmaceutica, et diætetica, et tam uniuersalia quam topica, et primo curatio adhibenda est gangrenæ, quę ortum duxerit ab affluxu humorum tam benignorum quàm malignorum, si igitur corpus copiosis succis abundet, aut malignis, aut pestilentibus: primo totius corporis ratio habenda est, & quo ad Chirurgica præsidia vniuersalia, secanda erit vena, præsertim si ætas & tempus anni consentiant, uiresq; permittant atque principale indicans nempe magnus in sanguine affectus præsto sit, reuellendus est sanguis catixim: si gangrena est in partibus inferris, supra secanda est vena, si in supernis, infra: si in dextra parte, ad sinistram, si in sinistra ad dexteram aut scarificanda sunt crura, aut hyrudines apponendæ: præterea subducenda est aluus, vel melle ros. sol. vel syr. ros. sol. vel manna cum tamarindis, & quia febris maligna, aut pestilens solet adesse, succi etiam sunt concoquendi, & præparandi syrupis decoctis nempe Rec. decocti pentaphili, acetosæ, cicorei, florum cord. hordei vnc. vi. syr. de acetositate citri vnc. i. m. pro syr. vel Rec. succi aranci, succi limonis syr. de acetositate citri ana vnc. ß. dec. cord. vnc. iiij ante prandium & cęnam solent etiam boli exhiberi saltem tribus horis ad drach. iiii. vt Rec. specierum cord. temperatarum drach. i. bol. armeni orient. scordii, rad. pentaphili ana drach. ß. conseruæ ex acredine citri vnc. i. m. & fiant boli, vel Rec. elect. diahyacinti drac. i. specierum diamargaritonis frigidi drach. ß. dictamni scrup. ß. conseruæ buglossæ acetosæ ana vnc. ß. m. fiant bol. præparati succi sunt etiam postea euacuandi infusione, vel reubarbari, senæ, agarici. Dięta etiam correspondeat vniuersalis in sex rebus non naturalibus: aer frigidus arte, vel natura sit: cibus, & potus pariter refrigerans, & exiccans, & malignitati resistens, vt potus aquæ hordei cum pulpa tamarindorum, vel aqua decocta ex pimpinella, pentaphilo acetosa, succo aranci, & syrupo de acetositate citri; iuscula ẽt sint alterata prædictis herbis, & panatella conficietur hoc iure, vel ptyssana hordeacea, aluus lubrica sit natura, vel aliquo clystere refrigerante Rec. decocti hordei, florum cordialium, vel seri caprini, vel iuris alterati prędictis herbis lib. i. ß. olei violacei, rosacei ana vn. i. ß. mellis ros. simpl. vnc. ii. salis parum m. somnus etiam erit conciliandus, & quies imperanda. animi etiam accidentia læta, & tranquilla. Epithemata etiam & cordi, & iecori apponantur, sed quia potissimum parti affectæ incumbendum est, selectiora & probatiora in medium sunt adducenda, quæ principio augumento statu & declinatione gangrenę sunt expendenda: primo igitur si adsit circa partem affectã ingens dolor ab affluxu humorum malignorum, vt morsu animalis venenosi, quemadmodum docet Gal. 14 meth. c. 16. opem ferre oportet, vel alteratione, vel euacuatione; iccirco statim oportet partem affectam cum nimia copia sanguinis adsit, & venenosi succi obstructioque, euacuare humores illos, per locum affectum, vel cucurbitulis per scarificanem, vel incisionibus, aut euacuamus medicamentis exiccantibus, calefacientibus, & attrahentibus, quæ habent vim digerendi, & dissipandi succos gangrenam inducentes nempe Rec. rad. rapi & raphani ana vnc. i. sinapi drach. ii. gariophillorum drach. iii. olei sem. lini q. s. m. attrahit etiam liquor tytimali, euphorbium, nasturtiũ, scordium, dictamnum, aristolochia, gentiana, calamenthum, iris, rad. panacis cum melle fit emplastrum: addimus etiam, si dolor ingens aderit, his prædictis farinã hordeaceam, & oleũ ros. orta crusta adimitur emplastro isis, vel Macarionis cũ rosacco & melle diluto: post vero crustæ remotionem pharmacum ad putrescentia accommodatum est vsurpandum veluti far. vel erui, aut lolii, aut fabæ cum aceto mulso: & si gangræna videatur depascere, licet adiungere pastillum Andtonis, vel Pasionis, aut Musæ. Not. tamen rusticana, & dura corpora fortioribus medicamentis opus habere, molliora debilioribus, prosunt etiam gangrænis nuces veteres, farina lolii cum raphano, & sale, & aceto. folia vrticæ, raphani sem. cum aceto, decoctum lupinorum amarorum quo sæpe abluitur pars affecta: alterantia vero quæ dolori ingenti succurrunt, & gangrænæ, aut sunt per cõtrarium alterantia aut à tota substantia, si humores in parte affecta sint maligni & biliosi, vel melancolici adusti, vel pituitosi & salsi, vel mixti, ita etiam alterantia cõtraria sunt administranda; de quibus sępe sæpius: à tota substantia vero agunt Mithridaticum, Theriaca oleum viperinum, folia fabę inuersæ, scordium contusum dictamnum, gentiana, aristolochia, pentaphilon, succus echii, acetosa, & similia, gallina etiam viua apponitur, vt attrahatur virulentia, & dum à morsu animalis venefici pars affecta gangręna afficiatur ob eiaculatum venenum, statim ante totius corporis prouidentiam, illico est euacuandum à parte affecta virus, & alterandum manifestis, & bezaarticis tum cõibus, tum propriis, & accommodatis, quodlibet enim venenum præter cõe remediũ hẽt aliquam antidotum sibi tantũ accõmodatã; sed hæc in libro de venenis: viperę morsus gangrænam inducẽs primo curatur incisione, & sectione partis demorsę, vinculo astringitur pars, ne uirus ad cor accedat: ponitur etiam defensiuum & post incisionem apponitur, vel Theriaca cum cępa, & allio, vel oleum viperinum cum nuce, & rutha & sale, vel caro viperæ, vel cucurbita attrahitur virus, vel gallinæ, vel columb. hæc sunt quæ alterant & euacuant: ferro aliquando candente pars roboratur circum circa, ne altius serpat.

Si vero gangræna oriatur a nimio calore, vel inflammatione, vel erysipellate, aut prohibita transpiratione, sanguis euacuandus est a parte affecta: meatus obstructi a nimia repletione sunt reserandi; incisiones, scarificationes sunt moliendæ, & post scarificationem membrum est abluendum aqua tepida salsa, vel decocto erui, lupini, camedrios, camepiteos; aut fit emplastrum ex farina lolij orobi, fabarum, oxymellite, & sale, vel cum syrupo acetoso, aut cum oxymelite squillitico, & melle ros. & calx viua admiscetur quod validum est medicamentum: si admodum vrgens calor adsit, mitiora sunt adhibenda, & refrigerantia vt pentaphilon, pimpinella, acetosa, quæ coquantur, & contundantur, & cum aceto, & bolo armeno permixta emplastrum formant. si vero contingat, vt a nimio frigore oriatur gangræna, vt contingit sæpe iter facientibus in hyeme aut remigantibus, oportet, cum incipit sensus, & motus diminui, vt sensim, & sensim pedes aut manus, quæ incipiunt gangræna affici, mittantur in aquam,

Margin notes (left column): Curatio gangrenæ ab affluxu humorũ. — Venæ sectio. — Lenitiua. — Syr. ẽt in maligna feb. — Boli cordiales. — Purgãtia. — Dięta. — Aer. — potus. — Cibi. — Clyster. — Somnus — Epithima.

Margin notes (right column): Topica in eadem gãgrena ab affluxu humorum malignorum. — Attrahentia. — Alterantia. — alexipharmaca. — De gãgręna a vipere morsu. — De gãgręna a nimio calore.

aquam, in qua palea tritici cocta fuerit, vel rapa, & caules, aut anethum aut camomelum, stecados gingiber, sampsucus, aut melilotum, aut semen lini, aut fœnum grecum, vnum quodque separatim, aut simul concocta sint: inūgimus etiam partes oleo de Lateribus camomellino, vel mittidato, Theriaca, vel lixiuio abluimus alterato scordio, & aqua calcis: verum si virides, & nigri fiant pedes, scalpello sunt incidendi adeo profunde, vt sanguis fluat, donec per se stringatur maneantque in aqua calida, ne sanguis congeletur: post sanguinis effluxum superimpone emplastrum cum bolo armeno, cum aceto, & post diem ablue vino tepefacto, aut aqua, & aceto; & sic per plures dies hoc emplastrum est vsurpandum. tandem si gangræna ortum duxerit a penuria alimenti, necesse est alimentum attrahere si inhibetur, aut copiosius exhibere: attrahitur fricationibus, dropace, & picationibus balneo confectis rebus calidis: calore enim dolore fit attractio; sanguis enim attractus restaurat calorem innatum, & carnem deperditam: inter *Attrahentia.* attrahentia est oleum amygd. amarum, aquæ thermales, aqua salita, decoctum scordij, vrticæ meliloti fœnugreci, *Picatio.* picatio ex pice oleo, & cera: & pix liquida cum farina lolij, & hordei inspissata: si macie consumptus sit æger ob famem; intus etiam alimentum sensim, & sensim est administrandum, vt oua sorbilia, caro vitulina, suilla, vinum dulce, & similia, testes gallorum, quæ præbent plurimum alimenti, & hæc de speciebus gangrenæ: si vero *De sphaceli curatione.* gangræna ad sphacelum peruenerit, vt pars iam demortua sit, omnique motu, sensu, nutritione priuata caro est radicanda. sed not. quod Rasis docet lib. 6. cap. 7. de gangræna, & sphacelo, non est scalpellatio facienda; sed caro putrida cum ferro a membro remouenda non est, immo emplastrum ex folijs sichle aut caulis concoctis, & calido butiro admixtis erit superponendum, & in die multoties mutandum. verum si omnino constet putredinem ad os vsque peruenisse Celsus lib. 5. cap. 26. primo cutim reducit sursum atque carnem: postea serra præcidit membrum putrefactum: euitanda tamen sunt duo *Ad sanguinis profusionem, & dolorē.* pericula, nempe sanguinis profusio, & dolor: inhibetur sanguinis profusio vinculo, & defensiuo. dolor vero intolerabilis remouetur inciso membro gallina viua circū alligata; calor enim ipsius gallinæ dolorem lenit: præcidatur semper vsque ad partem sanam, ne reliquum putredinis remaneat: alij vero hoc opus moliuntur, primo auferunt serra partem corruptam: deinde ferris candentibus inurunt partem putridam relictam donec patiens vim ignis deprehendat, & hic modus est tutus: Fallopius vero ijs, qui abhorrent ferramenta candentia primo defensiuum ponit ex ol. ros. omphacino, myrthino violato aceto acerrimo succo plantaginis addito pul. boli armeni sanguinis draconis sandalorum cum cera q. s. postea partem mortuam scarificat rectis, & obliquis incisuris vsque ad os: postea arsenicum, & sublimatum pari pondere puluerizata mittit in incisuras, & sic pluries hunc modum vsurpant, & postea tegunt partem ipsam spara- *Sparadrapum.* drapo nempe hoc linimento videlicet Recip. aloes, myrrhæ, acatiæ aliptæ muscatæ, galliæ muscatæ, corticum granatorum, nucum cupressi, nucis muscatæ, santalorum omnium, ligni aloes, aluminis, cumini an. vnc. i. picis naualis, pini, colophoniæ an. vnc. ij. thuris, masticis, styracis liquidæ an. vnc. i. gummi arabici, tragaganthi an. vnc. ß. m. omnia igne liquentur, & misceantur, & post modum linteum illinitur, donec absorbeat huiusmodi liquatum medicamentum quod vehementer exiccat, & carnem viuam a mortua segregat: paretur, & aliud spa- *Sparadr. aliud.* radrapum vulgo Rec. scordij dictamni gentianæ aristolochiæ an drach. ij arsenici drach. i. calcis viuæ drach. ß. resinæ terebinthinæ vnc. ij. igne omnia misceantur, & liquida super linteum imponantur: sunt etiam vsurpandi pastilli Andronis, Pasionis, Polydiæ cum succo porri, & scabiosæ, & sæpe pars aceto calente abluenda est: hac omnia partem mortuam carnem extirpant, & putredinē inhibent, quæ si non amplius serpit, & dolor quiescat, crusta amouenda est emollientibus, & detergentibus nempe tetrapharmaco, vel paue trito cum apio, vel cum *Nota.* iride, & melle, vel axungia porcina, butiro & sulphure: simplicia emollientia, ut butirum, & axungia, & pinguedines non adhibentur in hoc casu, neque ab Aetio neque a Paulo, Rasi Galen. & alijs, sed semper addunt exiccantia, & detergentia, veluti apium, ocimum iridem, rad. panacis, aristolochię, scordium, dictamnum, camedrium, calcem, sulphur, alumen, pastillos Andronis, quæ exiccant omnia, & detergunt, ne putredo serpat atque vt facilius pars sana ab infecta seruetur, & segregetur: ablata crusta his medicamentis oportet carnem gignere epuloticis, & sarcoticis: deinde cicatricem inducere propositis sœpe sæpius medicamentis: in hyeme accommodatū est vnguētum Isis, aut apostolorum, aut de gummi eleni, in Aestate vnguentum de Cerusa, aut de tutia, mediis temporibus vere, & autumno vnguentum de matre silua, & de betonica; temperies etiam, & habitus ægrotantis animaduertatur, quia siccioribus sicciora sunt vsurpanda, mollioribus mitiora, mediocribus mediocria. mitissimum est vnguentum de betonica ex solo succo absque pulueribus cum oleo amygd. & cera oleo ros. & oui vitello, quod medicamentum delicatis corporibus carnem facillime gignit: cicatrix vero obducatur cerato de minio, aut diapalma, aut pulueribus de thutia, cornu cerui aut ære vsto loto aut linimentis siccis: præter enarrata superius sciat Chirurgus si os corruptum non fuerit, non esse omnino secandum; sed potius radendum vsque ad sanam partem ossis, deinde superimponēda exiccantia supra enarrata, & postea sarcotica: non est enim temere amputandum membrum, sed omni ingenio conandum est ipsum conseruare medicamentis inhibentibus, & putredinem, & dolorem, & conuulsionem: & hæc de gangræna, & sphacelo.

De Herpete. Cap. XXIV.

Herpes a serpendo uocatus affectus a Græcis, ab Arabibus Formica corrosiua, & a latinis nem- *Nomina.* pe Celso ignis sacer, est affectus, qui ad erysipelatem, & biliosum accedit, & modo est tumor cum ulceribus minimis, & pustulis, modo cutem tantum exulcerat, & modo cutim, & carnem depascit, et serpit, & herpes esthiomenus dicitur seu exedens; sed cum mixtus sit affectus nempe ex tumore aliquo, et vlcere seu ulcusculis, & pustulis, ut plurimum ad ulcus eius natura, et curatio attingit, licet in tract. de tumoribus describatur, possumus tamē generice ei hanc definitionem tribuere, ut sit leuis aliqua magnitudo partis humani cor- *Descriptio.* poris una cum ulcere, uel pustulis producta a bile flaua omnino præter naturam simplici aut pituitæ salsæ admixta; sicuti enim erysipelas oritur a bile naturali redūdante, uel ichore bilioso, uel sanguine alimentali bilioso, ita herpes semper producitur a bile præter naturam quę bilis præter naturam tanquam causa efficiens herpetis admodum à Chirurgo expendenda est: quia inter auctores opiniones variæ existunt Gal. de herpete loquitur 2. meth. 2. & 14. meth. 17. & Hipp. lib. prædictionū Celsus lib. 5. Aetius lib. 14. c. 60. Paulus l. 4. c. 20. & c. 17. Rasis tract. 7. c. 16. sub nomine formicæ, sed vt recte curationem herpetis aggrediamur, prius species, & causam effectricem considerare oportet: bilis igitur pręter natu- *Bilis species.* ram, aut est excrementitia nempe excrementum, quod quotidie gignitur in hepate, sed vim à qualitate calida acri, fit pręter naturam, vel est sanguis flauus nimia caliditate exustus, vel ichor biliosus pariter nimio calore pręditus, vel est flaua bilis adusta permixta cum salsa *Salsa pituita unde.* pituita, salsa euadit tum propter putredinalem calorē, qui causa adurit, et acrem reddit, tum propter admixtionē bilis: generantur hę species bilis pręter naturam, *Bilis causa.* vel à caliditate nimia iecoris, vel ob obstructionem, uel à febrili calore pręgresso; externę cā generationis sunt

cibus, & potus nimis calidi & ficci, & acres, vt porri cæpe, allia, vinum potens, piper, gingiber; carnes caprinæ ſalitæ, & huiuſmodi; nimia vigilia, exercitia, aer nimis calidus: externa medicamenta nimis calida apposita: forma herpetis eſt tumor, & ſubſtãtia deperdita. locus affectus eſt cutis, & caro ſubſtãtia, quia vel exedit cutim tantum, vel carnem etiam: ex his patent differentiæ, & ſpecies herpetis, quæ diuerſimode proponunt: à Chirurgicis: alij duas tantum proponunt; miliarem herpetem, qui fit a bile flaua præter naturã permixta pituitæ ſalſæ que puſtulas paruulas & multas in ſuperficie cutis excitat milio ſimiles. vnde miliaris dicitur, & Græce cẽcrias: ſed Aetius cenſet hunc miliarem herpetem fieri tantum a bile minus acri, & calida: quia huiuſmodi puſtulas tantum excitat, & non ſerpit, neque altius radices inficit, & maxime mihi arridet Aetij ſententia: ſi vero bilis magis craſſa fuerit, & magis acris, omnem cutem vſque ad ſubſtantiam carnem exulcerat, & vocatur herpes exedens: cum hac craſſa bile ſolet adeſſe pituita ſalſa, quæ maiorẽ tumorem efficit & profundiorem exulcerationem, & depaſcentiam: alii addunt tertiam ſpeciem, quando bilis Icoroſa fuerit & minus acris, ſuperficiem tantum inurens, & tunc dicitur herpes generice: ſicuti dum flaua bilis fit per alterius commixtionem ſubtilis tamen erit, & cutim tantum erodit: Paulus libro quarto c. 20. Aetii ſententiam imitari videtur. a loco affecto variæ ſunt differentiæ pro vt vel cutim tantum bilis occupat, vel cutim, & carnem ſubiectam: a forma triplices etiam; nempe adeſt magnitudo, vel cum puſtulis miliaribus, vel cum puſtula tantum, & depaſcentia cutis, vel cum vlcere cutis, & carne exedente ex eſthiomeno ſerpente ſenſim, & ſenſim ad hanc, vel illam partem. hę ſunt omnes differentiæ a forma, parte affecta, & cauſa effectrice; & hæ ſunt omnes cauſæ: oportet igitur ſcopos, & indicationes elicere, tum a forma, tum a loco affecto, tum potiſſimum a cauſa effectrice, qua ablata herpes ſponte natura ſanabitur, magnitudinem auctam minuere oportet euacuantibus, tũ ſenſibiliter, tũ inſenſibiliter, atque etiã repellentibus, & reuellentibus, vlcus exiccantibus vt vlcus eſt, & carnẽ inducentibus, & cicatricẽ: cauſa efficiens pro vt eſt in toto, & producitur a generante ſimili bilem tũ alterare oportet per contraria, & ſimiliter pituitã ſalſã refrigerantibus, & humectantibus atque attenuantibus, copiam educentibus, & minuentibus alteratis ſuccis, & euacuatis vt infra erit dicendum habita vniuerſi corporis prouidentia tutiori modo ad partem affectam accedere oportet in qua bilis aut pituita ſerpens, & corrodens non humectanda erit, quia humiditas officit vlceri; ſed refrigeranda et exiccanda, nec non repellenda, & demũ excrementa vlceris concoquenda modice refrigerantibus, & exiccantibus, detergenda, caroque inducenda ſarcoticis, quæ ad exiccantia accedant, ſępe enim cum herpes mixtus ſit affectus non ſolum magnitudinẽ auctã & deperditam ſubſtantiam annexam habet, ſed aliquã intẽperiem calidam cutis, & carnis introductam a bile: ideo hæc etiam intemperies indicat refrigerantia.

Forma herpetis locus affectus. Differentia herpetis. Miliaris. Exedens. A loco affecto. Indicationes. Not.

Quo ad præſagium ex Cęlſo licet affectus non admodum periculoſus ſit ratione vitæ diſcriminis, attamen ratione curationis difficilis curatu exiſtit, & eo magis illa ſpecies miliaris, & eſthiomeni: præterea ſi æger temperiem calidam, & ſiccam totius obtinuerit, & hepatis, aut lue gallica affectus fuerit, tunc herpes difficillime curatur, in ſenili ætate adhuc difficilius: quia ſalſa excremẽta pituitoſa coaceruantur in cute ob denſitatem ipſius & expultricis imbecillitatem.

Prognoſtica.

Quo ad ſigna cognoſcitur herpes in genere: quia circa partem ardor, pruritus infeſtat, aut puſtula, & exeſio in cute, aut præter hæc miliares puſtulæ adſunt a quibus emanat ichoroſa ſanies acris, & mordax, craſſaque, aut depaſcitur, & eſthiomenus eſt, exedenſque non ſolum cutem ſed carnem ſubiectã: ſemper tamen pruritus adeſt; calor etiam circum circa flauus apparet, & excremẽta bilioſa: præterea habitus, & temperies ægrotantis, vſus victus, ætas, regio, tempus anni, & ſimilia ad generationem bilis conueniunt: his ſignis facile vnuſquiſque poterit dignoſcere naturam herpetis, & ſpecies.

Signa herpetis in genere.

Quo ad materias præſidiorum Chirurgicas, pharmaceuticas, & Diæteticas, tum vniuerſalia, tum particularia cum plura cap. de eryſipelate enarrata ſint, breuiter tamen hoc loco erit dicendum primo quo ad totius curationem neceſse eſſe aluum lenire, vel caſſia tum tamarindis, vel melle roſ. ſolutiuo, vel ſyrupo roſ. ſolutiuo cũ decocto cord. aut ſero cap. aut decocto cicoraceorum, vel clyſter inijciendus eſt refrigerans, & educens bilem nempe Rec. decocti hordei, ſonchi, prunorum maluarum lib. i. ſs. floris caſſiæ extractæ vnc. i. ſs olei viol. vnc. iii. m. pro clyſtere: ſyrupi ſeu decoctiones ſint ex cicoreo boragine lactuca, acetoſa pimpinella, ſoncho, endiuia, & ſimilibus; cum adeſt vero pituita, non eſt omittenda betonica, fumaria, lupulus, ceterach; poſtea vero cocti humores, & per contrarium alterati, ſunt primo expurgandi ſero cap. cum ſcammonio, vel Rec. reubarbari electi drach. i. ſs. diagridii gr. v. infundantur in ſero caprino q. s. & facta diligenti expreſſione adde ſyrupi roſ. ſolutiui vnc. iiii. m. & fiat p. b. in bolo Rec. diaſebeſtem, diapruni lenitiui an. drac. iiii. electuarii de ſucco roſ. drach. iii. m. verum ſi non ſolum bilis, ſed pituita in corpore redundarit ipſa eſt etiam euacuanda Agarico, aut diaphenicone, aut pilullis cochiis cum aureis; euacuato vniuerſo corpore tunc viſcera ſunt corroboranda, & corrigenda aut ſero caprino depurato aut aquis thermalibus refrigerantibus videlicet Ficoncellæ, ſancti Caſſiani, aut Lucenſi de villa, aut B. Virginis Patauinæ aut ſucco cicorei, fumariæ, vt continuo viſcera, quæ gignunt humorẽ pituitoſum, & bilioſum ad ſimmetriam redigantur, & facilius ad locum affectum medicamenta adhiberi poſſint; & Quo ad topica repellendus ſane eſt humor bilioſus in miliari, & exedente herpete, vt docẽt omnes & præſertim Oribaſius, & Paulus lib. quarto c. 20. frigidis & aſtringentibus, veluti *ſucco plantaginis vitium capræolorum*, aceto roſ. vel decocto ex his herbis, vel bolo armeno cum aceto: in parte etiam ipſa met ſunt vſurpãda refrigerantia, & exiccantia abſque mordicatione, vt Rec. corticum mali punici, foliorum ſalicis, plantaginis an. p. coquantur in vino, quibus coctis & contuſis adduntur farinæ hordeaceæ vnc. ii. pul. roſ. drach. i. decoctis his herbis q. s. m. & fiat cataplaſma. quod ſi his non cedat, valentius eligatur veluti Rec. gallarum fructus, tamariſci, corticum granatorum, boli armeni an. drach. ii. aquæ roſ. q. s. m. aquæ etiam Thermales prędictæ laudantur pro fotu & inſeſſione, & ſerum caprinum calibeatum addito ſucco plantaginis: poſſumus etiam parare huiuſmodi aquas ex ſulphure, alumine, roſis, plantagine, foliis oliuæ, foliis ſalicis, rubi, roboris, vlmi, acetoſæ quæ vim hęc omnia refrigerandi, & humectandi habent: poſtea vero tranſacto principio herpetis cum puſtulæ egeant detergentibus, & ſiccantibus vtendum eſt hoc vnguento, Rec. reſinæ terebinthinę fuliginis, thuris an. drach. iii. ſpumæ æris drach. i. litargirii aluminis an. drac. ii. ſpumæ argenti vnc. ſs. m. vtile eſt etiam tetrapharmacum vnguentum cum thure; at ſi exedens ſit herpes etiam in principio laudantur repellentia, aut acetum cum ſucco ſolani, & plantaginis, aut terra cimolia cum ſucco ſolani ſubacta. ſi vero egeat deterſione in augumento, & ſtatu probatur hoc vnguentum Rec. ſpumæ argenti vnc. ſs. ſucci pori, ſucci betæ an. vnc. v. m. aut paſtilli Paſionis, & Polydiæ diſſoluti ſucco pori, & betæ adminiſtrentur, ceratum etiam citrinum Excell. Aquapendentis laudatur Rec. ſucci tabachi ſeu herbæ reginæ vnc. iii. ceræ citrinę nouiſſimæ vnc. ii. reſinę pini vnc. i. ſs. reſinę terebinthinę vnc. i. olei myrthini q. s. fiat ceratum S. A. aquæ thermales Patauinę D. Petri probantur, plura medicamenta deſcribuntur ab Aetio libro 14. c. 60. loco cit. ad herpetes puſtulaſque ſuperficiarias, vt Rec. cornu caprini vſti vnc. i. aceti q. s. m. *idem præſtat cornu ouillum, & præcipue arietinum*: item paſtil-

Lenientia. Clyſter. Syrupi. Purgantia. Corroboranda & corrigenda. Topica. Vnguentum detergens & ſiccans. Ceratum citrinum Aquapendentis.

lus qui

Pastillus Aetius ad Herpetes. lus, qui recipit *terræ cimoliæ, rubricæ synopicæ an. drac. ij. misios torrefacti, aluminis rotundi, corticis thuris, an. drach. vi.* aquæ q. s. ad formandos pastillos, vtere cum aceto aut vino myrtheo: alius; Rec. *aluminis sicci, atramenti sutorij, salis fossitij an. drach. ij. excipe aceto, & vtere cum passo*, vel Recip. *aluminis rotundi, chalcitidis, melanteriæ, sorcos an. drach. ij. mysios, malicorij, acaziæ an. drach. iiij. calcis viuæ drach. xvi.* aceti q. s. ad formandos pastillos, *& vtere cum aqua.* *Ceratum.* *ceratū etiam hoc ad herpetes excoriatos*, Rec. *cerusæ, spumæ argenti, rad. anchusæ vstæ an. drach. ij. pollinis thuris, aluminis sicci an. drach. i. ceræ drach. xvi. adipis vituli drach. c. olei sexunc, ouorum candidum duorum* m. *Emplast.* conuenit etiam *emplastrum ex hordeo, oleo dilutum*, simplex etiam vnguentum de cerusa, vel de litargirio vtile est: sed quia aliquando herpes esthiomenus ita malignus adest, vt valeat corrumpere, & gangręna, aut sphacelo afficere partem, tunc Rasis docet libro diuisionum cap. 134. vt festinetur ad cauterizandum ipsum, aut proijciatur medicamen acutum, & liniatur in circuitu eius luto, & aceto .i. bolo armeni, aut terra cimolia acutum medicamen est sulphur tritum confectum cum biturio: vna vice post aliam administrantur donec cadat nigredo, & caro nigra auferatur: deinde hac ablata abluatur cū aceto, & aqua, & curetur medicamine epulotico: his administratis circa partem affectā tum in principio quo tempore repellentia frigida, & sicca sunt administranda, tum in augumento detergentia, & exiccantia mixta, tum magis in statu detergentia: postea carnem inducentia, & vltimo cicatricem, ne temere administrentur, quæ vni tempori conueniunt alteri: *Diæta.* Victus postea ratio semper, & refrigerans, & humectans esse debet: à salitis, & potenti vino est abstinendum, atque ab acutis, & calidis, vt poro, cępa, allio, gingibere, & similibus, at dum suspicio luis gallicæ erit ad vsum etiam Guaiaci salsæ, & huiusmodi est deueniendum, additis cicoraceis, & succis refrigerantibus cum accommodata victus ratione: & hæc de herpete in genere, & eius speciebus.

De strumis vulgo scrofulis. Cap. XXV.

Nominā. STrumæ a Latinis appellantur ab Arabibus scrofulæ, & a Græcis Chærades. tumores quidam duri glandularum aut colli, aut alarum, aut inguinum, modo æquales, modo inæquales, modo benigni, modo maligni, seu cancerosi, modo exquisiti, & modo spurij: sues ob gulositatem solent strumis laborare, & herba scrofularia nominatur: diligenter sunt pertractandi hi tumores, tum quia difficile curātur, tum quia ab empiricis, & circumforaneis multa remedia tentantur: est igitur *Definitio.* struma in genere tumor durus glandularum humani corporis productus ab humore pituitoso crasso, vel melancolico, vel mixto: de hoc tumore tractat Gal. 14. methodi medendi 15. & c. 17. lib. de tumoribus præter naturam, Paulus lib. 4. cap. 33. & lib. 6. cap. 35. Aetius libro 15. cap. 5. Rasis lib. diuis. cap. 129. Celsus libro 5. & Auic. libro 4. fen. 3 Definitio igitur vt natura strumarum facilius dignoscatur est expendenda secundum formam, locum affectum, & causam efficientem. *Forma.* Forma est tumor durus, qui vel est æqualis, & rotundus, atque indolens, qui benignus, & exquisitus dicitur, aut inæqualis, durus, & cancerosus aliquantulum dolens, & excruciās, & malignus, & cancerosus, & spurius potius appellabitur, quia ad naturam cancri accedit, & modo hæc forma est maior, vel minor, pro copia redundantis humoris. *Locus affectus.* Locus affectus est glandula seu glandulæ circa collum vt plurimum, quæ strumæ in eo loco plures oriuntur, aut sub axillis, aut in glandulis inguinū, habent etiam cistim annexam, & aliquando vasa, venas, & arterias: vnde difficiliores curatu existent, & modo profundæ sunt, & mouentur, modo magis superficiariæ, aut immobiles: *Efficiens.* causa efficiens est humor crassus, qui immediate glandulas occupans, eas maiores inducit, & duriores facit; & hic duplex est vna pituita crassa frigida aut melancolia frigida, & sicca, hi duo humores si simplices sint, strumam indolentem, & exquisitam pariunt. si vero melancolicus humor non frigidus, & siccus, sed aliquantulum calidus, & adustus fuerit, aut pituita cum portione sanguinis, strumæ non exquisitę erunt: non omnino scyrosæ, & durę atque indolentes; sed sensum doloris obtinebunt: hi humores generantur in humano corpore a sex rebus non naturalibus, primo a cibo & potu simili, crasso pituitoso, aut melancolico, vt a carne leporina, bubula, salita, aut vino nimis crasso, à nimio somno, a repletione. vnde pueri, qui cibo & potui valde indulgent, laborare solent, & puellulæ, quæ nimis humidæ destillatione a capite solent torqueri, aut cum euacuationes naturales retinentur, aut menstrua, aut hęmorroides, aut vomitus, aut sanguis è naribus, nimius etiam motus aut quies augent huiusmodi humores, nec non medicamenta externa applicita in curatione alterius tumoris, vt nimis frigida, aut nimis exiccantia, quæ valent indurare humorem impactum. *Causę generantes humores strumarū.* Internæ causæ sunt malæ intemperies naturales, natiuæ, vel adscititiæ corporis patientis: natiuæ sunt, & primigeniæ, quæ vel emanant a semine parentū. vnde scrophulæ possunt appellari affectus hæreditarius, aut adscititia causa ob intemperiem aliquam, vel ventriculi, vel cerebri, vel vteri frigidam, & humidam, quæ possit generare humorem pituitosum, crassum, vel calidum, & siccum hepatis, quæ inducit melancolicum excrementum copiosum: hæ sunt omnes causæ antecedentes internæ, & externæ. *Differentia.* Differentiæ, & species scrophularum iam ex dictis patent, quia non aliæ sunt, quam enarratæ, eductæ tum a forma, tum a loco affecto, tum a causa effectrice: si hæ causæ variant, diuersam etiam speciem scrofularum pariunt: *A forma.* nam ratione formæ aliæ erunt rotundæ, & æquales: aliæ benignæ, & aliæ malignæ, & aliæ exquisitæ, & aliæ non exquisitæ. *A loco.* ratione loci affecti, vel glandulas colli occupant, & profundæ, & in superficie existunt, mobiles, vel immobiles, aliæ sub axillis, vel aliæ circa inguina: *Ab efficiente.* deinde ratione causæ efficientis aliæ a pituita crassa frigida, & humida: aliæ a melancolia frigida, & sicca, & aliæ non exquisitæ; sed cancerosæ, & malignæ a melancolia adusta, & aliæ a pituita vna cum portione sanguinis, quæ dolent, & exquisitæ non sunt: deinde aliæ sunt hæreditariæ: aliæ non.

Signa. Signa quibus Chirurgus tum in genere, tum in specie dignoscere debet, partim generica, partim specifica existunt, tum ratione loci, tum formæ, & effectricis; semper enim est tumor durus glandularum aut colli, aut alarum, aut inguinum; sed modo æqualis, modo inæqualis, plures simul vnitæ, aut paucæ. si color albus, & indolens erit, potius a pituita. si vero color erit plumbeus, aut niger a melancolia, si durities, & indolentia exquisita, erit struma. si aliquis dolor, & rubor, non exquisita. si dolor, & calor, & color liuidus, & inæqualitas, sed potius cancerosæ strumæ appellantur. sed sensus visu, & tactu dignoscantur, nec non etiam ex causis iam enarratis, nempe cognita temperie, & habitu ægrotantis, nec non ætate, consuetudine, & victu.

Indicationes. Scopi & indicationes, quibus huic malo succurrere possumus pariter tres sunt eductæ a forma, loco affecto, & a causa effectrice. a forma tumor durus indicat semper emolliens secundum hanc, vel illam formam, vt reducatur ad statum naturalem, & vt præter naturam magnitudo est, minuens: sed locus affectus: quia glandes seu adenes, quæ videntur laxæ, & imbecilles partes existunt, indicant tamen sui conseruationem, & vitalis indicatio oritur: sed causæ efficientes potissimum ex vsu artis sunt; nam dempta causa tum immediata, & coniuncta in ipsa parte affecta tum in vniuerso corpore redundante, & antecedenti, quæ continuo suggerit fomitem coniunctæ causæ, curatio facile contingit; ideo pituitam crassam oportet attenuare, duram emollire, frigidam calefacere, copiosam dissipare, & minuere, fluentem re-

uellere,

uellere, & inhibere. ita etiam melancolicum ſuccum frigidum, & ſiccum, calefacere, & humectare, durum emollire, & copioſum educere, aduſtum vero parum refrigerare, & emollire; at quia ſæpe ſæpius his indicationibus non poſſumus ſatisfacere, vt ſtruma eſt quod omnino a toto genere præter naturam indicat ſtatim ſui extirpationem ferro, vel cauſtico, vt multi Chirurgici, & Empirici ſolēt his remedijs extremis ſtrumas omnino, & penitus amouere; deinde tanquam vlcus ablata ſtruma, & eius ciſti, carnem regignere tentant, & poſtea cicatricem.

Prognoſtica.

Præſagium, vt docet Aetius loco cit. *facilius ſuperficiariæ pro loci ratione curantur, quam profundæ, quæ in collo, quam reliquæ*, paucæ quam multæ, benignæ quam malignæ, adſcititiæ quam hæreditariæ, *eleuatæ quam inſertæ* venis aut arterijs, & quæ a pituita, quam quæ a melancolica ortum ducunt. vnum animaduertit Aetius dum inciſione aut ſcalpello extrahuntur in collo, ne vocales nerui ſecentur. quia homines tunc voce priuantur. In iuuene quam in ſene, in corpore temperato, quam intemperato faciliorem curationem admittunt.

Not.

Quo ad curationem præſidia ſatisfacientia indicationibus ex ſuperius exaratis, petenda ſunt, a Chirurgia potiſſimum nec non a Pharmacia & Dieta: & pariter hæ, vel reſpiciunt humorem antecedentem in vniuerſo corpore redundantem, & cauſas generantes, vel humorem coniunctum, & cauſam immediatam atque locum affectum: vniuerſaliter primo lenienda eſt aluus melle roſato ſolutiuo, vel diaphen. vel diacatolicone. ſi pituita abundet. ſi melancolia elect. lenitiuo, Diaſena Nicolai, confectione Amech, ſyrupo de epithimo, de polipodio, de fumo terræ comp. & ſimilibus: poſtea vero ſucci concoquendi ſunt, & præſertim ſi ſanguis cacochimus fuerit, & in venis, & non ſolum pituita, ſed melancolia redundauerit; ſi vires tamen adſint, ſecanda potius vena eſt dum vitium magnum in ſanguine infeſtauerit, vel quantitate vel qualitate, vel motu, & ſi vt docet Galen. libro 1. ad Glauc. cap. de quartana, dum ſanguis detrahitur ſi niger fuerit, copioſus eſt educendus, & a brachio dextro & a brachio ſiniſtro, & a ſaphena; aut etiam ab hemorrhoidibus, prout ſanguis vitioſus ſubſtiterit in hac, vel illa parte, aut in toto: ſæpe enim hemorrhoidibus ſuppreſſis, aut menſtruis, decet hemorrhoides aperire, & venas tali incidere. euacuato ſanguine ſi opus erit ſyrupi, vt dixi ſunt exhibendi, qui humorem, vel pituitoſum, vel melancolicum, vel mixtum concoquunt. pro pituita, R. decocti betonicæ, calamenthi Boraginis vnc. vj. oxymellis ſimp. vnc. I. m. vel Rec. decocti euphragiæ, ſaluiæ, Hyſſopi, ſtecados vnc. vj. ſyrupi de corticibus citri, oxymellis ſimp. an. vnc. 1. m. pro ſyrupo: ſi melancolia præſto erit Rec. decocti capillorum Veneris fumariæ ceterach boraginis bugloſſæ vnc. vj. ſyrupi de agrimonia, oxymellis ſimp. an. vnc. 1. m. pro ſyrupo: vel Rec. ſyrupi de pomis. ſ. ſyrupi Biſantini an. vnc. 1. decocti ceterach, agrimonii, ſonchi, rad. capparorum vnc. v. m. pro ſyrupo: præparati humores erunt medicamento exturbandi videlicet pillulis cochiis, de Agar. meſ. de hermodactilis, de nitro Alexandri fętidis, vel pro humore melancolico pillulis cochiis cum elleboro, de fumaria compoſitis confectione amech, Hiera Diacollocintidis, vel Rec. foliorum ſenæ epithimi polipod. an. drach. ii. cinnamomi, tarrari, aniſorum an. drach. ſs. infundantur in decocto cord. q.s. & facta diligenti expreſſionę: adde ſyrupi de polipodio comp. vnc. iii. mannę vnc. ſs. m. & fiat p. b. pituitam educit hoc pharmacum Rec. agarici trocis drach. ii. turbit, ſem. cartami an drach. ſs. nitri, ſalis gemmæ an. ſcrup. 1. ſpicæ, gingiberis an. ſcrup. ſs. macerentur S.A. in decocto cord. q. s. poſtea facta expreſſione adde mellis roſ. ſolutiui vnc. iii. m. & fiat p. b. in bolo vero. Recipe diacatolici, diaphen. an. drach. iii. m. & fiant boli ſemper tamen ætas temperies ægrotantis, & tempus anni ſunt animaduertenda: in puerili ætate leuiora ſunt adminiſtranda, in iuuenili validiora, ita in vere, & autumno quam hieme, vel æſtate, expurgato vniuerſo corpore ſæpe ſæpius ſunt reiterandæ euacuationes: quia tumores huiuſmodi non facile cedunt, immo aliquando ad decoctum ſalſæ, & chynę ligni que Guaiaci deueniendum eſt: hoc vnum tamen in hoc decocto exhibendo, eſt prę cauendum, ne nimio calore, & ſiccitate ſtrumoſi tumores duriores euadant. ideo ſemper leuiores decoctiones, & non admodum validæ ſunt præſcribendę, & emollientia ſunt addenda, vt malua althęa. rad. liquiriciæ, capillus veneris, & etiam in iure pulli decoctiones ſunt moliendæ, vt Rec. ſalſæ perillæ vnc. ii. chynæ vnc. ſs. iuris pulli abſque ſale lib. viii. Boraginis bugloſſæ, maluæ an. m. ſs. liquiriciæ drach. ii. fiat infuſio S A. & poſtea decoctio ad conſumptionē medietatis, vel tertiæ partis, facta colatura, & expreſſione ſeruetur pro ſyrupo: paratur etiam potus ex reſiduis, & præſcribitur victus tenuis, & attenuans, nempe panis biſcoctus paſſulæ amyg. dul. nuclei pineorum, piſtacia & ſimilia. caro & elixa, & aſſa præbenda erit, nec non oua ſorbilia reliquis temporibus ante aſſumptionem decocti, vel poſt: pariter victus ratio inſtituenda erit tum calefaciens, & modice exiccans, tum calefaciens, & modice humectans, in melancolicis ſtrumis, nec non etiam in ſex rebus non naturalibus cibo, & potu aere ſomno, & vigilia inanitione, & repletione animi, & corporis motu, & venere. vinum igitur eligatur album, & tenue non admodum potens aut medicatum ex betonica, rad. ſcrofulariæ calamentho capillo veneris ceterach, & agrimonii, aut ex ſaluia, roro marino ſalſa, & ligno Guaiaco, quemadmodum ſimplex aqua chynę cum rad. ſcrophularię per annum bibita abſque vino ſolet ſtrumas curare: a craſſis cibis, caſeo, lacte, carne leporina, ceruina bubula ſalitis, & huiuſmodi abſtinere debet, ſalita tamen, & acria aliquando a Gręcis videntur probari, ſed potius in ratione condimenti, & obſonii quam alimenti quia attenuant, & incidunt craſſos, & viſcidos ſuccos.

Lenientia.

Syrupi.

Purgantia.

Decocta

Dieta.

Quo ad topica primo tentanda ſunt ea, quæ emolliūt duritiem ſtrumarum, & diſſipant diſſoluendo, ſi his nō cedant ſtrumæ, cauſticis ferro, & igne ſunt extirpandę: at ſi exulceratæ ſponte ſint, curatio vlceris eſt adhibenda; quo ad principium igitur emollientia primo ſunt plura ſupra deſcripta cap. de duris tumoribus; plura ēt à Paulo, ab Aetio, & a Raſis loc. ſupra cit. proponuntur, & primo in pueris hoc emolliens erit præſcribendum. Rec. butiri reſinæ colophoniæ ceræ ana partes æquales, vel Rec. axungiæ porcinæ, anatis, anſeris butiri ana vnc. ii, mucilaginis altheæ, maluæ ſem. lini ana vnc. i. ſucci ſcrophulariæ, maluæ ana lib. ſs. omnia ſimul coquantur ad conſumptionem ſuccorū, deinde adde laudani drac. i. rad. ſcrophulariæ drach. ij. croci parum m. & fiat linimentum molle: ſi durior fuerit ſtruma in duriori corpore, aut Ruſtico, valentioribus emollientibus eſt vtendum vt Rec. olei veteris, adipis ſuilli, adipis gallinacei, œſypi ana vnc. ij. decocti rad. altheæ, maluæ rad. ſcrophulariæ lib. 1. omnia ſimul coquantur ad conſumptionem decocti: poſtea adde myrrhæ drach. i. nitri drac ſs. emollitur etiam cerato diaquilone cum pinguedinibus, aut cum diaquilone ſimpl. aut emplaſtro dialtheæ, deſcribit Paulus lib. 4. c. 33. hoc medicamentum R. ceræ reſinæ piceæ adipſis ſuilli marubij, ęruginis raſæ ana lib. ſs. m. & fiat vnguentum S. A. Ad reſoluendum vero his medicamentis deſcriptis tuto poſſumus aliquando adiūgere, vel farinā lupinorum, vel oxymel, vel rad. cucum. ſilueſtris, vel calcem viuam, vel litargyrium, vt v. g. R. litargyrii vnc. ii. olei com. lib. iii. mucilaginis fœnigræci, altheę ſem. lini ana vnc. i. m. vel Rec. adipis ſuilli, anatis ana vnc. ii. farinæ lupinorum vnc. ſs. ſchrophulariæ, theriacæ, rad. cucum. aſinini, aut rad. ellebori nigri, polipodii ana ℥. i. m. fortius &, valentius erit confectum ex ſtercore caprino, calce, melle, aceto, & ſuillo adipe, vel diaquilon cum ſtercore vaccino, vel Rec. farinæ fęn. gręci drac. iii. calcis viuæ, nitri ana drac. i. mucilaginis altheæ, & maluæ ana vnc. ii. adipis ſuilli vnc. i. m. ſemper

Topica.

Emollientia.

Vehementia.

sunt

ſunt admiſcenda emollientia, quando reſoluere, aut digerere volumus, ne humores craſſi magis duriores euadant: non ab re erit etiam *Gumma* quod ab India vehitur *vocata Tacamaca*, aut Copal, aut ſanimacopal, cui gummæ addere licet galliæ moſcatæ, rad. cucum. aſinini drac. i. pro ſingula vncia. ſunt etiam non nulla, quæ non manifeſtis qualitatibus, ſed occultis traditur ſtrumas poſſe debellare, vt acetoſa, rad. plantaginis appenſa collo. præterea Reges Angliæ, & præſertim Galliæ ſolo *contactu*, dei auxilio ſcrophulas curant; radix etiam yridis diaquiloni mixta ſummopere auxiliatur.

Medicamenta. A qualitatibus occultis.

Chirurgus vero in omni compoſitione præſertim ea, quæ agunt manifeſtis qualitatibus adminiſtrat, & quę aduerſantur, aut pituitæ, aut melancholiæ, vt ſi ſtruma ortum duxerit à pituita, admiſceat medicamento emollienti, aut digerenti rad. cucum. aſinini, aut pulpam colocintidis, aut rad. yridis, aut agaricum, aut turbit, aut grana hędere, aut grana ebuli, ſi à melancolia rad. elleb. nigri, ſenam, polipodium epithimum: in ſtrumis non admodum rebellibus vtitur Gal. lib. 2. de compoſitione medicamentorum ſecũdum genera oxileo cerato, quod conficitur hoc modo R. olei vetuſtiſſimi aceti acerrimi ana vnc. ii. litargyrii vnc. i. rad. elleb. nigri in melancolia. In pituitoſa rad. cucum. aſinini, aut collocintidis ana drach. i. igne diu agitentur ad conſumptionem cerati. Si vero neque poterit emollire, neque reſoluere his medicamentis ſtrumas, ſed potius ad ſuppurationem deueniant, id enim contingit, dum ſanguis aut bilis admiſcetur, ſtatim ſuppuranda erit farina triticea oleo & rad. altheę cocta, aut cum rad. cucum. aſinini addito, aut dyachilone, aut cerato triapharmaco, quod craſſum humorem ſuppurare valet: & in his medicamentis ſuppurantibus diu perſiſtere debet Chirurgus, & foramen exiguum moliri, *ne innatus calor diſſipetur*, qui pus conficit & ne recrudeſcant humores, aut cauſtico, aut ferro eſt parandum foramen; inter cauſtica ex Paulo R. fimi equini, columbini ana vnc. ſs. farinæ lolii vnc. i. cum melle anacardino q.s. vel cum oximellite m. & f. emplaſtrum, vel Rec. picis vnc. i. naſturtii albi drach. ii. m. aperto foramine cura vlceris adminiſtranda erit tum digerentibus, & concoquentibus vſquequo tota ſanies, & materiæ ſtrumas efficientes erunt omnino euacuatæ, vnguento apoſtolorum, aut pul. aſphodeli, aut baſilico, aut flore æris: tandem ſinus carne impletur vnguento iſydis, aut de betonica, aut de tutia. Cicatrix tandem ſponte inducitur: ſanat etiam ſchrophulas hoc medicamentum inter arcana cõgeſtum Rec. olei laurini vnc. i. ceruſæ leuigatę aqua vitæ, aluminis rocchæ ana vnc. ſs. ſalis com. drach. ii. m. & fiat vnguentum: tertio modo curantur, vt docet Gal. 14. meth. c. 11. præſertim cum admodum contumaces ſint, non emollientibus, & reſoluentibus, non ſuppurantibus ſed omnino extirpantibus & extrahentibus, interdum vero neque reſolutione, nec ſuppurantibus curari poſſunt, ſed vel ferro, vel cauſtico ſunt extirpandæ. Si ferro animaduertatur ſint ſtrumæ circa teſtes, vel mammas, ne niſi ſumma neceſſitate euellantur: quia ſunt glandulæ admodum vtiles ad lac, & ſperma gignendum; in collo vero, & alis & inguinibus minus vtiles, & tantum excrementis excipiendis: æger vero, dum extirpare vult Chirurgus & ſtrumas incidere, collocetur in loco ſplendido ſedens, aut decumbens ſiniſtra manu ſtrumam apprehendat, foras ad ſe attrahat, & poſtea phlebotomo in collo ſecundum longitudinem cutim ſecet: quia muſculi & nerui recta procedunt, ſub alis tranſuerſim, in maximis tumoribus vero ad myrthei folei figuram cutim reſcindes: deinde vaſa paulatim denudata, venas arterias, & neruos ſegreges, ne incidantur in cauitate, vt docet Aetius lib. 15. c. 5. facta preciſione cutis, ſenſim & ſenſim ſtrumæ ſeparentur à vaſis: poſtea ferro incidantur: cauendum tamen ne ſanguinis profuſio oriatur albumine oui cum pul. aſtringentibus, cotone uſto & ſimilibus, & manibus potius, atque digitis eſt euellenda glanda, ne quid aut glandulę aut ciſis relinquatur, quoniam hæ reliquiæ regerminare ſolent: & facta hac operatione poſt totius corporis euacuationẽ & prouidentiã circum poſitis ẽt & circũ circa defenſiuis apponuntur ſtuppæ cum albumine oui vna aut pluribus vicibus; deinde digeſtiua vſurpantur, & concoquentia demum mundificantia: Tertio ſarcotica, & vltimo cicatricem inducentia: ſi vero cauſticis medicamentis exedentibus, & putrefacientibus erunt adimẽdæ præter ea, quæ ſupra enarrata ſunt, parentur etiam alia, vt Rec. fimi collumbini vnc. i. axungiæ porcinę vnc. ſs. m. vel Rec. ſem. vrticæ, ſem. naſturtii cantaridum præparatarum ana drac. ii. fermenti vnc. ſs. aceti q. s. m. aut Rec. cauſtici ex lixiuio fullonum confecti. conficitur hoc modo Rec. lixiuii fullonum lib. i. aquæ tandiu ebulliant donec partes terreſtres cõcreſcant. Rec. huius reſidui vnc. i. caricarum ping. vnc. ſs. m vel R. argenti ſublimati, vel arſenici ſublimati, axungiæ porcinæ ana vnciã ſs. m. vel Rec. ſandarachæ, arſenici ſublimati ſem. naſturtii ana drach. ii. aceti acerrimi q.s. m. & fiat paſta conficitur etiam Cauſticum Rec. cineris vitium ſabinæ rad. fabarum ana lib. ſs. calcis viuę lib. i. lixiuii feruentis lib. 8. ponantur huiuſmodi cineres, & bulliant: poſtea colletur lixiuium, & denuo ebulliant ad conſumptionem, partes quæ reſident, erunt ſpiſſamenta cauſtica: Rec. huius ſpiſſamenti drach. ii. opii ſcrup. i. m. & erit cauſticũ, & putrefaciens minime dolens: ponitur enim huiuſmodi cauſticum ſuper ſtrumam, quod in 12. horarum ſpatio ſolet exedere cutim, & ſtrumam, & partes circumiacentes tuentur, vel vnguento roſ. vel infrigidante Gal. vel vnguento ſandalino, vel aceto roſato cum albumine oui, & pulueribus aſtringentibus, & tamdiu vſurpatur cauſticum aliquod vna cum axungia porcina, donec tota ſtruma putrefacta auferatur. quibus ſtrumis ablatis & cruſta butiro, vel axungia pars vlcerata medicamentis conſuetis ad ſanitatem reducitur, nempe concoquentibus mundificantibus ſarcoticis, & cicatrizantibus, & hæc de tota ſcrofularum curatione, tum per medicamenta reſoluentia, & emollientia: tum ſuppurantia: tum per inciſionem & demum per cauſtica; tutius ſemper eligenda curatio: nam aliam curationem expoſcit affectus inueteratus & magnus, aliam recens, & in principio, & aliam in puerili ætate: aliã in iuuentute, & ſenectute, locus etiam affectus diuerſam curationem expoſcit in collo tutior, & non ita periculoſa, in mammillis, alis periculoſior, & in teſtibus minus; tamen in inguibus, & cum plura à Paulo, & Aetio remedia in medium afferantur, tutiora ſemper eligantur & ea, quæ ſenſim & ſenſim valeant ſanitatem reſtaurare.

Oxileum ceratum.

Suppurantia.

Cauſtica.

Arcanũ. Not.

Not.

Cauſtica

De Cancro. Cap. XXVI.

Nomen.

TVmor, qui appellatur cancer græce carcinoma, & Carcynos ob ſimilitudinem caneri animalis tum calore, tum rotunditate, duritie, & venis tumidis maxime fatigat, præſertim mulieres, & melancolicos viros, adeo vt videatur incurabilis, oriturque ab atra bile exuſta, qui humor eſt maxime rebellis, & malignus: de hoc tumore loquitur Gal. lib. de tum. c. ſeptimo ſecundo de criſibus 12. tertio de ſymptomatum cauſis ſecundo lib. de atra bile c. tertio, ſecundo ad Glauc. c. 10. & 14. methodi nono. Celſus libro tertio: Oribaſius libro ſeptimo c. 17. Paulus lib. quarto c. 26 & libro ſexto c. 45. Aetius libro 16. c. 43. 44. 45. & ſequentibus: Raſis trac. 7. c. 9. Definitur tumor alicuius partis humani corporis productus ab atra bile exuſta, deſcribitur etiam magis manifeſte, ac per ſigna tumor durus rotundus inæqualis, liuidus, dolens uenas turgidas in circuitu poſſidens, calidus ægros maxime fatigans alicuius partis humani corporis propter humorem melancolicum aduſtũ: dum appellatur tumor, forma conſpicitur, quæ eſt magnitudo aucta morboſa humani corporis, quæ habet annexam præter molem, & copiam humoris etiam intemperiem

Deſcriptio Forma.

periem calidam partis affectæ: locus affectus est quælibet pars corporis humani; sed præsertim mãmæ, vterus, labia, & quælibet etiam alia pars, nasus, aures. Causa efficiens est humor melancolicus adustus, ex cuius humoris cognitione, & efficientis causæ patebit etiam tota natura tumoris cancerosi, & eius curatio. Humor melancolicus alius appellatur excrementum melancolicũ naturale, seu fæx sanguinis, quæ gignitur à iecore, & segregatur ad lienem tanquam excrementum frigidum, & siccum, & acidum inutile nutritioni, vtile tamen ad appetitum ventriculi concitandum; ab huiusmodi succo melancolico non oritur cancer, sed potius scyrrhus, & alius tumor durus; melancolici humores alii gignuntur ex parte sanguinis crassiori adusta, vel ex bile adusta, vel excrementum melancolicum naturale euadit præter naturã, & calidum, & tunc a quolibet trium humorum excitati potest cancer: nam semper requiritur humor melancolicus. sed calidus, & feruefactus, modo magis, modo minus. si non admodum feruefactus assatus adustusque erit, cancrum non vlceratum producit: si admodum feruens & exedens exulceratum cancrum, & malignum concitabit; sed huiusmodi humor à pluribus de causis in humano corpore gignitur & præsertim à sex rebus non naturalibus, & naturalibus, nempe à temperie calida, & sicca totius corporis, habitu hirsuto, ætate iuuenili, ab aere calidiori, & simili regione, à cibis crassis, & acris alimenti, vt carne leporina, vaccina, bubula, canina, asinina, lentibus, brassicis, vino nigro, cepis, alliis: a nimio motu, & vigilia, à curis & cogitationibus; & a nimia venere exercitiisque vehementioribus. & ab omnibus tum feb. tum symptomatibus, quæ valent dissoluere tenuiores partes sanguinis, & adurere: ex his dignoscitur secunda descriptio: nam omnia illa sequuntur naturam humoris melancolici. Tumor fit durus ob crassitiem humoris melancolici, rotundus ad terræ similitudinẽ, quia facile sub termino terminabilis est, tanquam siccus, inæqualis, ob inæqualitatẽ partis, & continentis. calidus ob feruorem eius, & venas nigras turgidas habens ob calorẽ, & crassitiẽ, & copiam humoris melancolici, summe ægrũ molestans ob acrimoniam, & ardorem eius, & dum crassus humor est, partes laxas inuadit, & venosas, liuidus ob atrum calorem melancolici excrementi: unde hæc erunt patognomonica signa insequentia necessaria cancri naturam: nam posito in aliqua parte cancro hæc omnia signa aderunt, & positis iis signis necessario tumor cancrosus insultabit.

Locus affectus.

Efficiens.

Humoris melancolici species.

Causæ humoris melancolici.

Differentiæ, & species præcipue à tribus illis fontibus originem trahunt, a forma, sede affecta, & causa effectrice. a forma illæ duæ principales oriuntur scilicet, vel est cancer ulceratus, vel non vlceratus: præterea magnus vel paruus. à sede affecta quot sunt sedes, tot sunt cancri interni externi, nasi, labiorum, mammillarum, vteri, & similium: sed interni appellantur etiam occulti; ita etiam non vlcerati dicuntur. a causa effectrice quia triplex enumerata fuit pars crassa sanguinis alimentalis exusta, uel bilis excrementicia alimentalis exusta, vel melancolicũ excrementum naturale feruefactum, ita tres erunt differentiæ à causa efficiente, nec non ab eorum excellentia & feruore atque malignitate, vt si nimis feruidus erit melancolicus succus cancer cum vlcere apparebit, si minus rebellis, sine vlcere: in exulcerato odor abominabilis & sanies emittitur omni ferarum veneno deterior, copia, & odore, doloresque pungentes, & ad profundum perfodit, & erodit, & vsque ad clauiculam, & scapulas dolores pertingunt in mammis cancerosis.

Differentiæ.

Signa aderunt & in genere, & in spetie hunc tumorẽ, & species eius attestantia, tum a forma, tum à loco affecto, & tum à causa effectrice desumpta generice, ex supra enarratis dignoscitur ex tumoris rotũditate, duritie, inæqualitate, liuiditate, dolore, venarum turgentia, & ægri difficili tolerantia; inter initia aliquando habet magnitudinem lentis, aut ciceris, aut fabæ & interdum auellanæ; postea aut sensim excrescit, aut aliquando citissime: locus affectus facile patet sensibus: causa efficiens tum ex prægressis tum ex naturalibus temperie, & habitu ægrotãtis, nec nõ ex victu seu rebus non naturalibus: præterea ex signis in humano corpore humorem melancolicum attestantibus, nec nõ immediate ex ipso tumore. si a flaua bile adusta, color ad citrinum aliquo pacto verget, nec ita durus tumor aderit, & bilis in humano corpore abundabit, atque excrementa biliosa aderunt. si ab humore melancolico adusto color liuidus, & plũbeus, tumor magis durus infestabit, & maior tumor apparebit, venæque tumidiores, excrementa crassiora, & æger colore, subnigro plumbeo excrementis melancolicis præditus erit: è medio tollenda est contradictio inter Celsum, & Auic. & alios, inquit Celsus, & Auic. quosdam cancros non vehementer dolere: alios uero maxime fatigare: primi de incipientibus cancris, & a mitioribus succis ortis loquũtur: secundi de iam factis, & a feruentioribus melancolicis succis, & quo maior tumor est, ibi etiam ob prohibitam transpirationem accenditur humor, & accensus maiorem dolorem distendens, & corrumpens sensorium tactus qualitate, & mole producit, & intemperiem calidam parti infligit.

Signa in genere.

Contradictio inter Celsum & Auic.

Quo ad præsagia omnes Auctores citati affirmant cancrum non vlceratum mitiorem esse vlcerato, & vllo pacto non esse exulcerandum ferro, vel medicamento quoniam diutius hoc pacto viuit æger, vt docet Gal. & Hip. sexto aphor. 28. exigui vero cancri occulti, & non vlcerati circa initia sanari possunt, at maximi, & inueterati tam vlcerati quam non vlcerati incurabiles existunt. imo Paulus ait appellari hoc nomine cancri vt quemadmodum aquatile animal difficillime euellitur ab his partibus quas obsederit, ita hoc malũ plane propter succi crassitiem non consanescit, vt patet quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat, uel quod etiam mitiora negligat remedia, vehementioribus autem irritetur excandescatque: imo Rasis nec incipientes putat curari posse inquiens, *Cancer si illico, ex quo incipit suppuratur & vt debet regatur, forsitan stabit vt est, neque augumentabitur; cum autem creuerit semper sic permanebit, quia deterior est si vlceretur* Aetius loc. cit. ait *cancros in pectore obortos omnino deploratos esse, quemadmodum & eos, qui in capite collo, humeris sub alis, & in inguinibus generantur; sunt enim & hi incurabiles: nam præterquam quod perfecte tolli non possunt, sanguinis eruptionis timor incumbit, ne ex ea æger inter manus pereat, eos vero qui papillæ sũmitatẽ occupãt affectæ partis amputatione facile curaueris.*

Prognostica.

c. 44.

Indicationes pariter à tribus illis fontibus sunt desumendæ forma, loco affecto et causa potissimum effectrice: A forma curatiuæ, præsertim si morbosa aderit forma tumoris, & intemperies calida fuerit. a sede affecta vitales. A causa effectrice nempe à causa contentiua humore melancolico adusto in parte affecta concreto præseruatiuæ dicuntur. Tumor igitur vt magnus & morbosus minutionem, & subito ablationem expostulat, intemperies calida, & sicca refrigerans, & humectans: partes affectæ custodiam & tutelam earum similibus custodientibus, tum temperiem, tum compositionem, tum vnitatem, & calorem natiuum earum per similia indicant, causa efficiens duplex est, vel abundans in toto & antecedentes dicitur, vnde huius ratione, & gratia vniuersum corpus expurgare oportet, & primum melancolicum humorem in vniuersum redundantem in copia euacuare, concoquere eius qualitatis excessus nempe crassitiem attenuare, caliditatem, & siccitatem refrigerare, & humectare, vt dum concoctus, & perfecte elaboratus fuerit, possit pharmaco aliquo e corpore extrudi: illa vero quæ in parte affecta residet & tanquam causa coniuncta, ea immediata tumorem ipsum cancerosum producit, oportet pariter summo ingenio, & cautela, vt docent locis cit. omnes supra enarrati auctores, leniter & blande tractare in principio iis, quę habent vim modice refrigerandi, humectandi, & modice repellendi: deinde emol-

Indicationes. A forma

A subiecto.

emolliendi refrigerandi,& humectandi,& tādem si pos-
sibile est resoluendi, & digerendi: semper tamen a cali-
dioribus, & acribus abstinere oportet, ne exulceratus
euadat. si cancer vlcere manifesto præditus erit, tum
circum circa partes ipsas lenire oportet medicamentis
blandis lenientibus, & refrigerantibus, & ipsi vlceri ea
administrare, quæ maligno vlceri sunt accommodata
nempe concoquentibus, mundificantibus, & sarcoticis,
& si possibile erit cicatrizantibus; oriuntur etiam possi-
biles aliæ indicationes, quæ aliquando ad se trahunt cu-
rationem, nēpe dolor, qui anodina exposcit, summa acri-
monia & ardor, quæ refrigerantia, & refrenantia ipsam
acrimoniam expostulant: omnibus his indicationibus
satisfacere oportet tribus illis remedijs Chirurgia Phar-
maceutica, & dieta, quæ primo respiciunt vniuersalem
prouidentiam, & humorem peccantem in toto, atque
causas generantes; tum ad locum affectum accedere ne-
cesse erit. Vnum tamen est obseruandum, vt docet
Galen. 14. methodi Chirurgum posse licet vniuersum
corpus non sit expurgatum, localia, & topica præsidia ad-
ministrare præsertim repellentia, dolorem sedantia, in-
tercipientia, & similia.

Vena secta.

Quo ad Chirurgica præsidia primo si sanguis in toto
abundet melancolicus, & partes supra iecur cancro ten
tētur, vena brachij dextri: deinde ēt sinistri erit tundēda,
vt docet Galen. 2. ad Glauc. cap. 10 Celsus libro 5. Aetius
Paulus Rasis, & Oribasius loc. citat. & si tumor in liene
præsto fuerit, sanguisque per venam incisam niger appa-
ruerit, sinistri cubiti vena secatur, si vero hæmorroides
suppressæ fuerint, hæ sunt aperiendæ, & menstrui men
ses pariter cohibiti sint, saphenam tundere oportet aut

Cauteria

crura scarificare, aliquando etiam gratia totius fonticu-
los seu cauteria inurimus cruribus, vel brachijs.

Leniētia.

Quo ad pharmaciam primo leuiter, & blande sunt
humores educendi: primo aluus lenienda erit Rec. syru-
pi ros. solutiui vnc. iij. syrupi de epithimo vnc. ij. seri ca-
prini q.s. vel decocti flor. cord. m. & f. p. b. vel Recipe
floris cassiæ no. ex. elect. lenitiui an. drac. vj. m. & fiant
boli, vel clysteres parentur ex decocto communi cum
additione elec. lenitiui, postea succi coquantur decocto,

Syrupi.

& apozemate ex Boraginis Buglossi, lupulorum capilli
Veneris ceterach conseruæ citri vnc. vj. syrupi de pomis
vnc. i. m. vel Rec. decocti fumariæ, cicorei, florum cord.
ceterach vnc. vj. syrupi de capillo Veneris Agrimoniæ
an. vnc. ss. postea vero concocti succi educantur vel hye-

Purgātia

ra cum elleboro; vel confectione amech, vel epithimo
polipodio, sena, elleboro nigro; vel pillulis de fumaria,
vel Rec. foliorum senæ epithimi polipodij an. drach. ii.
tartari albi drach. i. cinnamomi drac. ss. macerentur per
debitum tempus in sero caprino q. s. & postea facta ex-
pressione colentur cui colaturæ adde syrupi de fumaria
comp. vnc. iij. syrupi ros. solutiui vnc ii. m. & fiat p. b. si
bilis, & melancolia ex bile adusta abundauerint Rec.
reubarbari electi drach. i. foliorum senæ drach. iij. infun-
dantur in sero caprino q. s. deinde facta expressione ad-
de syrupi ros. solutiui vnc. iv. vel in bolo Recipe elect. de
succo ros. confectionis amech an. drach. iii. mannæ ele-
ctæ drach. v. m. fiant boli, si vero humor adustus melan-
colicus ex fæce sanguinis, vel excremento infestauerit,
quia crassior aderit, vehementiori medicamento indi-
gebit Rec. ellebori nigri præparati drach. i. ss. polipodii,
epithimi an. drach. ii. gingiberis scrup. i. infundantur in
decocto cord. q. s. & facta diligenti expressione adde
mellis rosati solutiui, syrupi de polipodio cōp. an. vnc. ii.
m. expurgato vniuerso corpore vnica vice, reiteranda

Alterantia.

denuo erit purgatio, & postea per 15. dies serum capri-
num depuratum erit exhibendum cum succo fumariæ
vt Rec. seri caprini depurati vnc. viii. succi fumariæ, vel
boraginis, vel cicorei, vel lupulorum vnc. ii. saccari vnc.
ss. m. pro vnica vice, & sic pro alijs: etiam aquæ therma-
les refrigerantes aliquando conferunt, vt aqua Patauina
B. virginis aqua Ficoncellæ, Sancti Cassiani, aqua Lucen
sis e Villa, Calderianæ, & huiusmodi; vsus etiam decocti
chynæ in iure pulli maximum emolumentum confert
plures adsunt etiam confectiones, quæ sunt postremo lo-
co vsurpandę, & ab Aetio probantur mitridacium, The-
riaca, vinum e viperis nec non caro assa viperarum,
confectio Diaiacinti, confectio alchermes diamargari-
tum frigidum, conserua Boraginis, Buglossæ, Cicorei, A-
cetosæ capillorum veneris ceterach: verum quia Chirur
go magis inseruit topica curatio: diligenter ad eam ani-

Topica.

mum adhibere debet; & primo aderit cancer non vlce-
ratus, vel magnus, vel paruus; si paruus & in superficie
primo tentanda est curatio per medicamenta, quæ exic-
cant refrigerant, & dissoluunt, vt ex Rasi Rec. cerusæ
tutiæ lotæ, succi solatri an. drach. iv. olei ros. succi portu-
lacæ, aut succi solatri, aut cucurbitæ aut citruli an. unc. ii.
mucilaginis psyllii vnc. i. ceræ parū m. in mortario plum
beo cum pistillo plumbeo, donec incrassescant, miscean-
tur inquit Rasis: hoc vnguentum ad cancrum in quo
nondum factum fuit vlcus, & in eo etiam quod timetur
ne fiat, confert, solus etiam succus solani linteo molli in
eum intincto aut lana molliuscula ipso succo imbuta im
ponitur, vel Rec. succi semperuiui, vel cotiledonis, vel
psyllij, vel vuæ acerbæ an. vnc. i. sphragidis lemniæ scili-
cet terræ lemniæ vnc. ss. lactis, mulsæ, & poschæ an. vnc.
i. ceræ vn. ss. in plumbea pila plumbeo pistillo conteran-

Secretum quorundā

tur donec omnia crassescant: Alii pro secreto habent
puluerem ranarum viridium exiccatarum in olla vitrea
obturata aut cancrorum fluuiatilium crematorum, cad-
miæ an. vnc. i. m. & fiat puluis, aut cancerorum cinis cum
cerato ros. inducitur: vel Rec. succi consolidæ, solani
an. vnc. ii. tutiæ lotæ drach. ii. olei ros. vel cheirini q. s.
m. aut plumbi drach. ii. Rec. aceti ros. olei ros. an. vnc. i.
ceræ parum m. in mortario plumbeo fiat linimentum;
alii etiam summopere laudant puluerem e limacibus, &
cancris fluuiatilibus: poterit parari etiam hoc augmen-
tum Rec. carnis ranarum, elixæ testudinis cancrorum
fluuiatilium an. lib. ss. succi solatri vnc. ii. plumbi vsti
pomfoligis, herbæ reginæ an. drach. ii. farinæ fabaceæ
hordei an. q.s. m. & fiat cataplasma: alii farinam siligi-
nis solam impositam, & rad. dracunci, & succum e ra-
dicibus expressum, vsurpans: confert ceratum oxeleum
in mortario plumbeo aut vnguentū de cerusa in morta-
rio plumbeo cum pistillo plumbeo diu agitatum: vsur-
patur etiam psyllium maceratum passo cretico, & cum
palmulis pinguibus subactum. vel Rec. adipis anserini,
palmularum carnis an. vn. ss. sem. Irionis drach. i. foliorū
fraxini coctorum vnc. i. vel folia fraxini decocta, & con-
tusa ponantur: si his non cedat exiguus cancer non vlce-
ratus: probant non nulli incisionem, & pręsertim Aetius
si vero cancer non vlceratus insignem habuerit magni-
tudinem docet Galen. 2. ad Glauc. 10. & 14. methodi 2.
esse incidendum, sed caute aut absque incisione leniter
tractandum quia incurabiles omnino sunt, & pręsertim,
qui māmis, & pectori inhærent, minus incurabiles, qui
in capite, collo humeris spatulis, & inguinibus obo-
riuntur; tum quia supereminet timor profusionis san-
guinis, tum impossibilitatis omnino euellendi, & inci-
dendi ipsum cancrum: quia si radicitus non extirpatur
nunquam vlcus ad cicatricem inducitur: deinde quia
cancer abscissus, & perfecte sanatus tamen denuo
reuertitur, aut ad membra præcipua impetum habet, &
breui tempore mortem inducit; inquit Celsus lib. 5. cap.
28. amputatus cancer rediit; vel in eodem loco; vel in
hepate liene, & vtero, & interitum affert, quare etiam
medici peritissimi huiusmodi cancros .i. non vlceratos,
& magnos, sed pro viribus exulcerationem cauent.

Curatio Cancri.

In nō exulceratis, sicuti etiam in vlceratis semper cir-
cum circa pars astringentibus, & repellentibus seu de-
fensiuis est roboranda, eo magis in vlceratis, qui cum ab
humore magis calido, & feruido originem habeant,
magis fatigent ægrotantes, diligentiori auxilio, & me-
dela egent, quę pariter conficitur aut medicamentis, aut
causticis, aut ferro, aut omnibus simul tribus a Galen. 6.
aphor. & ab Aetio loc. cit. modi incidendi cancros enu-

merantur: primus est proprius mãmillis, quando statim inciduntur, & vndique extirpantur ferro: quia exigui cancri sunt exulcerati, & in superficie: postea linamenta sicca apponuntur in parte incisa, & defensiuis partes circumiacentes vallatæ posca; vel vnguento ros. vlcus solitis medicamentis concoquitur cum oleo ros. & myrthino, terebinthina, & oui vitello, postea mundificatur, carne inducitur, & cicatrice: secundus modus ab Aetio descriptus est cum cutis scalpello in circuitu circum circa præciditur, & sensim etiam mãmilla cancerosa, vbi vero tota mamma exempta est, sinere oportet sanguinẽ perfluere, postea candenti ferro inuritur locus, vt omnino extirpentur reliquiæ cancri, & sanguis sistatur: facta vstione imponenda ea, quæ crustam adimunt, vt est butirum, vel pul. è farina tritici melle, & succo apij, vel lenticula palustris cocta; tertius modus est cum apprehendimus mammillam, vel locum canceratum, & manibus abstrahimus, & euellimus a reliquo corpore, & tunc incidimus, & partem inurimus alternatim; pars enim incisa statim candenti ferro aduritur ne sanguis profluat, & hunc modum vsque ad perfectam incisionẽ seruamus: peracta tota incisione, & inusto toto loco affecto apponimus statim cataplasma è plantagine poligono panis medulla, aqua coctis: aut butirum cum farina tritici, & lacte, aut lac & mel simul, aut rosaceum vnguentum cum lacte muliebri aut asinino; & superimponimus linteum aqua frigida madefactum, vt arceatur inflammatio, & sæpe etiam permutatur, & vsque ad secundam, & tertiã diem hæc medicamenta non mouentur; aliquando etiã rosaceum vnguentum cum cadmiæ, & cinere pompholigis optimæ lotæ vsurpatur, & postea solitis, & accommodatis medicamentis concoquentibus, & detergentibus, & alijs cura est administranda, si vero non ferro neque incisione, sed caustico cãcrum non vlceratum, & magnum adimere volumus, possumus supra enarratis medicamentis vti, aut his, quæ ab empiricis vsurpantur, vt Rec. & præsertim si in labiis, naso, & circumiacentibus partibus adhæreant, necnon etiam ex Aqua Pendente, qui empiricũ vidit vlceratos cãcros hoc modo curasse Rec. attramenti sutorii lib. i. ss. auri pigmenti, sulphuris viui an. vnc. iv. salis gemmæ vnc. iii. aceti q. s. m. in vase omnino lutato pone, & in furno donec omnia vsta sint, postea Rec huius pul. qui erit erodens, & causticus drach. i. & in confinio partis sanę ipsi cancro imponitur, & vsta vna parte amplius aliis apponitur, vt e toto aduratur: deinde vt crusta adimatur & tota pars exusta caroq; putrefacta extirpetur: apponitur postea hoc medicamentum Rec. mellis despumati vnc. iv. seui hircini limature cupri an. vnc. i. ss. litargirii auri vnc. i. m. & fiat vnguentum: si cancer vero magnus. & vlceratus fit, leuissima ex Aetio, & Galen. loc. cit. epithemata imponantur quorum vt fundamentum, *inquit Archigenes, hoc est spumę argenti. adipis porcini recentis, cerę albę ana lib. i. olei boni vnc. xvi. uitellos ouorũ assatorum xij. m.* & fiat cataplasma S. A. *nempe spumam argenti terito: deinde olei parum affundito, & vitellos admisceto, & si dolor aberit ab vlcere, Rec. hyridis, myrrhę, aristolochię an. drach. iij.* spumæ argenti adipis porcini an. lib. i. olei boni lib i. ss. uitellos ouorum assatorum num. 12. m. uel R. *cerę Tyrrhenicę terebinthinæ, adipis taurini, medullæ cerui, aut vituli recentis, olei cicini, & rosacei recentis, mellis optimi, thuris, difrigis ana vnc. ss. œsypi vnc. i. ss. m. sine thure magis vlceribus commodius, & mitius est, & cum thure magis discutit, & maturat,* vel Rec. unguenti ros. unc. i. *spodij Cyprij loti, & resiccati, plumbi vsti, & loti, succi ros. an. drach. iv. m. hoc vero magis mitigatorium est*; si exedens fuerit, & depascẽs ulcus R ec. rohis coriarii sextarios 12. lib. i. pillularum cupressi gallarum omphacitidum cassiæ an. unc. i. ss. omnia simul contusa per triduum in uino astringenti macerentur, & postea coquito ad tertias, expressis uero omnibus, & reiectis Rec. succum percolatum, & denuo illum coquito ad compagem mellis, & vitreo uase seruato hoc medicamẽtum ad Nomas, sin uero utendum est modico uino aliquando addito, si mitigatorium desideratur, muliebri lacte aut asinino diluitur. *ceterum hoc animaduersione dignum est, ut ne vlcera ad cicatricem producantur priusquam omnis durities fuerit resoluta modo linamentis maturantibus modo splenijs adhibitis, quale est melinum aut panacea. Ego vero declinationis tempore sepe vsus sum theriaca lacte, & rosaceo diluta, & in molli lana vlceri indita. plurima* uide apud Aetium, & Cellum loc. cit. usurpatur etiam hoc medicamentum Rec. succi herbæ reginæ, succi plantaginis solatri ana unc. i. seminis hiosciami papaueris, psyllii, cerusæ, tutiæ lotæ an. drach. i. olei ros. unc. ii. ceræ unc. i. m. mortario plumbeo, & pistillo leuigantur, donec omnia incrassescant, conueniunt etiam succi poligoni, portulacæ, succi uuæ immaturæ an. unc. i. cadmię, pompholigis lotæ his succis pluties, ceræ parum cum unguento rosato in mortario plumbeo agitata crassescant: hæc sunt præcipua medicamenta, quæ solent usurpari in cancro ulcerato, ne diutius fatigent ægrotantes, & altius depascat, & excedat,

Empiricũ medicamentum.

Aet. in c. 49. li. 16.

Symptomatibus vero nempe dolori, aut inflammationi sanguinis, aut corrosioni succurrimus tum vniuersalibus, tum particularibus auxilijs nempe medicamentis intus exhibitis tum refrigerantibus, & humectantibus: tum sectione venæ, & alijs; quæ supra dicta fuere. Vere tamen, & Autumno sunt perpetuo expurgandi huius modi ægrotantes: dolori & inflammationi remedia sæpe sæpius supra, necnon erosioni exposita fuere, necnon etiam sanguinis profusione cum de vulneribus habitus est sermo: sæpe addimus ea, quæ refrigerant nempe vnguentum ros. myrthinum cum succo solatri, portulacæ, semper viui, cucurbitæ, cucumeris sonchi, quæ omnia refrigerant & dolorem leniunt, vel lac muliebre, & asininum paratur etiam hoc vnguentum quod & cancros non vlceratos dissoluit & vlceratos lenit. Rec. succi boraginis buglossæ, fumariæ, sonchi, poligani, solatri ana vnc. ii. mucilaginis, psyllij vnc. ss. pul. cancrorum fluuiatilium, limacum, ranarum viridium herbæ reginæ cuscutæ ana drach. ii. plumbi vsti, & loti, tutiæ lotæ succo solatri, vel decocto prædictarũ herbarum ana dr. i. vnguenti ros. vnc. ii. olei rosati cicini ana vnc. j. m. & mortario plumbeo, atque pistillo agitata diu ad mellis compagem reducantur.

Ad dolorẽ & inflammationẽ.

Diata.

Victus ratio in cancro debet in sex rebus non naturalibus accommodata administrari, & primo quo ad cibos sint refrigerantia, & humectantia modice. unde probantur pisces saxatiles, aues omnes exceptis palustribus, caro vitulina, gallinacea, oua sorbilia: deinde ptyssana, fercula ex malua boragine buglossa, acetosa, pimpinella, soncho, lactuca, (vnde Germani, & Scythæ, qui lacte vescuntur, cancro non tentantur.) ex cucurbitis, vel panatella cum lacte seminis melonum, serum lactis, pro potu aqua decocta ex floribus cord. vinum omnino paucissimum, & aquosum: somnus laudatur, & quies non omnino repletio, sed potius moderata sit: victus ratio non admodum plenior: quoniam excrementa coaceruantur, neque nimis tenuis: quia acuuntur humores, aluus lubrica, vel arte, vel sponte habeatur: exercitationes sint mediocres, & animi accidentia læsa. Venus ẽt moderata, inter cibos à proprietate probantur cancri fluuiatiles, & marini, testudinis & ranæ: sæpe comedat æger huiusmodi cibos, & lacte etiam elixo vti poterit: & Hæc de Cancro,

Problema

De Pernionibus. Cap. XXVII.

PErnio est tumor, qui vt plurimum solet occupare extremitatem digitorum, manuum, aut pedum, & calcanea hybernis temporibus: adnexam habet imflammationem, & aliquando etiam vlcus: de hoc affectu tractat Paulus libro 3. c.79. Aetius lib.14. c.73.

Falop-

Faloppius & Mercurialis libro de decoratione: sæpe huiusmodi tumor inflammatorius ægre molestat, & præsertim mulieres, & qui sanguine pituitoso abundant: nã congelatur sanguis in partibus huiusmodi extremis, vt digitis, calcaneo, auribus, & ibi congestus putrescit, & inflammationem parit, hinc oritur pruritus, & dolor atque aliquando suppuratio & vlcus: erit igitur pernio, qui Græce Chimethla appellatur, *tumor inflammatorius* extremarum partium humani corporis propter sanguinem pituitosum putrescentem: forma est tumor inflammatorius: quia non solum adest magnitudo aucta partis, sed calor etiam & inflammatio pruritus, & dolor: nam ex calore & acrimonia succi oritur pruritus in ipsa cute, qui est sensus molestus ab acri humore irritante non solum expultricem ipsius cutis, sed sensum tactus ipsius, & dolor etiam oritur ab his corrumpentibus sensorium tactus ipsius cutis. Locus affectus sunt partes præsertim extremæ digiti pedum, calcanea aures, nares: nam hæ partes destitutæ calore naturali sanguinẽ recipiunt crassiorem: qui postea congestus in ipsis partibus incipit concalescere, & inflammationem parere: contingit potissimum hyemis tempore, raro Aestate & Autũno. Efficiens causa est sanguis pituitosus putrescens vel feruefactus, hic semper à prædominio abundat, & pituitosus appellatur; quia ut plurimum frigidus, aut crassus: raro à sanguine puro calido & humido: aliquãdo vero portionem bilis adnexam habet, & tunc oritur etiam exulceratio, pus conficitur: aliquando dum oritur à sanguine alimentali copioso, & ibi congesto, qui in pus conuersus & transmutatus parit etiam postea vlcus: hic sanguis, vel demandatur, & gignitur ab vniuerso corpore nempe ab hepate; vel aliquando in ipsa parte affecta ob calorem ipsius imbecillem, & inualidum, ibi crassitiem, & frigiditatem recipit, aliquando etiam ob aeris frigiditatem, vel aliam rem constringentem, & constipantem poros cutis prohibetur transpiratio, & ibi sanguis collectus incipit accendi, & in molem adducere partem. vnde digiti magni fiunt, & rubri, ita calcanea, & tanquam nodus apparet, aliquando etiam à sex, rebus non naturalibus ortum ducit, quæ sanguinem præparant alimentalem, sed crassiorem, & frigidiorem quã par sit, veluti ab aere frigidiori, cibo & potu simili, nimio somno, otio, quod pigrum reddit corpus, & calorem ignauum, & nimia crapula.

Definitio. *Forma.* *Locus affectus.* *Efficiens.*

Differentiæ petuntur à tribus illis causis forma, subiecta parte, & effectrice: à forma, vel est tumor inflãmatorius cum prurigine & dolore tantum, vel cum vlcere, & cum vlcere facto à materia acri immediate, vel à chirurgico caustico, vel ferro, vel a pure confecto, à parte affecta quot sunt partes, tot erunt perniones: ab effectrice, vel erit à sanguine tantum alimentali, vel a sanguine vna cum bile, vel pituita, vel melancolica.

Differentia a forma. *A loco affecto.* *Ab efficiẽte.*

Signa in genere. Signa in genere facile conspiciuntur adest enim tumor cum rubore circa digitos pedum, vel manuum, aut circa calcanea, aut pinnulas auriũ, & pruritus atque dolor, modo vlcus, modo absque vlcere, & pręcesserunt vt plurimum causæ refrigerantes, aut constipantes, & constringentes cutim, si aderit vlcus, signum vna cum sanguine, vel bilem, vel melancoliam acrem, vel ichorem mordacem adesse, si absque vlcere aderit pruritus, & dolor, humores non erunt ita acres & mordaces & sanguis magis crassus.

Prognostica. Quo ad presagium morbus vt facile curatur, aut si chronicus euadit, periculum nullum affert, magis tamẽ infestat pernio cum vlcere, & in muliere, & sene hybernis temporibus, quam in iuuene, viro & calidis; oportet igitur causas antecedentes e medio tollere: tum euacuãdo, tum alterando immediatam vero, & coniunctam pariter oportet primo repellere: deinde iam fluxam, & & firmatam euacuare, dissoluere, & per halitum discutere: si crassa est attenuare, & poros astrictos relaxare & aperire, calorẽ & intẽperiẽ refrigerare, & vt aderit vlcus eas indicationes administrare quæ vlceri conueniunt.

Indicationes.

Raro vniuersalia præsidia administrantur, sed potius topica, si tamen aut in præseruatione, aut in curatione dolor & pruritus atque inflammatio vrgeat, & timor immineat, necesse erit & sanguinem mittere per brachium, vt copia sanguinis minuatur & tollatur, & medicamentum purgans exhibere, quod ducat materiam superabundãtem, aut pituitosum humorem, aut bilem, aut melancoliam, vt plurimum pituita educenda est agarico vel pillulis cochijs, vel de agarico Mes.

Vena sect. *purgans.*

Quo ad topica præsidia, hæc duplicia sunt, vel quæ sunt vsurpanda in præseruatione antequam infestet huiusmodi affectus assuetos, aut in curatione dum actu affligit, & torquet: pręseruant ea medicamenta; quæ vim habent calefaciendi partes extremas tum astringendi, & exiccandi, abluuntur igitur manus, vel pedes auresque, vel vino potenti, vel vrina, vel decocto saluiæ, origani, rutæ, rosis, & absyntio, vel decocto vrticæ, & calamenti, vel inungantur, et illiniantur oleo de nuce muscata, masticino et absynthio, vel de castoreo, liliaceo, camomelino et huiusmodi. In curatione vero ea sunt vsurpanda remedia, quę conueniunt inflammationi, tum in principio tum in augumento, tum in statu atque declinatione inter initia repellentia vt posca, vel aqua marina, cum posca, vel decoctio plãtaginis maluæ, hordei addito aceto, vel aqua aluminis aut decoctum malicorij in vino vna cum cerato rosato. Laudat Paulus succũ alterci, qui *continenter illitus ab inflammatione, & dolore vindicat* pręterea perfricantur manus, aut pedes hoc vnguento Rec. citrorum magnorum acidam partem, adipis suilli tantundem m. et fiat cataplasma. In augmento quod requirit partim repellentia, et partim resoluentia, repellitur materia adhuc influens et dissipatur iam influxa: illiniũtur partes affectę, aut abluuntur R. decocti betę, lẽticulę erui, hastulę regię libr. j. aquę murię, uel aluminis unc. ii. m. uel Rec. ficuum nu. x. lenticulæ vino coctæ lib. i. olei communis lib. ss. m. & omnia simul trita misceantur, uel Rec. aluminis vnc. i. farinæ triticeæ lib. ss. vini q. s. m. aut Rec. fæcum vini aridarum vnc. ii. bulbi Rec. vnc. i. vini q. s. omnia trita misceantur aut Rec. alliorum vnc. ii. olei com. lib. ss. coquantur simul: deinde Rec. prædictæ colaturæ & expressionis lib ss. deinde ceræ vnc. i. m. & fiat lenimentum: aut Rec. cerusæ spumæ argenti aluminis liquidi an. vnc. i. myrrhæ, thuris an. drach. ii. vitelli ouorum assatorum xvi. adipis suilli veteris lib. i. aceti alterati malicorio q. s. deinde omnia misceantur vsque ad strigmenticiam compagem: huic cataplasmati addere possumus, vel oleum myrthi, vel rosaceum ratione doloris aut inflammationis *probe facit etiam amurca illita, et rhus coriarius*: præterea decoctũ rad. ciclaminis item rhois coriarij, betæ, lupinorum amarorum lib. i. marinæ aquæ calidæ per se vnc. i. m. *verũ rapi decoctum reliquis omnibus pręstat*, vel Rec. *aluminis rotundi drac. iiij. calcis viuæ drac. ij. ceræ vnc. i. rosacei aut myrthei olei vnc. iiij. præpara* S. A. *ac vtere*, vel Rec. *spumæ argenti drach. x. cerusæ drach. iij. ceræ drach. xij. adipis suilli drach. xx. vitellos duos ouorum assatorum, pollinis thuris drach. i. aceti q. s.* m. & fiat lenimentum: sæpe enim addit acetum, vel alumen; tum ad repellendum, tum ad penetrationem, docet Faloppius perniones curari, tũ refrigerantibus, & astringentibus, tum aliquando calefacientibus: illa astringũt & humorem iam fluxum repellunt, hæc digerunt, & resoluunt: in statu, & materia magis crassa, & frigida calidiora sunt vsurpanda, vt sulphuris viui vnc. i. mellis q. s. m. vel decoctum lupinorum, saluiæ, rutæ, & origani si vero fuerit pernio exulceratus Rec. thuris, aluminis scissi, minij, resinæ terebinthinæ an. vnc. ss. adipis suilli q. s m. vel R. vnguenti *exapharmaci quod conficitur hoc modo?* R. *vnguẽti* exapharmaci, videlicet *taurini adipis, & fellis an. lib. i. olei vnc. viij. argenti spumæ vnc. vi. mellis tantundem, colophoniæ vnc. iiij.* m. vel Rec. *cerati rosacei* vnc. ii. *in magno rapo excauato ad ollæ similitudinem, & ad feruentem cinerem liquefacito & adhibe-*

Præseruatiua. *Curantia.* *In statu.* *Paulus.*

to: & ceratum etiam rosaceum in raphani rad. liquefa-ctum iuuat: Rec etiam cancrorum fluuiatilium vstorũ (Appropriatis.) vnc. ii. mellis aut cerati ros. q.s. m. à proprietate aiunt conferre decoctum rapæ, & vnguentum ros. in rapo magno, & liquefactum, vel Rec. vmbelici veneris, mali-(Aet.) corij an. vnc. ii. cerati rosati lib. ss. in vino coquuntur q. s. deinde cataplasma fiat, vel Rec. rutæ, medullæ taurinæ, rosacei an. vnc. ii. m. S. A. ad ulceratum etiam confert Rec. *olei omphacini, taurini adipis, succi hyosciami* an. lib. i. *spumę argenti* vnc. i. ss. *colophonię* vnc. iiii. *mellis* vnc. i. ss m. vel Rec. adipis suilli, ceræ an. drach. viii. spumę argenti, corticis pinus an. drac. xvi. mannæ thuris dra. viii. rosacei quãtũ satis est m. vel R aluminis drac. ii. ss. salis drach. i. aceti vnc. ii. aquę com. lib. i. m. ebulliat ad consumptionem medietatis, & postea facta colatura, abluatur locus affectus, vel Rec decocti maluarum, florum camomeli, anethi, fænugræci an. p. i. lib. vi. salis, & aluminis vnc. ii. hordei vnc. ss. aquæ com. q.s. fiat ebullitio ad tertias, & colatura: plura vnguẽta parantur a Vecherio Faloppio, & Mercuriali vt Rec. pinguedinis gallinæ, suillę, hirci an. vnc. ii. abluuantur decocto prædicto, & deinde adde aquæ florum citri, aquæ cinnamomi an. vnc. ss. m. mucilago etiam psylij, cydoniorum cum succo citri, limonis, & aranci q. s. vna cum aluminis puluerizati drach. i. summopere auxiliatur, vlcus vero semper curatur tum concoquentibus, tum digerentibus, & alijs sarcoticis, & cicatricẽ inducentibus: de quibus remedijs nihil est in præsentia dicendum, & hæc de Pernione.

De Ambustis. *Cap. XXVIII.*

AEtius lib. 14. c. 64. & Paulus lib. quarto c. 11. plura de ambustis loquuntur *corpora enim ab igne aut feruida aqua ambusta moderate extergentibus pharmacis opus habent.* sed dogmatice sunt hæc tractanda, & causæ sunt inuestigandæ, qua propter combustionis natura ex causis cognita facilius remedia (Combustio quod. Forma.) inuenientur. Combustio igitur est ex Arist. quarto meteorum c. de putredine violenta corruptio particulæ humani corporis ab excedente ignea materia: hæc est descriptio, cuius forma proprie non pertinet neque ad morbum, neque ad symptoma, neque ad causas morbificas, sed proprie est corruptio, quæ pertinet ad substantiã, corrumpitur enim omnino particula illa, que comburitur, & deperdit propriam naturam, vt si aliquo modo velimus reducere hanc passionem ad morbum, erit potius in diminuta particula, & ablata, veluti si auferatur cutis aut ad symptoma læsæ actionis: aut sensitiuæ gratia doloris, aut vegetatiuę gratia nutritionis, aufertur enim nutritio ipsius particulæ, & ipsa pars viuens mortua euadit. sed philosophice loquendo est corruptio violenta est omnino transmutatio de esse, ad non esse, & violenta dicitur, ad differentiam putredinis naturalis, & aliarum corruptionum, vt mortis naturalis: quia cum violentia particula corrumpitur, & ante periodum proprij æui. (Pars affecta.) pars affecta est potissimum cuticula, cutis, caro, aut mẽbrana, seu tunica oris, gulæ, & oexophagi, quæ ab igne actuali, vel possibili solent comburi, & incendi, seu intestina. causa efficiens, est ignea materia excedens: nil (Efficiens.) comburit nisi ignis, qui pluribus modis vsurpatur, vel est enim ignis siccus, & flammeus actu, vel est puluis bombardæ ignitus, vel est ferrum candens, vel aqua feruens, vel plumbum liquefactum, vel huiusmodi liquefacta metalla, quæ omnia actu ignem continent excedẽtem, vel est ignis potẽtialis, vt caustica sunt omnia medicamenta, & calx: hæc omnia superiecta, vel superposita, aliquo modo adiuncta corpori hũo dicuntur comburere, & valent humanam particulam uiolenter corrumpere; sed præsertim de igni & aqua feruente ac metallis liquefactis dicendum: absumunt enim humidas substantias partis, corrumpunt intemperiem, vitiant figurã, & vita uegetali ac sensitiua priuant particulam illam, hæc denique mortuam reddunt, dum has passiones uiolenter concitant, oritur dolor, oriuntur pustulæ, attrahũtur humores: solent auferri cuticula, & cutis, & partes (Signa.) subiectæ denudatæ apparent, quæ absque tegumento solent tunc insignem dolorem percipere. De signis nihil agendum: quia & ex relatu & oculis dignoscitur combustio; differentiæ etiam manifestæ cernuntur, forma scilicet uiolenta corruptio apparet; particula etiam hæc, uel illa conspicitur combusta. causæ efficientes nisi ex relatu patientis deprehendantur, dignoscuntur ex colore combustionis, & partis combustæ: si a puluere pireo ignito, aderit combustio cum nigredine & maculis pulueris. si ab aqua, non aderunt hæc: si uero ab igne potius alba cutis apparet.

(Indicationes.) Indicationes eliciuntur ab illis tribus, a forma, parte affecta, & causa efficiente; uiolenta corruptio non potest restaurari: quia *a priuatione ad habitum non datur regressus*, neque cutis mortua, neque caro resarcitur, sed illa ablata, natura aliquid aliud eius loco gignit: pars affecta indicat sui restauratione, causa efficiens cum non sit præsens, nihil indicat ex usu artis, sed illud quod relictum est nempe ignea qualitas indicat refrigerans, nimius dolor indicat anodina, humores fluentes, quia attrahuntur a calore, indicant repellentia, ne pustulę oriantur, & caro demortua postea aufertur, uel sponte, uel medicamento aliquo leniente.

Partem combustã resarcire ad idem impossibile est: (Prognostica.) nam cum corrupta sit, non potest amplius ad esse proprium reduci, potest tamen aliquid simile restaurari, & quo maior est combustio, maius urget periculum, & maior turpitudo: si uero partes internæ comburantur, & intestina, oexophagum, imminet etiam periculũ mortis.

Remedia enumerantur ab Aetio, & Paulo loc. cit. topica omnia, sed etiam uniuersalia sunt administranda (Lenitiua.) scilicet corpus euacuandum est aliquo medicamento refrigerante & euacuante, ut cassia mel. ros. solutiuo syrupo rosato solutiuo, ut clystere refrigeranti, ut deco-(Syrupi.) cto hordei & sero caprino, & similibus: deinde decocta refrigerantia sunt administranda, quæ bilem, & inflammationem arcent, & absque dulcibus, ut Rec. decocti (Soluentia.) hordei, lactucæ, acetosæ, boraginis unc. vi. uel Rec. seri caprini unc. viii. postremo medicamento soluente humores tenuiores sunt euacuandi, ut infusione reubarbari, uel elect. de succo ros. victus etiam tenuis, & (Diaeta.) refrigerans est instituendus, ne humores fluant ad locum combustum, vt ptissana hordeacea, panatella cum sem. peponum: pro potu aqua hordei, uel aqua simp. uel cum iulapio ros. transacta septima caro etiam concedi potest, etiam ouum sorbile. Topica tamen semper sunt (Topica.) vsurpanda; sed alia in principio: alia in augumento: alia in statu: & alia in declinatione: alia si bullæ emerserint, & aliæ si eruptæ sint statim in principio repellentia, & astringentia præsto sint vt Rec. albuminis oui vnc. iii. terræ cimoliæ vnc. ss. m. & liniatur vel in durioribus (Aet. lib. 14. c. 64.) carnibus posca lintea imbuta administrentur, aut *ouum crudum molli lana exceptum, thus cum aqua tritum, & folia betæ contusa, & cocta, & cum vino* mirifice auxiliatur *alumen cum aqua, & oui candido* vel Rec. *æruginis, spumæ argenti* an. vnc. ss. *vini & olei ros. aut myr-* (Paulus lib. 4. c. 41) *thini* an. vnc. ii. m. & simul agita: deinde illinc cum penna partem combustam, *lenticula etiam cocta & trita* in vino prodest, & *atramentum scriptorum illico impositum*, refrigerat, exiccat, & prohibet ne bullæ oriantur: item aqua oliuarum salsarum, & pulpa etiam oliuæ salsę contrita farina hordei cum aqua rosata: vnguentum ex calce, dũ calx pluries fuerit lota & mixta vnguento, ros. aut vng. ex succo corticis sãbuci, succo solatri, vt R. succi corticis medianę sãbuci, succi solatri an. vnc. ii. succi portulacæ vnc. i. aluminis calcis viuæ pluries lotæ, aqua hordei, spumæ argenti an. drach. ii. vnguenti ros. vnc. (Aet.) ii. m. vel Rec. cerusæ drach. iiii. butiri drach. viii. cerę, seui caprini rosati vnguenti an. vnc. i. ss. m. at *si bullæ ortæ sint*

te sint eas in principio ne rumpas: si vero durauerint, postea ceratum impone, & rumpe; poterit tunc administrari pastillus videlicet. R. *aluminis drach.iij. thuris drach.ij. aqua q.s. fiant pastilli: postea dissoluantur cũ posca &* locus combustus illiniatur: alius Rec. *terre cimolię vnc. ij. corticis thuris mysios vsti an. drach. virubricę drach. iii.* aquæ q. s. formentur pastilli, eos dissolue cum posca, & vtere; succo *etiam hyosciami viridis bulle* marcescunt: *excoriatis uero & vlceratis adhibe folia betæ in vino cocta aut ceratum rosaceum cum succo betæ*, vel Rec. fimi columbini exusti vnc. i. vini vnc. iiii. cerati rosa. vnc. ii. m. & fiat cataplasma S. A. ad cicatricem locum combustum inducit citissime hoc medicamentum Rec. corticis lupinorum madefactorum, & coctorum vnc. ß ceræ vnc. ii. olei rosati aut myrthini vnc. v. m. vel Rec. cerusæ, spumæ argenti, hordei vsti, ac tritici an. vnc. i. ceræ vnc. iii. rosa. aut myrthi olei vnc. viii. m. & S. A. confice vnguentum: laudatur etiam vnguentum hoc nempe Rec. medullæ cerui vnc. ii. cerusæ drach. ii. m. folia myrthi, adiantum aridum, portulaca cõbusta, & pertrita in pollinem redacta. plura alia sunt, quæ inflammationem, & dolorem tollunt: linteamina hac aqua inbuta applicantur, & ne adhæreant sæpe aqua ipsa madefiant, serum caprinum, decoctũ acetosæ, plantaginis portulacæ semper viui, florum sambuci, vel aqua albuminis oui cum aqua rosata diu agitata, folia et vitis plantaginis lactucæ applicantur vt inflammatio & dolor leniatur in principio tamen sunt vsurpanda, vt supra dixi, quæ habent vim astringendi, & repellendi vt fluant humores, & ne pustulæ, & bullæ concitentur & hæc de Combustis.

Aet. *Aet.* *Paulus.*

De Pustulis seu Papulis, & Epinictidibus. Cap. XXIX.

PVstulæ seu Papulæ Græce phlictenæ sunt bullæ, & vesiculæ quædam, quę oriuntur præsertim pueris & mulieribus, & vulgo dicuntur schioppi: nam replentur in summa cute quadam aquositate, ichore bilioso, & salso, sponte à natura productę, quia humor ichorosus cum ob stricturam cutis, vel copiam, & crassitiem humoris dissolui, & in halitum digeri nõ possit, eleuat cutim seu cuticulam, & bullas seu vesiculas parit similes his, quæ à feruida aqua emergunt, quibus ruptis subflaui humoris copia paulatim *effluuit ad biduum, ac triduum durans*. nocte potius infestant; hic humor producitur ab iecore calidiori, vel a sanguine menstruo retento, aut hæmmorroidali, vel a cibis aquosis, qui ichorem gignunt feruorem postea suscipiẽtem; de his Aetius lib. 14. c. *61.* & 63. & Paulus libro quarto cap. nono & decimo; vniuersalis prouidentia est habenda, & humores serosi sunt euacuandi, & purgationes retentæ sunt reserandæ. localia vero sunt in vsum reuocandæ, nempe brasica, vel ramni, & solani folia cocta; deinde vua passa cum ruta: calx lota cum oleo rosaceo: lenticula cocta: emplastrum cum polline tritici: imo ea omnia sunt vsurpanda, quæ supra de ambustis dicta fuere, & ea cura ratio est præstanda, quæ ambustis conuenit.

Aet.

DE DISLOCATIONE, SEV LVXATIONE Ex Auic. libri 4. Fen 5. Tract. 1. ex Paulo lib. 6. c. 111. ex Albucasis 3. par. Chirurgiæ ex Hip. lib. de articulis, Rasi 19. contin.

De luxatione eius speciebus, signis, & cura in genere. Cap. I.

Tex. cap. primum. Hip. lib. 1 de Articulis. Paul. lib. 6. c. 111. Rasis lib. 19. cont. Cels lib. 8 cap. 10. Albucasis parte 3. Chirurgiæ essentia & differẽtia.



AVic: *dislocatio est egressio ossis ex loco suo, & situ suo*, cognita naturali connexione ossium inter se, atque structura, de qua supra Elucidario Anatomico ca. de ossium anatome, & lib. de Theatro Medicinę, facilius luxatio internoscitur, atque restauratur. Os egreditur, vel integre, cum totum non excipitur à cauitate, vel non integre, & complete, cum os e proprio loco non prorsus demotum est, sed partim extra manet, partim intro, & dicitur Torsio, aliquando tertia species spectatur, & est elongatio ligamenti non naturalis, & via facilis ad luxationem est: à natura, & semine parentum alij gignuntur cum iuncturis parum profundis, alii cum nimia humiditate alij cum debilibus cauitatibus, & supercilijs: adeo vt his de causis facile ossa demoueantur, e loco proprio in alienam sedem: præterea sunt ossium structuræ, quæ naturaliter ita a natura sunt conformatæ, vt non ægre dislocentur, vti ligaturæ poplitis; facile etiam redit ad naturalem statum: alia facilis præterea spectatur, alia difficilis, alia media. praua est dislocatio digitorũ, & cubiti, media est anchę, sed difficilius sanatur. praua est, cum abscinduntur capita frustorum ossis: ægrius curatur luxatio, quam fractura. solus humerus, & femur perfecte luxantur, reliquæ co articulationes articulorum manus, cubiti, tibię, pedis, digitorum possunt quamlibet imperfectam pati.

Causę. Causæ luxationum vel sunt internę, vt humor mucosus, crassus lentus, uiscidus, qui sensim ad fluens cauitatem depellit os de propria sede; uel est nimia ligamẽtorum relaxatio, & humiditas ab humoribus, uel externæ, ut ictus, casus, uulnus, ulcus, fractura.

Dignoscitur in genere, quia ex Auic. profunditas insolita, & inclinatio in iunctura conspicitur; imo facilius sana parte inspecta dissimilitudo apparet; & ex motu ablato in perfecta, imminuto, aut deprauato in aliis non integris dum enim ossium structura, & connexio uel per diartrosim, uel per simphisim naturalis est, mouetur membrum, & munera sua naturalia ad omnes situs positiones exercet si hęc obit, non est dislocatio, at si non, necessario tamen non argui debet, adesse luxationem: plures aliæ sunt causæ, quæ motũ, aut omnino inhibere, aut imminuere, aut deprauare ualent. *Cap. 2. Auic. signa in genere.*

Signa differentiarum ex causis narratis perspicue elucent, nam si ictus, uulnus, ulcus præcesserint, si humor fluens, & catharrus absque alijs causis externis, si natiua imbecillitas, si natura membrorum impotens, gracilis, aut mollis, facile exhis speciem animaduertes. si suspensus articulus uidetur, & manu ad naturalem situm premendo, & impellendum redire arbitretur, elongationẽ eius tantummodo iudicabis. *Cap 3. 4. Signa generica.*

Oportet igitur in perfecta luxatione, quia musculi ad sua principia abbreuiati retrahunt, extendere, & deinde reponere accommodatis instrumentis aut manibus, tertio deligare stricte, ne iterum egrediatur os, quarto collocare vt figuratio membri accommoda designetur: & euitetur inflammatio, dolor, & humorum defluxus. *Indicationes generica, & vniuersales*

Trahunt funes, manus fasciæ, instrumenta arte confecta, & prius emollire decet oleo uiolaceo, amigdalino liliorum alborum, camomelino, pinguedinibus, lixiuio dulci, iure: pingui, emplastris dialthea, diamalua: reponũ tur uariis instrumentis semper in contrariam, sedem im pellen- *Cap. 5. Auic. cura generica, & vniuersalis.*

pellentibus: restaurata ligentur, & adstringente pharmaco liniantur; ex pulueribus adstringentibus, & albumine oui, uel puluere ros. rub. myrtillorum mastice, & uino nigro: hypocistide: figura naturalis seruanda in deligatione, & positione: sed non ad multos dies, ne fluxio, vel dolor oriatur, sed ad tres, quatuor ve dies, tunc fasciis solutis, pars aqua calida, ut uapores retenti dissipentur, foueatur, vel decocto maluæ, altheæ, florum camomelli, saluiæ, roris marini, uiolarum denuo ligantur, plagulis, ferulis è corio, aut densa papyro. donec articulus robustior ad motum naturalem spectetur.

Si est cum vulnere, uel vlcere, ea prius sanare decet, & fluxionem inhibere: & si adsit fractura; curanda prius luxatio.

Victus ratio tenuis instituatur: aluus fluida sit, & omni ingenio, vt in vlceribus, vulneribus, & fracturis, phlegmone, & fluxio prohibeatur, & reuellentibus, & compescentibus affluxum humorum, & generationem.

De luxatione Maxillæ inferioris ex c. 7. Auic. Albucasi, Rasi, Paulo, Celso l. c. Hip. C. II.

Cels lib. 8 cap. 12. Auic c. 2. essentia.

MAndibulæ duæ sunt, superior immobilis in homine, mobilis in psytaco, & crocodylo, cōstat vndecim ossibus harmonia colligatis, inferior duobus linea vnitis, & mobilis, hæc luxatur tantū in anteriorem partem, duo habet capita, & duos processus acutos, & fulcitur musculis validis temporalibus,

Causa.

luxatur cum processus acutus elabitur infra os iugale, & non amplius sursum redire queat, deorsum ruit in maximis oris apertionibus, locutionibus, clamoribus, & esitationibus; aliquando ambo processus egrediuntur;

Signa.

Si nimis tantum dislocatur. prominet in partem anteriorē, secundo mentum inclinatur, tertio os distorquetur in contrarium parti luxatæ, quarto sub dentibus sectoribus canini consistunt, quinto in parte luxata processus acutus eminentior inspicitur, sexto dentes nequeunt committi.

Si luxetur maxilla ex vtroque latere: primo tota maxilla in anteriorem partem vergit, secundo os manet apertū, tertio processus acutus ex utraque parte eminet, quarto dentes superiores foras magis, quinto musculi temporales duri, intenti tanguntur, & dolent.

Præsagium.

Grauis ex Hip. luxatio hæc fortasse si superuenit inflammatio musculorum temporalium: nam vt plurimum tuta, & secura.

Indicationes. Auic l. c. Paul l. 6 Cel. lib. 8 Cura.

Curatur primo propulsu in posteriorem; secundo detractione deorsum: & si vtraque maxilla demota sit, utraque manibus tracta, sursum postea impellitur æqualiter capite firmato, & renitente. facta repositione, spongia, vel lana, gossipium, linimenta madefacta vino rubro rosis, mastice, hypocistide, myrtillis, plantagine superponēda, aut ceratum diapalma, & rosaceum cum pulueribus adstringentibus, aut albumen oui, aqua rosacea vino cū pulueribus narratis: musculi oleo ros. & omphacino inungantur: deligatura ad mentum, & ex vtraque parte aurium fascia ad quatuor dies, non est spernenda victus ratio, & liquida, & sectio venæ, si dolor, & inflammatio immineat. cito curanda, vt inquit Auic. ne symptomata grauia superueniant, & musculorum tensio; & mors in decimo, vti vomitus, alui fluor colericorum.

Si tumor postquam diu luxata remanserit, vigeat: primo emollientibus pinguedinibus, medullis, emplastro, œsypi, Filagrii, gummis, Tacamach, & emplastris, ex malua, althæa, axungijs, embrocationibus, lutis Sanctæ Helenæ, Sancti Bartholomei: caueat æger, ne caput dimoueat, & loquatur: imo dum comedit, os blande, & suauiter aperiat, & liquida sorbeat.

De luxatione humeri c. 9. 2. de articulis. com. 3. & citatis autoribus. Cap. III.

Essentia.

CAput humeri magnum & rotundū in sinum scapulæ ingreditur, quæ validis prominentiis donata nō sinit os humeri luxari, & delabi, nisi in partē internā inferiorem, dictam ab Auic. latus domesticū, & syluestre vti in extenuatis, macilētis, fune vexatis contingit; & grauidis in hora partus: remanet cubitus paruus, breuiorque.

Cap. 10. signa.

Dignoscitur ex concauitate, & descensione concaua, & videtur extremitas humeri alterius acutior hac extremitate: & tangitur caput adiutorij ossis cū eminentia sphęrica in parte subascellæ ad inferiora, & ęger nequit eleuare manū ad superiora, & tangere aurem suam: cubitus a costis valde recedit: brachium luxatam fit longius altero, si humerus tantum deorsum prolabitur, et breuior fit, si caput luxatum sursum à musculis reuellatur. ab externis causis perfecte luxatur, ab internis humoribus non integre dimouetur.

l. c. cap. 11. Cura.

Modi repositionis decem sunt, sed potissimum tres: primus dū manu sub axilla posita, vel globulo sursū impellitur caput adiutorij, & scapula firmatur. Secundus modus validis, & adultis congruus est, dum mouetur brachium a posterioribus ad anteriora. Secundus ab anterioribus ad superiora. Tertius retro, applicet chirurgus caput suum ad summum humeri patientis, & impellat. Tertio per extensionem vel manibus, vel instrumentis deorsum, calcem apponens sub alam cum pila dura, vel fascia sursum trahitur, & altera deorsū brachiū: vel scala, pistillo, vel glossocomo Hipp. vel absque instrumētis duobus hominibus, vno sursum attrahente, altero deorsum, & pedibus, vel calce sub alam premente, & impellente: sed hi modi visu & experientia potius addiscūtur: reposito articulo, & capite in sinum spatulæ, aut scapulæ, homoplatęue, fasciis constringitur, & pila sub axilla collocata, & ceratum adstringens, vel emplastrum, vel spongia, & lintea vino austero inspersa, aut albumine oui cum pulueribus adstringentibus.

cap. 12.

Scapulæ, spatulæ, homoplatæ, scoptuliquè luxatio rarò & difficilis est ex Hip. & Auic. latū os est, & tegit costas posticas. Trapezia figura: eius articulatio duplex est, altera cum iugulo per acromiō, altera cum brachio per ceruicem, & cauitatem glinoydem, simphysim vero habet cū occipite, spina, costis; & osse hyoide per carnes, id est musculos: egreditur aliquando scapula è loco suo naturali per motum aliquem violentum, retro brachium vehementer mouendo, vel ictu casu, & musculi, & ligamenta relaxantur, & deorsum vergit; & articulus etiā humeri deorsum dilabitur:

Cura scapulæ luxatæ.

sursum fere iisdem instrumentis, & manibus, modisq; reponitur, ac humerus: sed cum scapula prolabitur, licet reponatur, sæpe solet iterum luxari.

De cubiti Luxatione c. 15. Auic. 2. de articulis Hip. Pauli lib. 6. c. 115. Celsi. lib. 8. Rasi 29. continent. t. 2. c. 1. 1. de Fract. Gal. 1. Albucasi. Cap. IV.

Auic. l. c. essentia.

C*Vbiti iuncture dislocatio fit difficilis, & fit difficilis ipsius reditio propter vehementiam ligamētorum continentium ipsum, & eorum breuitatē, & propter suā contrarietatem concauitati,* aliquando nō est integra luxatio, & dicitur ab Auic. pauca, nam articulus non est rotundus, sed multi formis, & varius, & ossa articuli mutuo se suscipiunt, & suscipiuntur ad formam cardinum: ginglimoydes: ligamenta sunt arctissima, ossa sunt tria, cubiti, radii, humeri: conspicua fit luxatio ex gibbositate in latere, & cōcauitate:

Signa.

delabitur ad anteriorem vel posteriorem, ad exteriorem, vel interiorem,

riorem, & radius vel subsequitur, vel subsistit. Si primo modo tactu internoscitur distantia radij à cubito: cubiti vero dimotio in anteriorem sedem patefit ab impotentia flectendi, à breuitate, à tumore insolito in parte anteriori, à cauitate insueta in parte posteriori: a motuque impedito. Si luxatio in posteriorem vergat, signa eadem uigent, sola eminentia, & cauitas contrariantur: pariter si interiorem vel exteriorem fatiget.

Cura. Difficilis cura ob timorem phlegmonis, ob resistentiã articulationis, ob sensibilem actionem: cito igitur restau retur, & leni humectatione & oleo faueatur articulus: extendatur primo cõgrua configuratione in obliquum, ne humeri es inhibeat repositionem, in partem prio è lu xatus resarcitur solo flexu cubiti, sin autem, extensione peracta apponitur flexum duro corpus, aut pila, aut globuli linei, rotundi, & tunc inflectitur cubitus, & impelli tur pila: Hunc articulus obliquè distentũ in sedem propriam recollocare oportet, postea impulsu ad axillam, & vinculo, aut alio instrumento animato, vel inanimato sursum attrahente; dexteritas, experientia, exercitatio frequens, & dulcis emollitio expetuntur ad salutem afflicti ęgrotantis.

De luxatione carpi, metacarpij digitorumq; manus c. 18. Auic. & aliorum autorum. Cap. V.

Tex Auicen. Signa. QVando dislocantur digiti, inclinantur ad interiora & apparet illic eminentia in interioribus, & concauitas in dorso; & similiter fit in ossibus rasceitæ, nempe carpi: fit extensio super tabula à duob. ministris, & postea os in contrarium impellitur ad suam sedem diligenter, & oblinitur medicamentis adstringẽtibus & corroborantibus facta restauratione.

Cura. Alij dicũt luxari etiã ad latera, & posteriora, sed Auic. de his nullum sermonem habet: Auic. consideranda in medium affert: primo ut extensio non fiat æqualis, sed potius eleuetur supra, vsquequo sonitus percipiatur; qui repositionem notificat.

Carpi luxatio. Carpus in omnem partem dilabitur, interiorem, exteriorem, & ad latera: dignoscitur differẽtia ex eminentię, & cauitatis situ, atque motus flexionis, vel extensionis inhibitione: nam si in internam dimouetur, extensio celebratur, flexio impeditur, econtra si in exteriorem: tẽdines, n. & nerui ab ossibus cõpressi laborant, & dolent.

Cura. Curatur facile: primo hinc, & hinc, sursum & deorsũ eodem tempore fit attractio à ministris, & illico vel pila, vel globulis, vel calce, vel manu, & pugno intro pellitur carpus luxatus: quem repositum roborantibus tuemur, & ligaturis & hastellis, laminis plumbeis, ligneis, & cucurbitinis, & cannis, & similibus; nam hæc ęquata conseruãt in propria sede cum grauitate sua, & resistentia, semper enim repositio fit in contrariam partem, nam tumor ille, cum sit præter naturam, & in alienam sedem, in contrariam, & naturalem recollocanda ac videtur.

De luxatione spondilium, vertebrarum, atque gibbositate ex Auic. & alijs citatis autoribus c. 21. Cap. VI.

Essentia QVando spondyles dilabuntur complete, oritur mors proculdubio, vt non completa item, est lęthalis: quia nucham coarctat coarctatione vehementi, licet mors aliqualiter tarda veniat: si est vertebra prima colli, & sequens, animal anhelitu priuatur, & statim interit: si est dorsi ad interiorem, impossibilis curatio censetur, & exeunt fæces alui, & vrina inuoluntariè, præuenit velociter, vel protrahitur mors, prout completa vel incompleta fuerit luxatio, & coarctata nucha, & nerui atque phlegmone, & dolor, aliaque grauiora symptomata fatigent: si ad extra atque ad posteriorem locũ demota vertebra appareat, minus officit nuchę, sed pedes, & vesicæ, aniq; musculi offenduntur: & tunc vehementi impulsione, & magna percussione eget, vt ad locũ naturalem redeat, & quandoque ad latera duo luxantur & oritur gibbositas, quę est deformis, ac præter naturã luxatio & eleuatio dorsi ob ligamentorum spondilium laxitatem: hæc luxatio, vel oritur ab humore crudo vi scoso ad articulos spinæ influente, & cauitatem replente & os à naturali loco suo violenter depellente: aut à causa nimis exsiccante, & abbreuiante, uti post febrem ardentem, hecticam, marasmodem, aut ab ictu, plaga, percussione, saltu, lapsu: aut alio quopiã modo; aut à nimia constrictione Thoracis. *Cura: De gibbositate. Species tres.*

Cura primæ speciei Primæ speciei curandę ardua contingit prouincia: alio reuellere oportet humorem, euacuare, exsiccare, & in temperiẽ gignentem per contraria dirimere: pilulis de hermodactilis, de agarico Mesue, Mechiocam, scia lapis: extracto agarici hermodac. Turbit: decocto saxafras, iuniperi, ligni sancti, aquis Thermalibus, embrocis &c. cauteriis, &c. & alijs chirurgicis, & pharmaceuticis, ac diæteticis præsidijs: præsertim inustionibus locis affectis adhibitis, ceratis roborantibus, & exiccantibus.

Cura secũda. Secundæ opem tulit humectatio, inunctio olei amig. dulcis sesamini, cucurbitæ, peponis: ptisana hordeacea; lac caprinum, balneum aquæ dulcis, & cura hecticæ, & marasmi.

Cura tertia. Tertiæ succurrit repositio, & ligatura atque impulsio à lateribus, & globulis, pilis, sacculis, puluinaribus arte factis, hastellis, & instrumentis ligneis, aut æneis factis calcaneis, manibus prementibus semper in contrarium manifestè indicat quid agendũ luxatio ad hanc, vel illam partem, ut semper reponatur ad locum suum: si in posteriorem fatiget, & adsit gibbositas & eminentia extuberans, ligetur æger, & à duobus extendatur sursum & deorsum: alterq; intus uehementer ipsam uertebram extuberante impellat, ligno, uel manibus, uel instrumento cõprimente; quod multiplex fabrefit, & ab Hip. recensetur; atq; ab Auic. uide machinamenta ab antiquis, & recentioribus inuenta, & experta, de quibus breuitatis gratia tunc sermo non habetur. *cap. 22.*

De luxatione fœmoris, & ossis Ischij, seu anchæ, c. 24. ex Auic & cit. autoribus. Cap. VII.

DIcit Hip. *quibus diuturno dolore ischiadico vexatis amoris caput coxa excidit, ijs femur contabescit, & claudicant, nisi vrantur, & si excidit, & rursum recidit ijs mucosa pituita colligitur:* multis de causis luxatur os coxę quod rotundum caput in sinum magnum, & ceruicem ossis coxendicis, & ischij, seu anchæ inseritur, & valido ligamento vincitur, & musculis hinc & hinc munitur; luxatur tamen, & ab externis causis, ictibus, lapsu, plaga, & internis ab humore, ut supra recitatũ est, & ad interiora ad inguina, et ad exteriora, & ad posteriora, anteriora: raro in priorem, et posteriorem prolabitur ob ceruicem, et ualidos musculos, sæpe in exteriorem, quia supercilium minus altum, sæpissime in interiorem ob inbecillitatem natiuam interni supercilij, ligamentiq; situm. *6. aphor. 59 60. Essentia.*

Signa specierum, et generis. Dignoscitur luxatio in genere, & specie ex signis: quia si interius dilabitur crus ad inguina, longior pes apparet altero, & genu extra preminet; tibia, & pes; semper e. nim vna extremitas opponitur alteri, & in contrariã fenim vna extremitas opponitur alteri, & in contrariã demum inclinat: neque inflectitur ad inguina, & tumor ad anum, & testes conspicitur. Si vero ad extra demotum est crus; omnia signa in oppositum circumstant: crus est breuius, tumor extra, inflectitur ad inguina, non extra: genu, tibia, pesque interius vergunt: sursum attrahitur crus, calx terram non contingit, sed planta ima, quia

crus

crus breuius redditum est. Si in priorem partem crus egressum sit, illud extendi tunc nequit; vrina supprimitur, quia caput fęmoris comprimit uesicam, inguina intumescunt; & nates rugosæ, & excauatæ cernuntur: si in posteriorem procurabat: contrariæ notæ elucebunt: impedita est extensio, breuius fit crus, calx altior è terra, inguina laxiora fiunt, atque ad nares caput fęmoris exuberat.

Cura. Auic. l. c. c. 98. Luxatio fęmoris, & recens, & antiqua magis negocium facessit ob musculos validos distensionem difficilē, humorumq; affluxum: cita sit cura, nam si velox nō administretur reditio, humores ruunt, & difficultant. Luxatio semper indicat repositionem per contrarium, & cum extensione, vel sine, prius celebrata in puerili ætate, atque imperfecta dislocatione: sed circum rotato capite fœmoris circa ilium, & postea compellatur, aut flectatur, & postea impulsu vehementi intromittatur: si mato valide agro, aut vinculis.

Cura. At modica extensione, & tutiori modo reponitur, in adultis, sed festinandū, ne humores ad cauitatem fluāt; aut manibus, aut funibus, & fascijs, & præsertim his egemus, cum luxatio in exterius, vel anterius, vel posterius sit: tunc enim facta extensione, caput impellitur in contrariam partem manibus, scala, machinis, globulis, calce: post restaurationem medicamenta roborantia administrentur, & vinciantur stricte, vinoq; adstringenti munita sint: æger quiescat immotus, figura fœmoris, & recta positione seruata.

De genu luxatione c. 27. Auic. & cit. autoribus. Cap. VIII.

Essentia. Facile genu luxatur ob simplicem deambulationē, aut inæqualem posituram lubricāque, ob saltum, ictum, atque ad omnem partem, excepta anteriori propter rotulam, & adiutorium eius: perfecta, & imperfecta luxatione tentatur: Celsus d. etiam ad anteriorem, sed difficillime propter patellam, alii difficile luxari propria & perfecta, Auicenna ait facile, loquens de imperfecta, & tortura, & debili dimotione à propria sede, sed non exacte completa.

Signa. Cernitur manifeste singula species, ob ptuberantiā ossis in vna parte, cauitate in opposita: breuitate pedis, motu flexionis vel extensionis impedito: si ad intra, nō flectitur, si ad extra, non extenditur, & eleuatur.

Cura. Imperfecta absque extensione resarcitur, sed solo impulsu in contrarium: perfecta vero eget extensione mediocri, & manibus in pueris, & recenti, duobus ministris sursum, & deorsum eodem tempore, & eadem figuratione trahentibus æqualiter; & tunc Chirurgus os impellat ad partem contrariam: in adultis, robustisque celebrantur, funes, machinamenta, & alia validiora extendentia, & impellentia: emplastra tunc roborantia superponantur, hastellæ, & ligaturæ validæ, ne decidat crus, sed optima configuratione, & naturali conseruetur.

Patella, seu rotula etiam si luxata fuerit, dignoscitur, quia nequit flecti, & repleta curuatura poplitis reponitur impulsa ad locum suum.

De luxatione Tali, seu articuli pedis, & digitorum, ex Auic. cap. 30. & alijs autoribus. Cap. IX.

Essenti. Lvxatio tali ad clauiculam ad omnem partem dilabitur, & oculis cernitur tumor ossis, & in altera cauitas: si in exteriorem, ima pars pedis in interiore vergit; si in interiorem, declinat in exteriorem, si in priorem, tendo in calcaneo durus fit, & pes minor: quin tibia, & articulus egreditur in partem priorem: si in posteriorem, calx fere reconditur, planta maior spectatur, & pes: verum in imperfecta luxatione, imperfecta etiam, & latentia signa elucent. Signa.

Medela. Medela facilis est, extensione hinc, & hinc manibus, adhibita, Chirurgus in contrariam partem impellat. Deinde roborante pharmaco vtatur, & fasciis. hic articulus Tali vel calcanei pedium etiam dicitur: maneat æger in lecto, & pedem debita configuratione seruet.

Ossa metapedij, videlicet colli pedis, seu Tarsi valide à natura constructa non prolabuntur: sed solummodo ossa digitorum, quę ægre etiam à propria sede ob ligamēta robusta demouentur, at prolapsa curantur, & dignoscuntur vt in digitis manuum dissertum fuit supra.

De his omnibus luculentissime, & doctissime egit etiam Eustachius Rudius Bellonensis conciuis meus, qui primarius Patauini Gymnasij lector excelluit, quique tot doctissimos libros in lucem edidit; multa etiam posteritati donauit utilia Dionisius tertius Colle medicus, qui anno 1400. Floruit in prouincia Veneta, & Bellonensi. Vale.

Pisauri 1618.

FINIS.

una tassa d'aqua calda doppo il pranso con
tre grani di pepe intiero beuuta giova assai
li flati hypocondriaci — Per li tisici —
℞ Liquir. diiab. ... a ℥ß. flor. papau. err. p ... ℥j f. decot.
in aq. flor. papau. errat. distill. in B. M. lib. iiij
℞ decoct. suprascript. lib. iiij chin. elect. ℥j sandal. rub. ℥iij
alb. ℥j misce f. decoct. s. ar. in aqua optime depur. et facta
expressione adde sacar. candit. alb. a lib. j f. syr. s. arte
℞ suprascript. syr. ℥ij aque scorzon. ℥iij misce pro syr. —
℞ Man. elect. ℥ij butir. sulfur. ʒj palm. ...
ʒj ß. oll. amygdal. dulc. recen. sin. igne ext. ℥ß
cop. recen. ext. ʒvj sach. penid. ℥ij misce f. elect.
da prendersi ogni sera doppo cena uno cucchiaro
rimedio efficaciss. per la tosse —
Per fermare il sangue da qual si sia parte del corpo
uno danaro di cranio humano tre volte applicando nel
termine di hore 24 per bocca =
℞ castor. ℈j. [illegible] gr. x ... confect. ... ad j
laudan. opiat. gr. iij misce pill. quat. et [illegible] se ne piglia una
quella con due [illegible] d'aqua ... per li affetti uterini —
℞ suc. rass. ℥xxx sach. alb. ... ℥vj aque ros. alb.
℥ij misce pro syr. p. li. ... La gonnorea
La radice della Brionia in polvere ò in
decotione è buona per la hydropisia ascite
e timpanite, et anasarca —

℞. rhei elect. ℥ij sal. s. [illegible] ℈ij santal. alb. ℥j [illegible] ℥iij [illegible]
℥ij corticis [illegible] ℥xxx [illegible] ꝑ horas [illegible] ℥ [illegible]
[illegible] in [illegible] adde [illegible] ℥ij [illegible]
bull. ad consumpt. [illegible] postea [illegible]
syr. de limon. —

℞. salis [illegible] elect. min. [illegible] ℥iiij [illegible] ℥j
antim. crud. [illegible] ℥iiij [illegible] lib. xxx [illegible]
deind. bull. ad consumpt. [illegible] adde
[illegible] ℥ij [illegible] ℥ [illegible]
℥ij syr. [illegible] ℥xxxv. [illegible]

℞. [illegible] elect. [illegible] ℥iiij [illegible] ℥ij sand. alb. ℥j [illegible]
[illegible] xxiiij [illegible] lib. xxiiij [illegible] deinde
adde [illegible] ℥iiij bull.
[illegible]
et [illegible]
[illegible] ℥ij [illegible] —

℞. [illegible] exiccat. [illegible] et [illegible]
℥ij [illegible]

℞. chrystall. tart. ℥ij salis [illegible] ℥iij [illegible] ℥ij [illegible]
instill. spir. salis dulcis ℥j [illegible] deinde [illegible] elect. et pulu. ℥x
[illegible] et sand. rubr. ā ℥ij [illegible] instill. spir.
vin. rectific. ℥ij [illegible] ℥j spir. vin.
[illegible] addendo [illegible]
et [illegible] min. ā ℥ij salis [illegible] ā ℥j [illegible]
salis ammon. ℥j de [illegible] ℥ij [illegible] et [illegible]
et [illegible] ℥iij [illegible] syr. de [illegible] —

℞. extract. [illegible] ℥j extract. [illegible]
[illegible] —

Per dissolvere le gomme

℞. acqua di vita e aceto ana parti eguali sterco di capra e farina d'orzo
s'incorpori e si fa un'empiastro e si muta undici e [illegible] —
℞. sale armoniaco [illegible] acqua di [illegible] bere [illegible] sub.to [illegible]
una dragma di [illegible] polverizzata [illegible] secca posta sopra la
[illegible] sanare la [illegible] con [illegible]

[illegible] fresche [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
conservarle quanto [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] il [illegible] [illegible]
e [illegible] [illegible]

℞ [illegible] [illegible] [illegible] ʒiij infund[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in lb j succi limonis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sparagi et [illegible] cichor[illegible] fol. [illegible] [illegible]
℞ decoct. hord. integri, radicis graminis, sparagi et ~~[illegible]~~ cichor. fol. bugloss. [illegible] [illegible]
℞ decoct. hord. integri, radicis graminis, [illegible] [illegible] et ʒj flor. card. ℞ succi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] colat. adde [illegible] [illegible] [illegible]
lb [illegible] sach. lb j [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] di foglie di [illegible] [illegible]
loco et tempore [illegible] [illegible] [illegible]
Due fresche butiro e [illegible] bianco et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] decotto fatto con [illegible] [illegible], [illegible] d'uno [illegible] [illegible]
[illegible] di [illegible] con [illegible] Radice d'Althea [illegible] chiara d'uovo canfora [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] far bollire e [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] d'oro [illegible] [illegible] [illegible] —
polvere [illegible] [illegible] uno [illegible] al fuoco [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ rad. tormentill.
[illegible] [illegible] galbani [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sol. [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] ʒiij
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] succi [illegible] ʒj
℞ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒj [illegible] [illegible] ʒij
[illegible] [illegible] ʒiiij [illegible] [illegible] adde [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ʒj [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
℞ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] [illegible] ʒiij sach.
℞ [illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] ʒj succi [illegible] ʒij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ [illegible] [illegible] ʒiij rad. [illegible] [illegible] [illegible]
lb [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] lb ij [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ʒj [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
loco [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] ʒj [illegible] ʒj
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒj [illegible] [illegible] [illegible]
℞ [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] [illegible] ʒ rad. [illegible] [illegible] [illegible] adde [illegible] [illegible] ʒj mel. ros. sach. ʒj
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] [illegible] ad ʒ [illegible]
℞ radic. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ [illegible] hord. fiat a [illegible] bullari
[illegible] et fiat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] di pastinaca — piombo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] il fusto del verbo secco nel forno e poi farli bollire in uno [illegible]
℞ [illegible] uno di [illegible] di [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] di terra [illegible] si [illegible]
d'acqua et se [illegible] conservare [illegible] ʒ [illegible] ℞ oglio di [illegible] [illegible] con [illegible] cantaridi [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mettervi in [illegible] nell'acqua [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
il [illegible] — ℞ marchesino [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et di quella polvere [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] bollire [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ [illegible] [illegible] [illegible] mel. [illegible] [illegible]
ʒj [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
℞ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℞ conserv. [illegible] lb j — [illegible] [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] ʒ
[illegible] [illegible] ʒiij [illegible] [illegible] ʒij — ℞ [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] [illegible] [illegible] ʒj [illegible] [illegible]
ʒj ordei integri ʒiij alabastr. cotognin. et crystall mineral. a ʒij [illegible] ʒiij [illegible]
℞ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in vase vitreo [illegible] [illegible] horas 24 [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] de quibus [illegible] ʒij [illegible] ʒj [illegible] [illegible] — ℞ [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒiij [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] — ℞ [illegible] [illegible] [illegible] ʒij [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒij [illegible] lb ij
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ʒ [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]